que animi susceptio ; ad id quod frugis amplioris sit superextensio ; eorum quæ supra nos sunt jugis continuaque appetitio : id quod accessit, retro semper dimittere ; quod vero reliquum est, ut quod desideretur, pro virili nostra 339 requirere. Talis erat Isaac, de quo testimonium illud sacris Litteris consignatum est : *Et procedens exaltatus est, donec magnus factus est* [21]. Non enim abscessit, nec cum parum auctus esset, substitit ; sed magnis semper gressibus processit, gradum ad virtutem tollens. Temperantiæ stadia ac continentiæ celeri pede transivit ; justitiam inscendit, exin fortitudinem conscendit ; atque ita gradiens, ad summum boni apicem vir justus fastigio assurgit. *Crescite* igitur eo cremento, ea perfectione quæ est secundum Deum, quæ in interiori homine versatur. *Multiplicamini*. Ecclesiæ hæc benedictio est. Ne in uno ac duobus circumscribatur deitatis notitia, sed in omnem terram Evangelii salutis prædicatio proferatur. *Multiplicamini*, quinam ? Vos qui ex Evangelii rationibus nascimini. *Replete terram*. Carnem vobis datam in obsequium replete bonis operibus. Repleatur oculus visu eorum quæ officii sunt : manus plenæ sint bonorum operum : incedant pedes ad invisendos infirmos, agili gressu ad ea quæ honesta exque munere sunt. Omnis membrorum nostrorum constitutio plena sit obsservatione mandatorum Dei. Hoc sibi vult quod ait ad hominem, *Replete terram*. Communes quidem sunt et mutis animantibus voces ; propriæ tamen fiunt, cum in eo quod est ad imaginem, et quo honore provecti sumus imprætermisse illis usi fuerimus. Nam illa quidem corporali augmento crescunt ; nos autem spiritali : atque illa quidem terram replent multiplici sobole ; nos vero conjunctam nobis terram, corpus scilicet e terra efformatum, bonis replemus operibus. *Ecce dedi vobis*, inquit : *Omne lignum quod fructum habet in semetipso, erit vobis in cibum* [22]. Nihil Ecclesia prætereat : omnia legitima sunt. Non dixit : Dedi vobis pisces maris in cibum ; dedi vobis pecora ; dedi reptilia, volatilia, quadrupeda. Non enim in hunc usum fuere creata, inquit ; sed prima lex ut fructibus vesceremur concesserat. Adhuc enim paradiso digni existimabatur, ejusque quæ in ea est victus ratione. Qualenam vero quod in abdito adjacet mysterium ? Quod nimirum non solum nobis, sed et mutis animantibus universis eadem tunc ex frugibus terræ et seminibus alimonia constituta fuerit. *Ecce enim*, inquit, *dedi vobis omne pabulum seminate seminans semen, quod est super terram ; et omne lignum quod habet in semetipso fructum seminis seminalis, vobis erit in cibum, omnique reptili, quod reptat super terram* [23].

3. Atqui nunc dicat aliquis : Videmus plerasque bestias non vesci fructibus. Quo enim fructu panthera vitam sustinet tolerare ? quis vero fructus

[21] Gen. xxvi, 13. Gen. i, 29. ibid. 29, 30.

A ἡ τοῦ πλείονος ἐπέκτασις, τὸ ἀεὶ ὀρέγεσθαι ἡμᾶς τῶν ὑπερήμᾶς· τὸ προσγενόμενον μὲν ἀεὶ κατόπιν ἑαυτοῦ ἀφιέναι· τὸ δὲ λοιπὸν τῆς εὐσεβείας, τοῦτο ὡς ἐνδέον ὅση δύναμις ἐπιζητεῖν. Οἷος ἦν Ἰσαὰκ, περὶ οὗ ἡ μαρτυρία ἐκείνη ἀναγραπται, ὅτι Προβαίνων ὑψοῦτο, μέχρις οὗ μέγας ἐγένετο. Οὐ γὰρ ἀπέστη, οὐδὲ μικρὸν αὐξηθεὶς ἀπέμεινεν· ἀλλὰ προέσβαινεν ἀεὶ διαβήμασι μεγάλοις, ἀναβαίνων ἐπὶ τὴν ἀρετήν. Διέβη μεγάλῳ βήματι τὴν σωφροσύνην· ἐπέβη τὴν δικαιοσύνην· ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν ἀνδρείαν ἀνέβη. Οὕτω διαβαίνων, ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ ὕψους τοῦ ἀγαθοῦ κορυφοῦται ὁ δίκαιος. Αὐξάνεσθε οὖν αὔξησιν τὴν κατὰ Θεὸν, τελείωσιν τὴν κατὰ τὸν ἔνδον ἄνθρωπον. Πληθύνεσθε. Ἐκκλησίας ἡ εὐλογία. Μὴ ἐν ἑνὶ, φησὶ, καὶ δυσὶ περιγραφείτω ἡ θεολογία· ἀλλ' εἰς πᾶσαν τὴν γῆν κηρυχθήτω τὸ Εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας. Πληθύνεσθε, τίνες ; Οἱ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον γεννώμενοι. Πληρώσατε τὴν γῆν. Τὴν σάρκα τὴν δεδομένην ὑμῖν εἰς ὑπηρεσίαν, πληρώσατε ἀγαθῶν ἔργων· ὀφθαλμὸς πλήρης ἔστω τοῦ ὁρᾷν τὰ δέοντα· χεὶρ πλήρης ἔστω τῶν ἀγαθῶν ἔργων· πόδες βαδιζέτωσαν εἰς ἐπίσκεψιν ἀσθενούντων, πορευτικοὶ ὄντες ἐφ' ἃ προσῆκε· πᾶσα ἡ τῶν μελῶν ἡμῶν κατάστασις πλήρης ἔστω τῶν κατὰ τὰς ἐντολὰς ἐργασιῶν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, Πληρώσατε τὴν γῆν. Κοιναὶ μὲν γὰρ αἱ φωναὶ καὶ τοῖς ἀλόγοις· ἰδιάζουσαι δὲ πρὸς τὸν ἄνθρωπον γίνονται, ὅταν ἡμεῖς τῷ κατ' εἰκόνα καὶ ᾧ ἐτιμήθημεν, τούτῳ ἀδιαλείπτως χρησώμεθα. Τὰ μὲν γὰρ σωματικῶς αὔξει· ἡμεῖς δὲ, πνευματικῶς· καὶ τὰ μὲν, τῷ πλήθει πληροῖ τὴν γῆν· ἡμεῖς δὲ πληροῦμεν ταῖς ἀγαθαῖς ἐργασίαις τὴν συνεζευγμένην

B ἡμῖν γῆν,, τουτέστι τὴν σωματικὴν διάπλασιν. Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν· Πᾶν ξύλον ὅπερ καρπὸν ἔχει, φησὶν, ἐν ἑαυτῷ, ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν, Μηὲν παρατρεχέτω ἡ Ἐκκλησία· πάντα νόμιμά ἐστιν. Οὐκ εἶπε· Δέδωκα ὑμῖν τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης εἰς βρῶσιν (*a*)· δέδωκα ὑμῖν τὰ κτήνη, τὰ ἑρπετὰ, τὰ πετεινὰ, τὰ τετράποδα· οὐ γὰρ τούτων ἕνεκεν ἐκτίσθησαν, φησίν· ἀλλ' ἡ πρώτη νομοθεσία καρπῶν ἀπόλαυσιν συνεχώρησεν. Ἔτι γὰρ ἐνομιζόμεθα ἄξιοι εἶναι τοῦ παραδείσου καὶ τῆς ἐν αὐτῷ διαίτης. Οἷον δέ τί ἐστι καὶ τὸ ἐν τῷ λανθάνοντι παρακείμενον μυστήριον· ὅτι οὐ μόνον ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις

C πᾶσιν, ἡ αὐτὴ ἐκ τῶν καρπῶν τῆς γῆς καὶ τῶν σπερμάτων ὡρίσθη τῷ τότε τροφή. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶ, δέδωκα ὑμῖν κάντα χόρτον σπόριμον, σπεῖρον σπέρμα, ὅ ἐστιν ἐπάνω τῆς γῆς· καὶ πᾶν ξύλον ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ καρπὸν σπέρματος σποριμου, ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν, καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, καὶ πᾶσι τοῖς πετεινοῖς μοῦ οὐρανοῦ, καὶ παντὶ ἑρπετῷ ἕρποντι ἐπὶ τῆς γῆς.

D *cunctisque bestiis terræ, et cunctis volucribus cæli*

3. Καὶ μὴν εἴποι τις· Νῦν ὁρῶμεν τὰ πλείονα τῶν θηρίων καρποῖς μὴ τρεφόμενα. Ποίῳ γὰρ καρπῷ ἀνέχεται πάρδαλις τραφῆναι ; τίς δὲ καρπὸς δύναται

(*a*) Verba δέδωκα... βρῶσιν. supplevimus ex Combefisio ; ut mox ex editione Basileensi Ἔτι... παραδείσου, in utraque Combefisii et Garnerii editione omissa, quæ tamen Combefisius verterat. Edit.

λέοντα θρέψαι; Ἀλλ' ἴστω, ὅτι καὶ ταῦτα, τῷ νόμῳ τῆς φύσεως ὑπυτεταγμένα, καρποῖς τὸ πρὶν διετρέφετο· ἐπειδὴ δὲ ὁ ἄνθρωπος ἐξεδιητήθη, καὶ ἐξέβη τοὺς ὅρους τοὺς δοθέντας αὐτῷ, μετὰ τὸν κατακλυσμὸν εἰδὼς (*a*) ὁ Κύριος ἀφειδεῖς τοὺς ἀνθρώπους, πάντων τὴν ἀπόλαυσιν συνεχώρησε. Πάντα ταῦτα φάγεσθε ὡς λάχανα χόρτου· Ταύτῃ αῇ συγχωρήσει καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα εὐθὺς ἔλαβε τὴν τοῦ σαρκοφαγεῖν ἄδειαν.

4. Ἐξ ἐκείνου λοιπὸν ὠμοβόρος ὁ λέων· ἐξ ἐκείνου καὶ γῦπες ἀναμένουσι θνησιμαῖα. Οὐ δήπου γὰρ καὶ γῦπες ὁμοῦ τῷ γεννηθῆναι ζῶα, περιεσκόπουν τὴν γῆν· οὔπω γάρ τι ἀπέθανεν τῶν παρὰ Θεῷ (*b*) γενομένων, ἵνα γῦπες τραφῶσιν. Οὔτε γὰρ ἡ φύσις διεχείριζεν· ἀκμαῖα γάρ· οὔτε θηραταὶ ἀνάλωσαν· οὔπω γὰρ ἐπιτήδευσις ἦν θήρας· οὐ θηρία διέσπα· οὔτε γὰρ ἦν ὠμοβόρα· γυψὶ δὲ σύνηθες ἀπὸ νεκρῶν διαιτᾶσθαι. Ὥστε οὔπω ἦν νεκρὰ, οὔπω δυσωδία, οὔπω τοιαύτη τροφὴ γυπῶν· ἀλλὰ πάντες τὰ κύκνων διῃτῶντο, καὶ πάντα τοὺς λειμῶνας ἐπενέμετο. Καὶ οἷα ὁρῶμεν κύνας θεραπείας ἕνεκεν πολλάκις ἄγρωστιν ἐπινεμομένους, οὐκ ἐπειδὴ συμφυὴς αὐτοῖς ἐστιν ἡ τροφὴ, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀδιδάκτῳ τινὶ φύσεως διδασκαλίᾳ ἐπὶ τὸ συμφέρον ἔρχεται τὰ ἄλογα· τοιαῦτα καὶ τότε λόγισαι καθεστάναι τὰ νῦν ὠμοβόρα τῶν ζώων, καὶ (*c*) χόρτον ἑαυτοῖς τροφὴν ἐπινοεῖν, οὐκ ἀλλήλοις ἐπιβουλεύοντα· ἀλλ' οἷα μέλλει εἶνοι μετὰ ταῦτα ἡ ἀποκατάστασις, τοιαύτη ἦν ἡ πρώτη γένεσις. Ἐπανέρχεται δὲ ὁ ἄνθρωπος ἐπὶ τὴν πάλαι αὐτοῦ κατάστασιν, τῆς πονηρίας ἀφέμενος, καὶ τῆς περὶ τὴν γεηρὰν ταύτην καὶ ὀδυνηρὰν ζωὴν μοχθηρίας, τῶν περὶ τὰ βιωτικὰ ταῦτα, τὰ τὴν ψυχὴν συνθολοῦντα, φροντίδων καὶ μεριμνῶν. Ταῦτα οὖν πάντα ἀποθέμενος, ἐπὶ τὸν ἐν παραδείσῳ ὑποστρέφει βίον ἐκεῖνον τὸν ἀδούλωτον τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς, τὸν ἐλεύθερον, τὸν Θεῷ συνόμιλον, τὸν ἀγγέλοις ὁμοδίαιτον. Ταῦτα τοίνυν εἴρηται ἡμῖν, οὐκ ἐπειδὴ ἀποκλείειν θέλομεν τῆς δεδομένης ἡμῖν παρὰ Θεοῦ χρήσεως τῶν βρωμάτων, ἀλλ' ἵνα τὸν πρώην μακαρίσωμεν χρόνον· οἷα ἦν ἡ τότε ζωὴ, ὅπως ἀπροσδεής, ὅπως ὀλιγαρκής· πῶς βραχέα πάνυ καὶ εὐπόριστα τὰ πρὸς τὴν τοῦ βίου διαγωγὴν τοῖς ἀνθρώποις συντείνοντα, καὶ πῶς τὸ ποικίλον τῆς διαίτης ἡμῖν ἡ τῆς ἁμαρτίας συνεισήνεγκεν αἰτία. Ἐπειδὴ γὰρ τῆς ἀληθινῆς τρυφῆς τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ ἐξεπέσαμεν, νενοθευμένας τρυφὰς (*d*) ἑαυτοῖς ἐπενοησάμεθα· καὶ ἐπειδὴ οὐκέτι βλέπομεν τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, οὐδὲ τῷ κάλλει ἐκείνῳ (*e*) ἐναβρυνόμεθα. ἐδόθησαν ἡμῖν εἰς ἀπόλαυσιν μάγειροι λοιπὸν, καὶ ἀρτοποιοὶ, καὶ πεμμάτων ποικιλίαι καὶ θυμιαμάτων, καὶ τοιαῦτά τινα παραμυθούμενα ἡμῶν τὴν ἐκεῖθεν ἔκπτωσιν.

A leonem potest alere? Scite nihilominus tamen quod hæc ipsa legi naturæ obsecuta pridem fructibus vescebantur: postquam autem homo pristinam mutavit vitæ rationem, finesque sibi constitutos excessit, videns Dominus post diluvium homines profusos deliciis, nullaque obstrictos parcimonia, vescendi omnibus facultatem fecit. *Cuncta hæc*, inquit, *comedetis, quasi olera virentia* [24]. Quo concesso, reliqua quoque animantia edendi statim licentiam accepere.

4. Ex illo jam et leo crudivorus: ex illo vultures avida gulositate exspectant cadavera. Neque 340 enim vultures simul ac animalia genita sunt, circumlustrabant terram. Quid enim eorum quæ a Deo creata essent, statim interierat, ut vultures alerentur? Neque enim natura neci dabat; quippe quæ vigens florensque erat; neque venatores disperdebant; B nondum enim ars venandi erat: nec bestiæ erant quæ discerperent; nam neque erant crudivora: vulturibus vero ex indole est ut cadaveribus vescantur. Quare nondum erant cadavera; nondum fetor; nondum talis vulturum esca: sed omnia cycnorum more victitabant, cunctaque in pratis pascebantur. Ac sicut videmus canes curationis causa haud raro gramen depascere; non quod sit illis genuinus ex natura conveniens cibus, sed quod naturali quodam instinctu brutæ animantes in id feruntur quod in rem earum conducibile est. Ejusmodi cogita tunc fuisse quæ nunc crudivora sunt animalia, quæ sibi ipsis herbam virentem escam prospicerent, nec sibi mutuo insidias struerent: sed qualis post hæc futura est in pristinum restitutio, talis erat prima C procreatio. Revertitur autem homo ad pristinum illum statum, pravitate solutus, circaque terrenam hanc ac ærumnosam vitam gravi molestia, nec non curis ac sollicitudinibus ergà sæcularia hæc exque vitæ usu, animi serenum turbantia. Hæc igitur omnia qui abdicaverit, ad vitam illam in paradiso olim constitutam postliminio redit; vitam utique carnalibus vitiis nihil obnoxiam, liberam illam, Deo contubernalem, angelis sociam. Hæc porro dicta a nobis sunt, non quod a concesso nobis a Deo ciborum usu arcere velimus; sed ut prisci temporis felicitatem prædicemus; qualis vita hæc erat, ut curis libera, ut frugalis, ut pauca valde ipsaque expedita ad vitam transigendam humano generi conducentia, et ut variis dapibus differtas mensas D una nobis invexit peccati causa. Postquam enim a veris illis paradisi deliciis excidimus, adulterinas falsasque nobis delicias adinvenimus: quodque jam amplius lignum vitæ non conspicimus, nec illa nobis pulchritudine placemus et gloriamur, in rem nostram fruendaque vitæ lenia cessere coqui ac pistores, variaque bellariorum ac suffimentorum genera, ejusque generis alia quædam nostri inde lapsus solatia.

5. Ὥσπερ οἱ νοσοῦντες, ὅταν καταβληθῶσιν ὑπὸ σφοδρᾶς ἀῤῥωστίας, οὐ δυνάμενοι μετέχειν τῆς συν-

5. Ut ægrotis, qui gravi aliquo morbo conflictantur, cum solitis voluptatibus frui non possint, quas-

[24] Gen. IX, 3.

(*a*) Εἰδώς. Forte ἰδών. EDIT.
(*b*) Θεῷ Forte Θεοῦ. EDIT.
(*c*) Καὶ. Hic collocavimus illud καὶ, quod statim post καθεστάναι positum erat. EDIT.
(*d*) Τρυφάς. Ms. τροφάς.
(*e*) Ἐκείνῳ. Forte ἐκείνου. EDIT.

dam odorum suavitates medici subministrant. Cum enim robustioribus oblectari non liceat, quæ infirmis consentanea sit, exque eorum modo sensibus oblandientes, delinitionem prospiciunt. Quin et nunc quoque, quibus constitutum sit, ut ad ejus, quæ in paradiso erat, vitæ normam rationes nostras instituamus, pinguem hanc lautis dapibus ac copiosis voluptatem caventes, ad eam vitam, quod licet per facultatem, nos ipsos surrigamus, fructibusque et seminibus et pomis ac nucibus vitæ sustentandæ utentes, quod his amplius est ut minus necessarium respuamus. Non quia abominabilia sint, quippe cum Deo auctore cuncta creata sint, sed quod ob carnis bonam habitudinem nocumento non careant.

A ἡθους ἀπολαύσεως, ὅσφραντικάς τινας παρὰ τῶν ἰατρῶν λαμβάνουσι δεξιώσεις. Ἐπειδὴ γὰρ τῶν στερεωτέρων εἰς ἀπόλαυσιν ἐκπεπτώκασι, εἰς ἀπόλαυσιν σύμμετρον τῇ ἀσθενείᾳ τούτων, οἱ κολακεύοντες αὐτῶν τὰς αἰσθήσεις περινοοῦσι θεραπείαν. Πλὴν ἀλλὰ καὶ νῦν κατὰ μίμησιν τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ ζωῆς ἑαυτοὺς ἄγειν βουλόμενοι, φεύγοντες ταύτην τὴν πολύθλον τῶν βρωμάτων ἀπόλαυσιν, ἐπ' ἐκεῖνον τὸν βίον, καθὼς ἐστι δυνατὸν, ἑαυτοὺς ἀναγώμεθα, καρποῖς καὶ σπέρμασι, καὶ τοῖς ἐκ τῶν ἀκροδρύων εἰς διαγωγὴν χρώμενοι· τὸ δὲ περισσὸν τούτων, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον ἀποπεμπώμεθα. Οὐχ ὅτι βδελυκτά· ἐκ Θεοῦ γὰρ πάντα γεγένηται· ἀλλ' ὅτι βλαβερὰ, διὰ τὴν τῆς σαρκὸς εὐπάθειαν.

6. *Et requievit Deus ab omnibus operibus suis die septimo* [24]. Dicant igitur arithmetici, et qui talibus studiis incumbunt, ac ceu magnum quid rei hujus ac numerorum jactant scientiam, senarium **341** numerum mundi creationi esse affinem, eo quod longe fecundissimus sit, multas ex se pariens numerorum species, suisque ipse partibus perfectus exsistat, ac quæcunque de senario suis in scholiis disputationibus arithmetici garriunt: ac si forte vacat, per sese esse dicatur. Dicant vero et de septenario, esse in eo quamdam sterilitatis labem, ut qui nec alium ex se numerum gignat, nec ab alio ipse gignatur. Ac ne multiplici rerum tractatione sermonem protrabam, missa quæ ad vos instituta oratio est, ad ea quæ æqua magis ingenuique animi ac necessaria procedamus. Quod si quis etiam iis in rebus versatus est, is noverit harum quoque rerum thesaurum apud nos reconditum esse. Quare si magni facienda est arithmetica, hic sita sunt arithmeticæ semina. Nos vero non in istis animos sumimus, quod e mundi profecta sapientia sint, aut in ejus quæ ex sæculi usu est sapientiæ gratiam, quæ magis spernere ut exigua, nec ad virtutem conducentia, quam ostentare jussi sumus. Nam qui istis studium operampue navant, parvis hinc (ex nostra scilicet doctrina) furtim sublatis, suisque ipsorum lucubrationibus admistis, ita se magnifice jactant. Nos itaque, ut hinc illis liqueat, ea nos despectui habere quæ sic apud ipsos plurimi fiant, silentio transcurramus, qui de illis sermo est. Simul vero, quod ejusmodi rerum consideratio haud ita facilis sit ac pervia publico ac rudi plebi, collectaque concio sit, non quæ artificiosos illos ac sophisticos sermones audire paret, sed quæ ad ædificationem facientia quæsita sibi resolvi atque exponi quærat.

B . Καὶ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ. Λεγέτωσαν οὖν ἀριθμητικοὶ, καὶ οἱ περὶ ταῦτα ἐσχολακότες, καὶ τὴν τοιαύτην σοφίαν ἀντὶ μεγάλου κατορθώματος προβαλλόμενοι, οἱ μὲν ὅτι συγγενὴς τῇ τοῦ κόσμου κτίσει ὁ ἐξ ἀριθμὸς, οἱ δ' ὅτι πολύγονός ἐστι, πολλὰ σχήματα ἀριθμῶν ἀφ' ἑαυτοῦ τίκτων· καὶ τέλειος τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσι, καὶ ὅσα περὶ τῆς ἑξάδος ἐν ταῖς σχολικαῖς διαλέξεσιν ἀριθμητικοὶ διηγοῦνται· εἴ πως σχολὴ, καθ' ἑαυτὸν λεγέσθω. Λεγέτωσαν δὲ καὶ περὶ τῆς ἑβδομάδος, ὅτι στείρωσίς τίς ἐστιν ἐν τῷ ἑβδόμῳ· οὔτε μὲν γὰρ γεννᾷ ἀφ' ἑαυτοῦ, οὔτε παρ' ἑτέρου τίκτεται ὁ τῶν ἑπτὰ ἀριθμός. Καὶ ἵνα μὴ εἰς πολύϋλον κατάγω τὸν λόγον, τὴν διάλεξιν τὴν πρὸς ὑμᾶς διαδραμὼν, ἐπὶ τὰ εὐγνωμονέστερα χωρήσωμεν καὶ ἀναγκαιότερα. Εἰ δέ τις καὶ περὶ C ταῦτα ἔχει τινὰ ἐμπειρίαν, ἴστω, ὅτι καὶ παρ' ἡμῖν ἐναπόκειται· ὥστε εἰ μέγα ἀριθμητικὴ, ἐνταῦθά ἐστι τῆς ἀριθμητικῆς τὰ σπέρματα. Ἡμεῖς δὲ οὐ φρονοῦμεν ἐν τούτοις μέγα, διὰ τὸ ἐκ τῆς τοῦ κόσμου εἶναι σοφίας, ἢ διὰ τὴν ἐκ τοῦ κόσμου σοφίαν, ἃ περιφρονεῖν μᾶλλον ἡμεῖς, ὡς μικρὰ καὶ ἀσυντελῆ πρὸς ἀρετὴν, ἀλλ' οὐκ ἐπιδείκνυεσθαι ἐντετάλμεθα. Οἱ γὰρ ταῦτα περιέποντες, μικρὰ ἐνταῦθα κλέψαντες, ἐκ τῶν ἡμετέρων λέγω, ταῖς πραγματείαις αὐτῶν καταμίξαντες, οὕτως ἀποσεμνύνονται. Ἵνα τοίνυν δείξωμεν αὐτοῖς, ὅτι τὰ παρ' ἐκείνοις περισπούδαστα, ἡμῖν ἐστιν εὐκαταφρόνητα, σιωπῇ παραδράμωμεν τὸν περὶ τούτων λόγον· ὁμοῦ δὲ, καὶ ὅτι οὐκ εὔληπτος τῷ κοινῷ καὶ ἰδιώτῃ λαῷ, ἡ τεχνικῶν ἐκείνων λόγων καὶ σοφιστικῶν θεωρία· πάρεστι δὲ ἡ D ἐκκλησία, οὐ παραδόξων λόγον ἀκρόασιν ἐνδεχομένη (*a*), ἀλλὰ τῶν ἐπ' οἰκοδομῇ οἰκείᾳ θεωρημάτων ἐπιζητοῦσα τὰς λύσεις.

7. Septimus itaque dies honore prælatus est, id est, Sabbatum; indeque septenarius numerus apud Hebræos venerabilis: in quo Tabernaculorum festum Tubæ ac dies Propitiationis: sed et annus septimus apud eos venerabilis, quem Remissionis dicebant. Licebat quippe annis sex excolere ter-

7. Τετίμηται τοίνυν ἡ ἑβδόμη ἡμέρα, τὸ Σάββατον, κἀντεῦθεν ὁ ἕβδομος ἀριθμὸς παρὰ Ἰουδαίοις τίμιος· ἐν ᾧ αἱ Σκηνοπηγίαι, αἱ Σάλπιγγες, ἡ ἡμέρα τοῦ Ἱλασμοῦ· καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἕβδομος δὲ παρ' ἐκείνοις τίμιος, ὁ τῆς Ἀφέσεως λεγόμενος. Ἐξὴν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἓξ ἔτη ἐργάσασθαι τὴν γῆν. τῷ δὲ

[24] Gen. II, 22.

(*a*) Ἐνδεχομένη. Forte ἐκδεχομένη. Edit.

ἑβδόμῳ ἐνιαυτῷ τοῖς αὐτομάτοις ἀρκεῖσθαι, ὅτε εἶχον τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Ἐξ ἔτη ἐδούλευεν ὁ Ἑβραῖος, καὶ τῷ ἑβδόμῳ ἔτει ἀφεῖτο τῆς δουλείας. Ἑβδομηκοστῷ ἔτει ἐλύθη παρ' αὐτοῖς ἡ αἰχμαλωσία. Λοιπὸν ἐρῶ καὶ τὰ ἡμέτερα. Ἑπτάκις, φησί, πεσεῖται ὁ δίκαιος καὶ ἀναστήσεται. Οὕτως οἰκειούμεθα ἡμεῖς τὴν ἑβδομάδα. Ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ Ἐνὼχ οὐκ οἶδε θάνατον· μυστήριον τοῦτο Ἐκκλησίας. Ἕβδομος ἀπὸ Ἀβμαὰμ Μωϋσῆς νόμον ἔλαβε· τοῦτο μεταβολὴ βίου, ἀνομίας κατάλυσις, δικαιοσύνης εἴσοδος, Θεοῦ ἐπιδημία, εὐταξία κόσμου, νομοθέτησις τῶν πρακτέων. Ἑβδομηκοστῇ καὶ ἑβδόμῃ γενεᾷ ἀπὸ Ἀδὰμ ὁ Χριστὸς ἐφάνη. Οἶδε τὸ μυστήριον τῆς ἑβδομάδος Πέτρος. Ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις; Ὀλίγα ᾔδει τὸ μυστήριον· οὔπω ἔμαθε τὸ τέλειον· μαθητὴς γὰρ ἔτι ἦν. Ἕως ἑπτάκις; ἀπεκρίθη ὁ διδάσκαλος, καὶ οὐδ αὐτὸς ἀπέστη τοῦ ἑπτά· ἀλλ' εἶπε μὲν, οὐχ ὅσον ᾔδει ὁ μαθητὴς, ἀλλ' ὅσον ὑπερέβαλλε τῷ τοσούτῳ ὁ Δεσπότης. Ποσάκις ἁμαρτήσει, καὶ ἀφήσω; Διὰ τί οὐκ εἶπεν, ἕως ἑξάκις, ἢ ἕως ὀκτάκις, ἀλλ' ἕως ἑπτάκις; Διὰ δὲ τί ὁ Κύριος οὐκ εἶπεν, Ἕως ἑκατοντάκις ἑκατόν, ἀλλὰ τὸν ἑπτὰ ἀσιθμὸν ἐπολυπλασίασεν; Οὔτε ὁ Πέτρος ἄλλον ἠρώτησεν ἀριθμὸν, οὔτε ὁ Κύριος ἐξέβη τοῦ κανόνος τοῦ ἑβδοματικοῦ. Παρετήρησεν ὁ Πέτρος, ὅτι κανὼν παραδόσεως ἀρχαῖος, καὶ τὴν ἑβδομάδα ἔμφασιν ἔχειν τινὰ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων, ἀναπαύσεως τελείας, οὗ σημεῖον τὸ Σάββατόν ἐστιν, ἡ ἑβδόμη ἡμέρα ἀπὸ γενέσεως. Ὁ Πέτρος ἑπτάκις. ὁ Κύριος ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. Ἀλλὰ καὶ αἱ ἁμαρτίαι τὸ παλαιὸν κατὰ τοῦτον ἐκδικοῦνται τὸν ἀριθμόν. Οὐχ οὕτω, φησὶν ὁ Θεός· πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν, ἑπτὰ ἐκδικούμενά καταλύσει. Οὐδὲ ἐκεῖ ὀκτὼ, ἀλλὰ ἑπτά. Καὶ ὁ Λαμὲχ δὲ ἑαυτοῦ κατακρίνας, τοῦ ἑβδόμου οὐκ ἀπέστη, Φησὶ γὰρ ὅτι, Ἐκ Κάϊν ἐκδεδίκηται ἑπτάκις, ἐκ δὲ Λαμὲχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά, Διὰ τί; Μικρὸν ἀνάμεινον, καὶ εὑρήσεις τὸ μυστήριον, Ἡ πρώτη ἁμαρτία ἑπτάκις ἐκδικεῖται, ἑβδομηκοντάκις δὲ ἑπτὰ ὁ δεύτερος φόνος τοῦ Λαμέχ." Οτι ἐκ τοῦ Κάϊν ἐκδεδίκηται ἑπτάκις, ἐκ δὲ Λαμὲχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. Λογιζόμεθα οὖν, ὅτι ἡ αἰτηθεῖσα ἄφεσις παρὰ Πέτρου, ἐνάγει (a) τῇ ἐκδικήσει τὴν τοῦ Κάϊν συγχώρησιν· ἡ δὲ παρὰ τοῦ Κυρίου ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, συγχωρεῖ τῷ Λαμὲχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. Ὅσον γὰρ τὸ παράπτωμα, τοσοῦτον καὶ τὸ χάρισμα· ὅπου ὀλίγη ἡ ἁμαρτία, ὀλίγη καὶ ἡ ἄφεσις. ὯΙ γὰρ ἀφῆκεν ὀλίγον, ὀλίγον καὶ ἀγαπᾷ. Ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις.

ram ; septimo autem anno, iis contentos esse oportebat, quæ terra sponte produceret [26], tum scilicet, cum terræ promissæ compotes facti essent. Annos sex Hebræus serviebat ; anno septimo a servitute liberabatur. Anno septuagesimo soluta apud eos captivitas est. Sed nostra quoque videamus. *Septies*, innuit, *cadet justus, et resurget* [28]. Sic nos hebdomadem nobis vindicamus. Septimus ab Adamo Enoch mortem non vidit : Ecclesiæ hoc mysterium. Septimus ab Abrahamo Moses legem accepit : mutotio id vitæ, iniquitatis eversio, justitiæ ingressus, Dei adventus, ordo mundi compositus, ejusque tranquillitatis, eorum quæ agenda sint legislatio. Septuagesima ac septima post Adamum ætate Christus apparuit. Novit Petrus septenarii mysterium. *Quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei? usque septies* [24] ? Parum noverat mysterium : nondum quod perfectum est didicerat ; adhuc namque discipulus erat. At nec rursus doctor a septenario abscessit ; dixitque, non quantum discipulus noverat, sed quantum Dominus opulentia majore superabat. *Quoties peccabit, et dimittam* ? Cur non dixit, usque sexies, aut usque octies, sed usque septies ? Quidni vero dixit Dominus, Usque centum centies, sed numerum septenarium multiplicavit ? Neque Petrus alium quæsivit, neque Dominus a septenarii regula exorbitavit. Observarat Petrus, veterem 342 traditionis regulam esse, atque septenario numero vim quamdam expressionis remissionis peccatorum inesse ; signum quietis perfectæ ; Sabbatum dies septima est a creatione. Petrus *septies* ; Dominus *usque septuagies septies* [29]. Sed et peccata, vetusto ritu, ex numeri hujus ratione vindice pœna plectuntur. *Non ita*, ait Deus ; *sed omnis qui occiderit Cain septem ultiones dissolvet* [30]. Ne illic quidem octo, sed septem. Sed et Lamech ipse in seipsum dicens sententiam, a septenario numero non recessit. Ait enim : *Ex Caino vindicatum est septies, ex Lamech autem septuagies septies* [31]. Quid ita ? Paululum sustine, et invenies mysterium. Primum peccatum septies vindicatur ; septuagies vero septies altera a Lamecho patrata cædes. *Quoniam ex Caino vindicabitur septies, ex Lamecho autem septuagies septies.* Existimamus itaque, quod Petrus septies dimitti petiit, Caini condonationem inducit : quod vero Dominus septuagies septies, Lamecho septuagies septies ignoscit. Quantum est delictum, tanta est et gratia. Ubi parvum delictum est, parva est dimissio, seu venia. Cui enim parum dimisit, parum et diligit [32]. *Ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia* [33].

8. Τί οὖν ἐστι τὸ μυστήριον ; Ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ λέγεται ὁ αἰὼν οὗτος πληροῦσθαι, καὶ μετὰ τοῦτο ἐφίστασθαι τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως, τὴν ὀγδόην· ἐν ᾗ ὁ ἁμαρτωλὸς ἑπτάκις, ὁ καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς

8. Quid ergo sibi vult mysterium ? Die septimo dicitur ævum hoc complendum ; et post hoc venturum judicii diem, octavum ; in quo peccator septies, ac qui exsuperanter peccator, septuagies se-

[26] Levit. xxv, 3. [27] Prov. xxiv, 16. [28] Matth. xviii, 21. [29] ibid. 22. [30] Gen. iv, 15. [31] ibid. 24. [32] Luc. vii, 42. [33] Rom. v, 20.

(a) Ἐνάγει. Editi ἀνάγει.

pties plectetur. Vicissimque justus septies, ac qui excellenter justus, septuagies septies præmio afficietur. Dei namque benignitas, nunc quidem per ænigmata, quæ sunt futura obscure significat : tunc autem in secundo adventu perspicuam ac manifestam exhibiturus est veritatem : tunc enim quibus quisque dignus præmiis sit, ostendet. Septemplicia igitur, quæ nobis peccantibus ultrice pœna debeantur, vita hac Dominus condonabit, dummodo per pœnitentiam ac confessionem a nobis fuerit placatus. Qui itaque tremendum illum diem noverimus, in quo reservata hoc ævo peccantibus justa scelerum retributio æquaquo lance repensio, pœnitentiæ stipendiis quoad vivimus occupantes, peccata diluamus, pro illic multiplice mærumnam atque dolorem ac cruciatum evadere possimus.

9. Hunc itaque diem septimum existimemus eptimo illi diei, consummationis hujus sæculi figura respondere. Dicamus igitur, *et requivit Deus die septimo ab omnibus operibus suis* ; sed et in illo pariter, nulla amplius mundi hujus futura sunt opera. Non erunt ultra nuptiæ, non amplius contractus, non mercaturæ : agriculturam vero, si quid reliquorum studiorum est ac negotiorum, ne vel animo illic cogitare licet : sed stabit creatura attonita ac tremens; sudorque ex omnibus, quem vis nulla coerceat, metuque perplexi omnes : justi quoque apud nos ipsi anxii tunc formidine erunt, utra de illis sententia ferenda sit. Erit et Abrahamus tunc anxius ac sollicitus, non velut qui in gehennam detrusum se iri exspectet, sed in qua justorum classe ; prima, secunda, aut tertia locandus sit. Dominus de cœlo advenit : revelantur cœlestes potestates, cœlis diruptis ; omnis creatura tremebunda metuque contrahetur ; quia et ipsi forsitan angeli astabunt metu perculsi ac pavidi, non ea ratione quod de suis metuant 343 delictis, sed quod gloriosus præpotensque judicis conspectus, cunctis perinde creatis sui ipsius metum immissurus sit. Non audis Isaiam dicentem *Si aperueris cœlum, tremor apprehendet ex te montes* [34] ? quibus diem illum subindicat. Ab ejusconspectu mare conglaciat, res omnes obstupescunt, natura emoritur, ars omnis rhetorica vacat verborumque facultas, ob Dei e cœlis adventum. Tunc enim justi rapientur, eorumque currus nubes erunt, ac deducent angeli. Tunc justi quasi stellæ, e terra in cœlum recipientur ; peccatores vero vincti, peccatorum proprio pondere præpediti ad inferna cadentes jacebunt, ipso conscientiæ præjudicio confusi.

10. Octavus igitur ille dies hocce septimo figuratur. *Et requievit Deus die septimo ab omnibus operibus suis.* Non jam amplius, quæ sunt hujus sæculi vitæque munera, nec quæ hic carnalia desideria comitantur vota. Illo die consopita erunt juvenilia desideria ac libidines. Nulla jam fœderis nuptiarum attonita vesanaque libido, prolisve suscipiendæ cupido. Nulla jam auri corrogandi cura ac sollicitudo

[34] Isa. LXIV, 1.

A ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ ἐκδικηθήσεται· καὶ ἔμπαλιν, ὁ δίκαιος ἑπτὰ τιμηθήσεται· ὁ καθ' ὑπερβολὴν δίκαιος, ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. Ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία, νῦν μὲν δι' αἰνιγμάτων ἡμῖν τὰ μέλλοντα ὑποφαίνει· τότε δὲ, ἐπὶ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας, ἐναργῆ καὶ τετρανωμένην παριστᾷ τὴν ἀλήθειαν· δείξει γὰρ τηνικαῦτα, τίς τίνων ἐστὶν ἄξιος. Ἐπταπλασίονα τοίνυν τὴν ἀντίδοσιν ἡμῖν χρεωστουμένην τοῖς ἁμαρτωλοῖς συγχωρήσει ὁ Κύριος ἐνταῦθα, εἰ διὰ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως ἐξιλεώθειη παρ' ἡμῶν. Ὥστε, εἰδότες τὴν φοβερὰν ἐκείνην ἡμέραν, ἐν ᾗ τεταμίευται τοῖς ἐνταῦθα ἡμαρτηκόσι ἡ πρὸς ἀξίαν τῶν ἁμαρτημάτων ἀντιμέτρησις καὶ ἀντισήκωσις, διὰ μετανοίας ἐν ζωῇ προλαβόντες ἀναλύσωμεν τὰ ἁμαρτήματα, ἵνα ἐκεῖ σὸν πολυπλασιασμὸν τῆς ἐπιπόνου καὶ ὀδυνηρᾶς ἀντιδόσεως ἐκφυγεῖν δυνηθείημεν.

B 9. Ἑβδόμην τοίνυν ταύτην ἡμέραν λογισώμεθα ἐκείνης τῆς ἑβδόμης τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος τούτου ἀντίτυπον. Εἴπωμεν τοίνυν· Καὶ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ. Καὶ ἐν ἐκείνῃ δὲ ὁμοίως, οὐκέτι τὰ ἔργα τοῦ κόσμου τούτου· οὐκέτι γάμοι, οὐκέτι συναλλάγματα, οὐκέτι ἐμπορεῖαι· γεωργίας δὲ, ἤ τι τῶν λοιπῶν ἐπιτηδευμάτων, οὐκ ἔστιν ἐκεῖ κἂν ἐννοῆσαι· ἀλλὰ πᾶσα ἡ κτίσις ἐπτοημένη καὶ ἔντρομος ἕστηκε, καὶ ἰδρὼς ἀπὸ πάντων ἀκατάσχετος, καὶ πάντες ἐναγώνιοι· καὶ αὐτοὶ οἱ παρ' ἡμῖν δίκαιοι, τίς ποτε ἄρα ψῆφος περὶ αὐτῶν ἐξενεχθήσεται. Καὶ Ἀβραὰμ ἀγωνιάσει τότε, οὐχ ὡς καταδίκην εἰς γέενναν προσδοκῶν, ἀλλ' ἐν ποίᾳ τάξει τῶν δικαίων ταχθήσεται· πρώτῃ, ἢ δευτέρᾳ, ἢ τρίτῃ. Κύριος ἐξ οὐρανοῦ παραγίνεται· αἱ οὐράνιαι δυνάμεις ἀποκαλύπτονται, οὐρανῶν ῥηγνυμένων· πᾶσα ἡ κτίσις ἐν τρόμῳ καὶ συστολῇ· καὶ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι περιδεεῖς τάχα παρίστανται, οὐχ ὅτι περὶ ἁμαρτημάτων οἰκείων δεδίασιν, ἀλλ' ὅτι ἡ ἔνδοξος καὶ μεγαλοδύναμος τοῦ κριτοῦ ἐπιφάνεια, πᾶσιν ὁμοίως τοῖς γεννητοῖς τὸ ἑαυτῆς ἐμβάλλει φόβον. Οὐκ ἀκούεις τοῦ Ἡσαΐου λέγοντος, Ἐὰν ἀνοίξῃς τὸν οὐρανὸν, τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη; περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης αἰνιττομένου, ἐν ᾗ θάλασσα πέπηγεν, ἐν ᾗ κτίσις σχολάσει, ἡ φύσις νενέκρωται, πᾶσα μέθοδος διὰ λόγων ἀργὴ, πρὸς τὴν ἐξ οὐρανῶν τοῦ Θεοῦ ἐπιδημίαν. Τότε ἁρπάζονται οἱ δίκαιοι, καὶ ὀχήματα αὐτῶν αἱ νεφέλαι, καὶ προπομποὶ αὐτῶν ἄγγελοι. Τότε δίκαιοι μὲν, ὡς ἀστέρες, ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν D ἀναλαμβάνονται· οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ, δέσμιοι, τῷ ἰδίῳ βάρει τῶν ἁμαρτημάτων πεπεδημένοι, κάτω πεσόντες κεῖνται δυσσυνείδητοι.

10. Ἐκείνην οὖν τὴν ὀγδόην ἡμέραν αὕτη ἡ ἑβδόμη διασχηματίζεται. Καὶ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ. Οὐκέτι τὰ τοῦ βίου τούτου, οὐδὲ τὰ παρακολουθοῦντα ἐνταῦθα ταῖς σαρκικαῖς ὀρέξεσιν. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐκοιμήθησαν ἐπιθυμίαι νεωτερικαὶ· οὐκέτι περὶ γάμου πτόησις, ἢ ἐπιθυμία παιδοποιίας· χρυσοῦ φροντὶς οὐδεφμία· ἐκελάθετο ὁ φιλάργυρος τοῦ

βαλαντίου, τοῦ ἁρπάζειν καὶ βιάζεσθαι ὁ πλεονέκτης, τῆς γῆς ὁ πολυκτήμων, τῆς δόξης ὁ δοξομανής. Πάντα τὰ τοῦ βίου ἐξέπτη τῆς διανοίας. Ἀπεσβέσθη τοῖς ἐπηρτημένοις ὀθενδήποτε τῶν κοσμικῶν τούτων προτερημάτων τὴν διάνοιαν, ἡ κενὴ καὶ κατάπτυστος δόξα· οὐκ ἐνοχλεῖ θυμὸς πρὸς ἄμυναν τοῦ λυπήσαντος. Πάντα ἐκεῖνα ἐκλέλοιπε τηνικαῦτα τοῦ λογισμοῦ· ἡ ψυχὴ δὲ πρὸς τῷ φοβοῦντί ἐστι, πρὸς τῇ προσδοκίᾳ τῶν ἐπηρτημένων δεινῶν· ὄντινα δὴ φόβον Θεοῦ, εἰ καὶ ἐνταῦθα δυνηθείη τις ἐσοικίσαι τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ ἀνέκλειπτον, ἢ οὐδὲν, ἢ βραχέα τυχὸν ἁμαρτήσεται. Καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, γοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς. Οὐκ ἐπανάληψιν τοῦτον τὸν περὶ τῆς κατασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου λόγον ἡγητέον, εἰ καί τισι φαίνεται, ἀλλ' ἀκολουθίαν μᾶλλον ἀδιάκοπον τῆς προτέρας περὶ τούτου ἐπιχειρήσεως, καὶ συνημμένην οἱονεὶ τῇ προκατάρξει συμπλήρωσιν τῆς διηγήσεως. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὰ ἑξῆς περὶ τοῦ αὐτοῦ, καὶ δηλώσας, ὅτι ἐν τῇ ποιήσει τοῦ ἀνθρώπου συνετέλεσεν ὁ Θεὸς πάντα τὰ τοῦ κόσμου ἔργα, τῆς αὐτῆς καὶ πάλιν ἔχεται περὶ τοῦ ἄνθρώπου διηγήσεως, συνημμένως καὶ ἀμεσολαβήτως, ἐπεργαζόμενος οἱονεὶ καὶ λεπτολογῶν τὸν τρόπον τῆς τούτοτ ποιήσεως. Πρῶτον μὲν γὰρ εἶπεν ἁπλῶς· Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· νυνὶ δὲ προστίθησι καὶ πῶς ἐποίησε, χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς χοῦν, παιδεύου μετριοφρονεῖν· μὴ οἷου μεγάλα περὶ σεαυτοῦ. Ὅταν προσβάλλωσί σοι λογισμοὶ, ἐπαίροντες τὴν σὴν καρδίαν, καὶ δίκην φλεγμονῆς ἐξοιδοῦντες εἰς κενοδοξίαν, ἢ ἐκ τύχης ἁπλῶς, ἢ καὶ ἀπὸ προτερημάτων καὶ κατορθωμάτων τινῶν, ἀντεισαχθήτω σοι παρευθὺ ἡ τῆς πλάσεώς σου ὑπόμνησις, καὶ σύνες, ὅπως ἐκτίσθης, καὶ ὡς χοῦς εἶ τὸ ὅλον, καὶ τῆς ὑπὸ σοῦ πατουμένης γῆς ἀπογέννημα· Εἶ τι γοῦν ἐν αὐτῇ διάγων ἐκτελεῖς, κἂν μέγα, κἂν μικρὸν, ἐξ ὑπογυίου ἔχεις τὸ ὑπόμνημα τῆς σεαυτοῦ ταπεινώσεως. Εἰ θυμὸς ἐνοχλεῖ σοι, τυχὸν διὰ τὸ ὑβρισθῆναι δυσγενῆ σε εἰπόντος τινός, καὶ διεγείρει σε πρὸς τὸ ἀνθυβρίσαι, καὶ τραχύτερα ὧν ἤκουσας κατειπεῖν τοῦ ὑβρίσαντος, κατάγαγέ σου τὸ βλέμμα πρὸς τὴν γῆν, καὶ ἐνθυμήθητι, ὅθεν προῆλθες, καὶ ἀπέσβεσται αὐτίκα ὁ θυμός· συνιέντος ταχέως τοῦ λογισμοῦ, ὅτι ὁ δυσγενῆ σε εἰπὼν, οὐχ ὅπως ὕβρισε τῷ λόγῳ, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐτίμησεν. Ἄνθρωπος γὰρ ἔμψυχος ὁ δυσγενὴς ἐκεῖνος, κἂν δοῦλος εἴη τυγχάνων· σὺ δὲ ἀπὸ τῆς ἀψύχου καὶ ἀναισθήτου γῆς κυρίως καὶ γενέννησαι καὶ ὑπάρχεις. Ὥστε οὐχ ὕβρις τὸ λεχθὲν κατὰ σοῦ, ἀλλὰ πλέον τιμή.

A Sacculi et arcæ avarus obliviscetur ; iniquus raptor, rapiendi vis ac injuriæ ; prædtorum, locuples ; gloriæ et claritatis, ambitiosus insane doperiens. Quidquid rerum sæculi est, animo excidit. Exstincta est, quovis tandem modo elatis animo sæculi hisce magnificis dotibus, vana, despicabilis ac conspuenda gloria. Nihil jam molesta ira ad ejus ultionem qui molestia affecit. Cuncta illa tunc animo abscessere: uno anima suspensa terrentis metu, una malorum imminentium exspectatione : quem utique Dei timorem, quisquis indeficientem suo animo vita hac inducere potuerit, aut nihil aut quam minimum plane peccabit. *Et fecit Deus hominem, sumpto de terra pulvere* [35]. Cave hunc de hominis structura sermonem resumptam narrationem existimes, tametsi nonnullis ita videtur, sed magis inintercisam B a priore, hac de re argumento seriem, ac velut conjunctum jam tum præjactis iisque hærens gestæ rei supplementum. Dicto enim fecisse Deum hominem, et quæ de illo sequuntur, ostensoque absolvisse Deum hominis creatione, quidquid est mundi operum, eidem quoque rursus de homine narrationi, juncta opera immediateque incumbit, veluti enucleatius edisserens tradensque subtilius ejus modum creationis. Nam primum quidem dixerat, *Fecit Deus hominem* ; nunc vero adjungit, quo etiam modo fecerit, sumpto e terra pulvere. Cum itaque pulverem audieris, disce modesti sensum animi ; noli de te magna præsumere. Si incesserint cogitationes quæ animum efferant, ac velut inflammato putrique ulcere inanis gloriæ tumorem, vel ex fortuna absolute, vel ex aliis præclaris dotibus ac C virtutibus inducant, confestim contra tibi recurrat tuæ formationis memoria. Intellige qua ratione creatus sis : ac quidquid demum es, pulverem esse, terræque feturam, quam tuis subjectam pedibus conculces. Si quid igitur in ea degens præstas operis, vel magnum, vel exiguum, in procinctu est vilitatis tuæ abjectionisque monumentum. Ira si molesta ingruit, forte quod violatus injuria sis, quod quidam ignobilem dixerit : atque ut vicissim injuriam reponas concitat, asperioraque obloquaris, quam ille injuriarum procacitate effuderit, oculos vultumque **344** in terram dejice, atque animo reputa unde processeris, moxque ira furorque exstinctum ibit ; cum tecum ipse confestim intelligas, D eum qui ignobilem dixit, non usque adeo sermone injuriam fecisse, quin potius etiam honore affecisse. Etenim ignobilis ille eque populi fæce, homo est, vel si servus exstiterit ; tu vero ex inanimi omnique destituta sensu vere terra tum procreatus es, tum es. Quapropter quod in te dictum est, non injuria, sed magis honor est.

11. Πάλιν ὅταν ἐπιθυμία τις σαρκικὴ κρατήσῃ σου τῆς διανοίας. καὶ πείθῃ μελετᾷν τὸ τῆς ὀρέξεως ἀποτέλεσμα, ὅρα ταχέως ἐπὶ τὴν γῆν. Μνήσθητι ὅτι ὥσπερ ἐκ ταύτης προῆλθες, οὕτω καὶ εἰς ταύτην μετ' οὐ πολὺ ἀναλυθήσῃ· καὶ τὰ νῦν σφύζοντα μέλη, καὶ ἡ ἄλογος ἐπιθυμία, καὶ ὁ γαργαλισμὸς τῆς σαρ-

11. Rursus ubi carnalis ulla cupiditas tui compos facta fuerit animi, suadeatque, ut cujus desiderio teneris, reipsa efficias, in terram statim verte oculos. Memineris qua ratione ex illa processisti, eadem ipsa in eam haud multo post te resolvendum esse ; ac quæ nunc pruriunt membra, brutamque

[35] Gen. II, 7.

concupiscentiam, ac carnis titillationem, nec fore in crastinum, membris emortuis ac appetitione celeri volatu elapsa. Atque ita quod jugiter in terram parentem nostram proni aspectemus ac agnoscamus; in causa est, ut a molestis quotidie omnibus, et quæ ægre curationem admittant, obtundentibus vitiis ac pertubationibus nos ipsi abstineamus ac liberemur. *Sumpto*, inquit, *e terra pulvere*. Si e cœlo formati fuissemus, quod illud haud semper suspicere possumus, non continue naturæ nostræ memores fuissemus; nunc vero in parato proclive adest inintermissumque vilitatis nostræ et imbecillitatis monumentum, unde incedimus, unde tangimus, unde cernimus, unde alimur, unde jugiter conspurcamur. Quid humo lutoque, unde tu formatus es, abominabilius ac spernendum magis? Quæ major ratio modeste sapiendi, et ut nullo nos dignos existimemus?

12. Cum igitur quempiam videris de se altum sapientem, amœno pictoque amictu, splendenti annulo, pallam gestantem ingentis pretii, superfluam trahentem servitii turbam, promissa coma atque soluta, eaque flava ac torta, artisque lenocinio in auras sparsa, aureos circumferentem torques, aurea sella curuli, vultu, sermone majestatis pleno, tollentum animos, præ multitudine deducentium, [comitantium, adulatorum, famulorum, quos trahit, turbam submoventem; parasitorum lautis mensis ac splendidis inhiantium: ad faustas acclamationes salutationesque in foro, quas omnes deferunt, alii e subselliis surgentes, alii obviam procedentes, alii deducentes, atque alius aliud quid, ejus honoris laudisque causa exhibentes. Cum hosce magistratus præsidesque videris, præeunte alta voce præcone procedentes, atque alium submoventes, alium cædentes, alium publicantes, alium neci addicentes; ne ea quæ videntur magna putaveris, ne animo concideris, ne pompa fastuque offendaris. Tecum reputa, fecisse Deum hominem sumpto e terra pulvere. Ac si quidem aliud quidpiam est, quod in homine cernitur, time, ac quæ geruntur miraculo habe: sin autem pulvis e terra est, qui se his jactabundus effert, contemne. *Et formavit Deus hominem*. Vox ipsa, *formavit*, artificiosam quamdam Dei circa hominem operationem continuo innuit. Numquid vero sic et ipse nostram arte effinxit formationem, veluti qui figlina effingunt, quive gypsea fabricantur, aut qui ære statuas cudunt, seu aliud quid artis opus efficiunt, quibus ad superficiem **345** usque simulacrum, circumscribitur; sicut haud raro videmus, in eum modum efformatum virum, ut externa specie atque indole iram puta ac fortitudinem, seu metum ac formidinem præferat, rursusque mulierem, quæ vel amore insaniat, vel pudibunda exsistat, aut si quid aliud sexui comes ac opportunum in affectibus animi solers plastes effecit? Haud enim vero ejusmodi Dei for-

A κὸς αὖριον οὐκ ἔσται, τῶν με.ῶν ἀπονεκρωθέντων, καὶ τῆς ὀρέξεως ἀποπτάσης. Οὕτως ἡ πρὸς τὴν γῆν τὴν μητέρα ἡμῶν διηνεκὴς σύννευσις καὶ ἐπίγνωσις, αἰτία καθίσταται ἀποχῆς καὶ ἐλευθερίας πάντων τῶν ἐνοχλούντων ἑκάστοτε χαλεπῶν καὶ δυσιάτων παθῶν. Χοῦν, εἶπε, λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς. Εἰ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπλάσθημεν, ὡς μὴ δυνάμενοι ἀεὶ βλέπειν ἐκεῖνον, οὐκ ἂν συνεχῶς τῆς οἰκείας ὑπεμιμνησκόμεθα φύσεως· νῦν δὲ ἐκ τοῦ προχείρου πάρεστιν ἡμῖν, καὶ ἀδιάλειπτον τὸ τῆς ἡμετέρας καὶ εὐτελείας καὶ ἀσθενείας ὑπόμνημα ἐξ ὧν πατοῦμεν, ἐξ ὧν ἁπτόμεθα, ἐξ ὧν θεώμεθα, ἐξ ὧν τρεφόμεθα, ἐξ ὧν διηνεκῶς συμφυρόμεθα. Τί τῆς γῆς καὶ τοῦ πηλοῦ βδελυκτότερον καὶ ἀποβλητότερον, ὅθεν σὺ ἐκμεμόρφωσαι; Τί μεῖζον αἴτιον τοῦ μετριοφρονεῖν ἡμᾶς, καὶ τὸ μηδενὸς
B ἀξίους νομίζειν ἑαυτούς;

12. Ὁπόταν οὖν ἴδῃς τινὰ μέγα φρονοῦντα ἐφ' ἑαυτῷ, ἐσθῆτα ἀνθηρὰν περιβεβλημένον, δακτυλίῳ τὴν χεῖρα περιλαμπόμενον, σφενδόνην τὴν τῶν πολυτίμων φέροντα, οἰκέτας ἑφελκόμενον περισσούς, κόμην περιβεβλημένον μεγάλην, καὶ ἀνειμένην, καὶ ταύτην ξανθήν τε καὶ ἑλικτήν, καὶ σοβοῦντα τοῖς ἐπιτηδεύμασι, μανιάκας χρυσοῦς περιφέροντα, ἐπὶ χρυσῆς καθέδρας ἐνιδρυόμενον, σεμνοπροσωποῦντα, σεμνολογούμενον, ὑψηλοφρονοῦντα, σοβαρευόμενον ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν προπομπῶν, τῶν ἀκολούθων, τῶν κολάκων, τῶν οἰκετῶν, οὓς ἐπισύρονται, τῶν περὶ τὰς πολυτελεῖς τραπέζας παρασίτων, ἐπὶ ταῖς εὐφημίας καὶ ἀσπασμοῖς οὓς πάντες αὐτῷ προσάγουσι
C περὶ τὴν ἀγορὰν, οἱ μὲν ἐξανιστάμενοι τῶν βάθρων, οἱ δὲ προϋπαντῶντες, οἱ δὲ προπομπεύοντες, ἄλλος ἄλλο τι εἰς τιμὴν καὶ δόξαν ἐκείνου ἐνδεικνύμενοι. Ὅταν ἴδῃς τοὺς ἄρχοντας τούτους, τοὺς ὑπὸ κήρυκι προαγομένους, ὑψηλῇ τε φωνῇ τὸν δεῖνα μὲν σοβοῦντας, τὸν δεῖνα δὲ ξέοντας, ἄλλον δημεύοντας, κἀκεῖνον θανάτῳ παραδιδόντας, μὴ μεγάλα ἡγήσῃ τὰ ὁρώμενα, μὴ καταπέσῃς τὴν διάνοιαν, μηδὲ ξενίσῃ σε ἡ φαντασία· ἐνθυμήθητι ὅτι ἔπλασεν ὁ Θεὸν τὸν ἄνθρωπον, χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς. Κἂν μὲν ἄλλο τί ἐστι τὸ ὁρώμενον περὶ τὸν ἄνθρωπον, φοβήθητι, καὶ θαύμασον τὰ πραττόμενα· εἰ δὲ χοῦς ἀπὸ τῆς γῆς, ὁ ταῦτα ἐπιδεικνύμενος, καταφρόνησον. Καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. Ἡ μὲν φωνὴ τοῦ ἔπλασε τεχνικήν τινα ὑποφαίνει εὐθὺς ἐνέργειαν τοῦ
D Θεοῦ περὶ τὸν ἄνθρωπον. Ἆρα δὲ οὕτω καὶ αὐτὸς τὴν ἡμετέραν ἐτεχνήσατο πλάσιν, ὡς οἱ τὰ πήλινα πλάσσοντες, ἢ τὰ γύψινα διασκευάζοντες, ἢ τοὺς ἀνδριάντας χαλκεύοντες, ἢ ἄλλο τι τῶν τεχνιτῶν ἀποτελοῦντες, οἷς ἄχρι τῆς ἐπιφανείας τὰ τῆς μιμήσεως περίεστηται, ὥσπερ ὁρῶμεν πολλάκις ἄνδρα μὲν πεπλασμένον, καὶ ἦθος ἔξω ἐμφαίνοντα, ἢ θυμοῦ τυχὸν καὶ ἀνδρείας, ἢ φόβου καὶ δειλίας, γυναῖκα δὲ πάλιν ἢ ἐρωτιῶσαν ἢ αἰδουμένην, ἢ ἄλλο τι παρεπόμενον τῇ ταύτης φύσει πάθος ὁ πλάστης γνωρίζων ἐξειργάσατο; Θεοῦ δὲ πλάσις οὐ τοιαύτη. ἀλλ' αὐτοῦ (a)

(a) Αὐτοῦ. Forte αὐτά. Edit.

ἐκεῖνα τὰ πρωτοτυπα ἤθη τοῦ ἀνθρώπου, ἡ δημιουργικὴ ἐνέργεια ἐπὶ τὸ βάθος γωρήσασα, ἔνδον ἕκαστα διωργάνωσε, πολλῶν καὶ παντοδαπῶν καὶ διαφόρων παθῶν καὶ γνωμῶν εἰς ταὐτὸν μίξιν καὶ σύγκρασιν ἀκαρῆ ἐκτελέσαντα. Εἴθε μοι τοσοῦτον σχολῆς (*a*), ὥστε κατὰ λεπτὸν καὶ ἀκριβολογουμένως, ὑποδεῖξαί σοι τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευήν· ἔμαθες γὰρ ἂν ἀπὸ σεαυτοῦ τὴν περὶ σὲ σοφίαν τοῦ Θεοῦ καὶ οἰκονομίαν. Τῷ ὄντι γὰρ μικρὸς διάκοσμός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὀρθῶς ἐστοχάσαντο, οἱ τούτῳ τῷ ὀνόματι αὐτὸν ἀποσεμνύναντες. Πόσαι γοῦν, καὶ παρὰ πόσων ἐκ παλαιοῦ περὶ τὸ θαυμαστὸν τοῦτο πλάσμα πραγματεῖαι κατανηλώθησαν! αἱ φυσιολογίαι τῶν φιλοσόφων, αἱ τεχνολογίαι τῶν ἰατρῶν, τῶν γυμναστῶν αἱ παρατηρήσεις, αἱ περὶ ἀναλογίας, αἱ περὶ τῆς τῶν μελῶν πρὸς ἄλληλα συμμετρίας, αἱ περὶ σώματος πολυσαρκίας· ταῦτα πάντα περὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου διάπλασιν συνεισέρχεται. Καὶ πόθεν ἐμοὶ λόγος τοσοῦτος, ὥστε δυνηθῆναι εἰπεῖν μετὰ ἀκριβείας, ὅσα ἐν μιᾷ φωνῇ τοῦ ἔπλασεν ἐμπεριέχεται; Τὰ μέντοι πρόχειρα, κἂν ἐγὼ μὴ λέγω, σὺ οἶδας. Ἔπλασέ σε γὰρ ὁ Θεὸς, ὡς ὁρᾷς, ὄρθιον, καὶ ταύτην σοι τὴν διάπλασιν ἐξαίρετον δέδωκε παρὰ τὰ λοιπὰ πάντα ζῶα. Διὰ τί; ἐπειδὴ ἐξαίρετόν σοι καὶ τὴν ὀφειλομένην καὶ ἀναγκαίαν ἐνέργειαν προσεπιδοῦναι ἔμελλε.

matio: sed ipsam primam ac exemplarem hominis indolem creandi vis ad ima ipsa pervadens, singula intus articulis organisque distinxit, quibus multorum omnisque generis ac diversorum affectuum sensuumque in idem mistio temperatioque momento emersit. Atque utinam tantum mihi suppeteret otii, ut subtili ac accurata disputatione hominis liceret fabricam submonstrare. Dei certe ergate sapientiam rarumque consilium ex te ipse condisceres. Plane enim homo minor mundus ac ornatus est, rectaque ducti conjectura sunt, qui hoc ipsum nomine honestarunt. Quam multæ itaque, et a quam multis, olim jam hoc in negotio mirandoque opificio artes totæ operam impendere! naturales philosophorum considerationes, medicorum artis disquisitiones, gymnastarum observationes; quæ ad analogiam spectant; ad membrorum inter se certa ratione modum ac compositionem, ad corporis obesitatem. Cuncta hæc, in formati hominis uno agmine veniunt consideratione. Et unde mihi tanta dicendi vis, ut accurate satis omnia eloqui valeam, quæ hac una voce, *formavit*, sacer complectitur textus? Porro, quæ in promptu sunt ac facilia, vel si ego non dixero, tu per te ipse nosti. Formavit namque te Deus, ut vides, statura recta, hancque tibi singularem præ reliquis omnibus animantibus præbuit formam. Quid ita? quod nimirum singularem etiam debitam necessariamque abunde erat vim agendi concessurus.

13. Τὰ μὲν ἄλογα πάντα ζῶα βοσκήματά ἐστι μόνον, καὶ πρὸς ὃ πέφυκε, πρὸς τοῦτο ἔχει καὶ τὴν κατασκευήν· ὁποῖόν ἐστι καὶ τὸ πρόβατον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐγεννήθη νέμεσθαι, κάτω ἔχει συννεύουσαν καὶ τὴν κεφαλήν, ὥστε τῇ γαστρὶ ἐνορᾷν καὶ τοῖς ὑπὸ γαστέρα· τέλος γὰρ αὐτοῖς εὐεξίας, πλήρωσις γαστρὸς καὶ ἀπόλαυσις ἡδονῆς. Ἀνθρώπῳ δὲ ἡ κεφαλὴ ἐπὶ τὰ ἄνω ἐξ αὐτῆς τῆς πλάσεως ἀναδεδράμηκεν, ἵνα τὴν ἄνω βλέπῃ συγγένειαν, καὶ ὑψηλοτέρα τῶν ἄλλων ἁπάντων τοῦ σώματος μερῶν καθέστηκε. Μὴ τοίνυν μεταποίει σεαυτὸν εἰς τὰ παρὰ φύσιν, μηδὲ τὰ γήϊνα κύψας περισκόπει· ἀλλὰ ὑψιπετῶς διηνεκῶς κατόπτευε, καὶ ἐνοπτρίζου, ἔνθα σου καὶ τὸ πολίτευμα προηυτρέπισται. Οὕτω σοι τὸ σῶμα διαπέπλασθαι, καὶ τὸ διάπλασμα διδασκαλεῖόν ἐστι τοῦ τέλους πρὸς ὃ γέγονας. Οὐ γὰρ ἵνα ἐπὶ γῆς σύρηταί σου ἡ ζωὴ, ὡς τῶν ἑρπετῶν, κατεσκευάσθης ὄρθιος, ἀλλ' ἵνα οὐρανὸν βλέπῃς, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ Θεόν· οὐδὲ ἵνα τὴν κτηνώδη μεταδιώκῃς ἀπόλαυσιν, ἀλλ' ἵνα τὴν οὐράνιον, ἐνδιδομένῃ (*b*) σοι διανοίᾳ, ἐπιτελῇς πολιτείαν. Διὰ τοῦτο, Τοῦ σοφοῦ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ, ὁ σοφός φησιν Ἐκκλησιαστής. Τίνος δὲ ἕνεκεν, οὐ περὶ τὰ κάτω τοῦ σώματος οἱ ὀφθαλμοὶ, ἀλλ' ἐν τῇ κεφαλῇ; Ἵνα τὰ ἐν ὕψει περισκοπῶσιν· ὁ δὲ εἰς τὰ ὑψηλὰ μὴ βλέπων, ἀλλ' εἰς τὰ γήϊνα ἐπικύπτων, κατήγαγε εἰς ἑρπετοῦ φύσιν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐπὶ τῆς γῆς ὡς ἐκεῖνα συρόμενος.

13. Nam brutæ quidem omnes animantes, duntaxat pecuariæ sunt, et ad quod natæ sunt, ad hoc quoque corporis structuram acceperunt; cujusmodi etiam ovis ac pecus. Quia enim in hoc condita est ut pastu vivat, etiam capite humi vergit, ut ad ventrem ac venerea versos oculos habeat. Finis enim illis bonæ habitudinis, ventris expletio est ac fruitio voluptatis. Homini vero caput ex ipsa formatione sursum excurrit, ut quam ad superna affinitatem habet, conspiciat; superiorique loco reliquis omnibus partibus corporis consistit. Noli itaque te transmutare in id, quod est præter naturam, nec ore prono terrena circumspicias; sed cœlestia jugiter contuere, ac velut in speculo objecta habe. ubi et tuus tibi municipatus olim paratus est. In hunc modum tibi quoque corpus efformatum est, ac qua præditus forma es, finem te docet in quem conditus es. Non enim ut humi vitam trahas serpentum more, recta statura conditus es, sed ut cœlum conspicias; Deumque cujus in eo sedes est? neque ut pecuariam persequaris voluptatem, sed ut cœlestem, indulta tibi mente, vitæ rationem ineas. Eam ob rem. *Oculi sapientis in capite ejus*, ait sapiens Ecclesiastes [35]. Quorsum vero non in inferiore ulla corporis parte, sed in capite sunt oculi? Nimirum ut ea lustrent quæ in sublimi posita sunt. Qui autem non ad excelsa respicit, sed ad terrena procumbit, ad 346 serpentum indolem oculos dejicit, qui eorum instar ventrem trahat humi.

[35] Eccle. II, 14.

(*a*) Desideratur εἴη vel περιείη. Edit.

(*b*) Ἐνδιδομένῃ. Editi ἐνδεχομένῃ. Edit.

14. Caput itaque toti corpori eminens, humeris incumbit; non illis immersum, ne obtegatur, sed convenienti fulcimento ac velut sede quadam graduque in exstante cervice locatum. In illo infixa oculorum gemina lumina radiique. Non enim unum satis erat; ut si forte casu alterum concideret, ejus quod immune a labe esset, solatium non deesset. Præterea vero etiam, ab uno horum profectus obtutus, prorsus imbecillior est; ex duplici vero fonte confluens rivus, valentior exit. Procedens namque utrinque ex altera alteraque nare obtuendi vis, tum ibi conquiescit, tumque una ad anteriora tendens iisque incumbens, unus alteri copulatur visorius radius, velut ex rivo duplici, ex utraque visoria facultate, quasi ex duplici prodeunte fonte, tumque brevi aquas commiscente, unus quispiam validior efficitur fluvius; cujus scilicet major vis ac efficacior sit. Remque certo probant viri senes. Ii namque, quæ sunt valde prope, haudquaquam cernunt; quæ vero paulo ab oculis remotiora sunt, clarius contueutur. Idcirco nimirum quod visorio radio dissectis partibus a principio progresso, imbecillior ab utroque obtutus sit: ubi autem ambo confluxerint ac coaluerint, velut multiplici quadam exundantia atque copia, valentior efficaciorque ad perspicienda, quæ in aspectum cadunt, consurgit. Non pauca vero sunt, quibus oculi incolumitati prospicitur. Tunica interior, quæ nec ipsa sufficit. Non enim res ferebat ut erassior strueretur; alioqui visui incommodasset; necesse autem erat, ut perspicuum leveque esset, quod obtegebat. Altera itaque pellucida, altera tenuior rariorque; illa quidem crystallina, hæc cornea. Obtegendi causa obtenta tunica ac exterior, firmior est atque durior; interior, rarior et tenuior, ne immeantia prohibeat: tertia rursus crystallum referens, ut in ea ambæ reliquæ repræsentandi vim ac perspicuitatem obtineant.

A 14. Ἡ μὲν οὖν κεφαλὴ τοῦ ὅλου σώματος ὑπεραν-
ἐχουσα, τοῖς ὤμοις ἐπίκειται· οὐκ ἐνδεδυκυῖα τού-
τοις, ἵνα μὴ κρύπτηται, ἀλλ' ἐρείσματι ἀξιολόγῳ, καὶ
οἷον ὑποβάθρᾳ τινὶ τῷ τοῦ αὐχένος ἀνεστηκότι, ἐπ-
αναπαυομένη. Ἐν ταύτῃ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἐμπεπή-
γασι δίδυμοι βολαί. Οὐκ ἤρκει γὰρ ὁ εἷς, ἀλλὰ δύο
ἐγενέσθην, ἀλλήλοις βοηθώ· ἵνα ἡ τοῦ ἑνὸς κατὰ
τύχην διάλυσις, τὴν τοῦ ἀβλαβοῦς ἑτέρου παραμυ-
θίαν ἔχῃ. Καὶ ἄλλως δὲ ἀπὸ ἑνὸς τούτων προερχόμε-
νον τὸ ὁρατικὸν, ἀσθενέστερον πάντως· ἐκ δὲ δύο
πηγῶν συμβαλλόμενος ὁ ὀλκὸς εὐτονώτερος γίνεται.
Προϊοῦσα γὰρ ἑκατέρωθεν τῆς ῥινὸς ἡ ὄψις, ὁμοῦ
μὲν προσαναπαύεται; ὁμοῦ δὲ προκύπτουσα ἐπὶ τὸ
ἔμπροσθεν, ἑνοῦται ἡ μία τῇ ἑτέρᾳ, οἷον ἐκ δύο τι-
νῶν ὀχετῶν ἀφ' ἑκατέρας ὄψεως ὥσπερ πηγῆς ἐξιόν-
των, καὶ μετὰ βραχὺ μιγνυμένων, εἷς ἀποτελούμενος
B ποταμὸς, ὁπότε δὴ καὶ ἰσχυρότερος γίνεται, εἴτουν
ἐνεργέστερος. Καὶ τούτοτ ἀπόδειξις, οἱ γέροντες τῶν
ἀνθρώπων· οἳ τὰ μὲν ἐγγὺς πάνυ, ἥκιστα βλέπουσι,
τὰ δὲ πορρώτερον ἀποδιϊστάμενα τῶν ὀφθαλμῶν
ἐναργέστερον καθορῶσιν· ἐπειδὴ διηρημένως μὲν
τοῦ ὁρατικοῦ προϊόντος ἐξ ἀρχῆς, ἀσθενὴς ἡ ἑκατέ-
ρου ὄψις· μετὰ δὲ τὴν συμβολὴν ἀμφοτέρων καὶ
ἕνωσιν, οἷον ἐπὶ πλημμύρας τινὸς πολυπλασιαζομέ-
νη, εὐτονωτέρα γίνεται καὶ δραστικωτέρα περὶ τὴν
τῶν ὁρατῶν ἀνάληψιν. Φυλακαὶ δὲ περὶ τὸν ὀφθαλμὸν
οὐκ ὀλίγαι. Χιτὼν ἐντεῦθεν, καὶ οὐκ ἀρκεῖ οὗτος·
οὐ γὰρ ἐνεδέχετο παχὺς κατασκευασθῆναι· ἦ γὰρ
ἐμπόδισμα καθειστήκει τῆς ὄψεως· ἔδει δὲ διαφανὲς
εἶναι καὶ ἐλαφρὸν τὸ προκάλυμμα. Οὐκοῦν εἷς μὲν
διαυγὴς, εἷς δὲ ἀραιός· ὁ μὲν κρυσταλλοειδὴς, ὁ δὲ
C κερατοειδής· ὁ προκεκαλυμμένος, στερεώτερος· ὁ
ἔνδοθεν, ἀραιότερος, ἵνα μὴ κωλύῃ τὴν πάροδον· ὁ
τρίτος πάλιν κρυσταλλοειδὴς, ἵνα ἐν αὐτῷ τὴν ἔμφασιν
καὶ τὴν διαύγειαν ἑκάτερα ἔχῃ.

15. Palpebræ projectura sunt, oculi uimirum operimentum ac umbraculum, velutque domicilium. Poterat quidem et manus obtegere; sed interim dum ea admoveretur, haud raro prius oculum oblædi contingeret. Nunc vero prope adjacet quod tueatur. Mox enim ac nocumentum præsentiunt, operimentum obtendunt. Id namque in causa est, ut plerumque pupula oculi, iis, quæ exterius nocumentum afferant, inviolabilis sit, ut quæ sub palpebrarum tegumento desideat. Unaque fere ex omnibus corporis membris ita servatur, ut contactum omnem respuat. Prominent palpebris et pilorum cuspides. Quid ita? ut nimirum accuratior harum complicatio sit, dum superior palpebra, inferiori per ejusmodi pilos coaptatur ac committitur. Sunt enim pili velut vincula, inter se conserti ac complicati. Accedit quod et minuscula animalia arceant, nec lanugines pupillæ propinquare sinant, quæ facile injuriæ obnoxia sit, ac cui quodvis obvium labem afferre queat.

15. Προβολὴ τὸ βλέφαρον· τοῦτο γὰρ προκάλυμμα
τοῦ ὀφθαλμοῦ καὶ σκέπασμα, καὶ οἷον οἰκητήριόν
ἐστιν. Ἠδύνατο μὲν γὰρ σκοπεῖν (a) καὶ χείρ· ἀλλ'
ἕως ἐκείνη ἀνήρχετο, ἔφθανε πολλάκις ἀμαυρωθῆναι
ὁ ὀφθαλμός. Νῦν δὲ ἐκεῖθεν παράκειται προφυλακή·
ὁμοῦ τε γὰρ ᾔσθετο τῆς βλάβης, καὶ προεβάλετο τὸ
προκάλυμμα. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἡ κόρη τοῦ ὀφθαλ-
μοῦ ἀνεπιχείρητος ὡς τὰ πολλὰ ταῖς ἔξωθεν ἐπερχο-
D μέναις βλάβαις, ἅτε ὑπὸ παραπετάσμασι καθεζομένη
τῷ βλεφάρῳ, καὶ μόνη σχεδὸν τῶν ἐν ἡμῖν πάντων
μελῶν διατηρουμένη ἀνέπαφος. Προβέβληνται δὲ τοῖς
βλεφάροις καὶ ἀκίδες τριχῶν. Διὰ τί; ἵνα ἀκριβε-
στέρα γένηται ἡ τούτων περιπλοκὴ, τοῦ ἄνω πρὸς
τὸ κάτω διὰ τῶν τοιούτων προσαρμοζομένου τριχῶν.
Οἷον γὰρ σύνδεσμοι καθεστᾶσιν αἱ τρίχες ἀλλήλαις
περιπλεκόμεναι· εἶτα, καὶ τὰ λεπτὰ τῶν ζώων πόρ-
ρωθεν ἀπείργουσι, καὶ τὰ χνοώδη οὐκ ἐῶσι πλησιάσαι
τῇ κόρῃ, ἐμπαθεῖ οὔσῃ, καὶ τῷ παρατυχόντι ἀμαυ-
ροῦσθαι δυνομένῃ.

(a) Σκοπεῖν. Lege σκέπειν. Edit.

16. Ἑτέρα δὲ πάλιν ἐστί τις φυλακὴ ἄνωθεν ἐπικειμένη ἑκατέρῳ τῶν ὀφθαλμῶν διὰ τῶν τριχῶν, ὁμοῦ μὲν τῇ περιγραφῇ εὐπρέπειαν χαριζομένη, ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν ἀσφάλειαν παραχομένη· ἥτις ἐστὶν ἡ ὀφρὺς, ἄνωθεν προβεβλημένη, ἵνα κατευθύνῃ τὸ ὁρατικόν. Καὶ τούτου ἀπόδειξις, ὅταν βουληθῇς πόῤῥωθέν τι κατασκοπεῦσαι, καὶ κοιλάνας τὴν χεῖρα, ὑπερτείνῃς τῶν ὀφρύων. Εἰς τί γὰρ τοῦτο ποιεῖς; ἵνα τὸ ἐπὶ τὸ ἄνω διαφορούμενον τῆς ὄψεως μὴ εἰκῇ σκεδάννυται, τῷ πλάτει τοῦ ἀέρος ἐγκαταχεόμενον· ἀλλ' ἔκ τε τῆς ἄνωθεν ἀνοχῆς τῆς χειρὸς, ἔκ τε τῆς ἄνωθεν προβολῆς τῶν ὀφρύων κατευθυνόμενον, ἀκριβέστερον σχοίη τοῦ ὁρατοῦ τὴν μετάληψιν. Διὰ τοῦτο ὀφρύες, ὁμοῦ μὲν τὸ ὀπτικὸν τῶν ὀφθαλμῶν κατευθύνουσαι, ὁμοῦ δὲ καὶ τὸν ἄνωθεν καταῤῥέοντα ἱδρῶτα ἐπέχουσαι, καὶ οὐκ ἐῶσαι καταχεῖσθαι τῶν αἰσθητηρίων καὶ ἐμποδίζειν ταῖς ὄψεσιν, οἷόν τι διατείχισμα ἱκανὸν πρὸς τὴν τῆς ἔξωθεν ἐπιούσης βλάβης ἀποτροπήν.

17. Ποῖος ἀμπελουργὸς οὕτω δύναται ἀσφαλῶς τὴν οἰκείαν ἄμπελον περικλεῖσαι, καὶ θριγκὸν αὐτῇ τοιοῦτον περιβαλεῖν, ὡς ἀνεπίβατον πάντως καθεστάναι τὸν χῶρον, ὡς ὁ Θεὸς ἐξειργάσατο τὴν τῶν ὀφθαλμῶν περιβολὴν, τὴν τῶν ὀφρύων περιβολὴν εἰς τὴν τῶν ὀφθαλμῶν φυλακὴν, μηνοειδῶς ἡμῖν αὐτὰς περιγράψας, ἀπὸ μιᾶς συμβολῆς τῆς κατὰ τὴν ῥῖνα, ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη διατεινομένας· ἵνα ὁ ἱδρὼς τῇδε κἀκεῖσε περιῤῥέων, μηδεμίαν ἀσχολίαν παρέχῃ τῷ πονοῦντι ἀνθρώπῳ περὶ τὸ προκείμενον ἔργον, καὶ τῇ τούτου χειρὶ ἀνιούσῃ συνεχῶς ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὰς καταφερομένας νοτίδας ἀπομασσομένῃ· ἀλλ' ὁμοῦ μὲν διαῤῥέῃ αὐτομάτως ἐπὶ τὰ ἑκατέρωθεν πλάγια, μεταφερόμενος διὰ τῶν ἰδίων ὀχετῶν ἄνωθεν τῶν ὀφρύων, ὁμοῦ τε (a) οἱ ὀφθαλμοὶ ἀνενοχλήτως τὴν ἰδίαν ἐπιτελοῖεν ἐνέργειαν; Εἰ μὲν οὖν κατὰ μέρος καὶ περὶ τῶν λοιπῶν μελῶν τοῦ σώματος βουληθείημεν λογίσασθαι, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ σοφίαν τοῦ Θεοῦ διατρανῶσαι καὶ ἐξυμνῆσαι, ἐπιλείψει πάντως ἡμᾶς ἡ ἡμέρα. Ὑμεῖς δὲ καὶ ἐξ ἑνὸς μόνου μορίου κατανοήσατε πάντως τὸ τῆς θείας προνοίας περὶ τὸν ἄνθρωπον καὶ τεχνικῆς οἰκονομίας ἀπειροδύναμον· ἡμᾶς δ' ἐπειγομένους ἐπί τινα ὁδὸν ἀναγκαίαν, μετ' εὐχῶν προπέμψατε, ἵνα ἐν τάχει ἀποσωθέντες, καὶ τῶν λειπομένων ἀποδώσωμεν τὸ χρέος· χάριτι τοῦ πάντα οἰκονομήσαντος περὶ ἡμᾶς Κυρίου, τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς τῇ αὐτοῦ χάριτι· ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

16. Altera vero rursus superius imminens utrique oculo, pilorum exsistit tuitio; quæ tum decorem ambitu conciliet, tum vero etiam securitatem præstet; supercilium scilicet superne productum ut oculorum aciem dirigat. Huicque 347 rei argumento est, quod cum animo constitutum sit, ut rem longe distantem speculeris, curvatam manum superciliis obtendis. Quid enim causæ ut id facias? Ut nimirum quod videndi vis sursum versus disjicitur, haud frustra dissipetur, vastoque aere diffundatur; sed tanta superius manu, desuperque protensis superciliis directa, rem in aspectum cadentem accuratius percipiat. Hæc superciliorum ratio, quæ tum oculorum obtuendi vim dirigant, tumque etiam desuper defluentem sudorem retineant, nec oculis offundi sinant visuique officere, velut quoddam intersepimentum, a se idoneum sufficiensque ad arcendam, quæ ab exteriori est, injuriam.

17. Quis rogo vinitor sic tuto vineam suam queat occludere, circumjectaque communire maceria, ut locus prorsus inaccessus exsistat, quemadmodum Deus oculorum nobis ambitum effecit, quibus ut caveatur superciliorum orbem semicirculari ductu uno ad nasum confluxu utrinque protensa linea, effinxit, quo sudor, hinc inde defluens, nihil laboranti homini negotii faciat, in quodvis opus impenditur, manusque libera sit, nec ad oculos continue levari, atque inde defluentem humorem abstergere debeat. Sed simul quidem ad utrumque sponte latus per suos canales super supercilia defluat, simulque oculi nulla molestia suam operationem perficiant. Sane igitur, si quidem sigillatim corporis membra reliqua rationis libra velimus expendere, Deique in singulis sapientiam enucleatius tradere ac dilaudare, omnino deficiet nos tempus. Vos itaque vel ex uno membro, et quidem exiguo, prorsus pensate divinæ erga hominem providentiæ artisque dispositionis vim infinitam; nosque adeo, qui ad necessarium quoddam iter properemus, precibus deducite, ut ex illo quam cito incolumes, quæ sunt reliqua debiti exsolvamus; Domini gratia, qui erga nos prudenti consilio disponit omnia, qui nos creavit sua gratia; cui gloria et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ παραδείσου

ΛΟΓΟΣ Γ'.

1. Καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολὰς, καὶ ἔθετο ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἔπλασε. Νοήσωμεν, ἀκροαταὶ ἀξίαν Θεοῦ φυτείαν, καὶ παράδεισον πρέποντα τῇ φιλοκαλίᾳ τοῦ τοιούτου καὶ τηλικούτου δημιουργοῦ. Ἐν μὲν τοῖς κατόπιν

Ejusdem de paradiso.

ORATIO III.

1. *Et plantavit Deus paradisum in Edem ad orientales plagas, ei posuit ibi hominem quem formaverat*[36]. Ad mentem revocemus, auditores, ejusmodi plantationem quæ Deo digna sit, ac paradisum, qui talis tantique opificis artis solertiam elo-

[36] Gen. II, 8.

(a) Τί. Forte δέ. Edit.

gantiamque nihil dedeceat. In superioribus quidem dictum est : *Germinet terra herbam virentem, et lignum fructiferum seminans semen, faciens fructum : et factum est ita* [37]. Hic vero rursus ait : *Et plantavit Deus paradisum in Edem.* Si quidem paradisus communibus lignis atque stirpibus confertus erat, a prima arborum editione statum suum ac constitutionem habebat, nec singulari Dei plantatione quæ postea in eo enatæ sunt, arbores, opus habebant. Nunc vero, quod aliæ longe præstantiores genere pariter gustuque, iis, quæ superius sponte e terra emerserant, in paradiso postmodum enatæ sunt omnis generis arbores, vel ex ipsa Scriptura manifestum est.

348 2. *Et produxit*, inquit, *Deus adhuc de terra omne lignum pulchrum visu et suave ad vescendum* [38]. Quemadmodum enim hominem eximia ac singulari formatione præ reliquis animantibus dignatus est, sic et hominis domicilium suæ opus dexteræ voluit; delecto loco idoneo, omni creatorum præstante natura, cui ob celsitatem nullæ umbræ obtunderent, decore mirabili, tuto situ, quod cunctis emineret, splendido, ac quod omni siderum ortu collustraretur limpidissimo circumfuso aere; partium anni temperatione jucundissima simul optimaque. Ibi igitur Deus paradisum plantaverat, ibi non ventorum vis, non anni tempestatum intemperies, non grando, non ignei turbines, non procellæ, non contorta ac violenta fulmina, non glacies hiemalis, non veris humiditas, non æstatis ardor ac æstus, non autumni siccitas; sed temperata pacataque anni temporum mutua concordia, singulo quoque proprio convestito decore, et quod a vicino nihil sibi insidiarum timeret. Nam neque vernos flores æstas, forsitan suum præmature tempus occupans, labefactaret; non æstivi ac autumnales fructus aeris haud raro inordinatione adusti diffluerent ac interirent; cunctæ vero ordinate tempestates locum illum velut choro circuirent, inter se placide, nulla cujusque labe ac molestia implexæ ac copulatæ; ac quo singulæ suo tempore, quod a se singulare eximiumque esset, nihil cujusque injuria oblæsum, dono contribuerent. Terra illa opima mollisque, ac quæ prosus melle manaret ac lacte, atque ad omne fructuum genus edendum esset idonea, fertilissimisque aquis circumflua. Aquæ ipsæ perpulchræ ac dulces, valdeque tenues ac limpidæ quæ et aspectu plurimum recrearent, ac quam oblectarent majorem quoque utilitatem præberent.

3. Prius itaque ipsum condidit locum, ejusmodi scilicet ut divinæ aptui sationi esset, nec ab ea quidquam abhorreret. Exinde in eo plantavit genus omne pulcherrimarum stirpium, quæ et aspectu summam gratiam haberent, et summam gustu homini dulcedinem præberent. Qua tibi ratione ob oculos clare patriæ, ex qua excidisti, decora repræ-

εἴρηται· Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, καὶ ξύλον κάρπιμον σπεῖρον σπέρμα, ποιοῦν κάρπον· καὶ ἐγένετο οὕτως. Ἐνταῦθα δὲ πάλιν λέγει· Καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδέμ. Εἰ ἀπὸ τῶν κοινῶν ξύλων ἐτεπέπλητο ὁ παράδεισος, εἶχεν ἂν τὴν ἰδίαν σύστασιν ἀπὸ τῆς πρώτης γενέσεως τῶν φυτῶν, καὶ οὐκ ἐδεῖτο ἐξαιρέτου φυτείας τοῦ Θεοῦ τὰ ἐν αὐτῷ ὕστερον ἀναφυέντα δένδρα. Νῦν δὲ, ὅτι ἕτερα πολὺ διαφορώτερα, καὶ τῷ εἴδει καὶ τῇ γεύσει, τῶν προαναδοθέντων αὐτομάτως ἐκ τῆς γῆς, τα ἐν τῷ παραδείσῳ ὕστερον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ φιλοτεχνηθέντα παντοῖα γένη τῶν φυτῶν καθειστήκει, καὶ ἀπ' αὐτῆς δηλοποιεῖται τῆς Γραφῆς.

2. Καὶ ἐξανέτειλε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἔτι ἐκ τῆς γῆς πᾶν ξύλον εἰς ὅρασιν ὡραῖον, καὶ καλὸν εἰς βρῶσιν. Ὥσπερ γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἐξαιρέτου τῆς πλάσεως παρὰ τὰ λοιπὰ ζῶα ἠξίωσεν, οὕτω καὶ τὸ ἐνδιαίτημα τοῦ ἀνθρώπου τῆς ἰδίας αὐτοῦ χειρὸς ἔργον ἐποίησε, τόπον ἐπιλεξάμενος ἐπιτήδειον ὑπερφέροντα τῆς ὅλης κτίσεως καὶ διὰ τὸ ὕψος ἀνεπισκότητον, θαυμαστὸν τῷ κάλλει, ἀσφαλῆ τῇ θέσει, λαμπρὸν τῇ κατὰ πάντων ὑπεροχῇ καὶ τῷ καταλάμπεσθαι πάσαις ταῖς τῶν ἄστρων ἀνατολαῖς, ἀέρι διαυγεστάτῳ περιεχόμενον καὶ τῶν ὡρῶν εὐκρασίαν ἡδίστην τε ἅμα καὶ βελτίστην ἔχοντα. Ἐκεῖ οὖν ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς τὸν παραδεισον, ὅπου οὐκ ἀνέμων βία, οὐκ ἀμετρία ὡρῶν, οὐ χάλαζα, οὐ πρφηστῆρες, οὐ λαίλαπες, οὐ σκηπτοὶ, οὐ χειμερινὴ πῆξις, οὐχ ὑγρότης ἠρινὴ, οὐ θερινὴ πύρωσις, οὐ φθινοπωρινὴ ξηρότης· ἀλλ' εὔκρατος καὶ εἰρηνικὴ συμφωνία τῶν ὡρῶν, ἑκάστης τῷ ἰδίῳ κάλλει κεκοσμημένης, καὶ μὴ ἐπιβουλευομένης παρὰ τῆς γείτονος. Οὔτε γὰρ τοῖς ἠρινοῖς ἄνθεσι τὸ θέρος, προτρέχον τυχὸν τοῦ ἰδίου καιροῦ, ἐλυμαίνετο, οὔτε πάλιν θερινοὶ καὶ μετοπωρινοὶ καρποὶ, τῇ τοῦ ἀέρος ἀταξίᾳ πολλάκις καταφλεχθέντες ἐρρύησκοντο καὶ ἀπώλοντο (*a*)· πᾶσαι δὲ τὸν τόπον ἐκεῖνον εὐτάκτως αἱ ὧραι περιεχόρευον, ἀλλήλαις ὁμαλῶς καὶ ἀλύπως συμπεριπλεκόμεναι καὶ συνδούμεναι, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῆς ἑκάστη, κατὰ τὸν ἴδιον καιρὸν, δωροφοροῦσα ἐξαίρετα καὶ ἀνεπιβούλευτα. Καὶ ἡ γῆ δὲ ἐκείνη πίων καὶ μαλακὴ, καὶ ὅλως ῥέουσα μέλι καὶ γάλα, καὶ πρὸς πᾶσαν καρπογονίαν ἐπιτηδεία· ὕδασι γοιμωτάτοις κατάρρυτος· περικαλλῆ καὶ ἡδέα τὰ ὕδατα, καὶ σφόδρα λεπτὰ καὶ διαφανῆ, πολὺ μὲν ἐξ ὕψεως ἔχοντα τὸ τερπνὸν, πλέον δὲ τοῦ τερπνοῦ τὸ ὠφέλιμον παρεχόμενα.

3. Πρότερον μὲν οὖν αὐτὸν ἐδημιούργησε τὸν τόπον ἄξιον τῆς ὑποδοχῆς τῶν τοῦ Θεοῦ φυτευμάτων· ἔπειτα δὲ ἐνεφύτευσεν αὐτῷ παντοδαπὰ κάλλη δένδρων, ὄψιν τε χαριεστάτην καὶ ἀπόλαυσιν ἡδίστην τῷ ἀνθρώπῳ χαριζόμενα. Πῶς σοι δυνηθῶ ἐπ' ὄψιν ἐναργῶς ἀγαγεῖν τὰ κάλλη τῆς πατρίδος, ὅθεν ἐκπέπτωκας, ἵνα περιαλγήσας ἐξίως ἐπὶ τῇ τούτων στερήσει,

[37] Gen. I, 11. [38] Gen. II, 9.

(*a*) Ἀπώλοντο. Forte ἀπώλλυντο. EDIT.

δυνηθῆς ὀψέ ποτε τῆς ἐξορίας ἀνακαλέσασθαι σεαυτὸν, καὶ πρὸς ἐκεῖνα παλινδρομῆσαι τὰ βέβαια καλὰ καὶ τερπνὰ, καὶ ἀμιγῆ τῶν φαύλων καὶ λυπηρῶν ; nullisque malis ac tristibus commista, postlimidio redire ?

A sentare sufficiam, ut eorum merito carentis mœrens, tandem aliquando ab exsilio tete revocare valeas, atque ad illa firma bona ac delectabilia,

4. Εἰσὶ μὲν γὰρ κἀνταῦθα λειμῶνες εὐανθεῖς, καὶ τὴν θέαν περικαλλεῖς· ἀλλὰ τοσοῦτον χαριέστατον τῇ διανοίᾳ φαντάσθητι· πῶς τὸ ῥόδον μὲν μετὰ τῆς ἀκάνθης ὧδε κεκρυμμένον, ἔχον τὴν ἀηδίαν τῇ χάριτι σύνδρομον, καὶ μονονουχὶ διαμαρτυρόμενον ἡμῖν, ὅτι τὰ τερπνὰ πάντα τοῦ τῇδε βίου τοῖς λυπηροῖς ἀναμέμικται. Τῷ ὄντι γὰρ οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν ἀκραιφνές· ἀλλὰ πάσῃ κοσμικῇ εὐφροσύνῃ εὐθὺς ἡ λύπη συμπαραπέπηγε· τῷ γάμῳ ἡ χηρεία, τῇ παιδοτροφίᾳ ἡ μέριμνα, τῇ εὐτεκνίᾳ ἡ ἀποβολὴ, ταῖς περιφανείαις αἱ ἀτιμίαι, ταῖς τρυφαῖς αἱ παρέσεις, B ταῖς ὑγιείαις αἱ ἀῤῥωστίαι· ἀνθηρὸν τὸ ῥόδον, ἀλλ' ἐμοὶ κατήφειαν ἐμποιεῖ· ὁσάκις γὰρ ἂν ἴδω τὸ ἄνθος, τῆς ἁμαρτίας ἀναμιμνήσκομαι τῆς ἐμῆς, δι' ἣς ἀκάνθας ἡ γῆ καὶ τριβόλους ἀνατέλλειν κατεδικάσθη μοι. Καὶ ἐνταῦθα μὲν οὖν ὀλιγοχρόνιος τῶν ἡρινῶν ἀνθέων ἡ χάρις, ἔτι ποθοῦντας ἡμᾶς ἐπιλιποῦσα· οὐ γὰρ ἔφθημεν δρεψάμενοι, καὶ ἐν ταῖς χερσὶν ἡμῶν ἀπεμαράνθη. Ἐκεῖ δὲ τὸ ἄνθος οὐ πρὸς βραχὺ διαλάμπον, εἶτα ἐκλεῖπον, ἀλλὰ διαρκὲς τὸ τερπνὸν ἔχον καὶ ἀΐδιον, ἀσυντέλεστον τὴν ἀπόλαυσιν· ἡ εὐωδία ἀκόρεστος, ἡ εὔχροια διηνεκῶς ἐξαστράπτουσα. Οὐ βίαι ἀνέμων παραλυποῦσιν, οὐ νηνεμίαι ἀπομαραίνουσιν, οὐ παγετοὶ ἀποπνίγουσιν, οὐχ ἡλίου φλόγωσις καταφρύσσει· ἀλλὰ πνεῦμα μέτριον, λεπτήν τινα καὶ ἡδεῖαν παρεχόμενον αὔραν, καὶ κούφως αὐτοῖς C καὶ προσηνῶς ἐπιπνέον, ἀδάμαστον χρόνῳ καὶ ἀμάραντον τὴν χάριν αὐτῶν διασώζει.

4. Sane quidem nec hic desunt prata florida, aspectuque perpulchra ac grata : quod enimvero illa maxime gratiarum habent, animo reputa ; quonam modo rosa cum spina hic deliteat, cujus gratiæ insuavitas assecla exsistat, propeque nobis contestetur, quidquid vitæ hujus delectabilium est, tristibus ac molestis esse commistum. Revera enim nulla in bonis humanis sincera sunt ac pura, sed sæculi omnilætitiæ confestim mœstitia dolorque cohæret ; nuptiis, viduitas ; liberorum educationi, sollicitudo ac cura ; copiosæ probæque prolis amissio ; conspicuis honoribus, infamiæ dedecora ; voluptatibus, membrorum solutio ; sanitati, ægritudo. Florida rosa est, at mœsto me animo facit. Quotiescunque enim florem conspicio, in mei memoriam peccati redeo, cujus reatu indictum terræ, ut mihi spinas ac tribulos germinet [39]. Et hic sane brevissimi temporis 349 florum gratia est, qui adhuc cupientes deserant. Necdum enim legimus, cum in manibus nostris emarcuere. Illic vero flos, non ad breve effulgens tempus, tumque deficiens, sed perennem, jucunditatem ac sempiternam habens ; aspectum gratum ac immortalem, fruitionem indelebilem. Fragrantia, omnis tædii expers ; coloris suavitas jugiter effulgens. Nihil ventorum impetus ac turbines nocent, non sudum tempus nullis auris emarcescere facit ; non glacies horrida congelat ; non solis ardor æstu torret ; sed moderatus quidam ventus, tenuem quamdam dulcemque præbens auram, tempore indomabilem ac immarcescibilem illorum servat gratiam.

5. Τὰ δὲ τῶν φυτῶν κάλλη, ἄξια καὶ αὐτῆς (*a*) τῆς δημιουργίας καὶ φυτείας τοῦ κτίσαντος· ὅπα φρυγανικὰ καὶ ὅσα ἔνθαμνα, τὰ μονοστέλεχα, τὰ πολύκλαδα, τὰ ὑψίκομα, τὰ ἀμφιθαλῆ, τὰ φυλλοβόλα, τὰ ἀείφυλλα, τὰ γυμνούμενα, τὰ ἀειθαλῆ, τὰ κάρπιμα, τὰ ἄκαρπα· τὰ μὲν τῇ χρείᾳ ὑπηρετούμενα, τὰ δὲ πρὸς ἀπόλαυσιν συμβαλλόμενα· πάντα μιγέθει καὶ κάλλει διαφέροντα, κατάσκια τοῖς κλάδοις, ἀμφιθαλῆ ταῖς κόμαις, βρύοντα τοῖς καρποῖς, ἄλλοις ἄλλην χρείαν ὁμοῦ καὶ τέρψιν ἀφθόνως ἀποπληροῦσιν· D ἑκάστου γὰρ τῶν καρπῶν τούτων πολὺ μὲν τὸ χάριεν, πλέον δὲ πάλιν τοῦ τερπνοῦ τὸ χρειῶδες.

5. Ipsa quoque stirpium venustas, quæ et ipsa conditoris opificium ac plantationem deceat ; quæcunque sarmentitiæ sunt et quæ fruticosæ, quæ unistirpes, multiramæ, alticomæ, opaca viridate, foliis deciduæ, semper foliatæ, quæ folia exuant, semper virentes atque floridæ, frugiferæ, infrugiferæ ; quarum aliæ usui destinatæ sint, aliæ conferant ad jucunditatem fruendam ; præstantes omnes proceritate et venustate, opacæ ramis, comis virentes ac floridæ, fructibus scatentes, quæ aliam atque aliam cum utilitatem tum oblectationem ubertim præbeant.

6. Ποῖος λόγος παραστήσει τῆς ἡδονῆς ἐκείνης τὸ ὑπερβάλλον ; Ἐὰν γὰρ συγκρίνῃ τις τοῖς ὧδε τὰ ἐκεῖ, καθυβρίζει μᾶλλον τῇ παραθέσει, ἢ τινά σοι ἐνάργειαν ἐκ τῆς εἰκόνος παρίστησιν, ἀποπιπτούσης πολὺ τῆς εἰκόνος πρὸς τὴν τοῦ πρωτοτύπου ἀλήθειαν. Πάντα τέλεια, πάντα ὥριμα, οὐ κατὰ μικρὸν αὐξηθέντα (οὐ γὰρ ἀπὸ ἄνθους ἐπὶ τὴν ἀκμὴν τῷ χρόνῳ προέρχεται), ἀλλ' αὐτόθεν μετὰ τῆς οἰκείας ἀκμῆς ἐκφυέντα, καὶ ἀποτελέσματα φύσεως οὐκ ἀνθρωπίνης ἐπιχειρήσεως.

6. Quænam dicendi vis voluptatis illius repræsentet præstantiam ? Si quis namque cum iis quæ sunt vitæ hujus comparaverit, injuriam potius faciet comparando, quam ex simulacro ullam tibi rei evidentiam præstabit, quod longe procul a prima veritate ac exemplari similitudo excidat. Perfecta omnia, cuncta matura, non paulatim facto cremento adaucta (non enim a flore ad summum incrementum provehunt ac maturitatem), sed ab ipso statim ortu cum sua enata summa perfectione ac vigore atque naturæ effectus, non industriæ humanæ.

[39] Gen. III, 18.

(*a*) Αἰτῆς. Forte αὐτά, ut et interpres legisse videtur. Edit.

7. Ibi et avicularum omnigenum genera, tum pennarum flore, tum nativo concentu atque garritu, miram quamdam a se jucunditatem spectantibus offerentia; ut nullo non sensu homo liberalissime acceptus, qua visu, qua auditu, qua tactu, qua olfactu ac gestu, affatim deliciaretur. Cum volucribus erant et terrestrium animalium omnigena spectacula, cicura omnia et mansueta; pari cunctis secum indole ac ingenio, sic audientia ac loquentia, ut nullo negotio intelligerentur. Nihil tum serpens horroris faciebat, sed mitis ac mansuetus erat; non agresti sævoque modo undose in terræ faciem reptans ventremque trahens, sed erectus celsusque in pedes incedens. Sic et cæteræ bestiæ quæcunque nunc indomitæ et feræ sunt, tunc mansuetæ erant. Illic itaque Deus hominem posuit, quem formaverat. Alibi formatum, illuc induxit. Quemadmodum enim Deus luminaria primum condidit, et in firmamento posuit [40]; ita et hominem formavit quidem limum e terra, tumque posuit in paradiso [41]. Observa autem, haud dictum esse, Quem fecerat, sed, *Quem formaverat*. Fecerat namque, id est, quod est ad imaginem, illud vero incorporeum est; quod vero vacat corpore, nec loco circumscriptum est. Est quidem quod factum est, figmento necessario comes; anima scilicet corpori. Necesse enim est esse simul quod compositum est. Enimvero primaria ratione locus corporis est, anima vero ex consequenti sed loco concluditur, qua habitudine se ad corpus habet, illique commiscetur: haud tamen ex sua ipsa indole, id est, qua parte substantia mente prædita est. Num, quæso, te exhilaravi, narrando paradisi amœnitatem, vel majoris quidpiam doloris, eorum quæ corruptione intereunt comparatione conscivi? Omnino autem mens tua et animus, quæ excelsa sapiat mundoque superiora, ut cujus in cœlis conversatio sit [42], atque ea quæ sursum lumina erecta habeat, quæ promissionis sunt cogitabat, eorumque bonorum quæ sunt nobis promissa, quidpiam audire observabat: *Quæ videlicet nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendere* [43]. Quisnam igitur est qui enarret, si oculus non vidit? Si auris non audivit, qui fiat ut tua suscipiat? Si in cor hominis non ascenderunt, quomodo noster capiet animus? Neque igitur corporalia respuimus, et spiritalia requirimus. Nam quemadmodum in lege erat quod et in sensum caderet, cum et ejus quod mente intelligitur nihilominus figuram præstaret; sic et paradisum, tum corporali ratione intelligimus, tum et spiritali quoque per allegoriam exponimus. *Plantavit* igitur *Deus paradisum in Edem ad orientales plagas*. Plantarum quidem stirpiumque nomina pressa silentio sunt; locus vero, in quo plantavit, declaratus est; hoc est, in voluptate. Edem enim nominis etymo voluptas deliciæque exponitur.

8. Num igitur eas vocat delicias, quæ per os in ventrem immigrant, ac quarum finis secessus? ejusmodi tradidit delicias, quæ intereunt? in eoque Dei erga hominem beneficium positum est, ut venter suffarciatur, bonaque sit corporis habitudo, ac cu-

7. Ἐκεῖ καὶ ὀρνίθων παντοδαπῶν γένη, τῷ τε τῶν πτερῶν ἔνθει καὶ τῷ τῆς φωνῆς λιγυρῷ ἀπόλαυσίν τινα θαυμαστὴν προτιθέντα τοῖς ὁρωμένοις· ὥστε διὰ πασῶν τῶν αἰσθήσεων εὐωχεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, τὰ μὲν ὁρῶντα, τὰ δὲ ἀκούοντα· ἄλλων ἁπτόμενον, ἄλλων ὀσφραινόμενον, ἑτέρων ἀπογευόμενον. Σὺν τοῖς ὄρνισε δὲ καὶ χερσαίων ζώων παντοδαπῶν θεάματα, πάντων ἡμέρων, πάντων συνήθως ἀλλήλοις καὶ ἀκουόντων καὶ φθεγγομένων εὐσύνοπτα. Οὐ φρικτὸς ὄφις τότε, ἀλλὰ προσηνὴς καὶ ἥμερος· οὐκ ἄγριον ἐπικυμαίνων καὶ ἕρπων κατὰ προσώπου τῆς γῆς, ἀλλ' ὑψηλὸς ἐπὶ ποδῶν βεβηκώς. Τοιαῦτα μειλίχια καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ἄλογα ζῶα, ὅσα νῦν ἀτίθασσα παντελῶς καὶ ἀμείλικτα. Ἐκεῖ οὖν ἔθετο ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ὃν ἔπλασεν· ἀλλαχοῦ ἔπλασε, κἀκεῖ εἰσήγαγεν. Ὥσπερ γὰρ τοὺς φωστῆρας πρῶτον μὲν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, καὶ ἔθετο ἐν τῷ στερεώματι· οὕτω καὶ τὸν ἄνθρωπον ἔπλασε μὲν χοῦν ἀπὸ γῆς, ἔπειτα δὲ ἔθετο ἐν τῷ παραδείσῳ. Σημείωσαι δὲ, ὅτι οὐκ εἴρηται, Ὃν ἐποίησεν, ἀλλ', Ὃν ἔπλασεν. Ὃ γὰρ ἐποίησε, τὸ κατ' εἰκόνα ἐστί· τοῦτο δὲ ἀσώματον· τὸ δὲ ἀσώματον, τόπῳ ἀπερίγραπτον. Ὅμως μέντοι ἐξακολουθεῖ ἐξ ἀνάγκης τῷ πλάσματι τὸ ποίημα, τουτέστι νῷ σώματι ἡ ψυχή· ὁμοῦ γὰρ εἶναι δεῖ τὸ σύνθετον. Ἀλλὰ προηγουμένως μὲν τοῦ σώματος ὁ τόπος, ἡ ψυχὴ δὲ κατ' ἐπακολούθησιν περικλείεται τόπῳ διὰ τῆς πρὸς τὸ σῶμα σχέσεως ἢ ἀνακράσεως, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς οἰκείας φύσεως, εἴτουν τῆς νοερᾶς οὐσίας. Ἆρά σε εὔφρανα τῇ διηγήσει τῶν τοῦ παραδείσου τερπνῶν, ἢ πλέον ἐλύπησα τῇ τῶν φθαρτῶν παραθέσει; Πάντως γάρ σου ἡ διάνοια, ὑψηλὰ καὶ ὑπερκόσμια φρονοῦσα, οἷα δὴ τὸ πολίτευμα ἔχουσα ἐν οὐρανοῖς καὶ πρὸς τὴν ἄνω ἀξίαν ἀφορῶσα, τὰ τῆς ἐπαγγελίας ἐνενόει, καὶ περιεσκόπει ἀκούσασθαί τι τῶν ἐπηγγελμένων ἡμῖν ἀγαθῶν, Ἃ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. Τίς οὖν ὁ διηγούμενος, εἰ ὁ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν; Εἰ οὖς οὐκ ἤκουσεν, πῶς τὸ σὸν ὑποδέξεται; Εἰ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, πῶς ἡ ἡμετέρα χωρήσει διάνοια; Οὔτε οὖν τὰ σωματικὰ ἐκβάλλομεν, καὶ τὰ πνευματικὰ ἐπιζητοῦμεν. Ὡς γὰρ ἐπὶ τοῦ νόμου ἦν μὲν καὶ τὸ αἰσθητὸν, ἀλλὰ καὶ τύπον ἐποίει τοῦ νοητοῦ· οὕτω καὶ τὸν παράδεισον νοοῦμεν μὲν καὶ σωματικῶς, ἀλληγοροῦμεν δὲ καὶ πνευματικῶς. Ἐφύτευσεν οὖν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς. Τὰ μὲν ὀνόματα τῶν φυτῶν σεσιώπηται· ὁ δὲ τόπος, ἐν ᾧ ἐφύτευσε, δεδήλωται· τουτέστιν, ἐν τῇ τρυφῇ· Ἐδὲμ γὰρ τρυφὴ ἑρμηνεύεται.

8. Ἆρα οὖν τρυφὴν τὴν διὰ στόματος ὀνομάζει, τὴν τῇ κοιλίᾳ παραδιδομένην, καὶ ἧς τέλος ὁ ἀφεδρών; καὶ τρυφὴν παρέδωκε τὴν ἀπολλυμένην; καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ παρὰ Θεοῦ χάρις περὶ τὸν ἄνθρωπον, γαστρὸς πλήρωσις, καὶ σαρκὸς εὐπάθεια, καὶ διάχυ-

[40] Gen. I, 16. [41] Gen. II, 15. [42] Philipp. III, 20. [43] I Cor. II, 9.

σις ἡδονὴν ἐμποιοῦσα ; Ἢ τοῦτο μὲν εἰπεῖν οὐδὲ εὐσεβές. Ἀκολασίας γὰρ που καὶ ὕβρεως, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ἀπηγορευμένων ἐφόδιον, ὑπερπιαίνειν τὸ σῶμα, καὶ καταβαπτίζειν τῷ πλήθει τῶν βρωμάτων τὴν ἐνοικοῦσαν ψυχὴν, εὐκατάφορον ποιοῦντα πρὸς πᾶσαν ἁμαρτίαν.

9. Οὐκοῦν ἄλλην χρὴ νοῆσαι τρυφὴν, ἀξίαν Θεοῦ, ἵνα καὶ ἡ φυτεία πρέπουσα τῇ γεωργίᾳ τοῦ Θεοῦ λογισθῇ. Τίς οὖν δύναται γενέσθαι τρυφὴ ἁγίοις ἁρμόττουσα ; Ἄκουσον τοῦ λέγοντος· Κατατρύφησον τοῦ Κυρίου, καὶ δώσει σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου.

10. Ἐπεὶ οὖν ἄπειρον τὸ ποικίλον τῆς ἀρετῆς, καὶ τὸ κάλλος ἀμήχανον, ἀπὸ τῆς πολυτρόπου σοφίας τοῦ Θεοῦ τὴν ἀρχὴν εἰληφότα, διὰ τοῦτο γέγραπται, ὅτι Ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον, οὐχὶ κατὰ ἀνατολὴν, ἀλλὰ Κατὰ ἀνατολάς. Ἕκαστον γὰρ τῶν πεφυτευμένων παρὰ Κυρίου φυτῶν, ἐν ἰδίῳ φωτὶ ἀρετῆς κεκαλλωπισμένον ἐξήστραπτεν. Ἐκεῖ Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα, τοῦ εὐφραίνοντος τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ. Ἀλλαχοῦ δὲ Χειμάῤῥους τῆς τρυφῆς ὀνομάζεται, τρέφων καὶ αὔξων τῶν νοητῶν ἐκείνων φυτῶν τὰ κάλλη· ὅστις καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς τῆς προκειμένης Γραφῆς λέγεται ποταμὸς ὁ πορευόμενος ἐξ Ἐδὲμ ποτίζειν τὸν παράδεισον. Ἐν μὲν οὖν τοῖς κατόπιν ἐγέγραπτο, ὅτι πρότερον τὴν κτίσιν πληρώσας, οὕτως ἐπεισήγαγεν εἰς ἀρχὴν οἱονεὶ καὶ κυριότητα ταύτην (a) τὸν ἄνθρωπον· νῦν δὲ, τὸ ἀνάπαλιν, πρότερον ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ τότε ἐφύτευσε τὸν παράδεισον. Ἡ δὲ αἰτία, ὅτι ἐκεῖ μὲν, ἵνα πληρώσῃ τὸν οἶκον, τὸν οἰκοδεσπότην εὐθὺς ἐπεισήγαγε· καὶ ἵνα μὴ πένητα κτίσας, ὕστερον τὴν εὐπορίαν αὐτῷ χαρίσηται. Ἐνταῦθα δὲ, τὴν ἐκ προκοπῆς τελείωσιν χαρισάμενος, ἀλλαχοῦ ἔκτισε, καὶ ὕστερον ἐγκατοικίζει τῷ παραδείσῳ· ἵνα τὸ διάφορον καταμαθὼν τῆς τε ἔξω ζωῆς καὶ τῆς ἐν παραδείσῳ διαγωγῆς, ἐκ τῆς συγκρίσεως ἑκατέρων, καὶ αὐτῆς τῆς πείρας, γνωρίσῃ μὲν τὴν ὑπεροχὴν τοῦ ἐν αὐτῷ κάλλους, φοβηθῇ δὲ καὶ τῆς ἐκπτώσεως τὴν ζημίαν.

11. Ἵνα δὲ νοήσῃς φυτείαν ἀξίαν θείας χειρὸς καὶ ἐργασίας, μνήσθητι τῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ παρὰ τοῦ Κυρίου πρὸς τοὺς μαθητὰς εἰρημένων, ὅτι, Ὑμεῖς ἐστε τὰ κλήματα, καὶ ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστι· δηλονότι, ὡς παρ' αὐτοῦ φυτευθέντες. Ταύτης εἰσὶ τῆς φυτείας καὶ οἱ ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου πεφυτευμένοι, ὡς γέγραπται, καὶ ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξανθοῦντες. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐν τῷ προφήτῃ· Ἐγὼ ἐφύτευσα ἄμπελον καρποφόρον, πᾶσαν ἀληθινήν. Ὁ δὲ μιμητὴς τοῦ Χριστοῦ Παῦλος ἀποτολμᾷ καὶ λέγει ὅτι, Θεοῦ συνεργοί ἐσμεν· Θεοῦ γεώργιόν ἐστε. Ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότι-

ticula curetur, eaque diffusio sit, qua voluptas ac libido creatur? At hoc ne dictu quidem pium est. Corpus enim abunde saginare, inque eo degentem animum ciborum copia obruere, viaticum quoddam est ad lasciviam stuprumque ac procacitatem, et si quid aliud in vetitis est, atque in omne peccatum pronum reddit ac præcipitem.

9. Aliæ igitur intelligendæ deliciæ sunt, ut et plantatio, quæ Dei culturam deceat, mente percipiatur. Quænam igitur voluptas, quæ deliciæ esse possint, quæ sanctis congruant? *Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui* [44].

10. Quoniam igitur infinita est virtutis varietas, ac quam nemo satis sapiat, pulchritudo, a multiplici Dei sapientia horum ducta origine, propterea scriptum est, *Plantavit Deus paradisum*, non ad orientem, sed *ad orientis plagas*. Quæque enim a Domino satarum stirpium, in propria luce eximio cultu atque ornatu persplendebat. Illic *Fluminis impetus, ejus quod lætificat civitatem Dei* [45]. Alio autem loco *Voluptatis torrens* [46] nuncupatur, alens, et ad justum crementum trahens spiritualium illarum stirpium venustatem atque decorem. Is, in sequenti Scripturæ textu, fluvius dicitur ex Eden egrediens, ad irrigandum paradisum. Sane quidem in superioribus dictum est, quod absoluta prius creatione mundoque constituto, sic induxerit hominem, qui præesset imperio ac dominio polleret. Hic autem e converso, prius formavit hominem, deinde paradisum plantavit. Hujus porro ratio est, quod illic quidem istud consilii fuerit, ut in plenam domum patremfamilias statim induceret; nec 351 quem pauperem creasset, postmodum rerum copia locupletaret. Hic vero, qui eam perfectionem, quæ ex profectu est, tribueret, alibi creatum, in paradiso postmodum colonum collocavit; ut explorato quid interesset inter vitam quam foris gesserat, et paradisi institutionem ac disciplinam, ex utriusque collatione, tum pulchritudinis excellentiam condisceret, tum quam facturus esset jacturam, si inde excideret, metueret.

11. Ut vero plantationem Dei manu dignam intelligas, in memoriam veniat eorum quæ a Domino dicta sunt ad discipulos: *Vos estis palmites, et Pater meus agricola est* [47], ut qui nimirum sati ab eo essent. Ex illa sunt plantatione, et qui in domo Domini plantati sunt [48]. Et rursus in propheta: *Ego plantavi vineam fructiferam, omnem veram* [49]. Audetque et ait Christi æmulus Paulus, *Dei adjutores sumus; Dei agricultura estis. Ego plantavi, Apollo rigavit. Deus autem incrementum dedit* [50]. Justus quoque in Davide similis dictus est arbori consitæ secus decursus aquarum, *Quæ fructum suum dabit*

[44] Psal. XXXVI, 4. [45] Psal. XLV, 5. [46] Psal. XXXV, 9. [47] Joan. XV, 1. [48] Psal. XCI, 14. [49] Jerem. II, 21. [50] I Cor. III, 9, 6.

(a) Ταύτην. Forte legendum ταυτης, nempe κτίσεως. EDIT.

in tempore suo, et folium ejus non defluet [51]; ac rurrus : *Justus ut palma florebit* [52]; et : *Vineam ex Ægypto transtulisti; ejecisti gentes, et plantasti eam* [53]. Da igitur operam, ut per istiusmodi documenta paradisum illum mente assequaris, perveniasque et ipse ad divinæ lucis fulgores; ubi lumen scientiæ oritur; ubi consitus est paradisus deliciarum. Quanquam vero etiam locum corporeum animo informaveris, qui sanctorum sedes sit, in quo omnes qui super terram bonis operibus claruerunt, Dei gratiæ compotes effecti, veræque ac spiritalis jucunditatis, vitam agant, nihil ab ea, quæ doceat, paradisi conjectura ac simulacro forsitan erraveris.

A σεν, ὁ δὲ Θεὸς ηὔξησε. Καὶ ὁ δίκαιος δὲ, ὁ παρὰ τῷ Δαβὶδ, ὡμοίωται τῷ ξύλῳ τῷ πεφυτευμένῳ παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται· καὶ πάλιν· Δίκαιος ὡς φοίνιξ ἀνθήσει· καὶ, Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας· ἐξέβαλες ἔθνη, καὶ κατεφύτευσας αὐτήν. Πειράθητι τοίνυν διὰ τῶν τοιούτων διδαγμάτων ἐν περινοίᾳ γενέσθαι τοῦ παραδείσου ἐκείνου, καὶ φθάσαι καὶ αὐτὸς εἰς τὰς αὐγὰς τοῦ θείου φωτός· ἔνθα τὸ φῶς τῆς γνώσεως ἀνατέλλει, ἔνθα ὁ παράδεισος τῆς τρυφῆς πεφύτευται. Κἂν χωρίον δέ τι νοῆς σωματικὸν, δεκτικὸν τῶν ἁγίων, ἐν ᾧ πάντες οἱ ἐπὶ γῆς διαλάμψαντες ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς διαιτῶνται, τῆς τοῦ Θεοῦ ἀπολαύοντες χάριτος, κατ' ἀξίαν ἀμοιβὴν, καὶ τῆς ἀληθινῆς καὶ μακαρίας τερπνότητος, οὐκ ἀποπίπτεις τάχα οὐδ' οὕτω τῆς πρεπούσης περὶ αὐτοῦ εἰκασίας.

12. Illic itaque bonæ quædam virtutes missis radicibus firmiter stabilitæ sunt sanctorum administræ, quarum fidei ac curæ homo recens ortus, multaque ad perfectionem indigens exercitatione virtutis palæstra traditus est. Ubi sanctorum cœtus est; ubi lucis exortus; ubi deliciæ animæ : illic Deus posuit hominem. Si carnalis es, habes corporalis paradisi delineationem, delicatissimamque expletionem. Ad hæc propera, velut indeficientem subministrandum illic voluptatem nacturus. Seu spiritalis es, et sublimiora sapis quam pro rerum in sensum cadentium oblectatione, ascende animo ad decora angelorum, condisce qui in eis sunt justitiæ fructus. Contuere Dei flumen aquis repletum, *Cujus impetus lætificant civitatem Dei* [54]; *Cujus artifex ac conditor Deus* [55]. Per hanc fluit ille fluvius, qui ducta ab Edem origine, irrigat paradisum. Cuncta hæc mente reputans, horum lauda conditorem, qui tot tantaque bona tui causa fecerit, et ut tu eis fruereris, tantaque te claritate dignatus sit, si modo ad eum semper animo convertaris, intellexerisque a quo et quem in finem in rerum naturam fuerimus producti. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

B 12. Ἐκεῖ οὖν ἐῤῥιζωμέναι εἰσὶ καὶ παγίως ἐρηρεισμέναι αἱ ἀγαθαὶ δυνάμεις, λειτουργοὶ τῶν ἁγίων, εἷς ὁ ἄνθρωπος παρεδόθη ἀρτιγενὴς ὢν καὶ πολλῆς δεόμενος συγγυμνασίας πρὸς τὴν τελείωσιν. Ἐν ᾧ τὸ σύστημα τῶν ἁγίων, ἐν ᾧ αἱ ἀνατολαὶ τοῦ φωτὸς, ἐν ᾧ ἡ τρυφὴ τῆς ψυχῆς· ἐκεῖ ἔθε-ο τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός. Ἂν μὲν οὖν σάρκινος εἶ, καὶ μεγάλην ἡγῇ τὴν τῶν αἰσθητῶν ἀπόλαυσιν, ἔχεις τὴν ὑπογραφὴν ἐκείνην τοῦ σωματικοῦ παραδείσου, καὶ τὴν ἡδίστην ἐμφόρησιν· καὶ πρὸς ταῦτα ἐπείγου, ὡς ἐκεῖ εὑρήσων χορηγίας τρυφὴν ἀδιάλειπτον. Εἰ δὲ πνευματικὸς εἶ, καὶ ἀνώτερα φρονεῖς τῶν σαρκικῶν ἀπολαύσεων, ἀνάβα τῇ διανοίᾳ πρὸς τὰ κάλλη τῶν ἀγγέλων, κατάμαθε τοὺς ἐν αὐτοῖς τῆς δικαιοσύνης καρποὺς· ἐνοπτρίσθητι τὸν ποταμὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν C πεπληρωμένον ὑδάτων, Οὐ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνει τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ, Ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός. Ἐκείνην τὴν πόλιν διαῤῥέει ὁ ποταμὸς οὗτος, ὁ ἀρχόμενος ἐξ Ἐδὲμ, ὁ ποτίζων τὸν παράδεισον. Πάντα ταῦτα τῇ διανοίᾳ καταμαθὼν, δόξαζε τὸν τούτων δημιουργὸν, τὸν τὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἀγαθὰ διὰ σὲ καὶ τὴν σὴν ἀπόλαυσιν πεποιηκότα, καὶ τοιαύτης δόξης σε ἀξιώσαντα, εἰ πρὸς αὐτὸν ἀεὶ ἐπιστρέφοις τῇ διανοίᾳ, καὶ συνίης παρ' οὗ καὶ ἐφ' ᾧ εἰς τὸ εἶναι παρήχθημεν. Ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

252-257 HOMILIA IN PARTEM I PSALMI XIV.

Hanc ut genuinam præmisimus ejusdem psalmi partis II, *expositioni. Vide tomum præcedentem*, col. 252. EDIT.

---

258 IN PSALMUM XXVIII.

Adorate Dominum in aula sancta ejus.

1. Non oportet quemquam extra sanctam aulam Dominum adorare : sed intra eam constitutum;

D ΕΙΣ ΚΗ' ΨΑΛΜΟΝ (1).

Προσκυνήσατε τῷ Κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ.

1. Ἔξω τῆς ἁγίας αὐλῆς οὐ χρὴ προσκυνεῖν τῷ Κυρίῳ, ἀλλ' ἔνδον γενόμενον· τουτέστι, μὴ ἐκβαίνειν

[51] Psal. I, 3. [52] Psal. XCI, 13. [53] Psal. LXXIX, 6. [54] Psal. XLV, 5. [55] Hebr. XI, 10.

(1) Hic est titulus Colb. sexti. Editio Paris. εἰς τὰ λειπόμενα τοῦ κη' ψαλμοῦ, pessime. Quæ enim in hac secunda oratione explicantur, ea jam in priore longe clarius dilucidiusque exposita vidimus. Nullus titulus est in Reg. quarto; sed relictum est vacuum spatium tituli, quasi librarium puduerit orationem tam ineptam Basilio Magno tribuere. Opusculum illud non reperitur neque in Coisl. neque in Oliv. neque in Reg. secundo.

τοῦ συστήματος τῆς Ἐκκλησίας, καὶ καθ' ἑαυτὸν κατάρχειν παρασυναγωγῆς καὶ σχισμάτων, τὸν ὀφείλοντα ἀληθινῶς τῷ Θεῷ λατρεύειν. Οὐ γὰρ (4-5) προσῆκεν. Ὥσπερ δὲ οἰκόν τις ἑαυτὸν κατασκευάζει τοῦ Κυρίου, τοῦ γενέσθαι ναὸς Θεοῦ· οὕτω καὶ αὐλὴν περιβαλέσθαι δύναται, περιτειχίζων ἑαυτὸν τῷ βίῳ, καὶ τῷ λόγῳ, καὶ τοῖς θείοις νοήμασιν, ἐν ἑαυτῷ προσκυνῶν τὸν Θεὸν (6), ἀρκοῦσαν ἀφορμὴν εἰς προσκύνησιν τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτῷ, ἔκ τε τῆς σωματικῆς κατασκευῆς, καὶ ἐκ τῆς περὶ ψυχὴν οἰκονομίας συνέντος τοῦ κτίσαντος αὐτόν. Ἤδη δὲ καὶ ὁ Κύριος αὐλὴν εἶπεν τὴν Ἰουδαίων, εἰπών· Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, ἐνδεικνύμενος δηλονότι καὶ ἄλλη εἶναι αὐλὴν τὴν ὄντως ἁγίαν, τὴν μέλλουσαν σύνάγειν τὰ Χριστοῦ πρόβατα, τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν προωρισμένους εἰς σωτηρίαν· τουτέστι, τὴν Ἐκκλησίαν ταύτην, ἐν ᾗ οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνοῦσιν (7) ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. Οὐδεὶς δὲ θεοποιῶν τι ἄλλο παρὰ τὸν Θεὸν δύναται προσκυνῆσαι τῷ Θεῷ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. Θεοποιοῦσι δὲ, οἱ μὲν, κοιλίαν· ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία· οἱ δὲ, ἀργύριον· οἱ τῇ πλεονεξίᾳ, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία, προσκείμενοι, καὶ ἕκαστός γε ὃ πάντων μᾶλλον τετίμηκε, τούτῳ τὴν τοῦ Θεοῦ περιτίθησι δόξαν. Ὁ δὲ τοιοῦτος οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἁγίᾳ αὐλῇ, οὔτε προσκυνεῖ τῷ Θεῷ, κἂν ἀχώριστος τῶν αἰσθητῶν συνάξεων εἶναι δοκῇ.

2. Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων. Ἄξιον ὑπὲρ τοῦ νοῆσαι τί ἐστιν ἡ φωνὴ τοῦ Κυρίου, συναγαγεῖν ἡμᾶς κατὰ τὸ δυνατὸν ἐκ τῆς θείας Γραφῆς τὰ γεγραμμένα περὶ φωνῆς. Εὕραμεν (8) τοίνυν ἐν τῇ Γενέσει γεγραμμένον ῥῆμα Κυρίου πρὸς Ἀβραὰμ, ἐν ὁράματι λέγοντος· Μὴ φοβοῦ, Ἀβραάμ· ἐγὼ ὑπερασπίζω σου, ὁ μισθός σου πολύς· καὶ ἀπεκρίνατο Ἀβραάμ· Δέσποτα, τί μοι δώσεις; Ἐγὼ δὲ ἀπολύομαι ἄτεκνος. Καὶ μετ' ὀλίγα· Καὶ εὐθὺς φωνὴ ἐγένετο πρὸς αὐτόν. Καὶ πάλιν ἐν τῇ Ἐξόδῳ φησίν· Ἕστωσαν ἕτοιμοι εἰς τὴν ἡμέραν τὴν τρίτην. Καὶ, Ὅταν αἱ (9) φωναὶ καὶ αἱ σάλπιγγες καὶ ἡ νεφέλη ἀπέλθῃ ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐκεῖνοι ἀναβήσονται ἐπὶ τὸ ὄρος. Καὶ μετὰ τὴν Δεκάλογον· Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἑώρα τὴν φωνὴν καὶ τὰς λαμπάδας, καὶ τὴν φωνὴν τῆς σάλπιγγος. Καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ γέγραπται· Φωνὴν λέγοντος· Βόησον. Ἔστιν οὖν φωνὴ, πληγὴ ἀέρος, ἤ τι τὸ γινόμενον εἶδος περὶ τὸν ἀέρα, πρὸς ὃ βούλεται (10) τυποῦν τὸ φωνοῦν. Οἱ μὲν διὰ σαρκὸς ὁμιλοῦντες ἀλλήλοις, πλήττοντες τὸν ἀέρα, καὶ οἱονεὶ τύπον τινὰ καὶ εἶδος

A hoc est, qui vere Deum colere debet, eum non oportet e cœtu Ecclesiæ egredi, neque synagogæ falsæ aut schismatum auctorem esse. Nec enim convenit. Quemadmodum autem quispiam se ipsum domum Domini constituit, ut Dei sit templum : ita et induere potest aulæ proprietatem, si modo vita, sermoneque, et divinis cogitationibus, ceu muro se ipsum præcingat, Deum adorans in semetipso : quippe sufficientem ad adorandum occasionem in ipso exsistentem, tum ex corporis structura, tum ex animæ constitutione conditor ipsius cognoscit. Jam vero etiam Dominus aulam dixit Judæorum, ubi ait : *Et alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ovili*[56]. Ostendit autem et aliam aulam esse vere sanctam quæ oves Christi congregatura sit, eos videlicet qui ex gentibus ad salutem prædestinati B sunt : hoc est, Ecclesiam hanc, in qua veri cultores *in spiritu et veritate adorant*[57]. Nemo autem Deum in aula sancta ejus adorare potest, qui aliud quid præter Deum, Deum faciat. Deum autem faciunt alii ventrem, quorum Deus venter est[58] : alii argentum, qui avaritiæ, quæ idololatria est[59], addicti sunt. Atque quod quisque pluris omnibus æstimat, ei Dei tribuit gloriam. Talis autem non est in aula sancta, neque adorat Deum, etiamsi a sensibilibus conventibus nequaquam separatus esse videatur.

2. VERS. 3. *Vox Domini super aquas.* Ut intelligamus quid sit vox Domini, ea quæ de voce scripta sunt, ex divina Scriptura pro viribus colligere operæ pretium est. Illud igitur Domini ad Abraham C dictum in Genesi scriptum invenimus, dicentis in visione : *Noli timere, Abraham : ego protego te, merces tua multa. Et respondit Abraham : Domine, quid mihi dabis? Ego autem dimittor sine liberis*[60]. Et paulo post : *Et statim vox facta est ad eum*[61]. Et rursus in Exodo ait : *Sint parati in diem tertiam*[62]. Et : *Cum voces, et tubæ, et nubes discesserint a monte, illi ascendent in montem*[63]. Et post Decalogum : *Et omnis populus videbat vocem et lampades et vocem tubæ*[64]. Scriptum quoque est in Isaia : *Vox dicentis : Clama :* Vox itaque aeris est percussio, aut species quædam in aere impressa, ad quam formandam aerem percutere vult qui loquitur. Qui itaque carnis subsidio inter se confabulantur, percutientes aerem, et velut formam D quamdam ac speciem ei imprimentes, spiritu hunc aerem impellunt, ut ad aures ejus ad quem

[56] Joann. x, 16. [57] Joan. iv, 23. [58] Philipp. iii, 19. [59] Coloss. iii, 5. [60] Gen. xv, 1-2. [61] Ibid. 4. [62] Exod. xix, 11. [63] Ibid. 13. [64] Exod. xx, 18. [65] Isa. xl, 6.

(4-5) Deest γάρ in nostris mss. Mox illa ὥσπερ γάρ, etc., sic reddiderat interpres vetus : *Ita et aulam ejus sive atrium undique potest cingere.* Sed ne accessit quidem ad mentem auctoris. Ad verbum, *sic et aulam potest induere :* hoc est, *potest aulæ formam exhibere*, seu, *vice aulæ potest fungi, potest esse loco aulæ.*

(6) Reg. quartus, τῷ Θεῷ. Mox Regii quartus et quintus συνιέντος.

(7) Reg. quartus προσκυνήσουσιν. Editi vero et alii tres mss. προσκυνοῦσιν.

(8) Sic tres mss. At editi cum Reg. quarto εὕρομεν.

(9) Illa, καὶ ὅταν αἱ, etc., restituta fuisse ex Scripturæ verbis monet Ducæus. Nec aliter fieri potuit, cum hoc loco mendosi sint veteres tum manu exarati, tum typis impressi libri. Sic enim legitur in Regiis quarto et quinto, σάλπιγγες καὶ αἱ νεφέλαι ἀναβήσονται ἀπὸ τρῦ ορους ἐκεῖνοι, καὶ μετά.

(10) Sic quatuor nostri mss. cum editione Basil. Editio Paris., πρὸς ὃν βούλεται. Infra editio Paris., γινομένην πολλάκις. Deest πολλάκις in nostris mss. et in editione Basil.

359 dirigitur, perveniat. Vox vero Domini alterius est generis, Deo imaginationem eorum quos suam vocem audire vult commovente, atque excitante; adeo ut imaginatio isthæc cum ea quæ in somnis fit habeat cognationem. Non enim illic, externo aere percusso, perceptio eorum quæ dicuntur, per aures illabitur : sed ea, ipsa mente cogitationes excipiente, in memoria eorum qui viderunt, permanere solet. Facta est itaque vox ad Abraham, quod aures quæ Dei mandata audire possent, haberet, divina ipsa voluntate ei latenter insonante. Vox vero illa quæ ad populum fiebat, erat visibilis [66], hoc est, cognitu facilis, ac omnibus comprehensibilis. Non enim profecto colore aliquo colorata erat ac circumscripta, sic ut prolata ore vox percipi oculis posset : sed videbat populus vocem, propterea quod *lucidum est Domini præceptum, illuminans oculos* [67], exclusa a dictis obscuritate omni. Quin et ad Isaiam fiebat vox, præcipiens, *Clama;* id est, mens prophetæ ab indita sibi a Deo potentia informabatur. *Vox Domini super aquas.* Quæ vox? Super quas aquas? Dictum, ut prophetiam accipiamus. Memineris Joannis, qui cum interrogaretur a Judæis : *Quis es tu? quod responsum dabimus iis qui miserunt nos?* respondit : *Ego vox clamantis in deserto* [68]. Joannes ergo vox est Domini, angelus ante faciem Domini a Deo missus, qui Domino populum expeditum pararet [69]. Hæc igitur vox super aquas erat, in Jordane, in quo baptizabat, baptismum prædicans pœnitentiæ : nec in Jordane solo, sed et in Enon prope Salem, quod illic multum erat aquarum [70]. Vox igitur Domini super aquas, Joannes est, qui confert baptismum. Illic et Deus majestatis intonuit. Venit enim vox e cœlo, dicens : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* [71]. Tunc etiam Dominus super aquas multas erat, cum, ut omnem legis justitiam adimpleret, ad Joannis baptismum descendere dignatus est.

3. Vers. 4. *Vox Domini in virtute.* Aufert enim infirmitates populi per pœnitentiæ baptisma, per ipsum baptizans in aqua ad pœnitentiam. Illud, *In virtute,* vox est dicens : *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum* [72]; item : *Facite fructus dignos pœnitentiæ* [73]. Aut forte vox *in virtute,* quia Domino vere forti Joannes dat testimonium, dicens : *Ego baptizo in aqua : qui autem post me venturus est, fortior me est* [74]. Hæc igitur vox virtuti testimonium dabat. *Vox Domini in magnificentia.* Nimirum cum mysteria magna de Jesu narraret

ἐπιβάλλοντες αὐτῷ, ὠθοῦσι διὰ τοῦ πνεύματος πρὸς τὸ φθάνειν μέχρι τῆς ἀκοῆς τοῦ πρὸς ὃν γίνεται· ἡ δὲ τοῦ Κυρίου φωνὴ, ἑτερογενής τίς ἐστι, φαντασιοῦντος τοῦ Θεοῦ οἷς ἀκούειν βούλεται τῆς φωνῆς αὐτοῦ, ὥστε ἀναλογίαν ἔχει τὴν φαντασίαν ταύτην πρὸς τὴν ἐν τοῖς ὀνείροις γινομένην. Καὶ γὰρ ἐκεῖ, οὐχὶ τοῦ ἔξωθεν ἀέρος πληγέντος, εἰσέπεσε διὰ τῆς ἀκοῆς τῶν λεγομένων ἡ αἴσθησις, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἡγεμονικοῦ παραδεξαμένου τὰ νοήματα, τῇ μνήμῃ τῶν θεασαμένων πέφυκε παραμένειν. Ἐγένετο οὖν πρὸς τὸν Ἀβραὰμ φωνὴ, διόνι εἶχεν ὥτα ἀκούειν δυνάμενα τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ ἀφανὲς ἐνηχοῦντος αὐτῷ τοῦ θείου βουλήματος. Πρὸς δὲ τὸν λαὸν ἡ φωνὴ γινομένη ὁρατὴ ἦν· τουτέστιν εὔγνωστος, συνετὴ πᾶσιν. Οὐ γὰρ δὴ ὑπὸ χρώματός τινος ἐχρώννυτο καὶ περιεγράφετο, ὥστε αἰσθητὴ ὀφθαλμοῖς γενέσθαι ἡ λαλουμένη φωνὴ, ἀλλ' ἐώρα ὁ λαὸς τὴν φωνήν· διότι ἡ ἐντολὴ τοῦ Κυρίου τηλαυγὴς φωτίζουσα ὀφθαλμοὺς, οὐδεμιᾶς ἀσαφείας περικειμένης τοῖς λαλουμένοις. Καὶ τῷ Ἡσαΐᾳ δὲ φωνὴ ἐγίνετο (11) προστάσσουσα· Βόησον· ἀντὶ τοῦ, τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ προφήτου ἀπὸ τῆς ἐγγινομένης αὐτῷ παρὰ Θεοῦ δυνάμεως ἐτυποῦτο. Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων. Ποία φωνή; ἐπὶ ποίων ὑδάτων : Ὡς προφητείαν λάβωμεν τὸ ῥητόν. Μνήσθητι τοῦ Ἰωάννου, ὃς, ἐρωτηθεὶς παρὰ τῶν Ἰουδαίων, Τίς εἶ σύ τίνα ἀπόκρισιν δῶμεν τοῖς ἀποστείλασιν (12); ἡμᾶς; ἀπεκρίνατο· Ἐγὼ φωνὴ Κυρίου βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. Οὐκοῦν φωνὴ Κυρίου ὁ Ἰωάννης, ἄγγελος ἀπὸ Θεοῦ ἀπεσταλμένος πρὸ προσώπου Κυρίου, τοῦ ἑτοιμάσαι Κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον. Αὕτη οὖν ἡ φωνὴ ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἦν, ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ, ἐν ᾧ ἐβαπτισε κηρύσσων τὸ τῆς μετανοίας βάπτισμα· καὶ οὐκ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ μόνῳ (13), ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ Ἐνὼν ἐγγὺς τοῦ Σαλήμ, ὅτι ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ. Οὐκοῦν φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὁ Ἰωάννης ἐστὶν ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος. Ἐκεῖ καὶ ὁ Θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησεν. Ἦλθε γὰρ φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Τότε καὶ ὁ Κύριος ἐπὶ τῶν ὑδάτων πολλῶν, καταξιώσας καταβῆναι ἐπὶ τὸ Ἰωάννου βάπτισμα, ἵνα πληρώσῃ πᾶσαν δικαιοσύνην τὴν ἐν τῷ νόμῳ.

3. Φωνὴ Κυρίου ἐν ἰσχύϊ. Ἀφαιρεῖ γὰρ τὰς ἀσθενείας τοῦ λαοῦ διὰ τοῦ βαπτίσματος τῆς μετανοίας, δι' αὐτοῦ βαπτίζων ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν. Τὸ, Ἐν ἰσχύϊ, ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα· Μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· καὶ, Ποιήσατε καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας. Ἢ μήποτε ἐν ἰσχύϊ ἡ φωνὴ, διότι μαρτυρεῖ τῷ ὄντι τῷ ἰσχυρῷ Κυρίῳ ὁ Ἰωάννης, λέγων· Ἐγὼ βαπτίζω ἐν ὕδατι· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μού ἐστιν. Ἡ φωνὴ οὖν αὕτη ἐμαρτύρει τῇ ἰσχύϊ. Φωνὴ Κυρίου ἐν μεγαλοπρεπείᾳ· τὰ μεγάλα περὶ τοῦ Ἰησοῦ διαλεγομένου

[66] Exod. xx, 18. [67] Psal. xviii, 9. [68] Joan. i, 22, 23. [69] Luc. i, 17. [70] Joan. iii, 23. [71] Matth. iii, 17. [72] Matth. iii, 2. [73] Luc. iii, 8. [74] Matth. iii, 11.

(11) Ita tres mss. At editio Paris. cum Reg. quinto ἐγένετο. Mox editio Paris. cum Reg. quarto ἀντὶ τοῦ τό. Deest τύ in aliis ms.

(12) Reg. tertius πέμψασιν. Illud quod mox sequitur, λαὸν κατεσκευασμένον, sic interpretati sumus, *populum expeditum*, id est, ita effectum, ut venientem Dominum prompto animo et alacri suscipiat. Nec enim alius ejus loci videtur esse sensus. Vulgata, *plebem perfectam.*

(13) Duo mss. μόνον. Alii duo cum editis μόνῳ. Paulo post Reg. quartus ἡ φωνή.

μυστήρια τοῦ Ἰωάννου, λέγοντος· Εἶδον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡς (14) περιστερὰν καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτόν· καὶ πάλιν· Ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. Ὑψηλὰ γαρ τὰ ὕδατα καὶ τοῦ μεγέθους τῆς δόξης τῆς περὶ τὸν Μονογενῆ παραστατικά. Διὸ Φωνὴ Κυρίου ἐν μεγαλοπρεπείᾳ. Μεγαλοπρεπὲς δὲ καὶ τὸ λέγειν· Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. Καὶ πολλὰ μεγαλοπρεπῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου φαίνεται διηγούμενος ἐν τῷ λέγειν· Οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Μεγαλοπρεπὲς δὲ καὶ τὸ, Ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος ἐπάνω πάντων ἐστί. Καὶ τὸ, Ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθινός ἐστιν. Ὃν γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ λαλεῖ. Καὶ τὸ, Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· καὶ ὅσα τοιαῦτα· Οὐδὲν οὖν ταπεινὸν, οὐδὲ μικροπρεπὲς, ἀλλὰ πάντα μεγαλοφυῶς μετὰ τοῦ ἐπιβάλλοντος μεγέθους πρεπόντως ἀποδιδόμενα παρὰ τοῦ Ἰωάννου (15), περὶ τοῦ Κυρίου λελάληται. Διὰ τοῦτο· Φωνὴ Κυρίου ἐν μεγαλοπρεπείᾳ.

A Joannes, dicens: *Vidi Spiritum sanctum sicut columbam descendentem ac manentem super eum*[75]; et iterum: *De plenitudine ejus nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia*[76]. Sublimes namquesunt aquæ istæ, et gloriæ Unigeniti magnitudinem declarant. Ideo *Vox Domini in magnificentia*. Quin etiam erat magnificum dicere: *Deum nemo vidit unquam; unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ille enarravit*[77]. Atque plura magnifice de Domino loqui deprehenditur, **360** ubi ait: *Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cælo*[78]. Magnificum quoque et illud: *Qui desursum venit, super omnes est*[79]. Et istud: *Qui accepit ejus testimonium, signavit quia Deus verax est. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur*[80]. Illud quoque: *Qui credit in Filium, habet vitam æternam*[81]; et reliqua ejusdem B generis. Nihil igitur humile, abjectum nihil: sed omnia magnifice cum convenienti magnitudine de Domino dicta sunt, utpote a Joanne decenter enuntiata. Idcirco *Vox Domini in magnificentia*.

4. Φωνὴ Κυρίου συντρίβοντος κέδρους. Δυνατὸν εἰπεῖν, ὅτι ἑτοιμάζων Κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον, τὰς ἐπαιρομένας ἀσεβείας καὶ ὑψουμένας κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ συντρίβων καὶ καθαιρῶν, ἐποίει τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν. Ὁ γὰρ παντὰ βουνὸν καὶ πᾶν ὄρος ταπεινῶν, οὗτος ἦν ὁ συντρίβων τὰς κέδρους, καὶ ἐξομαλίζων τὴν ἐπιδημίαν τῷ Κυρίῳ, C διὰ τοῦ ἐνάγειν εἰς μετάνοιαν τὴν ὑψηλὴν καὶ ἐπηρμένην καὶ ἀταπείνωτον καρδίαν τοῦ λαοῦ. Ὅθεν διαδεχόμενος αὐτοῦ τὴν ἑτοιμασίαν, συντρίβει ὁ Κύριος, διὰ τῆς ἑαυτοῦ ἐπιδημίας, τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις, κέδρους τοῦ Λιβάνου τροπικῶς ὀνομαζομένας. Δεῖ γὰρ τὸν Κύριον βασιλεύειν, ἄχρις οὗ θῇ τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Καὶ ταύτας τὰς κέδρους λεπτυνεῖ (16), ὡς τὸν μόσχον τὸν Λίβανον. Τί οὖν ἐστιν ὁ μόσχος Λίβανος; Φασὶν, ὅτι (17) κατὰ πολλὴν περιεργίαν οἱ τοῖς εἰδώλοις λατρεύοντες, διὰ τοῦ Λιβάνου μορφοῦντες μόσχων ἀπεικονίσματα, οὕτως ταῦτα κατήγγιζον ἐπὶ τοῦ πυρός. Οὕτως οὖν φησι τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις εἰς ἀφανισμὸν ἀξίως ἐξαφανίσεσθαι. Ἡ μόσχος ὁ διὰ τοῦ Λιβάνου ὑπὸ τοῦ πυρὸς συντηκόμενος κατὰ τὸ εἰρημένον· Ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς, οὕτως ἀπολοῦν- D

4. Vers. 5. *Vox Domini confringentis cedros.* Potest dici, quod parans Domino populum expeditum, impietates adversus Dei cognitionem elatas ac evectas conterens, evertensque obliqua in rectam viam transmutaret. Qui namque collem omnem, et montem omnem deprimit[82], is erat, qui confringebat cedros, ac Domino adventum complanabat; cum altum, elatumque, et humilitatis impatiens cor populi deduceret ad pœnitentiam. Unde Dominus præparationi ipsius succedens, potestates adversas, cedros Libani per metaphoram vocatas adventu suo confringit. Oportet namque regnare Dominum, donec sub eos pedes ponat inimicos. Vers. 6. *Et leviabit eos quasi vitulum comminuet, tanquam vitulum Libanum.* Quid igitur est vitulus Libanus? Ferunt idolorum cultores multa solertia simulacra vitulorum ex thure effingere, eaque tum demum igni admovere. Itaque eumdem ad modum propheta dicit adversarias potestates e medio esse jure tollendas. Aut vitulus ille, qui ex thure effectus, igne liquescit, juxta id quod dictum est: *Sicut liquefit cera a facie ignis, sic peribunt peccatores*[83]. Similiterque intelligi potest, cedros et ipsum Libanum elationis

[75] Joan. I, 32 [76] ibid. 16. [77] ibid. 18. [78] Joan. III, 27. [79] ibid. 31. [80] ibid. 33, 34. [81] ibid. 36. [82] Isa. XL, 4. [83] Psal. LXVII, 3.

(14) Reg. quartus ὡσεί.

(15) Illud, παρὰ τοῦ Ἰωάννου, deest in Reg. quarto. Paulo post idem codex ἑτοιμάζων Θεῷ. Subinde editio Paris. cum duobus mss. καθαίρων, male. Editio Basil. et Reg. quartus καθαιρῶν, bene.

(16) Ita Reg. quartus. Editio vero Paris. λεπτύνειν. Colb. septimus λεπτύνει.

(17) Sic editi: Τί οὖν ἐστιν ὁ μόσχος; Λίβανος, φασὶν, ὃν etc., quibus in verbis cum insit vitium, eum locum viri doctissimi Combefisius et Ducæus emendare voluerunt, docte quidem uterque, sed diverse. Ait igitur Ducæus, fortasse legendum esse, Τί οὖν ἐστιν ὁ μόσχος τί ὁ Λίβανος; *Quid ergo est vitulus? quid Libanus?* vel certe, Τί οὖν ἐστιν ὁ μόσχος τοῦ Λιβάνου; *Quid ergo est vitulus Libani?* Combefisius vero aliter emendare aggreditur; putatque legendum, Τί οὖν ἐστιν ὁ μόσχος Λίβανος; Φασὶν ὅτι, etc. *Quid igitur vitulus Libanus? Aiunt idolorum cultores*, etc. Nec dubium quin hoc suo invento multum delectatus sit, cum confidenter addat: *Sic legit, scripsitque Basilius.* Quo quidem modo auctor ejus opusculi scripserit, non dicam (nec vero tanti nobis videtur scire): quia tamen conjectura Combefisii nihil melius occurrit, eam amplectendam duximus. Nec illud omittendum, legi in Reg. tertio et Colb. sexto Φασὶν ὁ κατά etc., quod quin mendosum sit dubitari non potest.

cedrorum auctorem comminui. Comminutus aliquando est vitulus ille in Exodo, qui factus fuerat per Aaronem ; cum videlicet populus a Deo deficiens, et in idololatriam delapsus, eum effinxit : quem correptum Moyses minutatim contrivit, et in aquam conjecit [84]. Itaque ad hunc modum Dominus totum Libanum, id est, primam malitiæ originem comminuet, sicut vitulus ille a Moyse comminutus est. *Et comminuet eas tanquam vitulum Libanum.*

5. *Et dilectus quemadmodum filius unicornium.* Post sublatas adversarias potestates tunc amor erga Dominum elucesceet, ac ipsius fortitudo, nemine adversariorum eam obscurante, manifesta fiet. Propterea post illam imminutionem ait : *Dilectus erit sicut filius unicornium.* Unicornis autem animal est imperiosum, homini non subditum, quod vim habet indomitam, quod in solitudinibus semper commorans, in uno cornu fiduciam reponit. Quapropter insuperabilis **361** Domini natura unicorni comparata est, tum quod omnibus dominatur, tum quod unum habet sui ipsius principium, Patrem. Etenim *Caput Christi, Deus* [85]. Vers. 7. *Vox Domini intercidentis flammas ignis.* Peccatum, quod instar ignis Israel depascebat, Joannes intercidebat, dicens : *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum* [86]. Flammam igitur cupiditatum, ex peccato animabus accedentem, annuntiatis Judæis ignis æterni pœnis, intercidebat, cum judicii referret vehementiam, dicens : *Ventilabrum in manu* Domini, *et aream mundabit : et triticum quidem in horreis deponet, paleas vero igni qui exstingui non potest, comburet* [87]. Illam ergo flammam intercidebat, quod horrenda populo ob oculos posuerit.

ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ, νικηθεὶς ὑπὸ τοῦ πάθους καὶ ἐξατονήσας. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν κατορθούντων· Τὸ πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής· ἐπὶ δὲ τῶν νικωμένων ἡ σὰρξ κατεπαίρεται καὶ κατισχύει, ἀτονεῖ δὲ καὶ ἐξασθενεῖ ἡ ψυχή. Τότε οὖν, φησὶν, ὅτε ἡμάρτανον, ἡ καρδία μου ἐταράχθη, καὶ ἐγκατέλιπέ με ἡ ἰσχύς μου, καὶ ἄλλο τι χαλεπὸν περὶ ἐμὲ γέγονε (65). Τὸ γὰρ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου (τοῦτο δὲ ἦν τὸ προφητικὸν Πνεῦμα, τὸ φωτίζον αὐτοῦ τῆς ψυχῆς τὴν ὅρασιν), καὶ αὐτὸ οὐκ ἦν μετ' ἐμοῦ, καταλεῖψάν με καὶ ἀναχωρῆσαν, Ἐπεὶ εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία, οὐδὲ κατοικήσει ἐν σώματι κατάχρεῳ ἁμαρτίας. Ἅγιον γὰρ Πνεῦμα παιδείας φεύξεται δόλον, καὶ ἀπαναστήσεται (66) ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων. Ἀναχωρῆσαν τοίνυν ἀπ' αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἔρημον αὐτὸν κατέλιπεν μετὰ τὸ ταραχθῆναι αὐτοῦ τὴν καρδίαν, καὶ ἐξατονῆσαι αὐτοῦ τὴν ἰσχύν. Τότε γὰρ καὶ τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ἔρημον αὐτὸν εἴασεν. Ἀλλὰ καὶ οἱ πρότερον αὐτοῦ φίλοι, καὶ οἱ πλησίον αὐτοῦ, οἱ τὸν πάντα χρόνον αὐτῷ συνόντες, ἐάσαντες αὐτὸν, Μακρόθεν ἔστησαν, οὐκέτι αὐτῷ συνεῖναι βουλόμενοι, πόρρωθεν ἀποκλαιόμενοι, ὡς ἔοικε, φίλου συμφοράν. Τίνες δὲ ἦσαν, ἀλλ' ἢ οἱ ἐπὶ τοῖς προτέροις αὐτοῦ ἀγαθοῖς χαίροντες, ἄγγελοι δηλαδὴ ἀγαθοὶ καὶ λειτουργοὶ Θεοῦ, τῇ τῶν ἀνθρώπων συγχαίρειν εἰωθότες σωτηρίᾳ; εἴ γε, ἐπὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ἐν τοῖς οὐρανοῖς χαρὰ γίνεται· Καὶ περιεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτόν. Καὶ οὗτοι οὖν πάντες οἱ τοῦ Δαβὶδ φίλοι, κατὰ τὸν τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ καιρὸν ἀνεχώρουν ἀποστρεφόμενοι· οὐ μὴν πάντη αὐτὸν κατελίμπανον, μακρὰν δὲ ἑστῶτες ἐπέστενον· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ (67) διδάσκει, λέγων· Οἱ φίλοι μου καὶ οἱ πλησίον μου ἐξ ἐναντίας μου ἤγγισαν, καὶ ἔστησαν. Καὶ οἱ ἐγγιστά μου, ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν. Ὢν μακράν μου γενομένων, ἄλλοι τινὲς οἱ τὴν ἁμαρτίαν ἐνεργοῦντες πλησίον μου γενόμενοι, ἐξεβιάζοντο, καὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς κατέπαιζον. Διὸ ἐπάγει, λέγων· Ἐξεβιάζοντο οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου· καὶ οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι (68) ἐλάλησαν ματαιότητας, καὶ δολιότητας ὅλην τὴν ἡμέραν ἐμελέτησαν. Πάλαι γὰρ οὗτοι διψῶντες τοῦ ἐμοῦ αἵματος, καὶ ἐκ μακρῶν χρόνων εὐχόμενοι θεάσασθαί μου τὴν πτῶσιν, ὡσανεὶ καιροῦ λαβόμενοι, ὅτε εἶδον καταλείψασάν με (69) τὴν ἰσχύν μου, καὶ τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου ἀναχωρῆσάν μου, τούς τε φίλους μου καὶ τοὺς πλησίον μου μακράν μου γενομένους· παραχρῆμα ἐπιπηδήσαντες ἐξεβιάζοντο τὴν ψυχήν μου, καὶ ὡς ἂν ἐθελόκακοι, Ἐλάλησαν ματαιότητας, ἔνδον ὑποβάλλοντές μου τῇ ψυχῇ ματαίους λόγους. Ἀλλὰ καὶ σὺν δόλῳ θέλγοντες καὶ ἀπατῶντες, ὡς ἐπὶ ἀγαθοῖς ἐδελέαζον, καθέλκοντές με εἰς τὴν ἁμαρτίαν. Διὸ ἐπάγει (70)· Καὶ δολιότητας ὅλην τὴν ἡμέραν ἐμελέτησαν.

viribus destitutus. Etenim in iis, qui ex virtutis præscripto agunt, *Spiritus quidem promptus est, caro tamen infirma* [13]; in iis vero, qui vincuntur, effertur caro, et invalescit, anima vero languet ac debilitatur. Tunc igitur, ait, cum peccavi, cor meum conturbatum est, dereliquitque me virtus mea, et aliud quidpiam grave mihi accidit. *Lumen* enim *oculorum meorum* (hoc autem erat propheticus Spiritus, qui visum animæ ipsius illustrabat), *et ipsum non erat mecum:* me quippe dereliquerat ac recesserat, *Quia in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet dolum, et auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu* [14]. Itaque simul ut Spiritus sanctus ab illo recessit, reliquit eum desolatum, posteaquam conturbatum fuerat cor ejus, ac fractæ fuerant illius vires. Tunc enim et lumen oculorum ejus ipsum dereliquit desolatum. Imo etiam qui antea amici et proximi ejus erant, qui cum ipso omni tempore vixerant, eo relicto, *De longe steterunt*, cum nollent ultra cum ipso degere, sed procul, ut videtur, amici calamitatem deplorabant. Quinam autem illi, nisi qui de prioribus ejus bonis lætabantur, videlicet angeli boni ac ministri Dei, qui de hominum salute una gaudere solent? Quippe ob peccatorem pœnitentem gaudium in cœlis exoritur [15]: *Et castra metabitur angelus Domini in circuitu timentium eum* [16]. Et hi igitur omnes Davidis amici, peccati ipsius tempore recesserunt aversantes; non tamen penitus illum deseruerunt, at longe stantes lugebant. Docet sane idipsum, dicens: *Amici mei et proximi mei adversum me approoinquaverunt, et steterunt. Et qui juxta me erant, de longe steterunt.* Quibus procul me positis, alii quidam peccati auctores juxta me stantes, vim faciebant, et animæ 369 illudebant meæ. Ideo subdit: *Vim faciebant qui quærebant animam meam: et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, et dolos tota die meditabantur.* Hi namque olim sitientes sanguinem meum, atque a longis retro temporibus peroptantes ruinam videre meam, quasi opportunitatem nacti, cum viderent virtutem meam me dereliquisse, et lumen oculorum meorum a me recessisse, amicos quoque meos et meos proximos procul a me remotos, confestim irruentes vim faciebant animæ meæ; atque, utpote malevoli, *Locuti sunt vanitates*, intus sermones vanos animæ meæ suggerentes, imo etiam dolose demulcentes, ac decipientes, quasi me ad bona inescabant, dum in peccatum me traherent. Idcirco subjicit: *Et dolos tota die meditabantur.*

[13] Matth. xxvi, 41. [14] Sap. i, 4, 5. [15] Luc. xv, 7. [16] Psal. xxxiii, 8.

(65) Colb. primus, ἐγένετο.

(66) Codices tres, ἐπαναστήσεται. Mox editi, τοίνυν αὐτοῦ. Reg. secundus, τοίνυν ἀπ' αὐτοῦ, bene. Haud longe tres mss., καταλέλοιπε. Subinde Reg. tertius, ἐξατονῆσαι αὐτοῦ τὴν ψυχήν.

(67) Unus ms., αὐτός.

(68) Ita multi mss. At editi, διὸ ἐπιλέγει, ἐξεβιάζοντο οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι, haud integre.

(69) Sic Colb. primus cum Reg. secundo. Deerat μέ in editis.

(70) Ita mss. Editi vero, διὸ καὶ ἐπ. Reg. secundus διὸ ἐπιλέγει.

6. VERS. 14, 15. *Ego autem tanquam surdus non audiebam, et sicut mutus non operiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones.* Postquam qui quærebant animam meam, invenerunt ipsam, tum demum inventæ illuserunt, ac meis malis insultantes irruerunt; postea vanitates et dolos tota die loquebantur. Ad hæc mihi, meis amicis desolato, nihil suppetebat quod dicerem, quippe qui essem pudore repletus; quapropter tanquam surdus non audiebam. Imo ille ego qui quondam eram eloquentissimus, et præsente sapientia instructus, factus sum tanquam surdus nequaquam audiens, et sicut mutus non aperiens os suum. Si quidem nullus mihi sermo ad defensionem succurrebat, nec ullo pacto inimicos, semel ab ipsis victus, alloqui valebam; sed eram *Ut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones.* Arguebar enim ipse, non autem arguebam, nec mihi verecundia cooperto inerat loquendi libertas. VERS. 16, 17. *Quoniam in te, Domine, speravi, tu exaudies, Domine Deus meus. Quia dixi: Ne quando supergaudeant mihi inimici mei: et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.* Hæc utique mihi acciderunt. Quapropter factus sum tanquam surdus non audiens, et sicut mutus non aperiens os suum: et sicut homo non habens redargutiones; quod ad inimicos, tanquam ab his victus, nihil dicebam. Verum non propterea de meipso desperavi, at iterum collegi me ipse: qui a peccato quidem velut a morte resiluerim, ac confessionis remediis ulcus meum sanaverim. Quin et meas cicatrices ab insipientia mea putrefactas postulo curari. Ideo *In te, Domine, speravi*: mihi quippe non fidens, neque ullam aliam præter te spem præ oculis habens, hunc curationis modum mihi præscripsi. Cum igitur speraverim, Domine, spes autem non confundat [17]; ideo exaudi, quia vis tu misericordiam, neque vis mortem peccatoris, sed pœnitentiam ipsius [18]. Quia speravi in te, obsecro obtineam tuum auxilium: *Nequando supergaudeant mihi inimici mei.* Nondum enim omnino gavisi sunt; supergaudebunt autem, nisi tuam consequar misericordiam: sed ne supergaudeant mihi inimici mei, 370 qui jam antea cum commoverentur pedes mei, magna locuti sunt: ad te confugi, ac dico: *Non confundar in æternum* [19], *neque irrideant me inimici mei* [20]. Et rursus dico: *Ad te, Domine, clamabo, ne sileas a me, nequando taceas a me, et assimilabor descendentibus in locum* [21]. Et reliqua quæ in aliis psalmis a me va-

6. Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον, καὶ ὡσεὶ ἄλαλος οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα αὐτοῦ· καὶ ἐγενόμην ὡσεὶ ἄνθρωπος οὐκ ἀκούων, καὶ οὐκ ἔχων (71) ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἐλεγμούς. Ἐπειδὴ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου, εὗρον αὐτὴν, εἶθ' εὑρόντες κατέπαιζον, ἐπέδησαν δὲ ἐπιτωθάζοντες τοῖς ἐμοῖς κακοῖς· εἶτα ἐλάλουν ματαιότητας καὶ δολιότητας ὅλην τὴν ἡμέραν. Ἐπὶ τούτοις ἐγὼ ἔρημος γεγονὼς τῶν ἐμαυτοῦ φίλων, οὐδὲν εἶχον λέγειν, αἰσχύνης πεπληρωμένος· διὸ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον· ἀλλ' ὁ πάλαι λογιώτατος, καὶ τῇ παρούσῃ σοφίᾳ σεσοφισμένος γέγονα ὡσεὶ κωφὸς (72) οὐκ ἀκούων, καὶ ὡς ἄλαλος οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα αὐτοῦ. Οὐδεὶς γάρ μοι λόγος ἦν πρὸς ἀπολογίαν· οὐδ' εἶχόν τινα τοῖς ἐχθροῖς προσφθέγγεσθαι, ἅπαξ ὑπ' αὐτῶν νενικημένος· ἀλλ ἤμην Ὡς ἄνθρωπος οὐκ ἀκούων, καὶ οὐκ ἔχων ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἐλεγμούς. Ἠλεγχόμην γὰρ αὐτὸς, ἀλλ' οὐκ ἤλεγχον, οὐδὲ εἶχον παῤῥησίαν, αἰσχύνῃ κεκαλυμμένος. Ὅτι ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα, σὺ εἰσακούσῃ, Κύριε ὁ Θεός μου. Ὅτι εἶπον, μήποτε ἐπιχαρῶσί μοι (73) οἱ ἐχθροί μου· καὶ ἐν τῷ σαλευθῆναι πόδας μου, ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλορῥημόνησαν. Τὰ δὴ (74) συμβεβηκότα μοι ταῦτα. Διὸ γέγονα ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἀκούων, καὶ ὡς ἄλαλος οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ὡσεὶ ἄνθρωπος οὐκ ἔχων ἐλεγμούς· διὸ οὐδὲν πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἔλεγον, ὡς ἂν ὑπ' αὐτῶν νενικημένος. Οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἀπέγνων ἐμαυτοῦ· συνῆγον δὲ πάλιν ἐμαυτὸν, τῆς μὲν ἁμαρτίας ὡς θανάτου ἀποπηδήσας, τοῖς δὲ τῆς ἐξομολογήσεως φαρμάκοις τὸ ἐμαυτοῦ (75) ἕλκος ἰώμενος. Καὶ τοὺς προσοζέσαντάς μοι μώλωπας ἀπὸ τῆς ἀφροσύνης μου, θεραπείας τυχεῖν ἀξιῶ. Διὸ Ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα· οὐ γὰρ ἐμαυτῷ θαῤῥῶν, οὐδὲ ἄλλην τινὰ ἐλπίδα θέμενος (76) πρὸ ὀφθαλμῶν ἢ σὲ, τὰ τῆς ἰάσεως ὑπέγραφον ἐμαυτῷ. Ἐπειδὴ οὖν ἤλπισα, Κύριε, ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, διὰ τοῦτο οἰσάκουσον, ὅτι θελητὴς ἐλέους εἰ σὺ, καὶ οὐ βούλει τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ. Διότι ἤλπισα ἐπὶ σὲ, ἱκετεύω τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας ἐπιτυχεῖν, Μή ποτε ἐπιχαρῶσί μοι οἱ ἐχθροί μου. Οὕτω μὲν γὰρ παντελῶς ἐχάρησαν· ἐπιχαροῦνται δὲ, εἰ μὴ τύχοιμι τοῦ σοῦ ἐλέους· ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπιχαρείησάν μοι οἱ ἐχθροί μου, οἱ ἤδη καὶ πρότερον ἐν τῷ σαλευθῆναι πόδας μου μεγαλορῥημονήσαντες, ἐπὶ σὲ κατέφυγον, καί φημι· Μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα, μηδὲ καταγελασάτωσάν μου (77) οἱ ἐχθροί μου. Καὶ πάλιν φημί· Πρὸς σὲ, Κύριε, κεκράξομαι, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, μή ποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Καὶ τὰ λοιπὰ ἐν τοῖς ἑτέροις

[17] Rom. v, 5. [18] Ezech. XVIII, 23, 32. [19] Psal. XXX, 1. [20] Psal. XXIV, 3. [21] Psal. XXVII 1.

(7) Ita Colb. sextus cum editione Basil. At nostra editio Paris., ἔχω. Statim idem codex, κατέπαιξαν.

(72) Editi et mss. nonnulli, ὡσεὶ κωφὸς καὶ ὡς, non integre. At Reg. tertius ut in contextu, bene.

(73) Sic mss. tres. Editi, με.

(74) Cod. 476, τάδε.

(75) Duo mss., ἑαυτοῦ.

(76) Reg. secundus, θεώμενος. Statim Colbertini primus et sextus cum Reg. tertio, καταισχύνεται.

(77) Sic Reg. secundus. Editi et mss. nonnulli, με. Illud quod mox sequitur, μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, deest quidem in editis, sed in mss. reperitur.

ψαλμοῖς διαφόρος μοι λελεγμένα (78), ἐν τῇ πρὸς σὲ ἱκετηρίᾳ συνάγων, τῆς παρούσης βοηθείας τυχεῖν ἀξιῶ. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα σαλευθῆναί μου συνέβη τοὺς πόδας, καθ' ὃν καιρὸν ἡ καρδία μου ἐταράχθη, καὶ ἐγκατέλιπέ με ἡ ἰσχύς μου, καὶ τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου οὐκ ἦν μετ' ἐμοῦ, ἀλλ' οὐ πάντη περιετράπην, οὐδὲ πτῶμα ἔπεσον τοιοῦτοο, οἷον οἱ ἀποστάται (79) γενόμενοι. Ἐπειδὴ ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, ἐν τῷ σαλευθῆναι τοὺς πόδας μου, ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλορρήμονησαν οἱ ἐχθροί μου, ἵνα μὴ μειζόνως ἐπικροτήσωσι κατ' ἐμοῦ, ἐπὶ σὲ κατέφυγον ὡς ἐπὶ λιμένα σωτηρίας, τὸν καὶ τὰ ἀνίατα παρὰ ἀνθρώποις τῆς ψυχῆς πάθη ἰάσασθαι δυνάμενον.

7. Ὅτι ἐγὼ εἰς μάστιγας ἕτοιμος, καὶ ἡ ἀλγηδών μοο ἐνώπιόν μού ἐστι διαπαντός. Ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ ἀναγγελῶ καὶ μεριμνήσω ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας μου. Καταρχὰς εἰπὼν (80), Μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, ἐπὶ τοῦ παρόντος φησίν. Ὅτι ἐγὼ εἰς μάστιγας ἕτοιμος. Οὐκοῦν τὴν μὲν ὀργὴν παραιτεῖται καὶ τὸν θυμόν, ἕτοιμος δὲ μαστίζεσθαι εἶναι λέγει· οἶδε γὰρ, ὅτι Ὃν ἀγαπᾷ Κύριος παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. Διὸ καὶ (81) ἔφερε γενναίως τὰς μάστιγας τὰς διὰ τῶν ἐπαλλήλωτ συμφορῶν μετὰ τὸ ἁμάρτημα συμβεβηκυίας αὐτῷ, ἃς ἡ ἱστορία τῶν Βασιλειῶν περιέχει. Καὶ ἡ ἀλγηδών μου ἐνώπιόν μού ἐστι διαπαντός. Οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ λήθην ποιοῦνται τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων, ἀδιαφοροῦντες ἐπ' αὐτοῖς, καὶ καταφρονοῦντες, ὡς μηδεμιᾶς ἐκδικήσεως γενησομένης· ὁ δὲ τὸ δικαστήριον τοῦ Θεοῦ πρὸ ἀφθαλμῶν διαπαντὸς ἔχων, καὶ πεπεισμένος, ὅτι πάντες παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ὃ (82) ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον· ἐν ἀγωνίᾳ καθέστηκε πάντοτε, καὶ τὴν ἀλγηδόνα τὴν ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, τάύτην ἰάσασθαι φροντίζων, αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγορεῖ διὰ τῶν πρὸς τὸν Θεὸν ἐξομολογήσεων. Διὸ φησιν· Ἡ ἀλγηδών μου ἐνώπιόν μού ἐστι διαπαντὸς, ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ ἀναγγελῶ, καὶ μεριμνήσω ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας μου. Πιστῆς δὲ ψυχῆς καὶ ἀκριβῶς πεπεισμένης περὶ τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ τυγχάνουσιν αἱ τοιαῦται φωναί. Οἱ δὲ ἐχθροί μου ζῶσι, καὶ κεκραταίωνται ὑπὲρ ἐμέ· καὶ ἐπληθύνθησαν οἱ μισοῦντές με ἀδίκως. Οἱ ἀνταποδιδόντες μοι κατὰ (83) ἀντὶ ἀγαθῶν, ἐνδιέβαλλόν με ἐπεὶ κατεδίωκον ἀγαθωσύνην. Μὴ ἐγκαταλίπῃς με, Κύριε ὁ Θεός μου, μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ. Πρόσχες εἰς τὴν βοήθειάν μου, Κύριε τῆς σωτηρίας μου. Πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ μέμνηται, τῶν ἐπὶ τὴν ἁμαρτίαν αὐτὸν κατασυράντων, ἱκετεύει τε καὶ παρακαλεῖ μὴ ἀποστῆναι αὐτοῦ τὸν Κύριον. Ἐώρα γὰρ τοὺς ἐχθροὺς καὶ νῦν περὶ αὐτὸν ἑστῶτας

riis modis relata sunt, in hac supplicatione ad te directa colligens, auxilium præsens assequi cupio. Nam tametsi contigit ut maxime commoti fuerint pedes mei eo tempore quo cor meum conturbatum est, et dereliquit me virtus mea, et lumen oculorum meorum non erat mecum; non tamen penitus eversus sum, neque in talem ruinam delapsus sum, in qualem ii, qui abs te prorsus defecerunt. Quia eo ipso tempore, eum commoverentur pedes mei, adversus me magna locuti sunt inimici mei ne majorem in modum contra me streperent, ad te tanquam ad salutis portum confugi, qui in hominibus vel insanabiles animi morbos curare vales.

7. VERS. 18, 19. *Quoniam ego in flagella paratus sum, et dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam ego annuntiabo, et cogitabo pro peccato meo.* Postquam initio dixit: *Ne in furore tuo arguas me*, nunc ait: *Quoniam ego in flagella paratus sum.* Itaque iram quidem ac furorem deprecatur, paratum vero se esse ad flagella dicit. Novit enim quod *Quem diligit Dominus, corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit* [22]. Quamobrem etiam strenue pertulit flagella, quæ per calamitates alias aliis succedentes post peccatum ipsi acciderunt, quæque complectitur Regnorum historia. *Et dolor meus in conspectu meo est semper.* Multi quidem priorum peccatorum obliviscuntur, nullam eorum habentes rationem, ac ea contemnentes, quasi nulla futura sit ultio; qui vero judicium Dei jugiter habet ob oculos, credique certo fore, ut omnes coram Christi tribunali sistamur, ut reportet unusquisque ea, quæ fiunt per corpus, juxta id quod fecit, sive bonum, sive malum [23], is in anxietate continuo versatur, et hunc animæ suæ dolorem sanare studens, per suas ad Deum confessiones se ipse accusat. Ideo ait: *Dolor meus in conspectu meo est semper quoniam iniquitatem meam ego annuntiabo et cogitabo pro peccato meo.* Tales porro sunt voces animæ fidæ, et quæ sibi certissime persuaserit judicium Dei futurum. VERS. 20-23. *Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mihi mala pro bonis. detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me, Domine Deus meus ne: discesseris a me. Intende in adjutorium meum, Domine salutis meæ.* Omnium inimicorum suorum reminiscitur, qui eum ad peccatum pertraxerunt: et supplicibus verbis orat ac precatur Dominum, ut ne ab ipso discedat. Videbat enim inimicos etiam nunc circa se stantes, imminentesque sibi; nec priore 371 in ipsum audacia contentos. Quapropter sollicitus ne

[22] Prov. III, 12; Hebr. XII, 6, [23] II Cor. V, 10.

(78) Codices duo, λεγόμενα. Statim unus mss. μοι συνέβη.

(79) Reg. secundus addit, μου. Aliquanto post editio Paris., πόδας μου, καὶ ἐπ' ἐμέ. Deest καί in tribus mss., nec dubium quin abesse debeat.

(80) Reg. tertius, εἰπὼν Κύριε,

(81) Sic in duobus mss. Deerat καί in editis. Ibidem Reg. tertius, ἔφερε γενναίως τὴν ἄμυναν καὶ τὰς μάστιγας· *Strenue ferebat vindictam et flagella.*

(82) Ita Reg. secundus cum Coisl. Editi, ἃ.

(83) Codices tres, πονηρά.

iterum in eosdem incidat, vigilanter admodum ait: *Inimini autem mei vivunt.* Non enim mortui sunt, neque ubi semel in me quidvis moliti sunt, abierunt. Quapropter scriptum est: *Ne beatum dixeris virum ante mortem ipsius* [24]. Vivunt; imo vero numero aucti, confirmati sunt super me. Multiplicati sunt enim qui oderunt me, et qui retribuebant mihi malo pro bonis: qui necdum desinunt me calumniari, quod bonam salutaremque viam persequar, meæ invidentes saluti. Quamobrem supplico ac rogo ne derelinquas me, Domine. Neque enim solus possim adversus tot ac tantos resistere. Tu igitur, Deus meus, ne discedas a me, sed adsis mihi adjutor meæque salutis custos.

A καὶ ἐπικειμένους, μηδὲ (84) τῇ προτερᾳ κατ' αὐτοῦ τόλμῃ ἀρκουμένους. Διὸ ἀγωνιῶν μὴ καὶ δεύτερον τοῖς αὐτοῖς περιπέσῃ, σφόδρα ἐγρηγερότως φησίν· Οἱ δὲ ἐχθροί μου ζῶσιν. Οὐ γὰρ τεθνήκασιν, οὐδὲ ἅπαξ ἐνεργήσαντες παρῆλθον· διὸ γέγραπται· Μὴ μακαρίσῃς ἄνδρα πρὸ τελευτῆς αὐτοῦ. Ζῶσιν· ἀλλὰ καὶ κεκραταίωνται πλείους ὄντες ὑπὲρ ἐμέ. Ἐπληθύνθησαν γὰρ οἱ μισοῦντές με, καὶ οἱ ἀνταποδιδόντες μοι κατὰ ἀντὶ ἀγαθῶν· οἵτινες οὕπω καὶ νῦν παύονται ἐνδιαβάλλοντές με, ἐπεὶ τὴν ἀγαθὴν καὶ σωτήριον ὁδὸν μεταδιώκω, διαφθονούμενοί μου (85) τῇ σωτηρίᾳ. Τούτου χάριν ἱκετεύω καὶ δέομαι, μὴ ἐγκαταλίπῃς με, Κύριε· μόνος γὰρ πρὸς τοσούτους οὐχ οἷός τ' ἂν εἴην ἀντέχειν. Σὺ οὖν, ὁ Θεός μου, μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ, παρσο δέ μοι βοηθὸς καὶ φύλαξ τῆς ἐμῆς σωτηρίας.

IN PSALMUM CXV.

1. Vers. 1, 2. *Credidi propter quod locutus sum; ego autem humiliatus sum nimis. Ego autem dixi in excessu meo: Omnis homo mendax.* Fides sermonibus qui de Deo fiunt, præeat: fides, non demonstratio. Fides, quæ animum ad assensionem trahit magis, quam methodi, ratione innixæ: fides, quæ non necessariis geometriæ illationibus, sed Spiritus sancti opera gignitur. *In nomine Jesus Christi Nazareni, surge et ambula* [25]. Hanc vocem consequebatur opus per Spiritum. Ex hoc miraculo a spectatoribus necessario admissa est Unigeniti divinitas. Ultra res, dic mihi, magis ad assensum cogit, propositionumne nexus congruam conclusionem secum attrahentes, an potius tantum miraculum evidenter conspectum, omnem humanam virtutem exsuperane? Attamen etiamnum isthæc non probantur, neque Spiritus opera sermoni qui de Deo est fidem faciunt, sed artificiosæ demonstrationes, spem in mundanæ sapientiæ persuasionibus collocantes, non in forti et clara Spiritus revelatione, quam, per eos qui in simplicitate cordis citra curiositatem credunt Deo, ob multorem salutem ostendit. Sed utinam et mihi contingat digne credere, ut nunc magnæ huic Dei Ecclesiæ verba quinque in mente mea dicam. Atque nemo hunc irrideat sermonem, quasi nos sine ulla probatione ad assentiendum iis quæ dicimus, audientes inducamus. Necesse est enim disciplinæ cujusvis principia citra ullam probationem tradi discentibus; cum fieri non possit,

[24] Eccli. xi, 30. [25] Act. iii, 6.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΡΙΕ' ΨΑΛΜΟΝ.

B 1. Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα· ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθην σφόδρα· ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. Πίστις ἡγείσθω τῶν περὶ Θεοῦ λόγων· πίστις, καὶ μὴ ἀπόδειξις. Πίστις, ἡ ὑπὲρ τὰς λογικὰς μεθόδους (86) τὴν ψυχὴν εἰς συγκατάθεσιν ἕλκουσα· πίστις, οὐχ ἡ γεωμετρικαῖς ἀνάγκαις, ἀλλ' ἡ ταῖς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείαις ἐγγινομένη. Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου, ἔγειραι (87) καὶ περιπάτει. Ταύτῃ τῇ φωνῇ ἐπηκολούθει τὸ ἔργον διὰ τοῦ Πνεύματος. Ἐκ τοῦ θαύματος ἀναγκαία ἡ παραδοχὴ τῆς θεότητος τοῦ Μονογενοῦς τοῖς ὁρῶσιν ἐγίνετο. Τί ἀναγκαστικώτερον εἰς (88) συγκατάθεσιν (εἰπέ μοι); προτάσεων πλοκαὶ τὸ συμπέρασμα ἀκόλουθον ἑαυταῖς ἑφελκόμεναι, ἢ θαῦμα τοσοῦτον ἐναργῶς ὁρώμενον, πᾶσαν C ἀνθρώπου δύναμιν ὑπερβαῖνον; Ἀλλ' οὐχὶ καὶ νῦν ταῦτα (89) εὐδοκιμεῖ, οὐδὲ τὰ τοῦ Πνεύματος ἔργα τὸν περὶ Θεοῦ λόγον πιστοῦται· ἀλλ' ἔντεχνοι ἀποδείξεις, ἐν τῷ πιθανῷ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας ἔχουσαι τὴν ἐλπίδα, οὐκ ἐν τῷ ἰσχυρῷ καὶ ἐναργεῖ τῆς τοῦ Πνεύματος ἀποκαλύψεως, ἣν, διὰ τῶν ἐν ἁπλότητι καρδίας ἀπεριεργάστως πεποιθότων Θεῷ (90), τῆς σωτηρίας ἕνεκεν τῶν πολλῶν ἐπιδείκνυται. Ἀλλ' εἴθε κἀμοὶ γένοιτο πιστεῦσαι ἀξίως, ἵνα λαλήσω νῦν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πέντε λόγους ἐν τῷ νοΐ μου. Καὶ μηδεὶς καταχλευαζέτω τὸν λόγον, ὡς ἀβασανίστως ἡμῶν εἰς τὴν ὑπὲρ ὧν λέγομεν συγκατάθεσιν τοὺς ἀκούοντας ἐναγόντων (91). Ἀνάγκη γὰρ ἑκάστης μαθήσεως ἀνεξετάστους εἶναι

(84) Ediit, καὶ μηδέ. Vocula *καί* in tribus mss. non invenitur.

(85) Editi, μοι. At quator mss., μου. Reg. secundius, μου τὴν σωτηρίαν.

(86) Reg. secundus, δυνάμεις. Sed ad marginem apposita est et lectio alia, μεθόδους.

(87) Sic editio Basil. cum tribus mss. et cum sacro textu. Editio vero Paris. cum mss. nonnullis, ἔγειρε. Mox editio Paris, ἐκ τοῦ θαύματος γάρ. Sed deest γάρ in editione Basil. et in multis mss.

(88) Colb. quartus, πρός.

(89) Reg. secundus, τὰ αὐτά.

(90) Illud, διὰ τῶν ἐν ἁπλότητι καρδίας ἀπεριεργάσεως πεποιθότων Θεῷ. sic conversum apud veterem D interpretem videmus: *Per eos qui suam omnem fiduciam in simplicitate cordis in Deum projecerunt*, etc. Sed, nisi me fallit animus, melius ad mentem scriptoris interpretabere: *Per eos qui in simplicitate cordis citra curiositatem credunt Deo.* Etenim πεποιθέναι scriptori idem esse quod πιστεῦσαι, ex iis quæ sequuntur obscurum non est. Subjungit enim: Ἀλλ' εἴθε κἀμοὶ γένοιτο πιστεῦσαι, ἀξίως· *Sed utinam et mihi contingat digne credere.* Scriptor igitur, quisquis est, hoc dicit: Quemadmodum usu venit, ut non pauci in simplicitate cordis citra curiositatem credant Deo: utinam et mihi quoque hoc idem contingat.

(91) Colb. quartus. ἀνανόντων.

τὰς ἀρχὰς τοῖς μανθάνουσιν· ἐπεὶ ἀμήχανον τοὺς περὶ τὰ πρῶτα ζυγομαχοῦντας δυνηθῆναι ὁδῷ καὶ τάξει προελθεῖν εἰς τὸ τέλος. Καὶ τοῦτο ἂν μάθοις παρ' αὐτῶν τῶν ἔξωθεν. Εἰ γὰρ μὴ συγχωρήσειας τὰς πρώτας ἀρχὰς τῇ γεωμέτρῃ, ἀμήχανον αὐτὸν τὰ ἑφεξῆς (91*) συμπεράνασθαι. Καὶ τῆς ἀριθμητικῆς ὁ τοῖς πρώτοις καὶ στοιχειώδεσιν ἐνιστάμενος, τὴν εἰς τὸ πρόσω ὁδὸν διακόπτει. Ὁμοίως δὲ καὶ ἰατρικαὶ ἀρχαὶ ἰατροῖς ἀναπόδεικτοι. Καὶ ὅλως, ἐν ὁποιῳδήποτε ἐπιτηδεύματι τῶν ὁδῷ καὶ τάξει προϊόντων ἐπὶ τὸ τέλος, ἀδύνατον τῶν πρώτων ὑποθέσεων ἀποδείξεις ἐπιζητεῖν· ἀλλ' ἀνάγκη τὰς τῶν λογικῶν τεχνῶν ἀρχὰς ἀνεξετάστως παραδεξάμενον, τὸ ἐκ τῶν ὑποτεθέντων (92) ἀκόλουθον ἐν τοῖς ἑφεξῆς ἐπιβλέπειν. Οὕτω δὴ οὖν καὶ τὸ τῆς θεολογίας μυστήριον, τὴν ἐκ τῆς ἀβασανίστου πίστεως ἐπιζητεῖ συγκατάθεσιν. Πιστεῦσαι γὰρ δεῖ, φησὶν, ὅτι ἔστι Θεὸς, οὐχὶ ζητῆσαι, οὐδὲ ζυγομαχῆσαι τὸ τί ἐστι. Καὶ ὅλως, εἰ ἡ πίστις ἐλπιζομένων ἐστὶν ὑπόστασις πραγμάτων, καὶ ἔλεγχος οὐ βλεπομένων, μὴ φιλονείκει ἰδεῖν ἤδη τὰ μακρὰν ἀποκείμενα, μηδὲ τὰ ἐλπιζόμενα ἀμφίβολα καταστήσῃς, διὰ τὸ μήπω αὐτῶν δύνασθαι κατὰ τὴν γνῶσιν ἁφάπτεσθαι.

2. Ταῦτα μὲν οὖν καθόλου περὶ πίστεως διὰ τοὺς λογομαχοῦντας καὶ ἐν ῥήμασι κενοῖς ἔχοντας τὴν ἐλπίδα. Δοκεῖ δέ μοι ὁ ἐν χερσὶ ψαλμὸς ὡς πρὸς τὴν προάγουσαν ἐν τῷ κατόπιν ψαλμῷ διάνοιαν ἀκολουθίαν ἔχειν. Εἶπε γὰρ ἐκεῖ· Εὐαρεστήσω τῷ Κυρίῳ ἐν χώρᾳ ζώντων. Ἐπεὶ οὖν περὶ μὴ βλεπομένης χώρας διαλέγεται, ὡς σαφῶς ἐπιστάμενος, τὴν αἰτίαν ἀποδίδωσι τοῦ περὶ τῶν ἀδήλων διορισμοῦ, λέγων· Ἐπίστευσα, ὅτι ἔστι τις χώρα ζώντων· διὸ ἐλάλησα, ὅτι Εὐαρεστήσω ἐν αὐτῇ τῷ Κυρίῳ. Ὅλως δὲ, ἡ ἄνευ πίστεως ἐπὶ τὸ λαλεῖν ἐρχομένη ψυχὴ διακενῆς ληρήσει, κατ' οὐδενὸς ὑποκειμένου τὸν λόγον προάγουσα. Ἀρχὴ τοίνυν λόγου ἔμφρονος, πίστις ἰσχυρῶς τῇ καρδίᾳ τοῦ λαλοῦντος ἐνιδρυμένη. Ἔπειτα, πόθεν ἡμῖν δυνατὸν τὸ περὶ τὴν πίστιν τέλειον κατορθοῦν, ἑφεξῆς, ἐπάγει, λέγων· Ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθην σφόδρα. Ὁ γὰρ μὴ ταπεινώσας ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν, μηδὲ κατὰ μίμησιν τοῦ Ἀποστόλου λέγων τὸ, Ἀδελφοὶ, ἐγὼ ἐμαυτὸν οὔπω λογίζομαι κατειληφέναι, ἀλλὰ περινοῶν οὐσίας Θεοῦ κατάληψιν, καὶ τῷ ἰδίῳ λογισμῷ ἐκμετρῶν τὰ ἀνέφικτα, καὶ τοσοῦτον λογιζόμενος εἶναι τὸν Θεὸν ὅσον αὐτὸς τῷ λογισμῷ περιέλαβεν· καὶ ὅλως, ὁ τὸν οἰκεῖον νοῦν μέτρον τῶν ὄντων ποιούμενος, οὐ λογιζόμενος, ὅτι ῥᾴδιόν ἐστι κοτύλῃ μικρᾷ τὴν πᾶσαν θάλασσαν ἐκμετρῆσαι, ἢ τῷ ἀνθρωπίνῳ νῷ τῆς ἀφάτου μεγαλειότητος τοῦ Θεοῦ περιδράξασθαι, εἰκῇ φυσιούμενος καὶ ἐπαιρόμενος τῇ ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτοῦ, οὐ δύναται λέγειν τὸ· Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα· ἐπειδὴ οὐδὲ τὸ ἑφεξῆς ἐπάγειν αὐτῷ δυνατὸν, τὸ, Ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθην σφόδρα· τύφῳ γὰρ καὶ ἀλαζονείᾳ συζῇ, καὶ

A ut ii, qui circa prima principia litigant, via et ordine procedere valeant ad finem. Idque vel ex ipsis externis disciplinis tibi licet discere. Etenim si geometræ prima non concesseris principia, ea quæ sequuntur concludere nequit. Et qui arithmeticæ principiis 372 ac elementis se opponit, viam ad ulteriora intercipit. Similiter autem neque a medicis medicinæ principia possunt demonstrari. Et in summa, in quacumque professione quæ via et ordine ad finem procedat, primarum propositionum demonstrationes non queunt inquiri; sed necesse est, ut is qui artium ratione innixarum principia, sine probatione admisit, id quod ex jam positis consequens est, in his quæ deinde sequuntur inspiciat. Sic sane etiam theologiæ mysterium assen-
B sum ex fide probationis experte requirit. *Credere enim oportet*, inquit, *quia est* Deus [26]: non quærere, neque cum contentione expendere quid sit. Ac tandem, si fides rerum quæ sperantur substantia est, et earum quæ non videntur argumentum [27]; ne contende jam videre quæ procul sunt reposita: neque ea quæ sperantur, ambigua statuas, propterea quod nondum eorum cognitionem attingere potuisti.

2. Et quidem istæc de fide propter eos qui verbosa et contentiosa disceptatione argutantur, atque in verbis inanibus spem collocant, dicta generatim sint. Cæterum psalmus qui in manibus est, cognationem cum præcedenti sententia psalmi superioris habere mihi videtur. Dixit enim illic: *Placebo Domino in regione vivorum* [28]. Cum igitur de regione
C quæ non videtur, disserat, tanquam clare sciens, suæ de obscuris assertionis rationem reddit, dicens: *Credidi* quamdam esse viventium regionem: *propter quod dixi: Placebo* in ipsa *Domino*. In universum autem, anima quæ citra fidem loqui aggreditur, inaniter garriet, quandoquidem ad nullum fundamentum refert sermonem. Itaque initium sermonis prudentis est fides in corde loquentis firmiter insidens. Deinde continenter subjungit, qua ratione perfectionem fidei assequi possimus, dum ait: *Ego autem humiliatus sum nimis*. Qui enim mentem suam non humiliat, neque ad imitationem Apostoli dicit: *Fratres, ego me nondum arbitror comprehendisse* [29]; imo vero qui de essentia Dei comprehendenda cogitat, ac propria ratiocinatione incompre-
D hensibilia metitur, et Deum arbitratur esse tantum, quantum ipse ratione assecutus est: et uno verbo, qui propriam mentem, universorum mensuram statuit, non intelligens facilius esse ut parva cotula totum admetiatur mare, quam ut mente humana inenarrabilem Dei majestatem compleetatur, frustra inflatus et ob mentis suæ vanitatem elatus, non potest dicere illud: *Credidi propter quod locutus sum*; cum ne id quidem quod sequitur, possit

[26] Hebr. XI, 6. [27] ibid. 1. [28] Psal. CXIV, 9. [29] Philip. III, 13.

(91*) Sic mss. quatuor. Colb. quartus, ἑξῆς. Edit, τὸ ἑφεξῆς.
(92) Colb. quartus, ὑποθέσεων.

subjungere, *Ego autem humiliatus sum nimis.* In fastu enim et in superbia vitam degit; verbisque inanibus exsultat, interdum fidei robur nequaquam possidet. Deinde non deprimit solum semetipsum, sed etiam omne simul hominum genus sibi agnatum ac naturæ socium. VERS. 2. *Ego* enim, inquit, *dixi in excessu meo; Omnis homo mendax.* Quare qui fide non adjutus, sed ex se sermonem aggressus est, utpote industria humana ad veritatem comprehendendam confidens, mendax est; quippe qui multum a veritate aberret.

372 3. Cæterum ait dixisse se hunc sermonem in excessu. Quis autem est hic excessus? Sive quia undecunque humanam naturam consideraram, et nuncubi inter homines aliqua esset veritas perscrutatus eram, cum tamen citra Dei auxilium nusquam eam invenire possem, attonitus factus ob rem inopinatam, exclamavi: *Omnis homo mendax.* Sive in excessu illo quem coram Anchus confinxi, comitialem morbum insaniamque simulans: postquam intellexi me eo devenisse angustiæ, ut declinandi periculi ab hostibus impendentis causa contra meam ipsius conscientiam mentirer, et quæ non essent fingerem: tunc dixi: *Omnis homo mendax*, etsi tamen non ex proposito, neque in detrimentum proximorum, sed omnino ob calamitosas quasdam causas ad mendacium confugi. Atqui pugnantia non loquitur Propheta, uti nonnulli sophistæ ipsum coarguere conantur, dum dicunt in circuitionis probrum Prophetam incidisse. Si enim omnis homo mendax, David autem sit quoque homo; erat utique et ipse mendax; si vero mendax, et in his quæ affirmat fides adhibenda non est. Quod si hic sermo verus non est, atque homo omnis non est mendax, Davidem etiam mendacii crimine absolvemus. Verum si non mentitur, credamus ipsi in illis quæ enuntiat: credentes vero rursus cogemur non credere. Quare si verum dicat David, solvit sermonem suum, ut qui et homo sit, et non mentiatur: contra, si mentitur, ex se habet unde fidem nullam inveniat. Quis enim attendet mentienti? Quare cum semel pronuntiarit omnem hominem esse mendacem, mentiatur David ut suum confirmet sermonem: aut si verum ipse dicit, dissolvit assertionem. At hæc quidem ludificantium sunt, et eorum, qui verborum strophis ac versutiis oblectantur coram imperitis: veritas vero ipsa nequaquam sic se habet. Dicuntur siquidem homines, qui humanis adhuc affectibus distinentur: sed qui carneis affectionibus jam sublimior effectus est, et per mentis perfectionem ad statum transiit angelorum, hic cum de rebus humanis loquitur, a cæteris utique se ipse secernit.

διακένοις ῥήμασιν ἐπαγάλλεται, τὸ ἐκ τῆς πίστεως ἰσχυον, μὴ κεκτημένος. Εἶτα οὐχ ἑαυτὸν ταπεινοῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν συγγενῆ ἑαυτῷ καὶ κοινωνὸν τῆς φύσεως ἀνθρωπότητα. Ἐγὼ γὰρ εἶπα, φησὶν, ἐν τῇ ἐκστάσει μου. Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης· Ὥστε ὁ μὴ ἐκ πίστεως βοηθούμενος, ἀλλ' οἰκοθεν ἐπὶ τὸν λόγον ἐρχόμενος (92*), ταῖς ἀνθρωπίναις παρασκευαῖς πρὸς τὴν κατάληψιν τῆς ἀληθείας θαῤῥῶν, ψεύστης ἐστὶ, παραπολὺ τῆς ἀληθείας ἐκπίπτων.

3. Τοῦτον δέ φησιν εἰρηκέναι τὸν λόγον ἐν τῇ ἐκστάσει. Τίς δέ ἐστιν ἡ ἔκστασις; Ἤτοι ὅτι περιβλεψάμενος τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ διερευνησάμενος, εἴ πού τίς ἐστιν ἐν ἀνθρώποις ἀλήθεια, μηδαμοῦ ταύτην εὑρεῖν δυνηθεὶς ἄνευ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ βοηθείας, ἔκθαμβος γενόμενος ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος, ἐξεβόησα (93), ὅτι Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης· ἢ ἐν τῇ ἐκστάσει ἐκείνῃ, ἣν κατεσχηματισάμην ἐπὶ τοῦ Ἀγχοὺς, ἐπιληψίαν καὶ παραφορὰν ὑποκρινάμενος (93*), ἐπειδὴ εἰς ἀνάγκην ἐλθόντα ἐμαυτὸν τοῦ καταψεύσασθαι ἐμαυτοῦ, καὶ ἀναπλάσασθαι τὰ μὴ ὄντα, ὑπέρ τοῦ τὸν ἀπὸ τῶν πολεμίων κίνδυνον ἐκφυγεῖν, τότε εἶπον, ὅτι Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης· κἂν μὴ κατὰ προαίρεσιν, μηδ' ἐπὶ κακῷ τῶν πλησίον, ἀλλὰ πάντως διά τινας περιστατικὰς αἰτίας καταφεύγων ἐπὶ τὸ ψεύδεσθαι (94). Οὐ μὴν ἑαυτῷ περιπίπτει κατὰ τὸν λόγουν ὁ Προφήτης, ὥσπερ τινὲς τῶν σοφιστικῶν ἐπιχειροῦσιν αὐτὸν διελέγχειν, τῷ κατὰ περιτροπὴν ἐλέγχῳ ἐμπεπτωκέναι (94*) λέγοντες τὸν Προφήτην. Εἰ γὰρ πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης, ἄνθρωπος δὲ καὶ ὁ Δαβὶδ· ψεύστης ἦν καὶ αὐτὸς δηλονότι· εἰ δὲ ψεύστης, οὐ πιστευτέον αὐτῷ περὶ ὧν ἀποφαίνεται. Μὴ ὄντος δὲ ἀληθοῦς τοῦ λόγου τούτου, μηδὲ ὄντος παντὸς ἀνθρώπου ψεύστου, ἀφήσομεν καὶ τὸν Δαβὶδ τῆς τοῦ ψεύδους αἰτίας (95). Εἰ δὲ οὐ ψευδεται, πιστεύσωμεν αὐτῷ περὶ ὧν ἀποφαίνεται· πιστεύοντες δὲ, πάλιν εἰς τὴν τοῦ ἀπιστεῖν ἀνάγκην περιαχθησόμεθα. Ὥστε εἰ μὲν ἀληθεύει Δαβὶδ, λύει τὸν ἑαυτοῦ λόγον, καὶ ἄνθρωπος ὢν, καὶ μὴ ψευδόμενος· εἰ δὲ ψεύδεται, αὐτόθεν ἔχει τὸ μὴ πιστεύεσθαι· τίς γὰρ προσέξει ψευδολογοῦντι; Ὥστε ἐπειδὴ ἅπαξ ἀπεφήνατο πάντα ἄνθρωπον εἶναι ψεύστην, ψευδέσθω Δαβὶδ, ἵνα τὸν λόγον πιστώσηται· ἢ ἀληθεύων αὐτὸς, παρέλυσε τὴν ἀπόφασιν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν παιζόντων ἐστὶ, καὶ ταῖς τῶν λόγων στροφαῖς ἐπαγαλλομένων πρὸς τοὺς ἀπείρους· τὸ δὲ ἀληθὲς οὐχ οὕτως ἔχει. Ἄνθρωποι γὰρ λέγονται οἱ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἔτι παθήμασι κατεχόμενοι· ὁ δὲ ὑψηλότερος ἤδη τῶν σαρκικῶν παθημάτων γενόμενος, καὶ διὰ τὴν τοῦ νοῦ τελείωσιν πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων κατάστασιν μετελθὼν (96*), οὗτος ὅταν περὶ τῶν ἀν-

(92) Nostra editio Paris. ex typographorum oscitantia pro ἐρχόμενος habet ἀρχόμενος.

(93) Ita septem mss. At editi, ἐξεβόησε, *clamavit.*

(93*) Sic editio Basil. cum quinque mss. At editio Paris. et unus aut alter ms., ὑποχρινομενος. Hunc locum prolixis notis illustravere Duœus et Combefisius: quas qui curiosi sunt, legere poterunt.

(94) Reg. secundus, ψεύσασθαι.

(94*) Codices duo, ἐκπεπτωκέναι

(95) Regii secundus et sextus, τὴν τοῦ ψεύδους αἰτίαν.

(95*) Ita mss. octo. Editi, ἀνελθών.

θρωπίνων διαλέγηται, ἑαυτὸν ὑπεξαιρεῖται τῶν λοιπῶν δηλονότι. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπών· Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες· ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε. Θεοί ἐστε. Πάντως δὲ εἴ τινι ἄλλῳ (96), καὶ τῷ Δαβὶδ ἡ τοιαύτη προσηγορία πρέπουσα. Καὶ γὰρ καὶ υἱὸς Ὑψίστου, ὁ διὰ τῆς ἀρετῆς ὡκειωμένος Θεῷ, καὶ οὐκ ἀποθνήσκων ὡς ἄνθρωπος, ἀλλὰ ζῶντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεόν (96*).

4. Ἐγὼ οὖν εἶπον, φησίν, ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. Ἀκουέτωσαν οἱ τῇ μὲν σαρκὶ διὰ τῶν παθημάτων συμπεφυρμένοι, τὸν δὲ νοῦν ἑαυτῶν ὑπεραίροντες τῶν ὑπερκοσμίων· ὧν τοὺς λογισμοὺς καθαιρεῖν, καὶ τὸ ὕψωμα τῆς καρδίας αὐτῶν τῆς κατεπαιρομένης τοῦ Θεοῦ, κοινὸς ἔστω σκοπὸς πᾶσι τοῖς ἀντιποιουμένοις τῆς εὐσεβείας. Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέν μοι; Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι. Εἰς αἴσθησιν ἐλθὼν τῶν μυρίων παρὰ τοῦ Θεοῦ δωρεῶν, ὅτι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήχθη· ὅτι ἀπὸ τῆς γῆς διαπλασθείς, λόγῳ τετίμηται, ἐν ᾧ καὶ τὴν εἰκόνα φορεῖν δύναται τοῦ ἐπουρανίου· ἔπειτα καὶ πρὸς τὴν ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων οἰκονομίαν ἀπιδών, ὅτι ἑαυτὸν ὁ Κύριος ἔδωκε λύτρον ἀντὶ πάντων (97) ἡμῶν, ἐπαπορεῖ, καὶ ζητεῖ ἐν πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, τί ἄξιον ἐξεύρῃ δῶρον τῷ Δεσπότῃ. Τί οὖν φησίν, ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ; Οὐ θυσίας, οὐδὲ ὁλοκαυτώσεις, οὐδὲ τὴν ἐκ τῆς νομικῆς λατρείας θεραπείαν, ἀλλ' αὐτὴν πᾶσαν (97*) τὴν ἐμαυτοῦ ζωήν· καὶ διὰ τοῦτο, φησὶ, Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι, τὸ ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας πάθος, τὸ μέχρι θανάτου πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικατασταθῆναι, ποτήριον λέγων. Τοῦτο δ' ἂν εἴη ὅπερ αὐτὸς ὑπεδείξατο ὁ Σωτὴρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις. Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο· καὶ πάλιν τοῖς μαθηταῖς· Δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν (98); δηλοῦ δὲ τὸν θάνατον, ὃν κατεδέξατο ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας. Διὰ τοῦτο φησὶ, Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι· τουτέστι, διώκων ἐπὶ τὴν διὰ τοῦ μαρτυρίου τελείωσιν ἔρχομαι, ἀνάπαυσιν ψυχῆς καὶ σώματος, οὐκ ἀλγηδόνας (98*) τιθέμενος τὰ ἐν τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶσι προσαγόμενα κολαστήρια. Ἐμαυτὸν οὖν, φησὶ, θυσίαν προσοίσω καὶ προσφορὰν τῷ Κυρίῳ, ἐπειδὴ πάντα μικρότερα τίθεμαι τῆς ἀξίας τοῦ εὐεργετήσαντος. Καὶ ταύτας τὰς ἐπαγγελίας ἑτοίμως ἔχω ὑπὸ μάρτυρι παντὶ τῷ λαῷ ἀποτῖσαι. Τὰς γὰρ εὐχάς μου ἀποδώσω ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Εἶτα προτροπὴ πρὸς τοὺς ἀκροατὰς ὑπὲρ τοῦ μὴ καταπλαγῆναι τὸν θάνατον. Τίμιος, φησὶν, ἐναντίον Κυρίου, ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Μὴ ὀκνήσητε, φησὶ, πρὸς ἀγῶνα τὸν καλὸν, οἱ ἄνθρωποι, μηδὲ ἀποδειλιάσητε πρὸς (99)

Mendacii enim expers est, qui dixit: *Ego dixi: Dii estis, et filii Altissimi omnes vos autem sicut homines moriemini*[30]. *Dii estis.* Omnino autem si cui alteri, etiam ipsi Davidi appellatio hujusmodi competit. Nam et filius Altissimi est, qui per virtutem conjungitur Deo, nec moritur ut homo, sed viventem in semetipso habet Deum.

4. *Ego* igitur, inquit, *dixi in excessu meo*: *Omnis homo mendax.* Audiant ii, qui etiamsi carni quidem per libidines ac vitia commisti sint atque affixi, tamen mentem suam ad cœlestia extollunt: quorum cogitationes, ac cordis contra Deum se efferentis altitudinem demoliri ac subvertere, communis scopus sit eorum omnium, qui virtutem amplectuntur. VERS. 3, 4. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam.* Innumerorum Dei 374 donorum conscius factus, quod ex nihilo esset in lucem productus: quod e terra formatus, ratione excultus, qua etiam ejus qui cœlestis est imaginem ferre posset: deinde ad Dei quoque dispensationem pro humano genere factam respiciens, quod Dominus semetipsum dederit redemptionis pretium pro omnibus nobis, inops est consilii, et in his omnibus quæ ipsi suppetebant quærit quodnam donum Domino dignum reperiret. *Quid* igitur, inquit, *retribuam Domino?* Non sacrificia, non holocausta, non legalis cultus observationem, sed ipsam meam vitam omnem. Et eam ob causam, *Calicem*, inquit, *salutaris accipiam*, laborem quem in pietatis certaminibus pertulit, et constantiam qua ad mortem usque peccato restitit, calicem appellans. Hoc ipsum autem fuerit, quod Salvator ipse in Evangeliis docuit: *Pater, si possibile est, transeat calix iste*[31]. Et rursus ad discipulos: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum*[32]? Significabat autem mortem quam pro mundi salute passus est. Ideo, inquit, *Calicem salutaris accipiam;* hoc est, sitiens ad martyrii contendo consummationem, quandoquidem supplicia in pietatis certaminibus illata, animæ et corporis requiem, non dolorem duco. Me ipse igitur, inquit, victimam et oblationem offeram Domino: quoniam omnia benefacientis dignitate puto esse inferiora. Atque hasce promissiones teste omni populo persolvere paratus sum. VERS. 5. *Vota* enim *mea reddam in conspectu omnis populi ejus.* Deinde adhortatur auditores, ut ne formident mortem. VERS. 6. *Pretiosa*, inquit, *in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Nolite, ait, segnes esse ad hunc præclarum agonem, vos homines, neque timeatis mortem, non

[30] Psal. LXXXI, 6, 7. [31] Matth. XXVI, 39. [32] Matth. XX, 22.

(96) Sic editi et mss. nonnulli. Alii quidam mss., τῶν ἄλλων.

(96*) Regii secundus et sextus, Χριστόν. Ibidem duo mss., εἶτα.

(97) Hæc in Catena Corder. Origeni tribuuntur: in qua tamen pro πάντων legitur πολλῶν, *pro multis*. Quomodo scripserit auctor, non dicam quidem: sed affirmare possum in nostris mss. πάντων constanter legi.

(97*) Sic quinque mss. At editi, ἀλλὰ τὴν πᾶσαν.

(98) Codices quatuor, ὃ ἐγὼ πίνω. Reg. quartus, μέλλω πιεῖν.

(98*) Ita editio Basil. et mss. septem. Editio Paris., ἀλγηδόνα.

(99) Regii secundus et sextus omittunt πρός.

enim interitus est, sed vitæ occasio; non est integra deletio, sed transitus ad honorem. Cæterum apud homines avaros quidam lapilli, floridis coloribus fulgentes, vocari solent pretiosi: at vere *Pretiosa res est mors sanctorum ejus*. Cum anima vitam puram agens, a carnis sordibus libera, masculæ aut ragæ expers, ex laboribus pro pietate exantlatis gloriam adepta, justitiæ corona redimita, ac per hæc omnia virtutis pulchritudine præfulgens, steterit sese Domino atque universorum judici, gratiæ splendorem pretioso omni lapide lucidiorem possidens, quomodo hujus hominis mors coram Domino non fuerit pretiosa? Ne igitur sanctorum virorum ex hac vita exitum lugeamus, sed potius ortum, et eorum in hanc vitam ingressum. Nam introitus in hunc mundum adjunctam habet ignominiam sordium fetorisque et earum rerum, quarum ne aspectum quidem facile ferre posset ullus eorum, qui vitæ nobis auctores sunt. Per talia enim necessitate naturæ constitutus est carneæ nativitatis ingressus. Contra, exitus et is qui hinc fit abscessus pretiosus est et illustris; non omnium hominum, sed eorum, qui sancte et juste hanc vitam transegerunt. Pretiosa igitur est mors, non pretiosus hominum ortus. *Seminatur enim*, inquit, *in ignobilitate, surgit in* 375 *gloria: seminatur in corruptione, surgit in incorruptione*[33]. Compara itaque mortem nativitati; ad eum qui liberatus est ignominia, lugere desinas. Cum Judaice interirent, abominanda erant cadavera: ubi contigit mors pro Christo, reliquiæ sanctorum ejus sunt pretiosæ. Antea dicebatur sacerdotibus et Nazareis[34]: *Non contaminabimini super ullo mortuo*; et: *Si quis tetigerit cadaver, immundus erit usque ad vesperam*; item, *Lavabit vestimenta sua*. Nunc autem qui martyris ossa tetigerit, ex insidente in corpore gratia quamdam sanctitatis participationem accipit. *Pretiosa est* igitur *in conspectu Domini mors sanctorum ejus*. Ne pretiosissimis vilissima præferte, neque male commutetis, vitam caducam statui corruptionis experti ac felici præponentes. Siquidem præter ignominiæ affectiones, quibus voluptarii plerique subjecti sunt, adhuc etiam vitæ necessitates, magnanimitatem animæ frangentes, ipsam veluti redigunt in servitutem, dum ad carnis famulatum illam detrahunt. Ubi autem servitus, illic esse et ignominiam liquet. Fugienda igitur est vita, cui ignominia conjuncta est.

A τῶν θάνατον· οὐ γὰρ φθορά ἐστιν, ἀλλὰ ζωῆς ἀφορμή· οὐκ ἀφανισμός ἐστι παντελής, ἀλλὰ μετάβασις πρὸς τιμήν. Παρὰ μὲν οὖν τοῖς ἀνθρώποις τοῖς φιλοπλούτοις λιθίδιά τινα, ἀνθηροῖς χρώμασιν ὑπολάμποντα, τίμια πέφυκεν ὀνομάζεσθαι· Τίμιον (99*) δὲ ἀληθῶς ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Ὅταν ψυχὴ κακαθαρμένη τῷ βίῳ, ἐλευθέρα τῶν τῆς σαρκὸς μολυσμάτων, μὴ ἔχουσα σπίλον ἢ ῥυτίδα, ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγώνων δεδοξασμένη, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἀναδησαμένη στέφανον, ἐκ πάντων τούτων ὑπερλάμπουσα τῷ κάλλει τῆς ἀρετῆς, παραστῇ τῷ Δεσπότῃ καὶ κριτῇ τῶν ὅλων, παντὸς λίθου πολυτελοῦς διαυγεστέραν τὴν ἐκ τῆς χάριτος φαιδρότητα κεκτημένη, πῶς οὐχὶ τίμιος τοῦ τοιούτου ἀνθρώπου ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος; Μὴ τοίνυν ὀδυρώμεθα
B τὰς ἐντεῦθεν ἐξόδους τῶν ὁσίων ἀνδρῶν, ἀλλὰ μᾶλλον τὰς γενέσεις καὶ τὰς εἰς τὴν ζωὴν ταύτην παρόδους. Ἡ μὲν γὰρ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον εἴσοδος, δι' ἀτιμίας ἐστὶ ῥύπου καὶ δυσωδίας, καὶ ὧν οὐδ' ἂν τὴν θέαν εὐκόλως ἀνάσχοιτό τις (100) τῆς ζωῆς ἡμῶν καθηγουμένων· διὰ γὰρ τῶν τοιούτων ἡ πάροδος τῆς σαρκίνης γενέσεως τῷ τῆς φύσεως ἀναγκαίῳ (1) νενομοθέτηται. Ἡ δὲ ἔξοδος καὶ ἡ ἀπαλλαγὴ ἡ ἐντεῦθεν, τιμία καὶ περιφανής· οὐ πάντων ἀνθρώπων, ἀλλὰ τῶν ὁσίως καὶ δικαίως τὸν ἐνταῦθα βίον διενεγκόντων. Τίμιος οὖν ὁ θάνατος, οὐχὶ τιμία τῶν ἀνθρώπων ἡ γένεσις. Σπείρεται γὰρ, φησὶν, ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ· σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ. Σύγκρινον τοίνυν τῇ γενέσει τὸν θάνατον, καὶ παῦσαι ὀδυρόμενος τὸν τῆς ἀτιμίας ἀπαλλασσόμενον. Ὅτε Ἰουδαϊκῶς ἀπέθνησκον, βδελυκτὰ ἦν
C τὰ θνησιμαῖα· ὅτε ὑπὲρ Χριστοῦ ὁ θάνατος, τίμια τά (2) λείψανα τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Πρὸ τούτου ἐλέγετο τοῖς ἱερεῦσι καὶ τοῖς Ναζωραίοις τὸ, Οὐ μιανθήσεσθε (3) ἐπ' οὐδενὶ τεθνηκότι· καὶ τὸ, Ἐάν τις ἅψηται νεκροῦ, ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας· καὶ τὸ, Πλυνεῖ ἑαυτοῦ τὰ ἱμάτια. Νυνὶ δὲ ὁ ἁψάμενος ὀστέων μάρτυρος, λαμβάνει τινὰ μετουσίαν ἁγιασμοῦ ἐν τῆς τῷ σώματι παρεδρευούσης χάριτος. Τίμιος οὖν ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Μὴ προτιμᾶτε τῶν πολυτιμήτων τὰ ἀτιμότατα, μηδὲ κακοὶ συναλλάκται γίνεσθε, τὴν φθειρομένην ζωὴν τῆς ἀφθάρτου καὶ μακαρίας καταστάσεως προτιμῶντες. Ἄνευ γὰρ τῶν παθημάτων τῆς ἀτιμίας, οἷς οἱ πλεῖστοι τῶν φιλῃδόνων ὑπόκεινται, ἔτι καὶ αἱ κατὰ τὸν βίον χρεῖαι, τῆς ψυχῆς
D τὸ μεγαλοφυὲς κατακάμπτουσαι, οἱονεὶ δουλοῦνται αὐτὴν, πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν τῆς σαρκὸς κατασύρουσαι. Ὅπου δὲ δουλεία, ἐκεῖ δῆλον ὅτι καὶ ἀτιμία. Φευκτέον οὖν τὴν ζωήν, ᾗ τὸ ἄτιμον παραπέφυκεν.

5. Nihil, inquit, perago magni, dum tibi Domino retribuo me ipsum. Nam servus tuus cum sim,

5. Οὐδὲν (4), φησὶ, μέγα ποιῶ, ἐμαυτόν σοι ἀποδιδοὺς τῷ Δεσπότῃ. Δοῦλος γὰρ ὢν σὸς, οἱ προσάγω

[33] I Cor. xv, 43, 42. [34] Levit. xi, 39, 40.

(99*) Reg. sextus, τίμιος. Editio nostra et alii mss., τίμιον.

(100) Desideratur τῶν. Edit.

(1) Colb. quartus, γενέσεως ἀναγκαίως.

(2) Ex illis, τίμια τά, etc., occasionem cœpit librarius ita scribendi in margine Reg. sexti: Ὅτι δεῖ τιμᾷν τὰ λείψανα τῶν ἁγίων· *Reliquias sanctorum honorare oportet.*

(3) Sic codices sex. Editi vero cum Colb. septimo μιανθήσεται. Illud quod statim sequitur, ἕως ἑσπέρας, ex quatuor mss. addidimus. Ibidem mss. non pauci, αὐτοῦ τά.

(4) Ita mss. sex cum editione Basil. At editio Paris., οὐδὲν οὖν.

τὸ σὸν κτῆμα. Πάντως γὰρ του κτισεντος δοῦλον ὑπάρχει τὸ ἐκτισμένον (5). Ὥστε οὐ προαιρέσει δοῦλος μόνον, ἀλλὰ καὶ φύσει. Υἱὸς γάρ εἰμι τῆς παιδίσκης σου, ἣν νηπιάζουσαν (6) καὶ κομιδῇ παῖδα παραγαγὼν ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἀποστήσας τῆς σῆς δουλείας, δούλην τῆς ἁμαρτίας ἐποίησεν. Ἀλλ' ἐπιστρέφω καὶ ἐπανατρέχω πρὸς τὸν ἐξ ἀρχῆς Δεσπότην, καὶ ἐπιγινώσκω τὴν ἀρχαίαν δουλείαν. Διέῤῥηξας τοὺς δεσμούς μου. Ἐπειδή με τῶν δεσμῶν τῆς ἁμαρτίας ἠλευθέρωσας, κατελθὼν εἰς ᾅδου, καὶ λύσας τὴν ἀνθρωπότητα (7) δεσμῶτιν οὖσαν τοῦ θανάτου, καὶ ἐν ταῖς ἀφύκτοις εἱρκταῖς τοῦ ᾅδου κατεχομένην, διὰ τοῦτό σοι θύσω, οὐχὶ τετράποδα διχηλοῦντα καὶ μηρυκίζοντα, οὐδὲ πτηνὰ καθαρὰ, ἢ σεμίδαλιν ἀναπεποιημένην ἐλαίῳ, ἢ λίβανον διαφανῆ, ἢ τὸ τῆς συνθέσεως ἐκεῖνο θυμίαμα (ταῦτα γάρ σοι παρὰ τῆς γῆς προσφέρεται τῷ Δεσπότῃ)· ἀλλ' ὅ ἐστιν ἐμὸν ἴδιον κτῆμα, καὶ καρδίας γέννημα τῆς ἐμῆς, τὴν σὴν δοξολογίαν ἐξ αὐτῆς ἀνοίσω, ὥσπερ ἀπὸ θυσιαστηρίου τινὸς τῆς ἐμαυτοῦ διανοίας. Καὶ ἱερουργήσω σοι τὴν τῆς αἰνέσεως θυσίαν, μυρίων ὁλοκαυτωμάτων προτιμοτέραν σοὶ τῷ ἀπροσδεεῖ καὶ τελείῳ Θεῷ, ὃς οὐκ ἀπαιτεῖς σωματικὰς θυσίας, ἐν αἷς πλεονεκτοῦσιν οἱ εὐπορώτεροι, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ (8) διαθέσεως, καὶ καρδίας ἀληθινῆς ἐξομολόγησιν, ἧς μέτεστι πᾶσιν ἐξ ἴσου τοῖς βουλομένοις. Τὰς εὐχάς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Θύων δέ σοι νῦν αἴνεσιν, οὐχ ὡς ἐπαισχυνόμενος (9), λάθρα που καὶ ἐν παραδύστῳ θύσω, φεύγων τὰς μέμψεις τῶν ἀσεβῶν· ἀλλὰ πάνδημόν τινα θυσίαν ἐπιτελέσω, τὸν λαὸν ὅλον κοινωνὸν τῆς λατρείας παραλαβών (10). Τόπος δὲ ἡμῖν τῆς θυσίας ἀποδειχθήσεται τὰ μέσα καὶ περιφανέστατα τῆς Ἱερουσαλήμ. Ἀκούσατε, οἱ τὴν Ἐκκλησίαν καταλιμπάνοντες, καὶ ἐν οἴκοις κοινοῖς συστρεφόμενοι (11), τὰ ἄθλια τοῦ τιμίου σώματος ἀπορῤῥήγματα, ὅτι χρὴ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι ἐν μέσῳ τῆς Ἱερουσαλήμ· τουτέστι, τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ. Οὐδὲ γὰρ κατὰ τὴν παλαιὰν λατρείαν ἴδιον ἐξῆν ἑκάστῳ πήγνυσθαι θυσιαστήριον, ἀλλ' ἐν ἀποδέδεικτο τοῖς θυσιάζειν προαιρουμένοις (12). Σὺ δὲ ἀντεγείρεις τῷ τῶν πατέρων θυσιαστηρίῳ βωμὸν, καὶ πῦρ ἀνάπτεις ἀλλότριον ἐπ' αὐτοῦ, μηδὲ τῷ παλαιῷ (13) παραδείγματι σωφρονιζόμενος, ἀνθρώπους κατεφθαρμένους τὸν νοῦν ἐπισπώμενος, καὶ συμμιαίνων αὐτοῖς ἑαυτόν. Ὧν φύγοιτε τὴν μίμησιν, ὑμεῖς ὁ λαὸς τοῦ Κυρίου (14),

A tuam tibi possessionem offero. Omnino enim res creatæ Creatoris servæ sunt. Quare non voluntate solum, sed natura etiam sum servus. Filius enim sum ancillæ tuæ, quam parvulam ac prorsus infantem seduxit inimicus; et postquam eam a tua servitute removit, ipsam efficit peccati servam. Verum revertor et recurro ad primum Dominum, veteremque agnosco servitutem. Vers. 7 *Dirupisti vincula mea.* Quandoquidem tuo in infernum descensu a peccati vinculis me liberasti, atque humanam naturam mortis astrictam vinculis, et in inferni carceribus, unde evadere non datur, detentam, exsolvisti, idcirco tibi sacrificabo non quadrupeda divisam ungulam habentia et ruminantia, neque volatilia munda, aut similaginem oleo subactam, aut thus lucidum, aut compositum illud
B thymiama (hæc enim tibi Domino a terra offeruntur). sed quæ est mea pebuliaris possessio, et qui est mei cordis fetus, glorificationem tuam ex ipso tanquam ex aliqua meæ mentis ara offeram. Vers. 8. *Et sacrificabo tibi hostim laudis*, innumeris holocaustis pretiosiorem, tibi, inquam, nullius rei indigo, et perfecto Deo, qui corporalia sacrificia quibus ditiores abundant, minime requiris, sed confessionem ex affectu et ex corde vero proficiscentem, cujus omnes qui volunt, participe; ex æquo fiunt. *Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus.* Cum enim tibi sacrificabo laudem: non velut erubescens, clanculum et in abscondito loco sacrificabo, impiorum objurgationes fugiens: sed publicum quoddam sacrificium faciam, adhibito ad cultus
C consortium 276 populo omni. Cæterum sacrificii locum constituemus mediam et perquam conspicuam Jerosolymam. Vos qui derelinquitis Ecclesiam, et in profanis domibus conventus agitis, vos qui misera pretiosi corporis fragmenta estis, audite quod preces ac vota persolvi opertat in medio Jerusalem; hoc est, Ecclesiæ Dei. Neque enim juxta veterem cultum cuilibet licebat propriam construere aram: sed unica iis qui sacrificare velunt designata est. Tu tamen aram contra patrum aram exstruis, et super ipsam alienum incendis ignem. Neque veteri exemplo sapiens factus, allicis homines mente coruptos, teque una cum ipsis coinquinas. Quorum exemplum fugite, vos Domini populus:
D nec a parte eorum qui salvi fiunt, separemini, per-

(5) Colbertini primus et quintus cum Reg. quarto, ἐκτισμένον, καὶ υἱὸς τῆς παιδίσκης σου. Sed cum verba illa, καὶ... υἱός, etc., statim legantur, ipsa huic loco male annexa fuisse a librariis credere par est.

(6) Codices quatuor pro νηπιάζουσιν habent νηπίαν οὖσαν. Monere hunc locum de Eva accipiendum esse cum res ipsa loquatur, non multum necesse putamus.

(7) Recte, ut solet, notavit Ducæus, voce ἀνθρωπότητα non omne genus hominum comprehendi, sed quosdam duntaxat. Ejus notam legas suadeo.

(8) Ita sex mss. At vocula ἀπό deest in editione Paris.

(9) Ita mss. septem. Editi vero, αἰσχυνόμενος.

(10) Illa, ἐν αὐλαῖς οἴκου Κυρίου ἐν μέσῳ σου Ἱερουσαλήμ, post vocem παραλαβών, in editione Paris, et in Colb. quinto leguntur: sed cum in editione Basil. et in aliis septem mss. desint, ipsa pro additamentis librariorum habuimus, delevimusque.

(11) Sic Regii secundus, tertius, quartus et sextus cum duobus Colbertinis et cum Coisl. Editi vero, ἀναστεφόμενοι, *versantes*.

(12) Reg. secundus, βουλομένοις.

(13) Auctorem, dum scriberet illa, μηδὲ τῷ παλαιῷ, etc., ad caput decimum Levitici respexisse vident qui non omnino rudes sunt Scripturarum.

(14) Colb. quartus, Θεοῦ.

severantes in fide, perfecti in præceptis Domini, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

καὶ μὴ χωρισθείητε τῆς μερίδος τῶν σωζομένων, διαμένοντες ἐν τῇ πίστει, τελειούμενοι ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Κυρίου, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN PSALMUM CXXXII.

Κυρίου, καὶ περιοχὴν εἰς τὰ ἔθνη ἐξαπέστειλε. Καὶ ἐπὶ τὸν Ναούμ· Λῆμμα Νινευή· βιβλίον ὁράσεως Ναοὺμ τοῦ Ἐλκεσαίου (70)· Καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀμβακούμ· Τὸ λῆμμα ὃ εἶδεν Ἀμβακοὺμ ὁ προφήτης. Καὶ ὁ Μαλαχίας λῆμμα εἶπεν ἄνευ τῆς ὁράσεως, οὕτω λέγων· Λῆμμα λόγου Κυρίου ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐν χειρὶ ἀγγέλου αὐτοῦ. Καὶ ἐοίκασι διὰ τοῦ λήμματος ἐμφαίνειν, ὅτι οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν ἔχουσι τῆς προφητείας τὴν δύναμιν, ἀλλὰ λαβόντες· ὥστε τὸ λῆμμα ἴσον δύνασθαι τῷ, δόμα παρὰ Θεοῦ. Οὗτοι μὲν οὖν ὁράσεως εἶναι τὰ βιολία φασίν· οἱ δὲ λοιποὶ προφῆται λόγους ἐκηκοέναι παρὰ Θεοῦ φασιν. Ὁ λόγος γὰρ, φησὶ, Κυρίου, ὃς ἐγενήθη πρὸς Ὡσηὲ τὸν τοῦ Βεηρὶ ἐν ἡμέραις Ὀζίου καὶ Ἰωάθαμ καὶ Ἀχὰζ καὶ Ἐζεκίου βασιλέων Ἰούδα· καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοὰμ υἱοῦ Ἰωᾶς βασιλέως Ἰσραήλ. Ἀρχὴ λόγου Κυρίου πρὸς Ὡσηέ. Ἐν δὲ τῷ Ἀμώς· Λόγοι Ἀμὼς, οἳ ἐγένοντο ἐν Ἀκκαρεὶν ἐκ Θεκουέ, οὓς εἶδε περὶ Ἱερουσαλὴμ (71) ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοὰμ βασιλέως Ἰσραὴλ, πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ. Ἀντέστραπται (72) ἡ τάξις ἐνταῦθα ὡς πρὸς τὸν Ἡσαΐαν. Ἐκεῖ μὲν ὅρασις προτέτακται, καὶ λόγοι ἐπήχθησαν· Ἄκουε, οὐρανέ· ἐνταῦθα δὲ, λόγων προκειμένων, ὅρασις ἐπηκολούθησε· Λόγοι γὰρ Ἀμὼς, οὐχὶ (73) ὅρασις Ἀμὼς, οὐχὶ οὓς ἤκουσεν, ἀλλὰ, Οὓς εἶδεν. Ἐν δὲ τῷ Μιχαίᾳ· Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς Μιχαίαν τὸν Μωρασθεὶ, ἐν ἡμέραις Ἰωάθαν καὶ Ἀχάζ καὶ Ἐζεκίου βασιλέων Ἰούδα, ὑπὲρ ὧν εἶδε περὶ Σαμαρείας καὶ Ἱερουσαλήμ (74)· καὶ, Λόγος Κυρίου ὃς ἐγενήθη πρὸς Ἰωὴλ τὸν τοῦ Βαθουήλ· καὶ, Ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς Ἰωνᾶν· καὶ, Λόγος Κυρίου ὃς ἐγενήθη πρὸς Σοφονίαν τὸν τοῦ (75) Χουσὶ υἱὸν τοῦ Γοδολίου τοῦ Ἀμορίου τοῦ Ἐζεκίου, ἐν ἡμέραις Ἰωσίου τοῦ υἱοῦ Ἀμὼς, βασιλέως Ἰούδα. Ἰδιότροπος δὲ καὶ ἡ τῶν χρόνων ἐπισημείωσις καὶ ἡ τοῦ λόγου ὑποδοχὴ παρὰ τῷ Ἀγγαίῳ εἴρηται. Ἐν τῷ δευτέρῳ γὰρ, φησὶν, ἔτει ἐπὶ Δαρείου τοῦ βασιλέως, ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, μιᾷ τοῦ μηνὸς, ἐγένετο λόγος Κυρίου ἐν χειρὶ Ἀγγαίου τοῦ προφήτου. Δοκεῖ δέ μοι τὸ ἐνταῦθα εἰρημένον, Ἐν χειρὶ, ἴσον δύνασθαι τῷ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀναγεγραμμένῳ λήμματι. Καὶ ἐπὶ τοῦ Ζαχαρίου δὲ· Ἐν τῷ ὀγδόῳ μηνὶ ἔτους δευτέρου ἐπὶ Δαρείου ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς Ζαχαρίαν τὸν τοῦ Βαραχίου υἱὸν Ἀδδὼ (76), τὸν προφήτην.

A *ditum audivi a Domino; et munitionem in gentes misit* [68]. In Nahum quoque: *Assumptio Ninive, liber visionis Nahum Elcesæi* [66]. Et in Ambacum: *Assumptio quam vidit Ambacum propheta* [67]. Malachias quoque visione silentio prætermissa, *Assumptionem* dixit, sic loquens: *Assumptio verbi Domini super Israel in manu angeli ejus* [68]. Porro per assumptionem ostendere videntur, non a se ipsis prophetiæ facultatem habere, sed ipsam accepisse; adeo ut assumptio idem significet ac donum a Deo acceptum. Hi igitur aiunt libros esse visionis: cæteri vero prophetæ se suos sermones a Deo audivisse dicunt. Ait enim: *Verbum Domini quod factum est ad Osee filium Beeri in diebus Oziæ et Joatham et Achaz et Ezechiæ regum Juda, et in diebus Hieroboam filii Joas regis Israel. Initium sermonis Domini ad Osee* [69]. In Amos vero: *Sermones Amos, qui facti sunt in Accarim ex Thecue, quos vidit de Jerusalem in diebus Oziæ regis Juda, et in diebus Hieroboam regis Israel, ante duos annos terræ motus* [70]. Ordo hoc loco inversus est, habita ratione verborum Isaiæ. Illic quidem præponitur *visio*, subjunguntur vero sermones. *Audi cœlum.* Hic autem, sermonibus præpositis, subsecuta est visio. Nam *Sermones* Amos: quippe non *visio* Amos: non quos audivit, sed, *Quos vidit.* In Michæa autem: *Et factus est sermo Domini ad Michæam Morasthiten, in diebus Joatham, et Achaz, et Ezechiæ regum Juda, super his quæ vidit de Samaria et Jerusalem* [71]; et: *Sermo Domini qui factus est ad Joel filium Bathuel* [72]; et: *Factus est sermo Domini ad Jonam* [73]; et: *Sermo Domini qui factus* B *est ad Sophoniam filium Chusi filii Godeliæ filii Amorii filii Ezechiæ, in diebus Josiæ filii Amos regis Juda* [74]. Atque etiam peculiari quadam ratione apud Aggæum tempus notatur, et de sermonis acceptione facta est mentio. Ait enim: *In secundo anno Darii regis, mense* **385** *sexto, una mensis, factus est sermo Domini in manu Aggæi prophetæ* [75]. Dictum hoc, *In manu*, mea quidem sententia eumdem intellectum habet ac *assumptio*, quod vocabulum ab aliis scriptum est. At vero in Zacharia: *Octavo mense anni secundi sub Dario, factus est sermo Domini ad Zachariam filium Barachiæ, filium Addo, prophetam* [76].

C

[68] Abd. I, 1. [66] Nahum I, 1. [67] Habacb. I, 1. [68] Malac. I, 1. [69] Ose. I, 1, 2. [70] Amos I, 1. [71] Mich. I, 1. [72] Joel I, 1. [73] Jon. I, 1. [74] Soph. I, 1. [75] Agg. I, 1. [76] Zach. I, 1.

(70) Ita tres mss. et editio Romana, Editi, τοῦ Ἑλκεσαίου.

(71) Apud LXX legitur, ὑπὲρ Ἱερουσαλήμ, *super Jerusalem:* at, Hieronymo teste, Aquila, Symmachus et Thedotio verterunt, ἐπὶ Ἰσραήλ, *super Israel.* Nec aliter Vulgata, *Quæ vidit super Israel.*

(72) Editi, ἀνατέτραπται., Reg. tertius cum altero mss., ἀντίτραπται. Regii primus et secundus, ἀντέστραπται· et ita legi oportere credidimus.

(73) Uterque Combef. æque ac duo alii mss., οὐχὶ γάρ· sed vocula γάρ in vulgatis non legitur, et fortasse melius. Mox mss. non pauci cum LXX, τὸν Μωρασθεί. Editi, Μορασθεί.

D

(74) Ita Regii primus, secundus et tertius cum Colb. et cum LXX. Editi vero, Ἰσραήλ.

(75) Sic mss. multi. Deest τοῦ in editis. Aliquanto post mss. quatuor. υἱοῦ Ἀμώς, et ita legit interpres, *filii Amos.* Editio Romana, cui consentit Vulgata, υἱοῦ Ἀμών, *filii Amon.* Statim mss. ἰδιότροπος. Editi, ἰδιοτρόπως, haud recte.

(76) Editi et mss. et LXX, quibus consentit Hieronymus, habent, υἱὸν Ἀδδώ, *filium Addo.* Theodoretus vero et Complut., uti jam notavit Nobilius, υἱοῦ, *filii*, Vulgata quoque, *filii Addo.*

10. *In diebus Oziæ et Joatham et Achaz et Ezechiæ.* Tempus observare necesse fuit, ut compertum esset, ante quantum temporis prædicta post quantum temporis evenerint, et quod Dei providentia magis exuberavit tum cum exuberavit morbus. Plurimi enim eodem fere tempore inter se concurrerunt: Osee in diebus Oziæ et in diebus Jeroboam: Michæas in diebus Joatham et Achaz: Sophonias in diebus Josiæ filii Amos. At reliquorum nonnulli quidem prophetiarum suarum tempora minime assignarunt: alii vero Barbarorum adnotarunt regna, ut quæ essent magis nota, quod tunc rerum potirentur. Aggæus et Zacharias, Abdiasque et Nahum, Ambacum, Jonas et Maiachias de temporibus mentionem non fecere: imo plures ne patrum quidem meminere. Et fortasse illi, utpote ex illustribus patribus oriundi, poterant esse acceptiores. Qui enim sanguine sunt clariores, ii majorem impetrant fidem: qui vero ex obscuris et ignobilibus parentibus erant nati, prætermissi silentio sunt. Amos tamen ille, qui inter duodecim numeratur, nequaquam Isaiæ pater est. Neque enim pronuntiatio eadem est, neque eadem notio huic vocis subjecta est. Illud enim densiore spiritu pronuntiatur, hoc tenuiori. Quin etiam diversa est significatio. Nomen enim patris Isaiæ et vocis proprietas indicat firmamentum, virtutem et fortitudinem: at vero prophetæ nomen sermonem durum sonat. Porro prophetia Oseæ Isaia videtur esse antiquior; propterea quod dictum est: *Principium verbi Domini ad Osee*[77]. Sciendum quidem est hunc eumdem Oziam dictum fuisse et Azariam. In priore enim Paralipomenon libro Ozias est dictus; in secundo autem Regnorum, Azarias, ex eodem tamen patre et matre. Nimirum ejus mater erat Chalia; pater autem Amazias. Tempus etiam regni est idem, anni quinquaginta duo, Prophetarunt autem sub Ozia Isaias, Osee et Amos. Sed quia legitur, *Principium verbi Domini ad Osee*, num primus vaticinari cœpit? Et quia Amos ante duos annos terræ motus prophetavit; numquid vaticinatus est ante visionem Isaiæ, in qua ait: *Et elevatum est superliminare*[78]?

A 10. Ἐν ἡμέραις Ὀζίου καὶ Ἰωάθαμ καὶ Ἀχὰζ καὶ Ἐζεκίου. Ἡ τῶν χρόνων παρατήρησις ἀναγκαία, ἵνα φανῇ, τὰ πρὸ πόσου χρόνου προῤῥηθέντα μετὰ πόσον χρόνον ἀπήντησε, καὶ ὅτι, ὅτε ἐπλεόνασεν ἡ ἀσθένεια, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπιμέλεια. Σχεδὸν γὰρ οἱ πλεῖστοι συνέδραμον ἀλλήλοις κατὰ τὸν χρόνον. Ὧσηὲ ἐν ἡμέραις Ὀζίου, καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοάμ (77). Μιχαίας ἐν ἡμέραις Ἰωάθαμ καὶ Ἀχάζ· Σοφονίας ἐν ἡμέραις Ἰωσίου υἱοῦ Ἀμῶς. Τῶν δὲ λοιπῶν οἱ μὲν ἀχρόνως ἀνέγραψαν τὰς προφητείας, οἱ δὲ τὰς τῶν βαρβάρων βασιλείας, ὡς γνωριμωτέρας διὰ τὸ κρατεῖν τηνικαῦτα, παρεσημήναντο. Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας, Ἀβδίας τε (78) καὶ Ναοὺμ, καὶ Ἀμβακοὺμ, Ἰωνᾶς καὶ Μαλαχίας τῶν χρόνων οὐκ ἐμνήσθησαν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ πλείους πατέρων. Καὶ τάχα οἱ μὲν ἐξ ἐπισήμων πατέρων B ἠδύναντο εὐπαράδεκτοι γενέσθαι. Πιστότεροι γὰρ οἱ γνωριμώτεροι· οἱ δὲ ἀσήμων γονέων παρεσιωπήθησαν. Οὐ μὴν (79) οὗτος Ἀμὼς, ὃν τοῖς δώδεκα συντεταγμένον ἔχομεν, πατήρ ἐστι τοῦ Ἡσαΐου· οὔτε γὰρ ἡ ἐκφώνησις ἡ αὐτὴ, οὔτε τὸ ὑπὸ τῆς φωνῆς σημαινόμενον· τὸ μὲν γὰρ δασυτέρῳ τῷ πνεύματι ἀναφωνεῖται, τὸ δὲ ψιλοτέρῳ. Καὶ τὰ δηλούμενα διάφορα· τὸ μὲν γὰρ τοῦ πατρὸς Ἡσαΐου ὄνομα, καὶ (80) τὸ τῆς φωνῆς ἴδίωμα, στερέωσιν καὶ δύναμιν καὶ ἰσχὺν ἐμφαίνει· τῷ δὲ τοῦ προφήτου, λόγος σκληρὸς δηλοῦται· πρὸ δὲ τοῦ Ἡσαΐου ἔοικεν εἶναι ἡ προφητεία τοῦ Ὡσηὲ, διὰ τὸ εἰρῆσθαι· Ἀρχὴ λόγου Κυρίου πρὸς Ὡσηέ. Γνωστέον μέντοι, ὅτι ὁ Ὀζίας οὗτος ὁ αὐτὸς καὶ Ἀζαρίας εἴρηται· ἐν (81) γὰρ τῇ προτέρᾳ τῶν Παραλειπομένων Ὀζίας εἴρηται. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τῶν Βασιλείων Ἀζαρίας. Ἦλὴν καὶ πατρὸς τοῦ αὐτοῦ, καὶ μητρός· ἡ μὲν γὰρ μήτηρ Χαλία (82), ὁ δὲ πατὴρ Ἀμασίας. Καὶ χρόνος τῆς βασιλείας ὁ αὐτός· πεντήκοντα δύο ἔτη (83). Ἐπὶ Ὀζίου προφήτευσεν Ἡσαΐας, Ὡσηὲ καὶ Ἀμώς. Ἀλλ' ἐπειδὴ, Ἀρχὴ λόγου Κυρίου πρὸς Ὡσηὲ, μήποτε πρῶτος ἤρξατο προφητεύειν; Καὶ ἐπειδὴ ὁ Ἀμὼς πρὸ δύο ἐτῶν σεισμοῦ, μήποτε πρὸ τῆς ὁράσεως τοῦ Ἡσαΐου, ἐν ᾗ φησι· Καὶ ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον;

[77] Ose. I, 1. [78] Isa. VI, 64.

(77) Sic uterque Combef. At in editis et in duobus mss. pro Ἱεροβοάμ legitur Ἰωάθαν. Aliquanto post rursus quatuor mss., υἱοῦ Ἀμώς. Editi, υἱοῦ Ἀμών.

(78) Editi, Ἀβδίας δέ. At mss. quatuor, Ἀβδίας τε. Alter Combef., Ἀβδίου τε. Statim Reg. secundus, οὐκ ἐπεμνήσθησαν.

(79) Editi, οὐ μὴν οὐδέ. Deest οὐδέ in quatuor mss.

(80) Sic uterque Combef. et alii duo. Editi, κατά, rectius.

(81) Reg. secundus, ἐν μέν. Ubi notandum, quæ citantur e primo libro Paralipomenon, reperiri in secundo XXVI, 1. Item, quæ citantur e libro secundo Regnorum, ea legi in quarto XIV, 21. Combefisius pro ea qua Basilium colebat observantia, ne tanto viro tantum σφάλμα μνημονικὸν ascriberet, librarios unos ejus erroris incusavit: sed ego, cum satis sit errorum, quorum non immerito librarii auctores haberi debeant, malo culpam in ipsum auctorem, quam in librarios transferre. Fit quidem non raro, ut librarii vocem unam pro alia scri- D bant: sed hoc fere contingit tum, cum voces inter se similes sunt et affines; id quod hic nullum locum habere vident, opinor, omnes. Ibidem codices tres Duc. et Reg. tertius et Colb. itidem tertius, πατρὸς τοῦ αὐτοῦ. Editi, πατρὸς αὐτοῦ.

(82) Editi et Fr. et Anglic. et Reg. tertius, Χαλία. At vero in H. et J. et Colb. tertio et apud Procopium pro Χαλία legitur Χανάα, aut Χανᾶ. A quibus omnibus longe dissident LXX, apud quos IV Reg. XV, 2, editum invenitur, Ἰεχελία ἐξ Ἱερουσαλήμ. *Hiechelia de Jerusalem.*

(83) Sic codices H. et J. cum Colb. tertio. Editi et A. et F. cum Reg. tertio, πεντηκοστῷ δευτέρῳ ἔτει. Lege Duc. Hoc ipso in loco mss. tres, προεφήτευσαν. Editi cum aliis tribus, προσεφήτευσεν.

11. Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. Ἐπειδὴ κατὰ γενεὰν πονηρὰν ἡ προφητεία ἐγένετο, οὐκ ἔχων ἐν τοῖς ἀνθρώποις τοὺς ἀκούοντας, οὐρανῷ καὶ γῇ διαλέγεται. Ἐπὶ γὰρ τούτων τῶν μαρτύρων ὁ νόμος ἐδόθη, Μωϋσέως εἰπόντος· Διαμαρτύρομαι ὑμῖν σήμερον τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ πάλιν· Πρόσεχε, οὐρανὲ, καὶ λαλήσω· καὶ ἀκουέτω γῆ ῥήματα ἐκ στόματός μου. Ἔπρεπεν οὖν τοὺς ὅτε ἐδίδοτο ὁ νόμος παραληφθέντας μάρτυρας, τοὺς αὐτοὺς κληθῆναι ἐπὶ τῷ ἐλέγχῳ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου. Ἐκκλησιάσατε γὰρ, φησὶ, πρὸς μὲ τοὺς φυλάρχους ὑμῶν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ὑμῶν, καὶ τοὺς κριτὰς, καὶ τοὺς γραμματοεισαγωγεῖς, ἵνα λαλήσω εἰς τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ διαμαρτύρομαι (84) αὐτοῖς τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Παρατετήρηται δὲ ὅτι ἐναντίως ἔχει ὡς πρὸς τὴν ᾠδὴν ὁ λόγος ἐνθάδε. Ἐκεῖ μὲν γάρ· Πρόσεχε, οὐρανὲ, ἢ κατὰ τὰς ἄλλας ἐκδόσεις, Ἐνωτίζου, οὐρανὲ, καὶ ἀκουέτω γῆ· ἐνταῦθα δέ· Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ. Ὅτι ὅταν μὲν τὰ ὑψηλὰ φρονῇ ὁ λαὸς, καὶ Θεοῦ μὴ ἀποστῇ, ὡς ἐκ τοῦ σύνεγγυς ὄντα (85) τὸν οὐρανὸν προσκαλεῖται, καὶ ἐντίθεσθαι εἰς τὰ ὦνα τοὺς λόγους παρακαλεῖ· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, Ἐνωτίζου. Ὅταν δὲ μακρυνθῇ τῶν οὐρανίων, ὡς μακρὰν ὄντι αὐτῷ διαλέγεται· Ἄκουε, οὐρανέ.

12. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Διὰ τοῦτο Μωϋσῆς μὲν ὡς ἐγγὺς ἔχων τὸν οὐρανὸν, διὰ τὴν προκοπὴν τοῦ λαοῦ, Πρόσεχε, οὐρανὲ, ἦ, Ἐνωτίζου, ὡς οἱ λοιποὶ (86). Ἡσαΐας δὲ, ἐν ἁμαρτίαις ὄντος τοῦ λαοῦ, καὶ τὰ γήϊνα φρονοῦντος, ὡς σύνεγγυς τὴν οὖσαν, τὴν γῆν (87) εἰς τὰ ὦτα τοὺς λόγους δέχεσθαι ἐπιτάσσει· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐνωτίζεσθαι. Ἢ μετωνυμικῶς οὐρανὸν μὲν τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ κατοικοῦντας· ὡς πόλιν λέγομεν τοὺς ἐν τῇ πόλει, καὶ γῆν τοὺς ἐν αὐτῇ πάντας· πρὸς τὸ μὴ ἐντεῦθεν περιελκυσθῆναι ἡμᾶς ἔμψυχα νομίζειν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Οὕτω γὰρ καὶ θρόνος Θεοῦ λέγεται ὁ οὐρανὸς, ἐκ τοῦ τὰς ἀπουρανίους (88) δυνάμεις παγίως ἐν αὐταῖς τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν ἐνιδρυμένην ἔχειν. Καὶ ἡ γῆ, ὑποπόδιον, διὰ τὸ τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους τὰ τελευταῖα τῶν περὶ Θεοῦ μόλις χωρῆσαι δύνασθαι. Κατὰ τοῦτο εἴρηται· Ἀνὴρ πανοῦργος (89), θρόνος αἰσθήσεως· θρόνος δὲ ἀτιμίας, γυνὴ μισοῦσα δίκαια. Ὥσπερ καὶ αἰσθήσεως θρόνος, ὁ αἰσθητικὸς καὶ ἔμφρων· οὕτως Θεοῦ θρόνος, ὁ χωρήσας τὰ ἀνωτάτω περὶ Θεοῦ διηγήσεως. Ὅτι Κύριος ἐλάλησε. Φοβερὸν τὸ παρακούειν τῶν τοῦ Θεοῦ λόγων.

11. Vers. 2. *Audi, cœlum, et auribus percipe, terra, quia* 886 *Dominus locutus est.* Quandoquidem prophetia hæc edita est tempore reprobæ generationis, nec in hominibus haberet auditores, cœlum et terram alloquitur. Est enim data lex coram his testibus, dicente Moyse: *Contestor vobis hodie cœlum, et terram,* [79]; et rursus: *Attende cœlum, et loquar; et audiat terra verba ex ore meo* [80]. Decebat utique testes eosdem qui cum lex daretur assumpti fuerant, tunc ad exprobrandam legis violationem acciri. *Convocate* enim, inquit, *ad me tribuum vestrarum principes, et seniores vestros, et judices, et magistros, ut loquar in aures eorum, et contestor eis cœlum et terram* [81]. Observatum autem est cantico hunc sermonem esse contrarium. Illic enim, *Attende, cœlum,* aut juxta alias editiones, *Auribus percipe, cœlum et audiat terra.* Hic vero, *audi, cœlum et auribus percipe, terra.* Nam cum sublimia sapit populus, nec semotus a Deo est, cœlum tanquam propinquum attestatur, et ut sermones in aures inducat, adhortatur. Hunc enim sensum indicat illud: *Auribus percipe.* Quando vero longe abest a cœlestibus, ipsum alloquitur veluti procul remotum. *Audi, cœlum.*

12. De terra etiam idem sentiendum. Quapropter Moyses quidem quasi in propinquo habens cœlum, ob populi profectum ait: *Attende, cœlum,* vel, *Auribus percipe,* ut reliqui. Isaias autem, populo in peccatis manente, et ad terrena animum intendente, terram uti proximam auribus sermones excipere jubet. Nam *auribus percipere* id sonat. Aut metonymice cœlum quidem dicimus cœli habitatores: quemadmodum civitatem civitatis incolas, et terram omnes in ipsa commorantes nuncupamus: ne inde adducamur, ut cœlum et terram animata esse arbitremur. Sic enim et cœlum dicitur esse Dei thronus, quod cœlestes illæ virtutes cognitionem Dei firmiter in se ipsis insidentem habeant. Terra itidem dicitur scabellum, propterea quod homines, in terra degentes, extrema quæ de Deo prædicantur, capere vix valeant. Dictum est juxta illud: *Vir astutus, thronus sensus* [82]; thronus autem ignominiæ, mulier odio habens quæ justa sunt. Quemadmodum thronus sensus est vir, qui cordatus est et prudens; ita Dei thronus est ille, qui supremam enarrationem de Deo habitam intellexit. *Quia Dominus locutus est.* Negligenter Dei sermones audire, res est formidanda.

[79] Deut. iv, 26. [80] Deut. xxxii, 1. [81] Deut. xxxi, 28. [82] Prov. xii. 23.

(84) Codices tres una cum LXX, διαμαρτύρομαι. Editi et Reg. primus cum Bibliis Complut., διαμαρτύρωμαι. Satatim duo mss., λόγος ἐνθένδε.

(85) Reg. secundus et Colb. tertius, οντος *Tanquam Deus sit in propinquo.* Editi cum duobus aliis mss., ὄντα.

(86) Editi, οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταί. Vox ἑρμηνευταί deest in mss.

(87) Σύνεγγυς τὴν οὖσαν, τὴν γῆν. Forte legendum. τὴν σύνεγγυς οὖσαν, τὴν γῆν, vel deleto articulo, σύνεγγυς οὖσαν τὴν γῆν. Edit.

(88) Codices duo, οὐρανίους.

(89) Apud LXX Prov. xii, 23, pro πανοῦργος legitur, συνετός, *vir intelligens.* Sed scholiastes apud Nobilium, aut potius interpres quidam, ut ex Hexaplis discimus, hac ipsa voce πανοῦργος usus est. Suspicatur doctissimus vir Montfauconius, Aquilam et Theodotionem sic vertisse potuisse, cum non aliter verterint Gen. iii, 1. Vulgata quoque *Homo versutus.*

13. *Filios genui et exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* O studium erga homines! Allegat jura sua Dominus, ut post certissima argumenta, decernat quæ justa sunt ac debita. *Filios genui et exaltavi.* Ex anima et corpore compositus homo est : caro ex terra, anima cœlestis exsistit. Quoniam igitur ipsi cum utroque affinitas inest et cognatio, coram iis quæ ei maxime propria sunt, peccatum coarguit. *Filios genui et exaltavi.* Generationis duæ species sunt. Una quidem, quæ **378** fuerit secundum Deum forma, quæ ex operibus, exque susceptis dogmatis perficitur : huno ad modum Paulus per Evangelium jam lapsos parturit [83]. conliguratque, et ipsos ad pietatem reformat. Est autem altera quædam, nempe introitus in hanc vitam, ut est illud : *Hic liber generationis cœli et terræ* [84]. Utramque igitur generationem ipsis objicit ; et exprobrat quod ex nihilo conditi, et ad Dei imaginem facti (hoc enim est genitos esse et exaltatos), neque ut Creatori egere gratias, neque ut patri similes sese exhibuere : sed in vitium conversi spreverunt Deum : diabolum vero patrem suum effecerunt. *Omnis enim qui facit peccatum, ex diabolo genitus est* [85]. Atque Dominus ipse iniquis ait : *Vos ex patre vestro diabolo estis* [86]. Sane grande crimen et insimulatio, eum qui filius est, et corporalem ortum consecutus est, ingratum esse erga suum genitorem. Cæterum odio intolerabili est dignus, qui usque adeo exaltatus, ut consors cœlestium fieret, neo sic tamen perseverat in charitate erga beneficii hujus auctorem.

14. VERS. 3. *Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui : Israel autem me non cognovit, et populus me non intellexit.* Bovi et asino confertur Dei contemptor. Quandoquidem *Dum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et, similis factus est illis* [87]. Tales autem sunt qui non ratione, sed libidine vitam instituunt, præ insipientia ad belluinam vitam abrepti. Jam vero in exprimenda similitudine, ea animalia quæ una cum hominibus nutriuntur, quæque nota sunt assumpsit, ut pudore afficiamur, quippe qui simus ipsis et insipientiores, et eam quam a brutis animantibus accipimus benevolentiam, Conditori nostro ipsi minime rependamus. Bos enim, qui in agris colendis nobis adjutor traditus est, vocem nutritoris sui novit, eumque qui sibi pabulum afferre solet, agnoscit. Asinus autem sponte naturæ ad consueta stabuli sui loca festinat. Quod si brutis animalibus tanta inest habitudo cum suo provisore,

13. Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. Ὦ τῆς φιλανθρωπίας! Δικαιολογεῖται ὁ Δεσπότης, ἵνα μετὰ τὰς ἀποδείξεις ἐπαγάγῃ τὰ πρὸς ἀξίαν. Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. Σύνθετος ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· ἡ σὰρξ ἀπὸ τῆς γῆς (90), ἡ ψυχὴ οὐρανία. Ἐπεὶ οὖν πρὸς ἀμφότερα αὐτῷ ἡ συγγενειά ἐστιν, ἐπὶ τῶν οἰκειοτάτων αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν ἐλέγχει. Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. Γενέσεως εἴδη δύο. Ἡ μὲν, ἡ κατὰ Θεὸν μόρφωσις, ἐξ ἔργων καὶ παραδοχῆς δογμάτων ἐπιτελουμένη· ὡς γεννᾷ Παῦλος διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ τοὺς ἐκπίσοντας ὠδίνει, καὶ διαμορφοῖ ἀναπλάσσων αὐτοὺς εἰς εὐσέβειαν· ἡ δέ τίς ἐστιν, ἡ εἰς τὸν βίον εἴσοδος, ὡς τὸ, Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς. Ἀμφοτέρας οὖν αὐτοῖς προφέρει (91), καὶ ὀνειδίζει, ὅτι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς γένεσιν ἀχθέντες, καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενόμενοι (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ καὶ γενηθῆναι καὶ ὑψωθῆναι), οὔτε ὡς Κτίστῃ ηὐχαριστήσατε (92), οὔτε ὡς πατρὶ ἑαυτοὺς ὡμοιώσατε· ἀλλὰ διὰ τῆς πρὸς τὸ χεῖρον τροπῆς ἠθέτησαν μὲν τὸν Θεὸν, πατέρα δὲ ἑαυτῶν ἐποίησαν (93) τὸν διάβολον Πᾶς γὰρ ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, ἐκ τοῦ διαβόλου γεγέννηται· καὶ ὁ Κύριος δὲ τοῖς πονηρευομένοις φησιν· Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου ἐστέ. Μεγάλη μὲν οὖν κατηγορία, καὶ τὸν υἱὸν ὄντα καὶ τῆς σωματικῆς γενέσεως τετυχηκότα, ἀγνώμονα εἶναι περὶ τὸν γεννήσαντα· ἀφορήτου δὲ μίσους ἄξιος ὁ καὶ ὑψωθεὶς τῷ (94) γενέσθαι τῶν οὐρανίων μέτοχος, καὶ μηδὲ οὕτως ἐπιμένων τῇ πρὸς τὸν εὐεργέτην ἀγάπῃ.

14. Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ (95) ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε. Βοῒ καὶ ὄνῳ συγκρίνεται ὁ ἀθετήσας Θεόν. Ἐπειδὴ γὰρ Ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. Τοιοῦτοι (96) δέ εἰσιν οἱ μὴ κατὰ λόγον, ἀλλὰ κατὰ πάθος ζῶντες, ἐκ τῆς ἀλογίας πρὸς τὸν κτηνώδη βίον ὑποφερόμενοι. Τὰ σύντροφα δὲ τοῖς ἀνθρώποις καὶ γνώριμα πρὸς τὴν εἰκόνα παρέλαβεν, ἵνα αἰσχυνώμεθα, καὶ τούτων ὄντες ἀσυνετώτεροι, καὶ μηδὲ ἧς παρὰ τῶν ἀλόγων εὐνοίας τυγχάνομεν, ταύτης αὐτοὶ τῷ κτίσαντι ἡμᾶς μεταδιδόντες. Βοῦς μὲν γὰρ, ὁ συνεργὸς ἡμῖν εἰς γεωργίαν παραδοθεὶς, καὶ φωνῆς τοῦ τρέφοντος ἐπαισθάνεται, καὶ τὸν συνήθως αὐτῷ προσφέροντα τὴν τροφὴν ἐπιγινώσκει· ὄνος δὲ αὐτομάτως ἐπὶ τοὺς τῆς καταλύσεως συνήθεις τόπους ὁρμᾷ. Εἰ οὖν τοῖς ἀλόγοις τοσαύτη πρὸς τὸν ἐπιμελούμενον ἡ συνήθεια, πόσον ἡ λογικὴ φύσις τῆς πρὸν τὸν Θεὸν ἀγά-

[83] Galat. IV, 19. [84] Gen. v, 1 ; II, 4. [85] I Joan, III, 8. [86] Joan. VIII, 44. [87] Psal. XLVIII, 13.

(90) Sic mss. quatuor. Deest τῆς in editis. Mox mss. duo cum Eusebio, ἀμφότερα αὐτῶν. Alii duo mss. perinde atque editi, αὐτῷ. Lege Præfationem.

(91) Reg. primus et alii duo προφέρει. Editi cum Reg. tertio, προσφέρει.

(92) Editi et quatuor mss., ηὐχαριστησατε. . . . ἡμοιώσατε. Reg. secundus, ηὐχαρίστησαν... ὡμοίωσαν. Et fortasse præstat ita legi ob ea quæ sequuntur verba, ἠθέτησαν... ἐποίησαν. Hoc ipso in loco quinque mss., στροφῆς. Editi, τροπῆς.

(93) Sic mss. quator. Editi, ἐποιήσαντο. Mox duo mss., γεγένηται.

(94) Ita mss. quator. Editi, τοῦ.

(95) Editi, Ἰσραὴλ μὴ δὲ ἔγνω. At mss. ut in contextu.

(96) Sic aliquot mss. At editi τοιοῦτο.

πης τὸ μέτρον ἀπαιτηθήσεται; Παρατήρει δὲ, ὅτι ὁ βοῦς πλείονα τὴν σύνεσιν ἔχειν παρὰ τὸν ὄσον μεμαρτύρηται. Ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν ἔγνω τὸν κτησάμενον (97), ὁ δὲ τὴν φάτνην μόνον. δεικνύντος τοῦ λόγου, ὅτι τὸ γαστρίμαργον ζῶον τὸν τῆς ἡδονῆς μόνον γνωρίζει τόπον, ὁ δὲ ἔχει τινὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ καλοῦ καὶ ὠφελίμου σύνεσιν. Διόπερ ὡς ἀνοικείως ἐχόντων τῶν ζώων πρὸς ἀλληλα, ἐν Δευτερονομίῳ ἀπηγόρευται (98) ἀροτριᾶν. Ἐν μόσχῳ καὶ ὄνῳ ἐπὶ τὸ αὐτό· τουτέστι, τὸ γαῦρον (99) τῆς ψυχῆς καὶ φιλόπονον, τῷ φιληδόνῳ καὶ παθητικῷ μὴ συζεύξῃς. Οὐ γὰρ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ ἀλλὰ δι' ἡμᾶς πάντως ἐγράφη, Ἀλλαχοῦ δὲ πάλιν συνέζευκται. Μακάριος γὰρ ὁ σπείρων ἐπὶ πᾶν ὕδωρ, οὗ βοῦς καὶ ὄνος πατεῖ· τουτέστι ὁ τῷ διδακτικῷ λόγῳ τό τε φιλόπονον τῆς ψυχῆς ἐπεγείρων, καὶ τὸ φιληδονον αὐτῆς θεραπεύων. Ὥσπερ γὰρ τὸ ζῶον ἀχθοφορικὸν, οὕτω καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς τῷ βάρει τῆς ἁμαρτίας καταπεφόρτισται.

A quanta dilectionis in Deum mensura reposcenda est a rationali natura? Observa autem, bovem juxta testimonium illud majorem præ asino obtinere intelligentiam. Ille namque ipsum novit possessorem: hic vero præsepe solum. Ostendit autem Scriptura animal ventri indulgens, solum agnoscere voluptatis locum. Bos vero quamdam ipsius honesti atque utilis habet cognitionem. Itaque tanquam nihil inter se affinitatis habeant hæc animalia, vetitum est in Deuteronomio arare *In bove et asino in idipsum* [88]; id est, eam animi partem, cui inest vigor strenuitasque, cum ea, quæ voluptatibus et affectibus gaudet, ne copulaveris. Non enim de bobus cura est Deo [89]: sed profecto nostra causa id scriptum est. Contra tamen, alio loco copulantur. **388** *Beatus* enim *qui seminat super omnem aquam, ubi bos et asinus calcat* [90]: hoc est, qui sermone ad docendum apposito vim animæ strenuam ac laborum patientem exsuscitat, atque eam ipsius partem quæ B voluptatibus delectatur, emendat ac cohibet. Quemadmodum enim asinus animal est gestandis oneribus natum, sic et vis animæ concupiscens peccati pondere deprimitur.

15. Καὶ βοῦς μὲν τὸν κτησάμενον ἔγνω, Ἰσραὴλ δέ με (1) οὐκ ἔγνω τὸν κτίσαντα· καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ ἐπέγνω, Ἰσραὴλ δέ με οὐ συνῆκε. Καὶ φάτναι μὲν πολλαὶ, ἀλλ' ὅμως ὁ ὄνος τῆς τοῦ κεκτημένου αὐτὸν φάτνης οὐκ ἀποσφάλλεται. Θεὸς δὲ εἷς, καὶ ὁ ἀγνώμων λαὸς ἐπὶ τοὺς μὴ ὄντας θεοὺς ἀποπλανᾶται. Ἐμὲ οὐ συνῆκε, τον δι' οὐρανοῦ γνωριζόμενον, τὸν διὰ γῆς καὶ θαλάσσης δεικνύμενον (2)· τὸν διὰ ἡλίου, καὶ σελήνης, τὸν διὰ τῶν ἀστέρων, τὸν διὰ πάσης τῆς κτίσεως καταμηνυόμενον. Οἰκείως δὲ τῇ μὲν τοῦ βοὸς εἰκόνι ὁ Ἰσραὴλ ἀποδίδοται, τῇ δὲ τοῦ ὄνου ὁ ἁπλῶς λαός. Ὅση γὰρ βοὶ πρὸς ὄνον ἡ διαφορὰ, τοσοῦτον τοῦ Ἰσραὴλ, ὃς ἑρμηνεύεται ὁ ὁρῶν Θεὸν, πρὸς τὸν ἁπλῶς λαὸν χρηματίζοντα τὸ διάφορον.

15. Et quidem bos suum possessorem cognovit; Israel autem non cognovit me, qui ejus conditor sum; et asinus præsepe agnovit, sui domini; Israel autem me non intellexit. Atque multa quidem præsepia sunt, nec tamen asinus a sui possessoris præsepi aberrat. Sed licet unus sit Deus, tamen populus beneficiorum immemor post eos, qui non sunt dii, deerrat. *Me non intellexit*, quem cœlum commonstrat, quem terra et mare declarant, quem C sol et luna, stellæ et omnes res creatæ indicant. Porro Israel ut convenienter per bovis similitudinem exprimitur, ita per asini comparationem simplex populus. Quanta ergo inter asinum et bovem differentia est, tanta intercedit dissimilitudo inter Israelem, qui *Deum videns* interpretatur, et populum simpliciter nuncupatum.

16. Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν, σπέρμα πονηρὸν, υἱοὶ ἄνομοι! Ἔθνος καὶ λαὸς πολλαχοῦ συνεζευγμένως λέγεται· ὡς τὸ (3). Ἐν πολλῷ ἔθνει, δόξα βασιλέως· ἐν δὲ ἐκλείψει λαοῦ, συντριβὴ δυνάστου· καὶ τὸ, Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Νυνὶ δὲ ἀπὸ τοῦ ἔθνος εἶναι ἁμαρτωλὸν ἀρξάμενοι, κατὰ (4) τὴν ἐν πονηρίᾳ αὔξησιν γίνονται λαὸς πλήρης ἀνομιῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ σπέρμα πονηρὸν εἶναι, ἐπὶ τὸ

16. Vers. 4. *Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis, semini, nequam filiis sceleratis*! Gens et populus plerumque conjunctim dicuntur, puta: *In gente multa gloria regis*: *in defectu autem populi, contritio principis* [91]. Item illud: *Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania* [92]? Nunc autem cum cœperit gens esse peccatrix, propter sceleris progressum populus iniquitatum plenus evaserunt; D et qui ante fuerant semen nequam, filii iniqui jam

[88] Deut. xxii, 10. [89] I Cor. ix, 9. [90] Isa. xxxii, 20. [91] Prov. xiv, 28. [92] Psal. ii, 1.

(97) Reg. secundus, κτήσαντα.

(98) Sic mss. At editi, ἐν Δευτερονόμῳ ἀπηγορεύεται, corrupte.

(99) Ait eruditissimus vir Ducæus legisse se in aliquibus mss. et apud Procopium, ἐνεργόν. Sed Combefisius, homo non plus justo credulus, ea de re dubitare videtur, dum hoc loco ita scripsit: Ἐνεργόν putat Duc. se legisse, loco τοῦ, γαῦρον. Utut hæc sunt, illi ipsi codices Regii, quos contulit Ducæus, quorum primus fuit Francisci primi, alter Henrici secundi, constanter cum aliis tribus mss. et cum editis habent, γαῦρον. Scio quidem legi apud Procopium, pag. 40, τὸ ἐνεργὸν τῆς ψυχῆς, nec diffiteor eam lectionem altera mihi videri præstantiorem: sed contra auctoritatem nostrorum mss. et editorum quidquam immutare ausus non sum.

(1) Ita mss. non pauci. Deest με in editis. Mox Reg. secundus, ἐπέγνω, ὁ λαὸς δέ. Subinde quinque mss., κεκτημένου. Editi, κτησαμένου.

(2) Editi, δεικνυόμενον. At mss. quinque δεικνόμενον. Mox tres mss., τῶν ἄστρων. Alii duo cum editis ἀστέρων.

(3) Sic mss. quinque. Editi, ὡς ἐν τῷ.

(4) Reg. tertius, μετά, *post incrementum*, Statim tres mss., πλήρης ἀνομίας.

facti sunt. Ut enim qui fit in virtute progressus, a minoribus ad majora capit incrementum; ita malitiæ effusio, sumpto a minoribus initio, ad aliquid immedicabile devolvitur. Porro semen inter et filios inest etiam secundum ipsam naturam cognatio ingens et convenientia. A semine enim ad hoc progreditur natura, ut generentur filii. Nec id modo secundum [a]generationes corporeas: sed et juxta animæ processum, qui per doctrinæ semina efficitur; quandoquidem qui doctrinam excepere, eo usque proficiunt, ut doctoribus suis fiant consimiles. Et idcirco filii appellantur, sive filii regni, cum suscepti salutaribus seminibus, per ea perficiuntur; aut gehennæ filii, si ob perversam et improbam doctrinam perditioni destinantur. Magna autem objurgatio est, totam gentem vocari peccatricem, ac si ne unus quidem in ipsa quidpiam recti operis patraret: item, cum populus peccatis plenus dicitur, quasi nullum non genus iniquitatis et flagitii ab ipso exerceatur, adeo ut etiam ipsa vitia secum pugnantia et contraria inveniantur, ceu dictum est: *Repletos omni iniquitate* [93]. Et illud: *Nondum enim completa sunt peccata Amorrhæorum* [94]. Quin etiam ab ipso Salvatore dictum est: *Et vos implete mensuram patrum vestrorum* [95].

γενέσθαι υἱοὶ ἄνομοι. Ὡς γὰρ ἡ κατ' ἀρετὴν προκοπὴ ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων ἐπὶ τὰ μείζω (5) τὴν αὔξησιν ἔχει· οὕτως ἡ τῆς κακίας χύσις ἀπὸ τῶν ὑποδεεστέρων τῶν ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τὸ ἀνήκεστον φέρεται. Σπέρμα δὲ πρὸς υἱοὺς πολὺ τὸ ἀκόλουθον καὶ κατ' αὐτὴν τὴν φύσεν ἔχει. Ἀπὸ τοῦ σπέρματος γὰρ εἰς τὸ υἱοὺς (6) γενέσθαι προκόπτει, οὐ μόνον κατὰ τὰς σωματικὰς γενέσεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἐν ψυχῇ αὔξησιν, ἐκ τῶν τῆς διδασκαλίας σπερμάτων εἰς τὴν πρὸς τοὺς διδάξαντας ἐξομοίωσιν τῶν ὑποδεξαμένων τὰ διδάγματα προκοπτόντων, καὶ διὰ τοῦτο υἱῶν χρηματιζόντων, ἤτοι υἱῶν τῆς βασιλείας, ὅταν τὰ σωτήρια δεξάμενοι (7) σπέρματα, κατ' αὐτὰ τελειοῦνται, ἢ τῆς γεέννης υἱῶν, ἐὰν ἐκ πονηρῶν διδαγμάτων τῇ ἀπωλείᾳ προσοικειῶνται. Μεγάλη δὲ κατηγορία, ὅλον ἔθνος ἁμαρτωλὸν χρηματίζειν, ὡς μηδένα ἐν αὐτῷ κατορθοῦν· καὶ λαὸν πλήρη ἁμαρτιῶν, ὡς πᾶν εἶδος ἀνομίας (8) ἐπιτηδεύεσθαι παρ' αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς κακίας πρὸς ἑαυτὴν ἐναντιώματα εὑρίσκεσθαι, καθὼς εἴρηται· Πεπληρωμένους πάσης ἀδικίας· καὶ τὸ, Οὔπω γὰρ ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμορῥαίων· καὶ παρὰ τοῦ Σωτῆρος δέ· Πληρώσατε καὶ ὑμεῖς τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν.

389 17. *Semini nequam.* Zizanium, quod ab inimico homine puro frumento inspersum est, jam adultum filius iniquus evasit, cum filius sit perditionis, filiusque gehennæ. Quapropter et commiseratione digni sunt, qui cum essent filii Altissimi, facti sunt filii iniqui; quique cum in generatione magis divina manere debuissent, facti sunt semen nequam. Cæterum inveterata malitia iis qui primum ipsa inferti sunt, interitum parit. Extrema namque malitia secum ipsa pugnat. *Dereliquistis Dominum et irritastis sanctum Israel.* Quodnam datur majus malitiæ argumentum, quam a bono deficere? quæ itidem pravitas major quam bonum ac mitem exasperare? Quin et de iisdem apud Jeremiam coarguuntur. *Me* enim *dereliquerunt fontem aquæ vivæ* [96]. Verum pro ratione et modo hujusce defectionis unusquisque sibi ipse, cum remuneratio fiet, iræ mensuram recondit. *Alienati sunt retrorsum.* Hoc ex editione Theodotionis appositum est, quasi a Deo abalienari quodam in vitium lapsu, si interpreteris, idem sit atque eum derelinquere. Quemadmodum enim is qui ad perfectionem contendit, in anteriora progreditur, ita peccator retro

17. Σπέρμα πονηρόν. Τὸ παρὰ τοῦ ἐχθροῦ ἀνθρώπου τῷ καθαρῷ σίτῳ ἐπισπαρὲν ζιζάνιον, ὃ εἰς τελείωσιν ἐλθὸν υἱὸς ἐγένετο ἄνομος, υἱὸς ὢν ἀπωλείας καὶ υἱὸς (9) γεέννης. Διὰ τοῦτο καὶ θρήνου ἀξιοῦνται οἱ, ἀντὶ τοῦ υἱοὶ Ὑψίστου εἶναι, υἱοὶ γενόμενοι ἄνομοι, καὶ ἀντὶ τοῦ μεῖναι ἐν (10) τῇ θειοτέρᾳ γεννήσει, σπέρμα γενόμενοι πονηρόν· πλὴν ὅτι ἡ ἐν ἕθει πονηρία αὐτῶν πρῶτον τῶν ἐχόντων ἐστὶ φθαρτική· τὸ γὰρ ἔχαστον ἐν πονηρίᾳ καὶ πρὸς ἑαυτό ἐστιν ἀσύμφωνον. Ἐγκατελίπατε (11) τὸν Κύριον, καὶ παρωξύνατε τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ. Τίς μείζων κακίας ἀπόδειξις, ἢ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἐγκατάλειψις; καὶ πονηρίας ὑπερβολή, τὸ παροξῦναι τὸν ἀγαθὸν καὶ πρᾶον (12); Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ παρὰ τῷ Ἱερεμίᾳ κατηγοροῦνται. Ἐμὲ γὰρ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος. Κατὰ δὲ τὴν ποσότητα τῆς ἐγκαταλείψεως, τὸ μέτρον ἕκαστος ἑαυτῷ θησαυρίζει τῆς ἐν τῇ ἀνταποδόσει ὀργῆς. Ἀπελλοτριώθησαν εἰς τὰ ὀπίσω. Τοῦτο ἀπὸ τοῦ (13) Θεοδοτίωνος προστέθη, οἱονεὶ ἑρμηνεία τοῦ ἐγκαταλιπεῖν, τὸ ἀπαλλοτριοῦσθαι τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀποπτώσεως. Ὥσπερ γὰρ ὁ τελειούμενος τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεται, οὕτως ὁ ἁμαρτάνων εἰς τὸ κατόπιν

[93] Rom. I, 25. [94] Gen. XV, 16. [95] Matth. XXIII, 32. [96] Jerem. II, 13.

(5) Editi et duo mss., τὸ μεῖζον. Alii tres, τὰ μείζω.

(6) Colbertini primus et tertius, υἱός. Editi cum Reg. secundo, τοὺς υἱούς. Regii primus et tertius ut in textu.

(7) Reg. secundus, δεξαμένων. Ibidem mss. quinque, τελειοῦντα. Editi, τελειῶνται.

(8) Sic editi cum duobus mss. Alii tres, ἁμαρτίας. Mox mss. duo ἐναντιώματα ἐνευρίσκεσθαι.

(9) Ita editi et mss. nonnulli. Vox υἱός in utroque Combef. deest. Non longe hinc duo mss., θρήνους ἀξιοῦνται.

(10) Editi cum duobus mss., ἐπί. Alii tres, ἐν. Nec ita multo post mss. quinque, πρῶτον. Editi, πρώτων.

(11) Legitur in mss. nonnullis, ἐγκατελίπετε.

(12) Ita editi et duo mss. Alii tres, ἅγιον.

(13) Sic mss. At editi omittunt, Τοῦτο. Lege Duc.

ἀναποδίζει (14), μακρύνων ἑαυτὸν τοῦ Κυρίου, καὶ διὰ τοῦτο ἀπολλύμενος. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶ, οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται. Οὕτως οὖν βιώσωμεν, ὡς μηδέποτε τὰ παρελθόντα κρείττονα εἶναι τῶν μελλόντων ἢ τῶν ἐνεστηκότων. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Ἐκκλησιαστὴν ἀπαγορεύει· Μὴ εἴπῃς, ὅτι ἡμέραι αἱ πρότεραι ἀγαθαὶ ἦσαν ὑπὲρ ταύτας· ὅτι οὐκ ἐν σοφίᾳ ἐπηρώτησας περὶ τούτου. Ἐὰν γὰρ αἱ προάγουσαι ἡμέραι βελτίους ὦσι τῶν μετὰ ταῦτα, λεχθήσεταί ἡμῖν (15)· Τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῆ. ἀμαυρουμένων τῶν καλῶν ὑπὸ τῆς ἐν τοῖς ὕστερον ἀμελείας. Ὁ γὰρ Ἰεζεκιὴλ φησιν. Ἐν τῷ ἀποστρέψαι δίκαιον ἐκ τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι ἀδικίαν κατὰ πάσας τὰς ἀνομίας ἃς ἐποίησεν ὁ ἄνομος· πᾶσαι αἱ δικαιοσύναι ἃς ἐποίησεν, οὐ μὴ μνησθῶσιν· ἐν τῷ (16) παραπτώματι αὐτοῦ ᾧ παρέπεσε, καὶ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ αἷς ἥμαρτεν, ἐν αὐταῖς ἀποθανεῖται.

A pedem refert, submovens sese a Domino, et ob id disperit. *Ecce* enim, inquit, *qui elongant se a te, peribunt* [97]. Ad hunc igitur modum vitam nostram instituamus, ut quæ præterierunt, nunquam meliora futuris exsistant aut præsentibus. Id ipsum enim interdicit Ecclesiastes : *Ne dixeris, quia dies priores erant boni super hos : quia non in sapientia interrogasti de hoc* [98]. Si enim dies priores posterioribus sunt meliores, dicetur nobis : Tanto passi estis frustra, siquidem vestra bona opera præ subsequente negligentia ad nihilum redacta sunt. Ait enim Ezechiel : *Justus si averterit se a justitia suo, et fecerit iniquitatem juxta omnes iniquitates quas fecit iniquus : omnes justitiæ quas fecit, non memorabuntur in delicto suo in quod prolapsus est, et in peccatis suis quæ peccavit, in ipsis morietur* [99].

B

18. Τί ἔτι πληγῆτε, προστιθέντες ἀνομίαν; Τὸ λεγόμενον τοιοῦτόν ἐστι· Ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν παιδεύων ὑμᾶς, ἐμαστίγουν. Μὴ μετανοοῦσιν, ἀλλ' ἔτι ἐξαμαρτάνουσιν ἐπῆγον ἀεὶ καὶ προσετίθουν τὰς μάστιγας, ὡς πᾶν μέρος τοῦ σώματος ἀπὸ τῶν ἐν νουθεσίᾳ πληγῶν κατειλῆφθαι. Τοῖς μὲν ἰάσιμα ἁμαρτάνουσιν ἀπειλεῖ ὁ λόγος, ἐπισκέπτεσθαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν· τοῖς δὲ ἀνιάτως ἔχουσι λέγει· Τί ἔτι πληγῆτε; Ἰάσας διεξεληλυθότες τὰς πληγὰς, πασῶν κατεφρονήσατε τῶν ἐπιστρεπτικῶν μαστίγων· συντριμμὸς ὑμᾶς μένει. Ἀποροῦντος ἡ φωνὴ καὶ ἀπογιγνώσκοντος τὴν διόρθωσιν, ὡς ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ (17)· Ὁ ζῆλός μου ἀποστήσεται ἀπὸ σοῦ, καὶ οὐ θυμωθήσομαι ἐπὶ σοί. Τῶν δὲ περιστατικῶς συμβαινόντων τινὰ μὲν ἁμαρτημάτων ἕνεκα γίνεται, τινὰ δὲ εἰς διόρθωσιν τοῦ ἤθους τῶν πειραζομένων, ἄλλα δὲ ὑπὲρ τοῦ ἐκτριβῆναι τοὺς ἀπεγνωσμένους, ὡς ἐπὶ τοῦ Φαραώ. Τούτοις οὖν ὡς ἀπεγνωσμένοις οὐκέτι πληγαὶ, οὐδὲ μάστιγες, ἀλλ' ἀφανισμὸς ἀπειλεῖται. Πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην. Τί ἔτι πληγῆτε, ὧν καὶ τὰ σώματα καὶ αἱ ψυχαὶ μεμαστίγωνται, καὶ οὐδαμοῦ ἡ διόρθωσις, πάσης κεφαλῆς ὀδυνομένης καὶ πάσης καρδίας σκυθρωπάζούσης (18); Οὐ πάντως τὸ μέλος τοῦ σώματος λέγει τὴν κεφαλὴν, ὡς περὶ αὐτὴν μόνην τῆς ὀδύνης ἐστηριγμένης, ἀλλὰ Πᾶσα κεφαλὴ, ἀντὶ τοῦ τὸν καθ' ἕνα ἄνθρωπον, κατὰ τὴν συνήθειαν τῆς Γραφῆς. Λάβετε (19) γὰρ ἀπαρχὴν πάσης συναγωγῆς Ἰσραὴλ, κατὰ συγγενείας, κατὰ δήμους, κατ' οἴκους πατριῶν, κατὰ ἀριθμὸν ἐξ ὀνόματος αὐτῶν, κατὰ κεφαλὴν αὐτῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ὅλον τὸ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, καὶ πᾶς ὁ λαὸς πλήρης ἀνομιῶν, διὰ τοῦτο

C

D

18. VERS. 5. *Quid adhuc percutiamini, adjicientes iniquitatem?* Quod dicitur, est hujusmodi : Flagellis vos cædebam, pro peccatis vestris castigans vos. Cum vos haud pœniteret, imo cum magis delinqueretis; inducebam semper et multiplicabam flagella, ut quælibet corporis pars plagis ad corrigendum idoneis operiretur. Certe, quando delinquentium peccatis remedium afferri potest, interminatur Scriptura fore ut visitet Dominus eorum iniquitates in virga, et eorum injustitias in verberibus [1]; sed his qui insanabiliter peccaverunt dicit : *Quid adhuc percutiamini?* Experti plagas omnes, omnia quibus castigati fuistis flagella contempsistis. Contritio vos manet. Hæc vox est deficientis et de correctione desperantis, quemadmodum in Ezechiele : *Zelus meus recedet a te, et non irascar adversum te* [2]. Porro ex iis calamitatibus, quæ eveniunt, aliæ quidem accidunt ad punienda peccata, aliæ ad mores eorum qui tentantur emendandos, aliæ ad eos qui desperantur atterendos, ut in Pharaone. Itaque his 290 tanquam desperatis non jam plagas aut flagella, sed interitum minatur. *Omne caput in labore, et omne cor in tristitia.* Quod adhuc percutiamini vos, quorum tum corpora tum animæ flagris concisa sunt, nec tamen correcti estis? quippe caput omne dolore cruciatur, et cor omne mœrore afficitur. Profecto corporis membrum per caput non intelligit, tanquam ipsi soli insideret dolor : sed juxta Scripturæ consuetudinem, per *omne caput*, homoquilibet significatur. *Accipite enim primitias omnis synagogæ Israel, secundum cognationes, secundum populos, secundum domos patriarum, secundum numerum ex nomine eorum, secundum ca-*

[97] Psal. LXXII, 27. [98] Eccle. VII, 11. [99] Ezech. XVIII, 24. [1] Psal. LXXXVIII, 23. [2] Ezech. XVI, 42.

(14) Reg. secundus, ἀναποδίζεται.
(15) Editi, ὑμῖν. At quinque mss., ἡμῖν.
(16) Editi, ἀλλ' ἐν τῷ. At mss. quinque et in contextu.
(17) Codices tres, Ἰεξεκιὴλ φησιν.
(18) Editi et duo mss. σκυθρωπευούσης. Alii tres, σκυθρωπαζούσης.
(19) Sic omnes nostri mss. et Anglic. cum editis, At LXX, λάοετε ἀρχήν, *Sumite principium.* Vulgata *Tollite summam.*

put corum [3]. Nam cum tota gens peccatrix sit, populusque omnis peccatis plenus, ob id ad omnes pervenit supplicium, ei omne cor mœret, quoniam in captivitatem ob peccata sua abductus populus est. VERS. 6. *A pedibus usque ad caput non est in eo sanitas, neque vulnus, neque livor, neque plaga tumens.* Hanc vocem, *caput,* pro toto accepit homine. *A pedibus usque ad caput non est in eo sanitas: neque vulnus, neque livor, neque plaga tumens*; propterea quod ob unumquodque peccatum invecta sunt flagella ab eo qui ipsorum curam suscipiebat. Deinde, cum vulnus, continuitatis corporis sit dissolutio, discissa in exigua aliqua parte connexione, sitque livor plagæ vestigium subcruentum, cum ex duritie et asperitate cædentis contunditur corpus, hocque vestigium in aliqua parte imprimitur; cum itidem phlegmone tumor ignitus sit, quando scilicet humores in infirmam ac debilem partem confluunt, et male affectam calore naturæ contrarie accendunt; quid de his dicit Scriptura, qui toti infirmitate prorsus correpti sunt? Non ut vulnus, inquit, non ut livor, non ut plaga tumens: ita ægritudo vestra vos occupavit; sed conjunctim ingruit vobis malum, ita ut confusa sint omnia, adeoque sint vulnus, livor, et plaga. *Non est malagma imponere, neque oleum, neque ligamenta.* Quandoquidem hæc ægritudo, vulnere, livore ac plaga tumente pejor est; non est malagma imponere tanquam ad plagam, neque oleum, ut ad vulnera. Non jam, inquit, opus est hisce remediis: quippe majora sunt symptomata quam ut hisce medicamentis cedant. Itaque vulnera sunt Ecclesiæ schismata: vibices vero corda sunt subdola et fallacia: phlegmone autem animi est elatio, ex insulsa opinione intumescentis, atque ob eam rem efferentis sese adversus Christi scientiam. Porro malagma est sermo mansuetudini lenitatique conjunctus, qui vanas deprimit elationes: oleum vero, sermo est quo fraudulenta, subdola et aspera simulate falsoque loquentium verba leniuntur cum misericordia et commiseratione. Ligamentum tandem sermo est, quos simul ea quæ ad dissensionem festinabant, coercentur et retinentur.

καὶ ἡ κόλασις ἐπὶ πάντας ἔφθασε, καὶ πᾶσα καρδία λυπηρὰ, εἰς αἰχμαλωσίαν ἀγομένου (20) τοῦ λαοῦ διὰ τὰ ἁμαρτήματα. Ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία, οὔτε τραῦμα, οὔτε μώλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα. Τὸ, Κεφαλὴ, ἐπὶ ὅλου ἔλαβε τοῦ ἀνθρώπου. Ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία, οὔτε τραῦμα, οὔτε μώλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα· διὰ τὰς ἐφ' ἑκάστῳ ἁμαρτήματι παρὰ τοῦ ἐπιμελομένου αὐτῶν ἐπενεχθείσας μάστιγας. Εἶτα ἐπειδὴ τραῦμα λύσις ἐστὶ τῆς τοῦ σώματος συνεχείας, κατὰ μικρόν τι μέρος τῆς συναφείας διακοπείσης· καὶ ὡς ὁ μώλωψ ἴχνος ἐστὶ πληγῆς ὕφαιμον, θλασθέντος τοῦ σώματος ἐκ τῆς ἀντιτυπίας τοῦ πλήξαντος, καὶ τοῦτο δὲ κατά τι μέρος συνίσταται· καὶ ἡ φλεγμονὴ ὄγκος ἐστὶ πυρώδης, συῤῥεόντων ἐπὶ τὸ ἀσθενῆσαν μέρος τῶν ὑγρῶν, καὶ τῇ παρὰ φύσιν θερμασίᾳ φλεγόντων τὸ πεπονθός· ὁ λόγος τί φησι περὶ τῶν ὅλων δι' ὅλου τῇ ἀσθενείᾳ κατειλημμένων; Ὅτι οὐχ ὡς τραῦμα, φησὶν, οὐδὲ ὡς μώλωψ, οὐδὲ ὡς πληγὴ φλεγμαίνουσα, οὕτως ὑμῶν ἡ ἀῤῥωστία ἥψατο, ἀλλὰ ἑνωμένως ἐπίκειται ὑμῖν τὸ κακὸν, ὡς πάντα εἶναι συγκεχυμένα, καὶ τραῦμα εἶναι (21), καὶ μώλωπα, καὶ πληγήν. Οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους. Ἐπειδὴ ὑπὲρ τραῦμα καὶ μώλωπα καὶ πληγὴν φλεγμαίνουσαν ἡ ἀῤῥωστία ἐστὶν, οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, ὡς πρὸς τὴν πληγήν, οὐδὲ ἔλαιον ὡς τρὸς τὰ τραύματα. Οὐ χρεία, φησὶ, τῆς ἀπὸ τούτων βοηθείας· μείζονα γὰρ τὰ συμπτώματα ἢ ὥστε τούτοις ἐνδοῦναι. Τραύματα (22) μὲν οὖν ἐστι τὰ ἐν Ἐκκλησίᾳ σχίσματα· μώλωπες δὲ, αἱ ὕπουλοι καρδίαι· φλεγμονὴ δὲ, ἔπαρσις ψυχῆς ἐξ ἀλόγου οἰήσεως ὀγκουμένης, καὶ διὰ τοῦτο ἐπαιρομένης κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ. Μάλαγμα μὲν οὖν ἐστιν ὁ μετὰ πραότητος καὶ ἐπιεικείας ταπεινωτικὸς τῶν ματαίων φυσιώσεων λόγος· ἔλαιον δὲ, ὁ μετὰ οἴκτου καὶ συμπαθείας τὸ δολερὸν καὶ ὕπουλον καὶ τραχὺ τῶν ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων καταλεαίνων· κατάδεσμος δὲ, λόγος ὁ τὰ πρὸς διάστασιν ἐπειγόμενα συγκρατῶν.

19. VERS. 7. *Terra vestra deserta, civitates vestræ succensæ igni; regionem vestram coram vobis alieni devorant: et desolata est, eversa a populis alienis.* Quandoquidem desperavit de correctione, interitum interminatur. Cæterum isthæc tempore **391** Isaiæ non contigerunt: sed futura quasi jam facta enarrare Scriptura solet, uti est illud: *Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto* [4]. Enimvero cum esset sibi persuasum, fore ut quæ prædicta sunt, contingant; tanquam ea sint indubi-

19. Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι· τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτὴν, καὶ ἠρήμωται· κατεστραμμένη ὑπὸ λαῶν ἀλλοτρίων. Ἐπειδὴ ἀπέγνω τῆς διορθώσεως, ἀπειλεῖ τὸν ἀφανισμόν. Ταῦτα δὲ οὐκ ἐπὶ τῶν χρόνων Ἡσαΐου γέγονεν· ἀλλὰ σύνηθες τῇ προφητείᾳ τὰ μέλλοντα γίνεσθαι ὡς ἤδη γενόμενα λέγειν, ὡς τὸ, Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος. Διὰ γὰρ τὴν ἐπὶ τῇ ἐκβάσει τῶν προαγορευθέντων (23) πεποί-

[3] Num. I, 2. [4] Psal. LXVIII, 22.

(20) Editi et duo mss., ἀγομένου. Alii tres mss., ἀπαγομένου.

(21) Ita Regii primus et tertius. Editi, μὴ εἶναι. Illud. μὴ εἶναι, omnino deest in aliis tribus mss.

(22) Reg. secundus. τραῦμα. Mox duo mss., ὀγκουμένη... ἐπαιρουμένη. Editi cum duobus aliis mss.. ὀγκουμένης... ἐπαιρουμένης.

(23) Colb. primus, προσαγορευθέντων. Mox Colb. tertius, ἐκθησομένη. Alii duo mss., ἐκθησομένην. Editi denique cum aliis duobus mss., ἐκθησομένων, recte.

θησιν, ὡς ἀναυτιρρήτως ἐκβημομένων, τὸ μέλλον ἔσεσθαι τῷ παρελθόντι συνάπτεται. Συμβέβηκε δὲ ταῦτα ἐπὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας, τήν τε γῆν κενωθῆναι τῶν οἰκητόρων, καὶ τὰς πόλεις ἐμπρησθῆναι, καὶ ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς Μηδείας ἀποσταλέντων ἐποίκων τὴν χώραν ἐσθίεσθαι, βλεπόντων τῶν καταλειφθέντων (24)· ὅτε καὶ ἐγένετο πᾶσα ἡ χώρα κατεστραμμένη ὑπὸ λαῶν ἀλλοτρίων. Κατὰ δὲ τὰς ὑφηλοτέρας ἐννοίας, τὰς ἡμῖν προσοικειούσας τὰ παλαιά· Ὅταν ἀποστωμεν ἀπὸ Θεοῦ τοῦ ἡμετέρου, καὶ διαπετάσωμεν τὰς χεῖρας ἡμῶν πρὸς θεὸν ἀλλότριον, παραδιδόμεθα ἀλλοτρίοις τοῖς ἐρημοῦσιν ἡμᾶς καὶ καταστρέφουσιν. Ἔξεστι γὰρ θεωρῆσαι πάντα τὰ ἀπειλημένα συμβαίνοντα τοῖς ἁμαρτάνουσιν. Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος. Γῆν πολλαχοῦ τὴν ψυχὴν ὁ λόγος λέγει τὴν ὑποδεχομένην τὰ τοῦ λόγου σπέρματα, ὡς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ δεδιδάγμεθα διὰ τῆς παραβολῆς τοῦ Κυρίου, ὅτι τὰ μὲν ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν, τὴν δεκτικὴν μαθημάτων θείων, καὶ πρὸς καρποφορίαν εὔθετον. Ἔρημος δὲ, ἡ σοφίαν μὴ ἔχουσα, μηδὲ λόγον, μηδὲ κατὰ δικαιοσύνην βιοῦσα, μηδὲ ἐν ἀληθείᾳ πορευομένη. Αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι. Πόλις ἐστὶ σύστημα ἀνθρώπων ἐκ διαφόρων ἐπιτηδευμάτων ἐπὶ κοινωνίᾳ βίου συγκεκροτημένον· ὅπερ διὰ τὸ πολλὴν ἔχειν τὴν ἐν τοῖς ἔργοις ματαιότητα, ξύλα, χόρτον (25) καὶ καλάμην, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως καταπίμπρατει, καὶ γίνεται τὰ συστήματα τῶν ἀσεβῶν πυρίκαυστα. Τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν, ὅταν ἐκ προτέρου βίου καὶ πολιτείας ἀγαθῆς πεπληρωμένης τῆς ψυχῆς τῶν καρπῶν τοῦ Πνεύματος, ἀγάπης, χαρᾶς, εἰρήνης, μακροθυμίας, χρηστότητος, ἐπιπεσόντες ἀλλότριοι λογισμοὶ καταναλίσκωσι τὰ προπεπονημένά. Ἀλλὰ ἐὰν καὶ ἐν τῇ πράξει τῶν κατὰ τὸν βίον τὸ πρακτικὸν τῆς ψυχῆς ἔκδοτον δῶμεν δαιμονίοις ἀκαθάρτοις, γίνεται ἡ γῆ ἡμῶν κατεστραμμένη ὑπὸ ἀλλοτρίων. Θεοῦ γὰρ γεώργιον, θεοῦ οἰκοδομή ἐσμεν. Ἕως ἐσμὲν (26) κλήματα μένοντα ἐν τῇ ἀμπέλῳ τῷ Χριστῷ, φέροντα τοὺς καρποὺς τοὺς εὐοδάλλοντας ἡμῖν, Θεὸν ἔχομεν γεωργόν· ἐὰν δὲ ἀποστῶμεν τῆς ζωοποιοῦ βίζης, τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, ξηραινόμενοι βαλλόμεθα ἔξω, καὶ καιόμεθα· καὶ ἡ ἐκ τῆς διδασκαλίας οἰκοδομὴ ἡμῶν, παρὰ τὸ καθῆκον βιούντων, καταστρέφεται. Ἐὰν γὰρ μὴ ἐπιμένωμεν τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων, ἀποικοδομοῦντες τὰ τίμια. ὡς μὴ ἔχοντες θεμέλιον καταῤῥηγνύμεθα, καὶ γίνεται τὸ πτῶμα ἡμῶν μέγα· οἱονεὶ γὰρ κατεσθίει σωφροσύνην μὲν ἡ ἀκολσία, καὶ τὸ ἁπλοῦν (27) ἐν μεταδόσει ἡ φιλαργυρία, καὶ τὸ ἀγαπητικὸν ἡ φιλεχθρία. Ἐλεεινὸν οὖν τὴν εὐθηνοῦσαν τῇ τῶν ἀγαθῶν καρποφορίᾳ ψυχὴν κατάβρωμα γίνεσθαι τοῖς ὑπεναντίοις, οἳ οὐκ ἀρκοῦνται ἡμῶν τῇ ἐρημώσει, ἐὰν μὴ καὶ τὴν καταστροφὴν ἐπαγάγωσιν. Ἡ μὲν γὰρ καταστροφὴ ἐκ

A tanter eventura, futurum cum præterito connectit. Porro hæc contigerunt tum cum in Babylonem abducti sunt captivi: siquidem terra suis exhausta est habitatoribus: civitates fuerunt igni succensæ, et ab iis qui ex Media missi erant colonis devorata regio est, his ipsis qui fuerant derelicti, id cernentibus; itidem cum regio omnis subversa est ab alienis populis. Sed juxta sublimiorem intelligentiam res antiquæ nobis adaptantur. Quando deficimus a Deo nostro, manusque nostras expandimus ad deum alienum, alienis qui nos devastant ac evertunt, tradimur. Nam advertere licet minas omnes intentas peccatoribus accidere. *Terra vestra deserta.* Plerisque locis Scriptura terram vocat animam semina verbi suscipientem, uti parabola Domini sumus in Evangelio edocti [5]: quod videlicet B alia semina ceciderunt in terram bonam, doctrinæ divinæ capacem, atque ad fructum ferendum idoneam. At vero *deserta* ea est quæ sapientiam non habet nec doctrinam, nec vitam instituit juxta justitiam, neque in veritate ambulat. *Civitates vestræ igni succensæ.* Civitas hominum cœtus est, ex diversis moribus et institutis ad communem vitæ societatem conflatus, qui propterea quod in operibus suis multum habeat vanitatis, ligna scilicet, fenum et stipulam, in judicii die comburitur, atque hæ impiorum societates igne succenduntur. *Regionem vestram coram vobis alieni devorant* tum cum, anima per priorem vitam et rectam agendi rationem repleta Spiritus fructibus, charitate, gaudio, pace, patientia, benignitate [6], advenientes alienæ cogitationes pristinos labores absumunt. Quod si in gerendis vitæ negotiis, agentem animi vim impuris dedamus dæmoniis, terra nostra ab alienis evertitur, quippe Dei agricultura, Dei ædificatio sumus [7]. Quandiu sumus palmites in vite manentes, fructus qui nos decoant, Christo afferentes: Deum habemus agricolam. Si vero desciverimas a vivificante radice, ab ea nempe quæ in Christum est fide, arefacti projicimur foras, et comburimur. Atque illa nostra doctrinæ ædificatio, si indecore vivimus, subvertitur. Nam nisi in fundamento apostolorum perseveremus, sumptuosa ædificia construentes, quasi nullo subnixi fundamento ruimus, nosterque casus haud exiguus est. Etenim quasi devorat intemperantia temperantiam, avaritia liberalitatem in rebus communicandis sitam, odii studium vim ac facultatem D diligendi. Itaque res est miseranda, animam bonos fructus ubertim producentem, inimicorum fieri pabulum, quibus non satis est nostra vastitas, nisi et ruinæ nostræ fuerint auctores. Enimvero ex pravis documentis nascitur ruina, eorum qui errore seducuntur **392** anima solo quasi allisa. Vastatio vero,

[5] Matth. XIII, 3 seqq. [6] Galat. V, 22. [7] I Cor. III, 9.

(24) Editi, καταληφθέντων. At mss. aliquot, καταλειφθέντων.

(25) Nonnulli mss., ξύλα καὶ χόρτον.

(26) Reg. secundus, ἕως μὲν οὖν ἐσμεν.

(27) Vox ἁπλοῦν hoc loco liberalitatem significare videtur. Nec desunt qui dicant vocem ἁπλότης pro beneficentia quoque atque liberalitate poni Epistola secunda ad Cprinth. VIII, 2, et rursus in eadem IX, 11 et 13.

26. Ὁλοκαυτώματα τῶν κριῶν (87), καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων, καὶ τράγων οὐ βούλομαι. Καὶ ταῦτα τοῦ λόγου ἐστὶ τοῦ ἀκουομένου, καὶ τοῦ νόμου (88) παραδεχθῆναι ταῖς ἀκοαῖς ὀφείλοντος. Σκόπει δὲ εἰ μὴ ἀντινομοθετεῖ ταῦτα καὶ ἀντιδιατάσσεται τοῖς διὰ Μωϋσέως· εἴπερ ἐκεῖ μὲν ἐπιζητεῖ, ἐνταῦθα δὲ ἀποστρέφεται. Καὶ πῶς ἴῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἐν τοῦ νόμου, ἕως πάντα γένηται ; Ἢ μήποτε ὁ Λόγος παρίστησιν, ὅτι τὸ μὲν σωματικὸν τοῦ νόμου παρεντάσσει, πνευματικῶς δὲ καὶ ὑψηλῶς ἐν μεγαλονοίᾳ προσῆκεν αὐτὸ (89) ἐξηγεῖσθαι ; Οὐ γὰρ κριὸν τὸ ζῶον πάντως, φησίν, ἐπεζήτησα (90), ἀλλὰ τὸν νοῦν τὸν ἡγεμονικὸν τῆς ψυ-

(88) Auctor est nobis Combefisius, ut illa, καὶ ταῦτα τοῦ λόγου, etc., emendemus suo ipsius periculo, legamusque : Ταῦτα μὲν τοῦ λόγου ἐστὶ τοῦ ἀκουομένοο οὐ τοῦ νόμου· quæ verba sic ipse interpretatur, *Sunt hæc sermonis qui audiatur (spiritualis intelligentiæ et evangelicæ perfectionis), non legis quæ auribus suscipienda ac percipienda.* Sed viri alioqui doctissimi judicium, reclamantibus libris omnibus tum excusis tum manu exaratis, sequi non libuit.

(89) Editi, ὅτι τὸ σωματικὸν... πνευματικῶς καὶ . . . αὐτόν. Reg. quartus, ὅτι τὸ μὲν σωματικὸν . . . πνευματικῶς δὲ καὶ ὑψηλῶς . . . αὐτά. Unus e Combef. codicibus, αὐτό. Combefisius hunc locum sic legendum putat : ὅτι ὃ τὸ σωματικόν· sed nisi me fallo, voluit scribere, ὅτι τὸ τοῦ νόμου σωματικὸν ὅ. Partim secuti sumus Reg. quartum, partim codicem Combef. qui habet, αὐτὸ προσῆκεν.

(90) Codices duo, ἐζεζήτησα. Mox editi, ταῖς μερίμναις περὶ τὰ γήινα. Regii primus et tertius, ταῖς γηίναις μερίμναις. Alii tres mss., ταῖς γηίναις μερίμναις περὶ τὰ γήινα· id quod pleonasmum redolet. Statim quinque mss., ὅλον ἐπιζητῶ. Editi, ὅλον

χῆς, μὴ περιζόμενον ταῖς γηΐναις μερίμναις, οἷονεὶ διὰ πυρὸς καθαρθέντα καὶ δόκιμον ἀποδειχθέντα ὅλον ἐπιζητῶ ἐμοὶ ἀναπεμφθῆναι· οὐδὲ στέαρ ἀρνῶν ἀποκνινσοῦσθαι πυρὶ πρὸς τὸ λεπτότατον, ἀλλὰ τρόπων ἁπλότητα ἀπὸ τῆς ἀκάκου ψυχῆς ἐμοὶ ἀνατίθεσθαι. καὶ οὐχὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων προσχεῖσθαι (91) τῇ βάσει τοῦ θυσιαστηρίου· ἀλλὰ τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμοειδὲς τῆς ψυχῆς διὰ φιλοπόνου προσευχῆς, καὶ τῆς εἰς τὰ ἅγια προσεδρείας ἐξαναλίσκεσθαι. Τήρει δὲ, ὅτι οὐχὶ πᾶν αἷμα εἶπε μὴ βούλεσθαι, ἀλλὰ τόδε τὸ αἷμα, τὸ ἐκ τῶνδε τῶν ζώων. Αἷμα γὰρ τὸ ἐπ' ἐσχάτων τῶν αἰώνων ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ὃ καὶ κρεῖττον λαλεῖ παρὰ τὸ τοῦ (92) Ἄβελ, οὐκ ἂν εἶπε μὴ βούλεσθαι· ἀλλὰ μετατίθησι τὰς θυσίας ἐπὶ τὸ πνευματικὸν, ἐπειδὴ καὶ ἱερωσύνης μετάθεσις μέλλει γίνεσθαι. Εἰ γὰρ παραιτεῖται τὰς σωματικὰς θυσίας, παραιτεῖται δηλονότι τὸν κατὰ νόμον ἀρχιερέα. Πῶς γὰρ τελειωθῶσι τὰς χεῖρας οἱ κατὰ νόμον ἀρχιερεῖς, τοῦ κριοῦ τῆς ὁλοκαυτώσεως, ᾧ ἐπετίθεσαν τὰς χεῖρας, μηκέτι προσαγομένου; πῶς δὲ ῥαντισθῶσιν οἱ μηκέτι διὰ τοῦ αἵματος ῥαντιζόμενοι; Οὕτως οὖν ἀμφότερα ἵσταται, καὶ ὁ κατὰ Μωϋσέα νόμος, καὶ ἡ παρεισαγωγὴ τοῦ κρείττονος. Ἐκβάλλονται τοίνυν οἱ ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀαρὼν, ἵνα ὁ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲχ ἀντεισέλθῃ. Οὐκέτι αἱ τοῦ ἐνδελεχισμοῦ θυσίαι· οὐκέτι αἱ (93) κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ ἱλασμοῦ· οὐκέτι ἡ σποδὸς τῆς δαμάλεως καθαρίζουσα τοὺς κεκοινωμένους. Μία γὰρ θυσία, ὁ Χριστὸς, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν νέκρωσις τῶν ἁγίων. Εἷς ῥαντισμὸς, τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας· ἓν ἁμαρτίας λυτήριον, τὸ ἐκχυθὲν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τοῦ κόσμου αἷμα. Διὰ τοῦτο ἀθετεῖ τὰ πρῶτα, ἵνα τὰ δεύτερα στήσῃ. Οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ (93*), οὐ βούλομαι. Οὐ μόνον τὸν περὶ θυσιῶν νόμον ἀθετεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸν περὶ τοῦ δεῖν ὁρᾶσθαι πᾶν ἀρσενικὸν τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐνώπιον Κυρίου. Ἐπεὶ οὖν οὐ μετεβλήθησαν (94) ἀπὸ τοῦ ἄδικοι εἶναι καὶ σκολιὰ ἔχειν τὰ ἐπιβούλια, ἐξέβαλεν αὐτοὺς τῶν ἑαυτοῦ ὀφθαλμῶν. Ὀφθαλμοὶ γὰρ Κυρίου ἐπὶ δικαίους· καὶ, Ἐθθύτητας εἶδε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Ὀργὴν δὲ τὴν εἰς οἰκέτας ἐμφαίνει δεσπότου, τὸ ἀφαιρεῖσθαι τὴν παῤῥησίαν αὐτῶν τῆς ἐντεύξεως· τὸ δὲ εἰς τρὶς (95) τὴν περὶ Θεοῦ θεωρίαν ἐκτείνεσθαι δηλοῖ τὴν ἐν Τριάδι τῆς θεολογίας ἐπίγνωσιν. Διὰ τοῦτο δὲ ἄῤῥενας ὡς ἀξίους τῶν θείων ὀφθαλμῶν προετίμησεν, ἐνδεικνύμενος, ὅτι συντόνους ψυχὰς παγίως καὶ κραταιῶς ἐπιτελούσας τὰ δόγματα, ἀλλὰ οὐχὶ

A distractam, quasi per ignem purgatam, et quæ se probam ostenderit, offerri mihi totam cupio. Neque agnorum adipem exopto in tenuissimos nidores fumosque igni resolvi, sed morum simplicitatem candoremque mihi ab anima innocente consecrari. Neque expostulo, ut ad altaris crepidinem affundatur taurorum aut hircorum sanguis; sed ut ea animæ pars in qua iræ cupiditasque exsistunt, per strenuam precationem, ac per perseverantem in locis sanctis commorationem, absumatur. Cæterum observa eum non dixisse sese nolle sanguinem quemlibet, sed certum quorumdam animalium sanguinem. Nam qui sanguis in his ultimis temporibus in remissionem peccatorum effusus est, qui et melius loquitur quam sanguis Abelis [54], hunc se nolle non dixit: sed 400 hostias cum spiritali cultu B commutat: quandoquidem futura erat sacerdotii translatio [55]. Etenim, si corporeas repudiat hostias, rejicit profecto legalem pontificem. Quemodo enim pontifices isti legales consecrarent manus suas, cum aries, cui manus imponebant, non amplius in holocaustum offeratur? quomodo vero aspergerentur ii qui per sanguinem non amplius purgantur? Hæc itaque ratione stat utrumque, tum lex Mosaica, tum melioris introductio. Excluduntur igitur qui sunt ex Aaronis semine oriundi, ut istis succedat sacerdos secundum ordinem Melchisedech [56]. Non jam amplius juge illud sacrificium [57], non jam hostiæ illæ quæ offerebantur in die propitiationis, non amplius cinis juvencæ mundat inquinatos [58]. Una enim hostia, Christus; atque ea quæ secundum ipsum est, C sanctorum mortificatio. Una asperaio, lavacrum regenerationis; una peccati expiatio, sanguis pro mundi salute effusus. Ob id abrogat ac rejicit prima, ut secundo statuat. Vers. 12. *Neque venietis, ut appareatis mihi.* Ex communi subaudiendum est illud: Nolo. Non legem solum abrogat sacrificiorum, sed eam rescindit, qua oportebat masculinum omne ter in anno apparere in conspectu Domini. Quia ergo iniqui esse non desierant, neque obliquis destiterant consiliis, ejecit eos ab oculis suis. *Oculi* enim *Domini super justos* [59]. Et: *Æquitates vidit vultus ejus* [60]. Domini autem in famulos ira indicatur, cum ab ipsis aufertur interpellandi fiducia: cum vero Dei conspectui masculus ter sistitur, id agnitionem divinæ doctrinæ ad Trinitatem pertinentis D demonstrat. Ob hoc autem mares prætulit tanquam

[54] Hebr. XII, 24. [55] Hebr. VII, 12. [56] Hebr. V, 10. [57] Dan. XI, 31. [58] Hebr. IX, 13. [59] Psal. XXXIII, 16. [60] Psal. X, 8.

ἀναζητῶ. Ibidem Reg. tertius, ἀναπεμφθέντα. Colb. secundus, ἀναπεφθῆναι, *concoqui*.

(91) Ita quatuor mss. Reg. tertius, προχεῖσθαι. Editi, προσκεῖσθαι.

(92) Ubi legitur in editis, παρὰ τό, scriptum reperimus in Colb. secundo et apud Procopium, παρὰ τὸ τοῦ. Alii duo mss. παρὰ τοῦ. Reg. secundus cum altero ms. et cum sacro textu, παρὰ τόν. Mox quinque mss., ἐπὶ τὸ πνευματικόν. Editi, τὸν πνευματικόν.

(93) Reg. secundus, γὰρ αἱ. Mox tres mss. ἡμέραν τοῦ ἱλαστηρίου. Alii duo mss. et editi, τοῦ ἱλασμοῦ, nec aliter legitur Levit. XXIII, 27. Illud, ἀπὸ κοινοῦ, quod aliquanto post sequitur, indicat vocem aliquam, ex serie orationis supplendam esse.

(93*) Τό. Forte, τοῦ. Edit.

(94) Editi cum Regio tertio, μετεβλήθησαν. Alii tres mss., μεταβεβλήκεσαν. Reg. primus utramque lectionem præfert, hanc in contextu, illam in margine, manu recentiore.

(95) Editi cum tribus mss., τρίς. Alii duo mss., τρεῖς. Statim Reg. secundus, θεολογίας γνῶσιν. Nec ita multo post quinque mss., ἐνδεικνύμενος. Editi, δεικνύμενος.

divinis conspectibus dignos, ut ostenderet quod Scriptura animas constanter viriliterque dogmata explentes requirat, non autem molles, inconstantes. aut effeminatas. Quapropter *Ter in anno*, inquit, *apparebit omne masculinum coram me*[61]; quod ipsum quoque corporali modo a carneo Israele oblatum repudiat.

A ἁπαλὰς καὶ εὐκόλους καὶ ἐκτεθηλυμένας ὁ λόγος ἐπιζητεῖ. Διὰ τοῦτο, Τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, φησὶν, ὀφθήσεται πᾶν ἀρρενικὸν ἐνώπιόν μου· ὃ καὶ αὐτὸ σωματικῶς παρὰ τοῦ σαρκίνου (96) Ἰσραὴλ ἀγόμενον παραιτεῖται.

27. *Quis enim requisivit hæc de manibus vestris?* Quæ sint hæc corporalia legis sacrificia, expressit. Indicatur videlicet aries qui totus comburebatur, adeps agnorum, taurorum hircorumque sanguis, et corporalis in templum occursus, tanquam si oculis divinis ad videndum accessu eorum opus esset, nec aliter ad longe dissitos pervenirent. Hæc, inquit, abjecta adeo et terrena quis exquisivit de manibus vestris? Vides quanta vi et necessitate mentem legis spiritali quodam sensu compellamur interpretari. Si quis enim verba legis confiteatur a Deo quidem esse data, sed hæc quæ nunc fiunt, a Deo non requiri dicat; clare et sine ulla controversia mentem nostram ad spiritualem legis contemplationem attollere nos cogit; cum tantum non clamet et obtestetur: *Misericordiam volo, et non sacrificium et scientiam Dei magis quam holocaustum*[62]. **401** Et: *Si annuntiatum est tibi, homo, quid bonum, et quid Dominus quærat a te, nisi ut facias judicium, et diligas misericordiam, et paratus sis ambulare cum Domino Deo tuo*[63]? Et: *Immola Deo sacrificium laudis*[64]. Atque omnis de sacrificiis et holocaustis doctrina in his verbis quæ ad misericordiam et dilectionem attinent, contineri videtur; cum lex tota in his dictis summatim comprehendatur: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*[65]. Quin et ea loca quæ ad dies festos spectant, eidem expositionis generi subjicientur; ita ut et pascha nequaquam nos celebremus: *In fermento malitiæ, et nequitiæ, sed in azymis sinceritatis et veritatis*[66]. Si quidem ad vesperum, hoc est, in consummatione sæculi vera illa ovis Christus immolatur, cujus caro vere est cibus[67]; ita ut non habitemus solum in tabernaculis stato dierum numero, sed omni tempore incolatus nostri, veram præstolantes patriam, cujus artifex et conditor est Deus[68], atque adeo Pentecosten agamus expletis septem hebdomadibus: hoc est, de vita desperemus tanquam in die extrema constituti.

27. Τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; Ἔδειξε ποῖα ταῦτα, τὰ σωματικὰ τοῦ νόμου, τὸν κριὸν τὸν ὁλοκαυτούμενον, καὶ τὸ στέαρ τῶν ἀρνῶν, καὶ τὸ αἷμα τῶν ταύρων καὶ τράγων, καὶ τὸ τῷ σώματι ἀπαντᾷν εἰς τὸν ναὸν, ὡς τῶν θείων ὀφθαλμῶν προσεγγισμοῦ δεομένων εἰς τὸ ἰδεῖν, ἄλλως δὲ μὴ φθανόντων ἐπὶ τοὺς πόῤῥω. Ταῦτα, φησὶ, τὰ οὕτω ταπεινὰ καὶ γήϊνα τίς ἐξεζήτησεν ἐκ τῶν χειρῶν
B ὑμῶν; Ὁρᾷς ὅσην βίαν καὶ ἀνάγκην ἐπάγει πνευματικῶς πως ἐκλαμβάνειν τοῦ νόμου τὸ βούλημα. Εἰ γὰρ παρὰ Θεοῦ μὲν ὡμολόγηται δεδόσθαι τοῦ νόμου τὰ ῥήματα, ταῦτα δὲ νῦν γινόμενα οὐ φησιν ἐκζητεῖν (97) ὁ Θεὸς, σαφῶς καὶ ἀναντιῤῥήτως ἀνάγειν ἡμῶν τὸν νοῦν ἐπὶ τὴν πνευματικὴν θεωρίαν τοῦ νόμου βιάζεται (98)· μονονουχὶ κράζων καὶ διαμαρτυρόμενος· Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν· καὶ ἐπίγνωσιν Θεοῦ μᾶλλον ἢ ὁλοκαύτωσιν· καὶ τὸ, Εἰ ἀνηγγέλη (99) σοι, ἄνθρωπε, τί καλὸν, καὶ τί Κύριος ἐκζητεῖ παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ τὸ ποιεῖν κρῖμα, καὶ ἀγαπᾷν ἔλεον, καὶ ἑτοιμάζεσθαι τοῦ πορεύεσθαι μετὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου; καὶ τὸ, Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως. Καὶ ἔοικεν ὁ πᾶς (1) περὶ θυσιῶν καὶ ὁλοκαυτωμάτων λόγος ἐν τῷ περὶ ἐλέους καὶ ἀγάπης ἐμπεριέχεσθαι λόγῳ· ἐπεὶ καὶ ὅλος ὁ νό-
C μος ἀνακεφαλαιοῦται ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Καὶ ὁ περὶ τῶν ἑορτῶν δὲ τόπος τῷ αὐτῷ εἴδει τῆς ἐξηγήσεως ὑπαχθήσεται· ὥστε καὶ τὸ (2) πάσχα μὴ ἑορτάζειν ἡμᾶς Ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας· θυομένου πρὸς ἑσπέραν, τουτέστιν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος, τῷ ἀληθινῷ τοῦ προβάτου Χριστοῦ, οὗ ἡ σὰρξ ἀληθῶς (3) ἐστι βρῶσις· καὶ κατοικεῖν ἐν σκηναῖς οὐχὶ ταχτὸν ἡμερῶν ἀριθμὸν, ἀλλὰ πάντα τὸν χρόνον τῆς παροικίας ἡμῶν, ἀναμένοντας τὴν ἀληθινὴν πατρίδα, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς, καὶ πεντηκοστὴν ἄγειν ἑπτὰ ἑβδομάδων συντελουμένων· τουτέστιν, ὡς
D ἐν τῇ ἑσχάτῃ ἡμέρᾳ ὄντας ἀπεγνωκέναι τοῦ βίου (4).

[61] Exod. xxiii, 17. [62] Ose. vi, 6. [63] Mich. vi, 8. [64] Psal. xlix, 14. [65] Matth. xix, 19. [66] I Cor. 5, 8. [67] Joan. vi, 56. [68] Hebr. xi, 10.

(96) Editi, παρὰ τοῦ σαρκικοῦ. At quinque mss., παρὰ τοῦ σαρκίνου. Vox παρά non placet Combefisio, pro qua ait legendum esse περί· sed, ut notavimus, nec editi, nec mss. ejus emendationi favent. Aliquanto post Reg. secundus, ἔδειξεν ὁποῖα.

(97) Sic quinque mss. Editi, γενόμενα οὗ, φησὶν, ἐκζητεῖ.

(98) Editi, βιάσεται. At mss. aliquot, βιάζεται.

(99) Editi, ἀναγγελῶ. Duo mss. ἀναγγέλῃ. Alii tres cum LXX, ἀνηγγέλη. Editis favet Vulgata, *Indicabo tibi, o homo.* Statim tres mss. cum LXX, ἀλλ' ἢ τοῦ. Duo alii mss., ἀλλ' ἢ τό. Editi, παρὰ σοῦ, ἢ τό.

(1) Reg. secundus, Ἔοικεν πᾶς ὁ. Ibidem mss., θυσιῶν καί. Deest καί in editis. Rursus hoc ipso in loco Reg. secundus. περὶ ἐλέου. Nec ita multo post tres mss., πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν.

(2) Sic mss. quatuor. Editi, ὡς τό. Reg. tertius, ὡς καὶ τό. Aliquanto post Reg. secundus, συντελείᾳ τῶν αἰώνων.

(3) Ita Colbertini duo. Alii tres mss. Regii ἀληθής, *verus est cibus.* Editi, ἀληθείας. Mox uterque Combefisi codex cum Reg. secundo, οὐχὶ ταχτὸν ἡμερῶν ἀριθμόν. Editi, οὐχὶ ταχτῶν ἡμερῶν, ἀλλά, haud emendate.

(4) Reg. secundus, τὸν βίον.

28. Πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε. Φοβερὰ ἀπειλὴ τοῖς αἰσθανομένοις, ἀλλὰ τῶν ἐκ τῆς Ἐκκλησίας τινὲς πρὸς τὴν ζημίαν ταύτην ἀναισθητοῦσι, καὶ οἱ μὲν δυνάμενοι ἀπαντᾷν, ῥᾳθυμοῦσιν (5)· οἱ δὲ δι' ἁμαρτήματα καταδικασθέντες, ἀδιαφοροῦσιν. Ἐνδείκνυται δὲ ὁ λόγος τὴν ὑβριστικὴν εἴσοδον τῶν κατηγορουμένων, ὡς καταπατούντων τὸ ἅγια. Ὁ μὲν οὖν τέλειος εἰς αὐτὰ φθάνει τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἴσω τοῦ καταπετάσματος, τουτέστι διαβὰς τὰ σωματικά, γυμνῇ τῇ θεωρίᾳ τῶν θείων νοημάτων ὁμιλήσει (6)· ὁ δὲ ὑποδεέστερος, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ τοῦ κατὰ τὴν τῶν σωματικῶν λατρείαν διακοινικοῦ (7) ἐφάψεται. Ὁ δὲ ἄρτι εἰσαγόμενος εἰς τὴν εὐσέβειαν, τῇ αὐλῇ μόνῃ ἐντυχεῖν ἐπιτρέπεται· ὁ δὲ καὶ ταύτης ἀπεωσμένος, ἔξω ἐστὶ τῶν τόπων τῆς εὐσεβείας· Ἠλίκος οὖν ὁ κίνδυνος, καὶ ὃ δοκεῖ τις ἔχειν, καὶ τοῦτο (8) ἀφαιρεθῆναι; Ὁ μέντοι ἅγιος ὑπεραγαπῶν τὸν Θεὸν, πάντα τὰ τοῦ Θεοῦ σύμβολα ὑπερασπάζεται (9), λέγων· Ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου, Οἶδε γὰρ ὅτι ἄλλως ἀδύνατον ἐξανθῆσαι, καὶ ἀρχὴν λαβεῖν εἰς καρποφορίαν, μὴ ἐν ταῖς αὐλαῖς γενόμενον τοῦ Κυρίου. Εὐεργετῶν δὲ αὐτοὺς ὁ Θεὸς, τῆς Ἰουδαϊκῆς αὐλῆς αὐτοὺς ἐξοικίζει, ἵνα τῇ αὐλῇ τῶν Χριστοῦ προβάτων προσφύγωσι, καὶ γένηται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν.

29. Ἐὰν φέρητέ μοι σεμίδαλιν, μάταιον· θυμίαμα βδέλυγμά μοί ἐστι (10). Τὰς νεομηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ Σάββατα ὑμῶν, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι. Νηστείαν καὶ ἀργίαν καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μυσεῖ ἡ ψυχή μου. Σαφῶς παρωθεῖται (11) τὴν σωματικὴν ἐκδοχὴν, ἐπαγγειλάμενος νόμον Θεοῦ, καὶ εἰς προσοχὴν μετὰ μεγάλων ὀνειδῶν τούς τε ἄρχοντας καὶ τὸν λαὸν διεγείρας. Οὐδὲν μὲν γὰρ παρ' ἑαυτοῦ ἀπαγγέλλει, τὰ δὲ παλαιὰ διαγράφει, τοῦτον λέγων εἶναι νόμον Θεοῦ καὶ διαταγὴν Θεοῦ (12) τὸ μηδὲν γίνεσθαι τῶν νῦν τελουμένων· Ἐὰν φέρητέ μοι σεμίδαλιν, μάταιον. Ὁλλαχοῦ χρῆται ἐπὶ τῶν θυσιῶν τῇ σεμιδάλει· ποτὲ μὲν ἀκατάσκευον ἐλαίου μόνου ἐπι-

28. *Calcare atrium meum non adjicietis.* Terribilis est intelligentibus isthæc comminatio, sed quidam Ecclesiæ alumni nullo hujus damni sensu tanguntur, et quibus licet occurrere, ii segnes sunt : quibus autem ob peccata indicta multa est, ii id nihil curant. Cæterum hic sermo ob oculos ponit eorum qui coarguuntur, aditum contumeliosum, tanquam conculcarent sancta. Qui igitur perfectus est, ad ipsa usque Sancta sanctorum penetrat intra velamen, hoc est, ubi corporalia transcenderit, nudæ et apertæ divinarum sententiarum contemplationi vacabit : qui vero inferior est, is in domo Dei sacrarium ob corporale obsequium attinget. Qui autem recens ad excolendam pietatem introducitur, solum adire atrium permittitur : contra, qui ab eo exclusus est, is extra pietatis loca manet. Quantum igitur impendet periculum, ne id etiam quod quis habere videtur, ab ipso auferatur! Sane qui sanctus est, quique summe Deum diligit, omnia Dei signa ac symbola amat et amplexatur, dicens : *Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini*[69]. Novit enim ille aliter fieri non posse, ut flores producat, fructusque afferre incipiat, nisi versetur in atriis Domini. Porro Deus in hos beneficus, ex Judaico atrio ipsos expellit, ut ad ovile ovium Christi confugiant, et fiat unum ovile, unus pastor[70].

29. Vers. 13, 14. *Si tuleritis mihi similam, vanum : thymiama abominatio mihi est. Neomenias vestras, et Sabbata vestra, et diem magnam non feram : jejuniam et otium et neomenias vestras odit anima mea.* Corporalem interpretationem perspicue rejicit, Dei legem professus; atque ad attentionem post acres objurgationes principes populumque excitat. Nihil quidem a se ipso annuntiat; sed antiqua proscribitque vetera, dicens hanc legem Dei esse, hanc Dei esse ordinationem, ut nihil eorum quæ hactenus peragebantur, fiat. *Si tuleritis mihi similam, vanum.* In sacrificiis sæpenumero adhibetur similago. Aliquando quidem incondite citraque ullum apparatam cum sola olei infusione, ali-

[69] Psal. LXXXIII, 3. [70] Joan. X, 16.

(5) Ita Colbertini primus et secundus cum Reg. secundo. Editi, καὶ οἱ μὴ δυνάμενοι ἀπαντᾷν ἀθυμοῦσιν, vitiose. Regii primus et tertius, quos contulit Combefisius, καὶ οἱ μὲν δυνάμενοι ἀπαντᾷν ἀθυμοῦσιν· at doctissimus vir pro μέν legit μή ob idque vertit : *Et quibus non licet occurrere mœrore afficiuntur.*

(6) Sic mss. At editi, ὁμιλῆσαι,

(7) Ita editi et uterque Combefisii codex. Alii duo mss. Colbertini, Θεοῦ τοῦ κατὰ τὴν τῶν σωματικὴν λατρείαν διακονουμένων, et ita quoque legitur in Reg. secundo, nisi quod pro σωματικήν habeat σωματικῶν. Vix autem dubitari posse arbitramur, quin legi oporteat διακονικοῦ, cum in omnibus mss. scriptum sit Θεοῦ· τοῦ. Neme enim non videt voculam τοῦ postulare, ut necessario legatur διακονικοῦ.

(8) Codices tres, τούτου.

(9) Ita alter Combef. cum Reg. secundo et cum Colbert. itidem secundo. Alii duo mss. et editi, ὑπερασπίζεται.

(10) Illa, ἐὰν φέρητε, etc., aliter apud LXX et apud Eusebium interpunguntur : siquidem vox μάταιον in utrisque jungitur cum voce sequente θυμίαμα· *Vanum thymiama abominatio est mihi.* At hic est apud Procopium vox μάταιον ad id, quod præcedit, refertur : *Si tuleritis mihi similam, id erit vanum.* Nec secus in Vulgata, *Ne offeratis ultra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi.* Statim major pars mss., νουμηνίας. Editi, νεομηνίας. Subinde aliqui mss., ἀργίαν καὶ τὰς νουμηνίας ὑμῶν μισεῖ. Editi cum duobus mss., ἀργίαν καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ. Legitur utrumque apud LXX : Ἀργίαν καὶ τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ, etc. *Otium et neomenias vestras et solemnitates vestras odit anima mea.*

(11) Codices tres, παραιτεῖται ἔτι τε. Alii duo cum editis, παρωθεῖται. Infra tres mss. οὐδὲν μὲν γάρ. Deest γάρ in editis et in duobus aliis mss.

(12) Illa, καὶ διαταγὴν Θεοῦ, ex Reg. secundo et ex duobus Colbertinis addidimus. Ibidem, editi, τὸ μηδὲ γίνεσθαι τό. At quinque mss. ut in contextu, nisi quod in aliquibus legatur, γενέσθαι. Subinde duo mss., μόνον ἐπιχεθέντος.

quando vero absque oleo, ut in zelotypia[71] : nonnunquam lagana : nonnunquam azymi panes : interdum sola erat massa, subacta oleo similagine. Nunc vero similaginis illius usum abrogans, plurimam sacrificiorum partem abolevit. Quid igitur hæc ejus dicta sibi volunt? Quod licet alia sub sermonis involucro significentur, vos, mente legislatoris posthabita, studium omne operamque in rerum corporalium vanitate ponitis. Oportebat enim ut frumentum pro eo sermone, qui in seminis modum animabus vestris inseritur, acciperetis, utque ex eo mundana omni cogitatione nudato secundum se, in incorporeo ac puro Dei cultu uteremini. Atque hæc est spiritualis similago, videlicet is qui de Deo habetur sermo a corporali intelligentia discretus. Itaque hæc simila corporali sensu intellecta, atque Judaico more oblata, est vanum quiddam : thymiama vero jam quoque abominatio est Domino. Nam revera est quidpiam exsecrabile, si a Deo permistionem quamdam thymiamatis quo per olfactum voluptatem aucupetur, existimemus præcipi, nec intelligamus corporis sanctimoniam quæ animi temperantia et castitate comparatur, Domino esse thymiama, pari inter se temperatione ac sedate compositis animæ partibus. *Sume* enim, inquit, *tibi suavitates, stacten, onycha, galbanum boni odoris, et thus pellucidum*[72]. Hæc quatuor eum quatuor elementis ex quibus corpora constant, habent cognationem. Stacte quidem ad aquam refertur : onyx ad terram propter ariditatem : galbanum ad ignem propter calorem : thus tandem ad aerem propter pelluciditatem. *Æquale, æquali erit*[73] : hoc est, impetus, ex intemperie coortos et in absurdas cupiditates erumpentes refrenans, ad æquabilem temperaturam revocabis. *Et contundes ex his minutim*[74], hoc est, quod in anima carneum est, crassumque, et materiæ immersum, destruens, id ipsum spirituale efficere studebis. *Et* ita *pones contra testimonium in tabernaculo, unde innotescam tibi inde*[75]. Cum enim quis ad perfectam permistionem pervenerit, et contusus fuerit; tum dignus erit qui in sancta introducatur, atque ad Dei cognitionem accedat. Pones enim ea, inquit, conira testimonium, unde innotescam tibi inde. Hoc autem prohibitum fuit,

A χυθέντος, ποτὲ δὲ ἄνευ ἐλαίου, ὡς ἐπὶ τῆς ζηλοτυπίας· ἄλλοτε λάγανα· ἄλλοτε ἄζυμα· ἄλλοτε μόνον φύραμα, ἀναπεποιημένης ἐλαίῳ τῆς σεμιδάλεως. Νῦν ταύτης τὴν χρῆσιν ματαιώσας, τὸ πλεῖστον μέρος τῶν θυσιῶν διέγραψε. Τί οὖν ἐστιν ὃ λέγει; Ὅτι ἄλλα τοῦ λόγου αἰνισσομένου, ἀφέντες τὸ βούλημα τοῦ νομοθέτου, τὴν πᾶσαν πραγματείαν περὶ τὴν ματαιότητα τῶν σωματικῶν ἐπιδείκνυσθε. Ἔδει γὰρ τὸν σῖτον εἰς τὸν λόγον μεταλαμβάνειν σπερματικῶς ὑμῶν (13) ἐγκείμενον ταῖς ψυχαῖς, καὶ πάσης αὐτὸν κοσμικῆς ἐννοίας ἀπογυμνώσαντας, αὐτῷ χρῆσθαι καθ' ἑαυτὸν ἐν τῇ ἀύλῳ καὶ καθαρᾷ θεραπείᾳ Θεοῦ. Καὶ τοῦτο ἐστι πνευματικὴ σεμίδαλις, λόγος περὶ Θεοῦ σωματικῆς ἐννοίας κεχωρισμένος. Ἡ μὲν οὖν σωματικῶς νοουμένη καὶ προσφερομένη κατὰ τὸν Ἰουδαϊκὸν τρόπον σεμίδαλις, μάταιον· τὸ θυμίαμα δὲ ἤδη καὶ βδέλυγμά ἐστι τῷ Κυρίῳ. Βδελυκτὸν γὰρ τῷ ὄντι τὸ οἴεσθαι (14) τὰς διὰ ὀσφρήσεως ἡδονὰς τὸν Θεὸν θηρώμενον, τοῦ θυμιάματος τὴν σύνθεσιν προστεταχέναι, καὶ μὴ νοεῖν ὅτι θυμίαμα Κυρίῳ ὁ ἐν σώματι ἁγιασμὸς, ὑπὸ τῆς κατὰ ψυχὴν σωφροσύνης ἐπιτελούμενος· ἰσοκρατῶς ἐχόντων καὶ ἀστασιάστως πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν τῆς ψυχῆς. Λάβε γὰρ, φησὶ (15), σεαυτῷ ἡδύσματα· στακτὴν, ὄνυχα, χαλβάνην ἡδυσμοῦ, καὶ λίβανον διαφανῆ. Τέσσαρα ταῦτα πρὸς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἐξ ὧν τὰ σώματα σύγκειται, τὴν ὁμοιότητα· ἡ μὲν στακτὴ πρὸς τὸ ὕδωρ· ὁ δὲ ὄνυξ διὰ τὸ ξηρὸν πρὸς τὴν γῆν· ἡ δὲ χαλβάνη διά τὴν θερμότητα πρὸς τὸ πῦρ· ὁ δὲ λίβανος, διὰ τὸ διαφανὲς πρὸς τὸν ἀέρα. Ἴσον ἴσῳ (16) ἔσται· τουτέστι, τὰς ἐκ δυσκρασίας γινομένας ὁρμὰς εἰς ἐπιθυμίας ἀτόπους κολάζων ἐπανισώσεις. Καὶ συγκόψεις ἐκ τούτων λεπτόν· τουτέστι, πνευματικὸν ποιῆσαι φιλοπονήσεις, ἐξαφανίζων τῆς ψυχῆς τὸ τῆς σαρχὸς παχὺ καὶ ὁλῶδες. Καὶ οὕτω θήσεις ἀπέναντι τοῦ μαρτυρίου ἐν τῇ σκηνῇ (17), ὅθεν γνωσθήσομαί σοι ἐκεῖθεν. Ὅταν γὰρ ἐγγένηται τῇ ἀκριβεῖ κοινωνίᾳ, καὶ ἀπολεπτυνθῇ, τότε ἄξιός ἐστι εἰσφέρεσθαι εἰς τὰ ἅγια, καὶ τῇ γνώσει τῇ περὶ Θεοῦ προσεγγίζειν. Θήσεις γὰρ αὐτὰ, φησὶν, ἀπέναντι τοῦ μαρτυρίου, ὅθεν γνωσθήσομαί σοι ἐκεῖθεν. Τὸ δὲ τοιοῦτον ἀπηγόρευται ἑαυτῷ τινα ποιεῖν εἰς ἀπόλαυσιν· τουτέστιν, ἑαυτῷ (18) ἐπιγράφειν τὰ κατορθώματα, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Θεὸν τῶν καλῶν τὴν αἰτίαν ἀνάγειν. Τοιοῦτογ ἦν θυμίαμα Ἠαῦλος ὁ λέγων (19)·

[71] Num. v, 15. [72] Exod. xxx, 34. [73] ibid. [74] ibid. 36. [75] ibid.

(13) Ita mss. quatuor. Reg. tertius, ἡμῶν. Editi, ἡμῖν. Nec ita multo post uterque Combefisii codex, αὐτῷ κεχρῆσθαι. Alii tres mss., αὐτῷ χρῆσθαι. Editi, αὐτῷ καὶ χρῆσθαι.

(14) Sic quinque mss. At editi, ὄντι οἴεσθαι. Mox tres mss. σύνθεσιν διατεταχέναι. Alii duo mss., προστεταχέναι.

(15) Ita mss. aliquot. Deest φησὶ in editis. Statim duo mss. Regii et LXX, χαλβάνην ἡδυσμοῦ. Alii duo Colbertini secunda manu et recentiore, ἡδυσμῷ· quæ vox si non melior, certe significantior est. Haud longe aliquot mss., τὰ σώματα. Deest articulus in editis.

(16) Sic mss. sex. Editi, ἴσως. Mox iidem illi sex mss., γινομένας, Editi, γενομένας.

(17) Editi et Reg. tertius, τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς. Alii tres mss., τῆς σκηνῆς. Denique tres alii ut in contextu.

(18) Codices tres, ἀπηγόρευται ἑαυτῷ τινα ποιεῖν εἰς ἀπόλαυσιν, τουτέστιν μὴ δὴ ἑαυτῷ. Alii tres mss., ἀπαγορεύεται, etc., ut supra. Editi, ἀπεγορεύεται ἑαυτοῦ τινα ποιεῖν ἀπόλαυσιν, τουτέστιν ἑαυτῷ. Colb. primus in margine, manu recenti, οὐ δεῖ, *non oportet quemquam sibi præclara facinora vindicare.*

(19) Ita mss. plerique omnes. Editi, ὁ Παῦλος λέγων.

Χριστοῦ εὐωδία ἐσμέν· καὶ πάλιν· Χάρις τῷ Θεῷ τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι ἐν ἡμῖν (20). A

ut ne quis sibi quidpiam ejusmodi ad usum suum conficeret: hoc est, ne sibi ipsi præclara facinora adscribat: sed ea ad Deum bonorum causam referat. Tale erat thymiama Paulus, qui dicebat: *Christi bonus odor sumus* [76]. Et rursus: *Gratia autem Deo qui semper triumphat nos, et odorem notitiæ suæ manifestat in nobis* [77].

30. Τὸ δὲ σωματικὸν θυμίαμα, καὶ τοῖς κατὰ τοὺς μυκτῆρας πόροις ἐμπῖπτον, καὶ τὴν αἴσθησιν συγκινοῦν, βδέλυγμα τῷ ἀσωμάτῳ εἰκότως νενόμισται. Νουμηνίας δὲ πρεπούσας αἰωνίοις ἔτεσι παρὰ τῶν συνετῶν νοεῖσθαι ὁ λόγος βούλεται· οὐ τὴν διὰ τῶν τριάκοντα ἡμερῶν τῆς σελήνης ἀποκατάστασιν, ἐπικα ταλαμβανούσης τὸν ἥλιον, καὶ πάλιν ἀφισταμένης. Ἀλλ' ἐπειδὴ Ὁ ἄφρων ὡς σελήνη ἀλλοιοῦται, τὴν πρὸς τὸ φῶς ἐπάνοδον, ὅπερ ἐξέλιπεν ὁ ἄφρων καὶ τὴν διὰ μετανοίας (21) εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασιν ἑορτὴν ἡγεῖσθαι τὸν φιλάδελφον καὶ συμπαθῆ ὁ λόγος βούλεται· οἱονεὶ νουμηνίαν ἄγων τὴν ἀρχὴν τοῦ ἐν φωτὶ βίου· ἐπειδὴ ἐξέλιπε μὲν τὸ φῶς διὰ τὴν εἰς τὸ χεῖρον τροπὴν (22), ἐπαλινδρόμησε δὲ πάλιν πρὸς αὐτὸ διὰ τῆς ἐπιστροφῆς. Ἐξῆς ἂν εἴη περὶ τῶν μισουμένων Σαββάτων εἰπεῖν τὸ, Μὴ αἴρειν βάσταγμα, καὶ μὴ ἐξέρχεσθαι ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοῦ· καὶ, Μὴ καίειν πῦρ ἐν πάσῃ τῇ κατοικίᾳ αὐτῶν· ταῦτα τὸ ἀδύνατον εἰς τήρησιν καὶ ἀκριβῆ φυλακὴν αὐτόθεν ἐμφαίνοντα, ὑπόδικον ποιεῖ τῇ κατάρᾳ τὸν σωματικῶς ἀκούοντα. Μὴ κινεῖσθαι γὰρ ἀπὸ τοῦ τόπου ἀμήχανον, καὶ πᾶν τὸ ἐπαιρόμενον κἂν ἐλαφρότατον ᾖ (23), βάσταγμα λέγεται, οἷον ἱμάτιον, ἢ ἄρτος, ἤ τι τῶν ἀναγκαίων. Ἀλλὰ καὶ πῦρ καίειν οὐ κελεύει· τουτέστιν, ὑπὸ τῶν παθῶν τῆς σαρκὸς μὴ ἀναφλέγεσθαι (24)· μὴ ἐπαίρειν δὲ βάσταγμα· τουτέστι, μὴ τῷ βάρει τῆς ἁμαρτίας καταφορτίζεσθαι, καὶ τῆς ἐν Θεῷ διαμονῆς μὴ μεθίστασθαι, ἑδραῖον μένοντα καὶ ἀμετακίνητον ἐν τῇ πίστει. Οὕτω δὲ τελειοῦντας τὰ Σάββατα, οὐκ ἐν τῇ τῶν κακῶν ἀργίᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ ἀποχῇ τῶν καθηκόντων, εἰκότως ἀποστρέφεται, καὶ οὐκ ἀνέχεται αὐτῶν ὡς ψευδῶν. Ταῦτα γάρ εἰσι (25) τὰ παρὰ τῷ προφήτῃ τηλανιζόμενα Σάββατα· Οὐαὶ οἱ ἐγγίζοντες καὶ οἱ ἐφαπτόμενοι ψευδῶν Σαββάτων. Σάββατα δὲ ἀληθῆ, ἡ ἀποκειμένη ἀνάπαυσις τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ· ἅπερ διὰ τὸ ἀληθινὰ εἶναι ἀνέχεται ὁ Θεός. Καὶ φθάνει γε ἐπ' ἐκεῖνα τὰ Σάββατα τῆς ἀναπαύσεως, παρ' ᾧ ὁ (26) κόσμος ἐσταύρωται, ἀποστὰς δηλονότι τῶν κοσμικῶν, καὶ ἐπὶ τὸν ἴδιον τόπον τῆς πνευματικῆς ἀναπαύσεως καταντήσας, ἐν οἷς ὁ γενόμενος οὐκέτι κινηθήσεται ἀπὸ τοῦ ἰδίου τόπου, ἡσυχίας καὶ ἀταραξίας περὶ τὴν κατάστασιν ἐκείνην ὑπαρχούσης. Καὶ πῦρ

30. At vero thymiama corporale, quodque narium meatibus illabitur, et sensum commovet, optimo jure ei qui incorporalis est, habitum est pro abominatione. Quin et neomenias quæ annis æternis dignæ sint, vult Scriptura a prudentibus intelligi, non autem lunæ circuitum triginta diebus peractum, cum assequitur solem, et rursus se ab eo submovet. Quia vero *Stultus ut luna mutatur* [78], significat Scriptura hunc ad lucem ab insipiente desertam reditum, hanoque per pœnitentiam ad B pristinum statum redintegrationem, ei qui fratrum sit amator eorumque dolorem doleat, ceu festum diem esse, perinde ac si neomeniam celebret, nimirum vitæ in luce agendæ principium. At postquam stultus lucem per suam ad pejus mutationem dereliquit: rursus per conversionem ad ipsam recurrit. Deinde illud de Sabbatis odio habitis licet dicere: Ne quis portet sarcinam, et ne exeat a loco suo [79]: et, ne ulli accendant ignem in omni habitatione sua [80]: hæc cum non possint observari, et tamen secundum ipsam litteram palam sit ea esse accurate observanda, eum utique qui ea corporali sensu intelligit, maledictioni obnoxium reddunt. Etenim fieri nequit, ut quis e loco suo non moveatur: item omne id quod portatur, tametsi est levissimum, sarcina dicitur, exempli causa, vestis, C vel panis, vel quælibet res necessaria. Quin etiam jubet, ut ne ignem accenderent: hoc est, ne quis sinat se a carnis cupiditatibus exuri: rursus ne quis tollat sarcinam, id est ut ne pondere peccati degravetur, nec in Deo permanere supersedeat, sed firmus immotusque in fide perseveret. Sabbata autem qui sic perficiunt, non ut ab improbis operibus desistant, sed ut abstineant discedantque a suo officio, hos merito aversatur Deus, nec ipsa Sabbata tolerat tanquam mendacia et falsa. Enimvero deflentur a propheta ejusmodi Sabbata: *Væ qui appropinquant et attingunt Sabbata mendacia* [81]! Seposita autem Dei populo requies Sabbata vera sunt, quæ quod vera sint, grata habet Deus. Et certe cui mundus crucifixus est, is ad illa spiritualis D requietis Sabbata pervenit, cum a rebus mundanis recesserit, atque ad proprium 404 quietis locum

[76] II Cor. II, 15. [77] ibid. 14. [78] Eccli. XXVII, 12. [79] Exod. XXXV, 3. [80] Jerem. XVII, 27. [81] Amos VI, 3.

(20) Editi cum tribus mss., ἐν ἡμῖν. Alii tres omittunt ἐν.

(21) Editi, ἀλλοιοῦται τὴν πρὸς τὸ ὡς ἐπάνοδον ὁ ἄφρων, καὶ τὴν διὰ μετάνοιαν· quod cum vitiosum sit, putavit Combefisius illud, ὁ ἀφρων, expungendum esse, tanquam inepte repetitum, et explendo sensui a Tilmanno additum. Sed vir doctus aliter judicasset, si codices suos legisset attentius, in quibus, et in aliis quatuor, ita legitur, uti edidimus.

(22) Codices tres, τὸ χείρω ῥοπήν· lege τά. Mox tres mss., ἐξῆς ἄν. Editi cum Reg. tertio, ἐξ ἧς ἄν. Subinde tres mss., φέρειν βάσταγμα. Ibidem mss., καὶ μὴ ἐξέρχισθαι. Deest καί in editis.

(23) Sic mss. aliquot. Editi, ἦν.

(24) Ita quinque mss. At editi, ἀναφέρεσθαι, haud recte. Aliquanto post aliqui mss., ἐν τῇ πίστει οὕτω τελοῦντας. Deest ἐν in excusis libris.

(25) Aliquot mss., ἐστι. Mox nonnulli mss., καὶ οἱ ἐφ. Deerat οἱ in editis. Statim aliqui mss., Σάββατα δὲ ἀληθινὰ ἡ προκειμένη, *proposita requies*.

(26) Sic nonnulli mss. Abest ὁ ab editis. Alter Combef., παρὰ ὁ. Hoc ipso in loco duo mss., καὶ ἀποστάς.

accesserit: quibus in Sabbatis qui versatus fuerit, non amplius movebitur a suo loco. Quandoquidem quies tranquillitasque in illo statu consistit. Neque ignem accendet in æterna habitatione, propterea quod materiam quæ ignem accendit, non afferat, ligna, fenum, stipulam. Nec tollet sarcinam is, qui imo vere in Sabbatis deliciarum acturus otium est.

(31). Porro pro magna die interpretes reliqui reddiderunt, *vocatam*. Theodotio quidem, *Vocatam convocatam non fero:* Symmachus vero, *Vocatam convocationem non feram*. Unde existimamus non unam diem peculiarem dictam fuisse magnam, sed omnem quæ *vocata* appellatur. Ait enim de azymis: *Prima celebris, quia sancta erit vobis* [82]; et: *Dies septima vocata sancta erit vobis* [83]; et *Die septima novorum, quando offeritis hostiam hebdomadum, celebris sancta erit vobis* [84]; et rursus: *Decima septimi mensis hujus, celebris sancta erit vobis* [85]. Itaque plurimos dies eodem nomine nuncupatos, imo omnes fere celebres leges solemnitates per unam et eamdem vocem aversari videtur. His igitur rejectis, qualem recipit et probat? Illam de qua dictum est: *Diem Domini magnam* [86], quam non producet hic sol sensibilis, sed quam exoriens justitiæ sol illustrabit: quæ una erit et continua, cui non succedit nox, sed ad omne ævum sese extendit. Vere igitur et proprie magna est dies illa. Attanem Judæs carnalis in his magnam quærit, quas beatus Jacob parvas esse et malas affirmavit [87]. Cæterum quatuor sunt eorum quæ commemoratæ sunt differentiæ: alia vana, quæ scilicet ritu Judaico observantur: abominanda alia: alia intoleranda: quarto alia sunt odiosa, quibus et ipsum Judæorum jejunium adjungitur. Quemadmodum igitur et in cæteris declaratum est aliquid esse rejectandum, aliquid vero Deo acceptum: ita accidit et in jejunio. Hanc quidem escarum abstinentiam quæ fit ad ostentationem, Domini anima odio prosequitur, propterea quod hæc præcepta: *Ne tetigeris neque gustaveris, neque contrectaveris* [88], finem habent: quæ vero ad carnis petulantiam servituti addicendam adhibetur, hanc diligit Deus, quandoquidem sanctimoniam per carnis afflictionem perficit. Nec tamen per se satis est alimentorum abstinentia ad commendandum jejunium: sed etiam conjungenda est reliqua vitæ ratio in sermonibus, in colloquiis, et in eo con-

A οὐ καύσει ἐν τῇ αἰωνίᾳ (27) κατοικήσει, διὰ τὸ μὴ ἐπικομίζεσθαι ὕλην πῦρ ἀνάπτουσαν, ξύλα, χόρτον, καλάμην. Καὶ βάσταγμα οὐκ ἀρεῖ ὁ μὴ ἔχων τὸ βαρὺ φορτίον τῆς ἀνομίας αὐτῷ ἐπικείμενον, ἀλλ' ὄντως Σάββατα τρυφερὰ ἀναπαύσεται.

nullo peccati pondere sibi impendente prægravatur,

31. Ἀντὶ δὲ τῆς μεγάλης ἡμέρας οἱ λοιποὶ ἐκδεδώκασι, κλητήν. Ὁ μέντοι (28) Θεοδοτίων, Κλητὴν ἐπίκλητον οὐκ ἀνέχομαι· ὁ δὲ Σύμμαχος, Κλητὴν ἐπικλησιν οὐκ ἀνέξομαι. Ὅθεν λογιζόμεθα μὴ μίαν ἐξαίρετον μεγάλην εἰρῆσθαι· ἀλλὰ πᾶσαν τὴν προαγορευθεῖσαν (29) κλητήν. Περὶ γὰρ τῶν ἀζύμων φησὶν, Ἡ πρώτη ἐπίκλητος, ὅτι ἁγία ἔσται ὑμῖν· καὶ, Ἡ ἡμέρα ἡ ἑβδόμη κλητὴ ἁγία ἔσται ὑμῖν· καὶ, Τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ τῶν νέων, ὅταν B προσφέρητε θυσίαν τῶν ἑβδομάδων, ἐπίκλητος ἁγία ἔσται ὑμῖν· καὶ πάλιν, Τῇ δεκάτῃ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς τούτου, ἐπίκλητος ἁγία ἔσται ὑμῖν. Ἔοικεν οὖν διὰ μιᾶς φωνῆς πολλὰς παραιτεῖσθαι ἡμέρας τὰς τῷ αὐτῷ ὀνόμαρι κεχρημένας, καὶ σχεδὸν πάσας τὰς ἐπισήμους ἑορτὰς ἐν τῷ νόμῳ. Ταύτας οὖν παραιτούμενος, ποίαν (30) δέχεται; Περὶ ἧς εἴρηται· Τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην, ἣν οὐχὶ ὁ αἰσθητὸς οὗτος ἥλιος ποιήσει, ἀλλ' ἀνατολὴ τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου καταφωτίσει, ἥτις μία ἔσται καὶ διηνεκὴς, διάδοχον νύκτα μὴ ἔχουσα, ἀλλὰ τῷ αἰῶνι παντὶ συμπαρεκτεινομένη. Ἀληθῶς μὲν οὖν καὶ κυρίως μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνη. Ὁ δὲ σωματικὸς Ἰουδαῖος ἐν ταύταις ζητεῖ (31) τὴν μεγάλην, περὶ ὧν ὁ μακάριος Ἰακὼβ ἀπεφήνατο, ὅτι C μικραὶ καὶ πονηραί εἰσι. Τέσσαρες δέ εἰσι τῶν μνημονευθέντων διαφοραί· τὰ μέν ἐστι μάταια, τῶν γινομένων Ἰουδαϊκῶς· τὰ δὲ βδελυκτά· τα δὲ οὐκ ἀνεκτά· τέταρτόν (32) ἐστι τὰ μισητά· ἐν οἷς καὶ ἡ νηστεία ἐστὶ τῶν Ἰουδαίων. Ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων εἶναι μέν τι τὸ ἀπόβλητον, εἶναι δέ τι τὸ εὐπρόσδεκτον τῷ Θεῷ ἐκδείκνυτο· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς νηστείας. Τὴν μὲν πρὸς ἐπίδειξιν γινομένην ἀποχὴν τῶν βρωμάτων, ἐν τῷ, Μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ (33), μηδὲ θίγῃς, τὸ τέλος ἔχειν, μισεῖ ἡ ψυχὴ τοῦ Κυρίου· τὴν δὲ ἐπὶ τῷ δουλαγωγῆσαι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς παραλαμβανομένην ἀγαπᾷ, διά τοῦ ὑπωπιασμοῦ τῆς σαρκὸς τὸν ἁγιασμὸν κατορθοῦσαν. Οὐκ ἐξαρκεῖ δὲ καθ' ἑαυτὴν ἡ ἀποχὴ τῶν βρωμάτων πρὸς τὸ ἐπαινετὴν ποιῆσαι τὴν νηστείαν· ἀλλὰ δεῖ καὶ τὴν D λοιπὴν ἀγωγὴν προσεῖναι (34), ἔτ τε λόγοις καὶ ἀνα-

[82] Num. XXVIII, 18. [83] ibid. 25. [84] ibid. 26. [85] Num. XXIX, 7. [86] Joel II, 31. [87] Gen. XLVII, 9. [88] Coloss. II, 21.

(27) Reg. secundus et Colb. primus, ἐν τῇ αἰωνίᾳ καὶ οἰκείᾳ, *in æterna et propria habitatione*.

(28) Sic quinque mss. Editi vero, μὲν γάρ. Mox mss., οὐκ ἀνέχομαι. Nostra editio Paris., οὖν ἀνέχομαι. Lege Ducæum.

(29) Codices quatuor πᾶσαν αὐτὴν προσαγ. Reg. tertius, ἀλλὰ πᾶσι τὴν προσαγ.

(30) Uterque Combefisii codex cum duobus aliis, ποίαν. Editi cum duobus aliis mss., πολας.

(31) Codices sex, ζητεῖ. Editi vero, ἐπιζητεῖ Ibidem quatuor mss., περὶ ὧν ὁ. Alii duo mss. et editi, περὶ οὗ ὁ. Haud longe uterque codex Combef. et alii quatuor, τῶν μνημόνευθέντων. Editi, τῶν προμνημονευθέντων.

(32) Editi, τέταρτον δέ, Abest δέ a sex mss. Mox iidem illi sex mss., ὥσπερ οὖν καί. Editi, ὥσπερ γὰρ καί.

(33) Illud, μηδὲ γεύσῃ, in prius editis desiderabatur. Ibidem mss., ἔχειν. Editi, ἔχει. Subinde quatuor mss., διὰ τοῦ ὑπωπιασμοῦ. Alii duo mss. et editi, διὰ τὸν ὑπωπιασμόν.

(34) Codices nonnulli, προσιέναι. Alii cum editis, προσεῖναι.

στροφαῖς, καὶ τῇ πρὸς τοὺς ὠφελεῖν δυναμένους συνουσίᾳ· ὥστε τὸ κατὰ τὰ βρώματα παρακολούθημα εἶναι τῆς ἀσκήσεως. Τὰ πολλὰ μὲν οὖν κατὰ νοῦν ἐνεργοῦντος τοῦ σπουδαίου, καὶ περὶ τὴν τῆς ἀληθείας θήραν ἐσχολακότος, ὀλιγάκις δὲ πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς σαρκὸς καταβαίνοντος, εἶτα μετὰ τὸ λειτουργῆσαι τὰ ἀναγκαῖα τῷ σώματι, ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἀπραγματεύτως διαιτώμενον, εὐθὺς ἀποπηδῶντος τῆς ἀσχολίας τῶν ἀνωφελῶν, καὶ εἰς τὴν προηγουμένην ἑαυτοῦ ζωὴν ἀνατρέχοντος. Ἡ γὰρ τοιαύτη ἀγωγὴ πᾶσαν ἀφορμὴν, δι' ἧς τρέφεται τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἐξαίρει, ὡς μηκέτι καταδυναστεύειν τοῦ πνεύματος, μηδὲ ποιεῖν τὰ οἰκεῖα ἔργα τὴν σάρκα, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακήν. Νεκρώσαντες (35) οὖν ἑαυτῶν τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ διὰ λόγων ἐπιπληκτικῶν καταστελλόντων τὰ πάθη, καὶ διὰ τῆς ἀποχῆς τῶν βρωμάτων νηστεύσωμεν νηστείαν δεκτὴν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ (36). Ἔστι μὲν οὖν καὶ ἡ ἀποχὴ τῶν βρωμάτων κωλυτικὴ τῶν κατὰ γαστέρα ὀρέξεων, καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα. Καὶ ὁ φιλόπονος δὲ χρησίμως τούτοις ἐνδιατρίψει, ἔχων ὑπόδειγμα (37) τὸν Ἠλίου βίον, τὸν Μωσέως, τὸν Δανιὴλ, τὸν Ἰωάννου, καὶ τὸν τῶν λοιπῶν ἁγίων, Ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, οἳ περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι. Ἀλλ' οὔπω τὸ ἐν ἀποχῇ βρωμάτων εὔτονον, ἱκανὸν εἰς τελείωσιν, ἐὰν μὴ καὶ ἡ ψυχὴ ἐν παντελεῖ ἀποχῇ τῶν τρεφόντων κακίαν ὑπάρχῃ. Ὥσπερ γὰρ διπλοῦς ὁ ἄνθρωπος, ἐκ ψυχῆς συνεστὼς καὶ σώματος· οὕτω καὶ αἱ τροφαὶ διπλαῖ, κατάλληλοι τῇ ἑκατέρου συστάσει τυγχάνουσαι, εὐτονώτερον πρὸς τὰς οἰκείας ἐνεργείας ἀποτελοῦσι τὸ (38) τρεφόμενον. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς γυμναστικοῖς αἱ ἀθλητικαὶ τροφαὶ μετὰ τῶν καταλλήλων γυμνασίων τοῖς σώμασι προσαγόμεναι, ὅσον κατακρατοῦνται ὑπὸ τῆς τῶν τρεφομένων δυνάμεως, τοσοῦτον εἰς εὐεξίαν μείζονα τὸ σῶμα ἐξαίρουσι, καὶ μροσθήκη αὐτοῦ γινόμεναι διὰ τοῦ (39) εἰς τὴν τοῦ σώματος ἀναλαμβάνεσθαι σύστασιν. οὕτω καὶ ἐν τῇ τῆς εὐσεβείας ἀσκήσει τὰ τῆς πίστεως δόγματα, καὶ οἱ διορθωτικοὶ λόγοι τῶν ἠθῶν, συνεχῶς προσαγόμενοι τῇ ψυχῇ, καὶ ταῖς κατὰ μικρὸν αὐτὴν προσθήκαις αὔξοντες, δυνατωτέραν αὐτὴν καὶ φιλοπονωτέραν εἰς τὸ μειζόνων καὶ τελειοτέρων τῶν ἐν δόγμασι διδαγμάτων ἐπορέγεσθαι παρασκευάζουσιν.

gressu, qui cum his qui prodesse possunt habetur; ita ut hæc ciborum abstinentia pium vitæ genus comitetur. Itaque viri probi est multa in mente versare, atque veritati indagandæ operam dare, et raro ad carnis curam descendere; deinde postquam corpori subministravit necessaria vilibus alimentis nullo negotio parandis vescens; repentino a rerum inutilium occupatione sese subtrahit, et ad pristinum vitæ genus occurrit. Etenim hoc vitæ genus occasionem omnem e medio tollit, qua carnis **405** nutriatur petulantia: adeo ut non amplius in spiritum exerceat tyrannidem, neque caro opera sibi propria perficiat, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam [89]. Nostra igitur ipsorum membra quæ sunt super terram, mortificantes, perque sermones objurgatorios qui cupiditates coerceant, ac per ciborum abstinentiam, jejunemus jejunium Domino acceptum gratumque. Enimvero ventris et rerum venerearum appetentiam refrenat ciborum abstinentia. Porro qui in tolerandis laboribus strenuus est, in his se utiliter exercebit, exemplum habens vitam Eliæ, Moysis, Danielis, Joannis, et reliquorum sanctorum, *Quibus non dignus erat mundus, qui circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti* [90]. Sed strenua alimentorum abstinentia haud satis est acquirendæ perfectioni, nisi anima ab his quæ malitiam nutriunt, prorsus abstineat. Quemadmodum enim duplex est homo, constans anima et corpore: ita et duplices sunt cibi, qui cum sint utriusque substantiæ alendæ accommodi, id quod his enutritur ad propria sua opera exserenda validius fortiusque efficiunt. Quemadmodum enim in exercitationibus gymnasticis athleticus victus inter idonea exercitia corporibus subministratus, quanto magis subigitur, tanto corpus ad præstantiorem ac vegetiorem evehit habitudinem, eique fit accessio, propterea quod in corporis substantiam transeat: ita et in pietatis exercitatione fidei dogmata, nec non sermones ad mores emendandos idonei, continuo animæ exhibiti, atque paulatim quibusdam incrementis ipsam augentes, robustiorem eam et in subeundis laboribus magis alacrem reddunt; ut majorem perfectioremque dogmatum doctrinam comparet.

32. Ἀπὸ τῆς οὖν (40) ἐν τῷ κρυπτῷ νηστείας φυλακτέον ἡμῖν, τῆς κατὰ δικαίαν κρίσιν μισεῖσθαι λεγομένης ὑπὸ τοῦ Κυρίου, περὶ ἧς καὶ ὁ προφήτης ἀπεύχεται, λέγων· Οὐ λιμοκτονήσει Κύριος ψυχὰς

32. Itaque a jejunio quod in occulto est, cavendum nobis est, quod justo judicio dicitur a Domino odio haberi, quod et propheta deprecatur, dicens: *Non interficiet fame Dominus animas justorum* [91].

[89] Coloss. III, 5. [90] Hebr. XI, 37, 38. [91] Prov. X, 3.

(35) Editi, νεκρώσαντα. At quinque mss., νεκρώσαντες.

(36) Ubi legimus in editione Paris., τῷ Θεῷ. legitur in mss., τῷ Κυρίῳ.

(37) Editi, ὑπογραμμόν. At regii primus et tertius et alii tres uti in contextu.

(38) Ita quatuor mss. Editi vero et Reg. tertius, τόν *Illum hominem magis alacrem efficiunt*. Scriptura utraque admitti potest.

(39) Ita sex mss. At editi, τό, sensu non dissimili. Aliquanto post duo mss., οἱ ὀρθωτικοί.

(40) Ἀπὸ τῆς οὖν, etc. Hoc est, *Cavendum a jejunio interioris hominis, a jejunio verbi divini totiusque cœlestis doctrinæ*: qua de inedia scriptor mox disserebat.

Siquidem non de corporali fame loquitur (alioqui dixisset, corpora justorum), sed de animarum inedia. *Non* enim *interficiet fame animas justorum:* alioquin hoc pacto in beatorum vita futura esset contrarietas, quandoquidem Paulus in his de quibus gloriatur id enumerat: *In jejuniis sæpe*[92]; item illud: *In fame et siti*[93]. Famem autem a justis deprecatur. Verum singula hæc præstat juxta sublimiorem inediæ intelligentiam interpretari. Ejusmodi est et illud: *Non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem*[94]. Meminimus enim Eliæ, qui a Sidonide petivit panem[95]: quin et semen Jacobi in Ægypto panes quærebat. Quod si vitaverimus abjectam et humilem intelligentiam, jam evanescet ea quæ in verborum repugnantia sita est ineptia. Ejusmodi igitur jejunia jejunabant Judæi, fa e enecantes interiorem suum hominem, quod ad ipsos pervenisset comminatio illa, quæ dicit: **406** *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et inducam super terram hanc famem: non famem panis, neque sitim aquæ; sed famem audiendi verbum Domini*[96]. Itaque jejunia odisse se dicit Dominus, eorum, qui animum suum conficiunt quidem tabe præ salutarium ac vivificantium documentorum inedia: sed pinguefaciunt præter modum saginantque exteriorem hominem. Quemadmodum enim in libræ momento, quando lanx altera deorsum vergit, ea quæ huic obversa est, attollitur: pari ratione in homine id ipsum fieri quivis advertere potest. Cum enim pinguescit caro, contingit mentem fieri quodam modo infirmiorem; extenuari vero sæpenumero carnem, dum mens iterum bona habitudine gaudet. Et id ipsum est quod ait Apostolus, quod, tantum corrumpitur exterior homo, tantum renovatur interior[97]. Item illud: *Quando infirmor, tunc potens sum*[98]. Nam fuliginosæ quædam exhalationes ex copioso et pingui alimento emissæ, densæ nubis instar infusam animæ a Spiritu sancto illustrationem intercipiunt. Quocirca et Moyses ad Dei contemplationem monte ascendens, quadraginta dies a cibo potuque perseveranter abstinuit; quippe qui statuisset ut princeps animæ suæ facultas perturbationis omnis expers persisteret. Similiter Elias. Deum quæsiturus, æquali temporis intervallo escas fastidivit, ne qua menti a cibis offunderetur caligo. At e contrario Dominus ex mortuis resurgens, et ad cœlos rediens, cibos degustavit, suscitati corporis naturam astruens: cum autem ex indulgentia sese accommodaret

A δικαίων (41). Οὐ γὰρ περὶ τοῦ σωματικοῦ λιμοῦ λέγει (ἦ γὰρ ἂν εἶπε, σώματα δικαίων), ἀλλὰ περὶ τοῦ ψυχικοῦ Οὐ γὰρ λιμοκτονήσει ψυχὰς δικαίων. οὕτω δ' ἂν καὶ ἐναντίωμα ἦν πρὸς (42) τὸν. τῶν μακαρίων βίον, εἴπερ Παῦλος μὲν ἐν τοῖς καυχήμασιν ἀριθμεῖ τὸ, Ἐν νηστείαις πολλάκις, καὶ τὸ, Ἐν λιμῷ καὶ δίψει. Τὸν δὲ λιμὸν ἀπεύχεται τοῖς δικαίοις. Ἀλλὰ βέλτιων τούτων ἕκαστον κατὰ τὸν ὑψηλότερον περὶ ἐνδείας νοῦν ἐξακούειν. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, Οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον, οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους. Μεμνήμεθα γὰρ Ἠλίου ζητήσαντος ἄρτον παρὰ τῆς Σιδωνίας, ἀλλὰ καὶ τὸ σπέρμα Ἰακὼβ, τοῦ δικαίου, ἄρτους ἐζήτει (43) εἰς Αἴγυπτον. Ἐὰν δὲ φύγωμεν τὴν ταπεινὴν ἔννοιαν, καὶ ἡ ἐν τοῖς ἐναντιώμασιν ἀτοπία συνδιαλυθήσεται. Ταύτας οὖν ἐνήστευον τὰς νηστείας B οἱ Ἰουδαῖοι, λιμοκτονοῦντες ἑαυτῶν τὸν ἔσω ἄνθρωπον, διὰ τὸ φθάσαι ἐπ' αὐτοὺς τὴν λέγουσαν ἀπειλὴν, ὅτι Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ ἐπάξω (44) ἐπὶ τὴν γῆν ταύτην λιμὸν, οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου. Ταύτας οὖν τὰς νηστείας μισεῖν λέγει ὁ Κύριος (45), τῶν ἐκτηκόντων μὲν ἑαυτῶν τὸν νοῦν ἐν ἀτροφίᾳ τῶν σωτηρίων καὶ ζωοποιῶν διδαγμάτων, ὑπερπιαινόντων δὲ καὶ κατάσαρκούντων τὸν ἔξω ἄνθρωπον. Καὶ γὰρ ὥσπερ ἐν ζυγοῦ ῥοπῇ ὅταν βαρῆται τὸ ἕτερον, ἀνυψοῦται πως τὸ ἀντικείμενον· οὕτω καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου (46) συμβαῖνον ἴδοι τις ἄν. Σαρκὸς μὲν γὰρ πληθυνομένης, συμβαίνει τὸν νοῦν πως ἀσθενέστερον γίνεσθαι· τοῦ νοῦ δὲ πάλιν εὐεκτοῦντος, τὴν· σάρκα πολλάκις καταλε- C πτύνεσθαι. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ φησιν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι ὅσον ὁ ἔξω ἄνθρωπος διαφθείρεται (47), τοσοῦτον ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται· καὶ τὸ, Ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι. Τῆς γὰρ δαψιλοῦς καὶ παχείας τροφῆς αἰθαλώδεις τινὲς ἀναθυμιάσεις ἀναπεμπόμεναι, νεφέλης δίκην πυκνῆς τὰς ἀπὸ τοῦ ἁγίου (48) Πνεύματος ἐγγινομένας ἐλλάμψεις εἰς τὸν νοῦν διακόπτουσι. Διὸ καὶ Μωϋσῆς πρὸς θεωρίαν Θεοῦ ἀναβαίνων διὰ τοῦ νοῦ, ἄσιτος καὶ ἄποτος ἡμερῶν τεσσαράκοντα διετέλεσεν ἀθόλωτον διαμένειν αὐτῷ τὸ ἡγεμονικὸν διοικούμενος. Ἠλίας τε ὁμοίως, ὅτε ἔμελλεν ἐκζητεῖν τὸν Θεὸν, ἐν ἴσῳ χρόνῳ τῶν τροφῶν ὑπερεῖδεν, ὥστε μηδεμίαν τῷ νῷ γενέσθαι ἀπὸ (49) τῶν τροφῶν ἐπισκότησιν. Ὁ μέντοι Κύριος ἐναντίως ἀναστὰς μὲν ἀπὸ νεκρῶν, καὶ πρὸς D τοὺς οὐρανοὺς ἐπανιὼν, τροφῆς ἥψατο, τὴν φύσιν τοῦ σώματος τοῦ ἀνισταμένου πιστούμενος· συγκα-

[92] II Cor. xi, 27. [93] ibid. [94] Psal. xxxvi, 25. [95] III Reg. xvii, 11. [96] Amos viii, 11. [97] II Cor. iv, 16. [98] II Cor. xii, 10.

(41) Sic Reg. secundus cum Colb. itidem secundo. Uterque Combefisii codex et Reg. quartus cum LXX, ψυχὴν δικαίαν, *animam justam*. Editi, ψυχὴν δικαίων. Idcirco autem edendum curavimus, ψυχὰς δικαίων quod statim ita in omnibus mss. constanter legatur: quippe verisimile nobis fit, scriptorem utroque loco modo eodem locutum fuisse.

(42) Sic mss. At editi, δὲ ἂν καὶ ἐναντίωμα Πρός, etc. Mox Colb. secundus, ἀπαριθμεῖ. Reg. secundus, ἀπαριθμεῖται. Conatur scriptor Paulum et Salomonem inter se conciliare, qui, si de eadem fame sermonem haberetn, pugnantia loquerentur.

(43) Sic quinque mss. Editi vero, ἐζήτησεν.

(44) Ita quinquemss. At editi, ἐπάγω.

(45) Editi cum tribus mss., ὁ Κύριος. Alii tres, ὁ Θεός.

(46) Ita Reg. secundus. Supple, τοῦτο. Ibidem editi et reliqui mss., ἀντικείμενον. Σαρκὸς μέν, etc.

(47) In duobus mss. legitur, φθείρεται.

(48) Deest ἁγίου in aliquibus mss. Ibidem sex mss., ἐγγινομένας ἐλλάμψεις. Editi, γινομένας.

(49) Sic mss. aliquot. Deest ἀπό in editis.

ταβαίνων δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἐνήστευσε, δεικνὺς ὅτι τῷ μέλλοντι πρὸς τοὺς ἀγῶνας τῶν πειρασμῶν ἀποδύεσθαι ἀναγκαία ἡ ἄσκησις. Οἱονεὶ γὰρ παιδοτριβεῖ πρὸς τὴν νίκην ὁ τοῦ σώματος ὑπωπιασμός. Οὐχ οὕτω μέντοι χρηστέον τῇ σαρκὶ, ὥστε παραλῦσαι αὐτῆς τὸν φυσικὸν τόνον διὰ τὴν ἔνδειαν (50), οὐδὲ εἰς παντελῆ ἀπραξίαν, ἤπου καὶ ἀπαρακολουθησίαν, τὸν νοῦν ὑπὸ τῆς ἄγαν ἐκλύσεως ἐκβιάσασθαι.

33. Ἐπειδὴ δὲ ἐκελεύσθημεν, παρόντος τοῦ νυμφίου, μὴ νηστεύειν τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου νηστείαν, ὡς μὴ τρεφομένων τῷ ἄρτῳ τῷ ἐξ οὐρανοῦ καταβάντι, καὶ ἀποστρεφομένων τὴν βρῶσιν τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου, ζωῆς οὖσαν αἰτίαν, μὴν τοιαύτην νηστείαν μισεῖν ὁ Κύριος λέγει. Ἐν τῶν μισουμένων ἐστὶν ὑπὸ Κυρίου καὶ ἡ ἀργία, ἀπραξία τις οὖσα τῶν καθηκόντων. Καὶ ἔοικέ γε πάσης ἑορτῆς ἑπακολούθημα ἡ ἀργία, διὰ τὸ ταῖς κλητοῖς προσκεῖσθαι τὸ, Ἡμῶν ἔργον λατρευτὸν οὐ ποιήσετε· καὶ διὰ τὸ ἐν ταῖς ἑορταῖς σχολὴν ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν βίον ἄγοντας πᾶσαν ἀτοπίαν ἐπιτελεῖν, δικαίως μισητὴν ἀργίαν ἄγειν ἐλέγοντο. Πῶς δὲ οὐ μισητὸν ἡ ἀργία, μύρμηκος καὶ μελίσσης χείρονα ποιοῦσα τὸν ἄνθρωπον, ὅς γε καὶ ἐξ ἀρχῆς πλασθεὶς, ἐτέθη εἰς τὸν παράδεισον ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν αὐτόν; Ὥστε τὸ πρῶτον καὶ οἰκειότατον τῷ ἀνθρώπῳ (51), ἡ περὶ τὰ ἔργα σπουδὴ, καὶ οἱονεὶ παρὰ φύσιν αὐτῷ ἡ ἀργία, ἣν μισεῖν εἶπεν ὁ Κύριος. Ἀλλὰ πῶς ἡμᾶς ἀργεῖν βούλεται; Μὴ ἐργαζομένους τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην· μὴ ὀφθαλμοὺς αἴρειν ἐπὶ τὰ μάταια· μὴ ἀκοὴν ματαίαν τοῖς ὠσὶ παραδέχεσθαι· τὰς χεῖρας ἀποστέλλεσθαι ἀπὸ δώρων· μὴ ὀξεῖς ἔχειν τοὺς πόδας ἐκχέαι αἷμα, καὶ πάσας ἑνὶ λόγῳ τὰς σπουδὰς τὰς περὶ τὸ σῶμα μὴ ἐνεργεῖν.

A hominibus, jejunabat, ut hanc exercitationem ei necessarium esse ostenderet, qui ad agones tentationum sustinendos esset sese exuturus. Enimvero ad victoriam nos veluti erudit corporis afflictatio. Attamen non ita utendum est carne, ut propter inediam naturalis ejus vigor frangatur; neque per nimiam debilitatem eo adigenda, ut prorsus iners evadat, aut mentem assectari non possit.

A *abscondimini in terra a facie timoris Domini, et a gloria fortitudinis ejus: cum surrexerit ad conterendam terram.* Altera hæc est ad domum Jacob adhortatio, quæ ipsam ad id quod conducibile est invitat. Quemadmodum enim dixerat (VERS. 3, 5): *Venite et ascendamus in montem Domini: Venite, et ambulemus lumine Domini:* ita etiam nunc, *Ingredimini in petras, et abscondimini in terra a facie timoris Domini.* Num quis ita Scripturam calumniatur, 438 ut ab ea aliquibus existimet dari consilium de capienda fuga a facie timoris Domini, ut sese in petrarum concavis abscondant? Sed inquit, *Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es* [22]. Et rursus Dominus, *Si absconditi fuerint in Carmelo, illinc assumam illos. Si fugerint in mare, illic mandabo draconi, et mordebit eos* [23] Qua igitur ratione consilium dedit, ut petram ceu tutamen a facie timoris Domini objectarent? Sed fortasse unum hunc esse modum liberationis malorum quæ in superioribus enumerata sunt, ut ingrediantur in integumentum petræ, hoc est, in fidei quæ in Christo est soliditatem [24]. Ubi collocatus est Moyses Deum visurus [25]; illo, inquit, *Ingredimini et abscondimini in terra,* hoc est, sepelite vosipsi. Quid ita? Ut per baptisma una cum ipsa sepulti [26], ac commortui, in novitate vitæ ambuletis, mortui peccato. Porro quæ de petra in Scriptura occurrunt, in unum collige, quo tibi locus hic fiat clarior et explanatior. *In petra exaltasti me* [27]. Et de petra bibebat populus [28]; quia etiam de petra habebat mel [29]. C Atque Psaltes ait: *Petra refugium leporibus* [30]. Pura aqua ad satietatem usque eis data est: sed et petra dura oleum, quo inungebantur, juxta Moysis canticum [31], ministrabat. Itaque, si introieritis in petram, poteritis a timore Domini declinare, cum surget ad conterendam terram: cum terrena est e medio sublaturus, eumque aboliturus, qui ex pulvere ac luto est, ut ei qui spiritualis est, vitam expeditam et omni impedimento solutam præstet. Opus est igitur ut ipsius resurrectionem cum gloria et fortitudine cunjunctum assequamur, atque hoc modo curam nostri ipsorum suscipiamus.

86. Οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ὑψηλοὶ, ὁ δὲ ἄνθρωπος ταπεινός. Ἵνα μὴ νομίσῃς σωματικήν τινα

86. VERS. 11. *Nam oculi Domini sublimes, homo autem humilis.* Ne corporeum quemdam a Deo seces-

[22] Psal. CXXXVII, 7, 8. [23] Amos IX, 3. [24] Colos. II, 5. [25] Exod. XXXIII, 22. [26] Rom. VI, 4. [27] Psal. LX, 3. [28] Num. XX, 11. [29] Deut XXXII, 13; Psal. LXXX, 17. [30] Psal. CIII, 18. [31] Deut. XXXII, 13.

(88) Ita quinque mss; nec aliter scripsere LXX interpretes. Editi et Reg. primus, τήν.

(89) Editi et mss. multi, δήξεται. Exemplar vero Anglicum et Reg. primus, δέξεται, *suscipiet*, corrupte. Codex autem Fr. 1, δείξεται, *ostendet*, non rectius. Librarios vocis similitudine deceptos esse, nemo, opinor, non videt.

(90) Editi, λέγῃ. At sex mss., λέγει.

(91) Ita unus codex Combef. et quatuor alii. Nostra editio Paris. et Reg. primus, συναγάγεται, gravi mendo.

(92) Viri doctissimi, Ducæus et Combefisius, non parum ponunt operæ ac studii in hoc loco explicando: sed cum nos hunc Commentarium tanti non faciamus, lectiones varias adnotasse satis habebimus. Qui volent, eorum libros adire poterunt. Igi- D tur uterque Colb. et Duc. libri H. et H., τὸ καθαρὸν πρὸς κόρον. ubi notes velim in Colb. secundo manum quidem altera, sed antiqua tamen, additum esse ὑδωρ post καθαρόν· quam vocem in nostra interpretatione expressimus. Exemplar Anglicum et Reg. quartus, τῷ καθαρῷ προσκορόν, unico vocabulo. Reg. tertius, τῷ καθαρῷ πρὸς κόρον. Editi denique et Reg. primus, τῷ καθαρῷ πρόσκαιρον· quod ita interpretatus est Tilmannus: *Ei inquam, qui purus est opportunum suffugium.*

(93) Alii mss., Κυρίου· alii cum editis, Θεοῦ.

(94) Editi et duo mss., ἔχειν· sed ratus quispiam vocem ἔχειν huic loco non convenire, in Colb. primo secunda manu, pro ἔχειν scripsit, εἶναι. At Regii primus, tertius et quartus, παρέχειν.

sum suaderi putares, adjecit illud : *Oculi Domini sublimes, homo autem humilis.* Nihil eorum quæ infra geruntur, latet eum, qui e sublimi despectat, cum sub ejus aspectum veniant omnia, nihilque Illius oculis tenebras offendat. *Humilis autem homo* ; qui vel se ipse pro nihilo ducit, cum se divinæ majestati comparat, vel qui arrogantem superbientemque spiritum deposuit per modestiam, vel tandem qui per peccatum a pristina sua celsitudine se ipsum dejecit. *Et humiliabitur altitudo hominum.* In superioribus suam humiliabat celsitudinem homo, ac reprehensione erat dignus : siquidem *Incurvavit se homo, et humiliatus est vir.* Hic vero humilitas est perutilis. Cum enim vanus deponitur fastus, cumque ab elatione et a superba celsitudine, necnon a vana de se existimatione ad proprium meritum et conditionem reditur, hæc est **439** humilitas laudabilis. Nam, si confugerint quipiam ad petram, ac sperantes resurrecturos se cum Christo, in terra corpus suum sibi subdant, altitudines ab insipientia natæ concidunt, præcepsque ruit vana sua de se ipsis opinio : vera autem testificatio celsitudinis Deo soli ab ipsis defertur.

87. *Et exaltabitur Dominus solus in die illa.* Veluti ad notam diem, et quæ in confesso sit apud omnes, Scriptura nos remittit. *In die illa*, nempe dierum omnium ultima, quam neque nox intercidit, neque tempus circumscribit : cui neque principium, neque finem lux corporea præbet, sed una est sui similis, immobilis, vespere carens, successioni haud obnoxia. Itaque *in die illa exaltabitur Dominus solus*, cum omnis superborum elatio ac fastus concidet. Cæterum omnem beatarum virtutum claritatem præstantissimus gloriæ illius splendor vincit et obscurat. Sive fuerit propheta, sive apostolus, sive fuerint sanctæ et cœlestes potestates ; ubi primum exsplenduerit vera illa celsitudo, omnia humilia et abjecta censebuntur. Idipsum quod dicitur tibi, quæso, finge ab exemplo quodam ex sæculi usu desumpto. Sit aliqua operariorum hominum civitas, qui ex opere quotidiano vix vitæ necessaria sibi comparent : sint rursus hic aliqui aliis supramodum pauperibus opulentiores, qui interim ab istis mendicis prædicentur beati, ac suspiciantur. Deinde rex quispiam in hanc adveniat civitatem, regum omnium ditissimus, qui multum habeat auri argentique, et multos lapides pretiosos, alios regali ornamento intectos alios ad ostentationem expositos. Sit vestium illius immensa quædam pulchritudo ac copia singularis. Superet numerum famulorum satellitumque turma : impensam faciat inenarrabilem. Ea sit camelorum et mulorum divitias sarcinasque exportantium multitudo, quæ numerari non possit.

A τὴν ἀπὸ Θεοῦ ἀναχώρησιν συμβουλεύειν, ἐπήγαγε τὸ, Οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ὑψηλοί, ὁ δὲ ἄνθρωπος ταπεινός. Τὸν ἐξ ὕψους ἀποσκοπεύοντα οὐδὲν τῶν κάτω λανθάνει, πάντων ὑπ' ὄψιν ὄντων, καὶ μηδενὸς ἐπισκοτοῦντος τοῖς ὀφθαλμοῖς. Ταπεινὸς δὲ ἄνθρωπος, ἢ ὁ τῇ συγκρίσει τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλοπρεπείας τὸ μηδὲν ἑαυτὸν λογιζόμενος· ἢ ὁ διὰ μετριοπάθειαν τὸ ἀλοζονικὸν ἀποθέμενος φρόνημα· ἢ ὁ διὰ τῆς ἁμαρτίας ἐκ τοῦ προτέρου ὕψους ἑαυτὸν καταῤῥίψας. Καὶ ταπεινωθήσεται τὸ ὕψος τῶν ἀνθρώπων. Ἐν τοῖς κατόπιν τὸ ὕψος ἐταπεινοῦτο, καὶ κατηγορίας ἄξιος ὁ ἄνθρωπος· Ἔκυψε γὰρ ἄνθρωπος, καὶ ἐταπεινώθη ἀνήρ. Ἐνταῦθα δὲ ὠφέλιμος ἡ ταπείνωσις. Ἡ γὰρ ἀπόθεσις τοῦ ματαίου φρονήματος, καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ ἐπάρματος καὶ ὕψους ἀλαζονικοῦ καὶ οἰήματος διακένου πρὸς τὴν οἰκείαν ἀξίαν ἐπάνοδος, ταπείνωσίς ἐστιν ἐπαινετή. Τῶν γὰρ προσφυγόντων (95) τῇ B πέτρᾳ, καὶ ἐν τῇ γῇ ἑαυτῶν ποιησάντων τὸ σῶμα ἐν ἐλπίδι τῆς μετὰ Χριστοῦ ἀναστάσεως, πίπτει μὲν τὰ ἐξ ἀλογίας ὑψώματα, καὶ ἡ περὶ ἑαυτῶν ὑπόληψις αὐτῶν ματαία· ἀναπέμπεται δὲ παρ' αὐτῶν μόνῳ τῷ Θεῷ ἡ ἀληθὴς μαρτυρία τοῦ ὕψους.

87. Καὶ ὑψωθήσεται Κύριος μόνος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Ὡς ἐπιγινωσκομένην ἡμέραν, καὶ ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένην ὁ λόγος ἡμᾶς ἀναπέμπει. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, τῇ ἐσχάτῃ πασῶν ἡμερῶν, ἣν οὔτε νὺξ διακόπτει ; οὐ χρόνος περιορίζει, οὐ σωματικὸν φῶς ἀρχὴν αὐτῇ παρέχει καὶ τέλος, ἀλλὰ μία ἐστὶν ὁμοία πρὸς ἑαυτὴν, ἀκίνητος, ἀνέσπερος, ἀδιάδεκτος. Ἐν οὖν τῇ ἡμέρᾳ (96) ἐκείνῃ ὑψωθήσεται Κύριος C μόνος· ὅτε πεσεῖται μὲν πᾶν ὑπερηφάνων φρόνημα· πᾶσα δὲ λαμπρότης τῶν μακαρίων δυνάμεων τῇ ὑπερβολῇ τῶν μαρμαρυγῶν τῆς δόξης ἐκείνης ἐναφανίζεται. Κἂν προφήτης ᾖ, κἂν ἀπόστολος, κἂν ἅγιαι δυνάμεις ὦσι καὶ ὑπερκόσμιοι· ἐκφανέντος τοῦ ἀληθινοῦ ὕψους, πάντα ταπεινὰ λογισθήσεται. Νόησόν μοι ἀπό τινος τῶν κατὰ τὸν βίον ὑποδείγματος τὸ λεγόμενον. Ἔστω τις πόλις χειροτεχνῶν ἀνδρῶν ἐν τῆς ἐφ' ἡμέραν (97) ἐργασίας μόλις τὰ ἀναγκαῖα τὰ πρὸς τὸν βίον ποριζομένων· εἶναι δέ τινας ἐνταῦθα τῶν καθ' ὑπερβολὴν πενήτων εὐπορωτέρους, μακαριζομένους τέως ὑπὸ ςῶν πτωχευόντων καὶ ἀποβλεπομένους· εἶτα ἐπιδημῆσαί τινα τῇ πόλει βασιλέα, πάντων βασιλέων πλουσιώτατον, πολὺν μὲν τὸν χρυσὸν ἔχοντα, πολὺν δὲ τὸν ἄργυρον, πολλοὺς δὲ λίθους, D τῶν πολυτιμήτων, τοὺς μὲν ἐν τῷ κόσμῳ τῷ βασιλικῷ ἐπικειμένους, ταὺς δὲ εἰς ἐπίδειξιν προβεβλημένους, ἐσθῆτός τι κάλλος καὶ πλῆθος (98) ἀμήχανον, οἰκετῶν καὶ δορυφόρων πλῆθος ἀριθμὸν ὑπερβαῖνον, διαπάνην ἀμύθητον, καμήλων καὶ ἡμιόνων ἀμύθητόν τι χρῆμα τὸν πλοῦτον σκευαγωγούντων, ἵππους χρυσῷ καὶ τάπησιν ἀλουργοῖς κατακεκοσμημένους, τοὺς

(95) Editi, προσφευγόντων. At mss. sex, προσφυγόντων.

(96) Editi, οὖν ἡμέρᾳ τῇ. At mss. sex uti in contextu. Ibidem tres mss., ὅτε πεσεῖται. Alii mss. cum editis, ὅτι.

(97) Editi, ἐκ της ἐφημερίου. Reg. tertius. ἐκ τῆ ἐφημέρας. Alii quatuor mss., ἀνδρῶν ἐφ' ἡμέραν. Reg. quartus ita, ut edidimus.

(98) Illud, καὶ πλῆθος, ex quatuor mss. addidimus. Aliquanto post sex mss., χρῆμα τὸν πλοῦτον σκευα. Editi, χρῆμα τῶν πλοῦτον σκευα. Id quod fortasse melius videri poterit.

μὲν ὑπηρετοῦντας, τοὺς δὲ προπομπεύοντας. Τί ἂν ἐπὶ τῇ τούτου (99) θέᾳ παθεῖν τὸν πτωχὸν δῆμον ἐκεῖνον, τὸν τέως τὰ μικρὰ θαυμάζοντα τοὺς ἑαυτῶν ὑπερέχοντας; οὐχὶ αἰσχυνθῆναι μὲν ἐπὶ τῇ οἰκείᾳ κρίσει, πάντων δὲ καταφρονῆσαι τῇ πρὸς τὸ ὑπερέχον συγκρίσει, μόνῳ δὲ δόξαν καὶ πλοῦτον τῷ ἀληθῶς πλουσίῳ προσμαρτυρεῖν; Οὕτω τοίνυν ὅσον ἀποκρύπτεται τὸ ὕψος καὶ τὸ μέγεθος τῆς σοφίας καὶ τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ, πολλὰ δόξει εἶναι τὰ ὑψηλὰ καὶ μεγάλα παρὰ τοῖς ἐν ἰσχάτῃ πτωχείᾳ καθεστηκόσιν. ἐπὰν δὲ ἐκφανῇ τὸ ὄντως σοφὸν. καὶ τὸ ἀληθινῶς δυνατὸν, οὐδεὶς οὔτε σοφὸς, οὔτε δυνατὸς (1) λογισθήσεται. Οὕτω ποτὲ καὶ Μωϋσῆς ἰσχνόφωνον καὶ βραδύγλωσσον ἑαυτὸν ὡμολόγει, ἐπειδὴ Θεοῦ λαλοῦντος πρὸς αὐτὸν ἤκουσε. Καὶ Ἀβραὰμ ὅτε Θεὸν εἶδεν, ἑαυτὸν (2) γῆν καὶ σποδὸν ὡμολόγει. Οὐδεὶς οὖν ἀξιούμενος ἐνορᾶν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητι καὶ σοίᾳ, δυνήσεται ἢ ἑαυτῷ ἢ ἄλλῳ σοφίαν ἢ δύναμιν μαρτυρῆσαι. Οἱ γὰρ ἅγιοι πάντες οἷον (3) φῶς εἰσι λυχνιαῖον ἐν μεσημβρίᾳ σταθηρᾷ ὑπεραυγαζόμενον τῷ ἡλίῳ. Διὰ τοῦτα ὑπερύψωθέσεται Κύριος μόνος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.

A Habeat equos auro stragulisque purpureis exornatos, quorum alii inserviant, alii vero pompæ præeant. Eo rege conspecto, quo affectu tangi putas inopem illum populum, cui hactenus fuerant admirationi ii qui se essent paulo præstantiores? Nonne existimas eum suo ipsius judicio confundendum esse ac pudore suffundendum? Annon ob institutam cum majoribus divitiis comparationem omnes parvi facturus est? Nonne ei soli qui vere dives est, gloriam et divitias suo testimonio est attributurus? Ad hunc igitur modum quandiu celsitudo ac magnitudo sapientiæ virtutisque Dei absconditur, multa iis qui in extrema 440 paupertate constituti sunt, videbuntur esse excelsa ac magna: sed simul atque vera sapientia, veraque potentia sese in conspectum dederit, nemo aut sapiens, aut potens reputabitur. B Ita et Moyses quondam cum Deum audisset ad se loquentem, hæsitantium linguæ ac loquendi tarditatem qua laborabat, confitebatur [32]. Quin et Abraham quando Deum vidit, se profitebatur terram esse ac cinerem [33]. Nemo igitur eo quod dignus habeatur qui videat Dei bonitatem ac sapientiam, aut sibi aut alteri sapientiam vel potentiam vindicare poterit. Sancti enim omnes quasi lumen sunt lucernarum in meridie ferventissima et clarissima: quod majori solis luce obtunditur ac superatur. Quamobrem supra modum *exaltabitur Dominus solus in die illa.*

88. Ἡμέρα γὰρ Κυρίου (4) ἐπὶ πάντα ὑβριστὴν καὶ ὑπερήφανον. Τάχα πρώτη ἁμαρτία ὕβρις καὶ ὑπερηφανία· εἴπερ ὁ διάβολος ἐξκβρίσας τῷ κόρῳ τῶν περὶ αὐτὸν ἀγαθῶν ἀπέστη Θεοῦ, καὶ συναπέστησεν ἑαυτῷ τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις, λέγων. Ἐπάνω τῶν ἄστρων θήσομαι τὸν θρόνον μου· καὶ καθιῶ ἐν ὄρει ὑψηλῷ ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ ὑψηλὰ τὰ C πρὸς βορρᾶν. Ἀναβήσομαι ἐπάνω τῶν νεφελῶν (5), ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ. Διὰ τοῦτο ἐντεῦθεν καὶ ἡ ἐκδίκησις ἄρχεται. Καὶ εἴ τις μέντοι τυφωθεὶς εἰς κρῖμα ἐμπέπτωκε τοῦ διαβόλου, μετὰ τοῦ ἀρχηγοῦ καὶ οἱονεὶ δημιουργοῦ τῆς ὑπερηφανίας καταδικασθήσεται· Κύριος γὰρ ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται. Ἔοικε καὶ ἀρχὴ τῆς ὑπερηφανίας ἡ ὕβρις εἶναι· Ὁ γὰρ διαπτύων τοὺς ἄλλους, καὶ (6) τὸ μηδὲν ἡγούμενος, ἀλλὰ τοὺς μὲν πτωχοὺς, τοὺς δὲ δυσγενεῖς, τοὺς δὲ ἀμαθεῖς ὑπολαμβάνων, ἐκ τῆς ὕβρεως ταύτης εἰς τὸ μόνον ἑαυτὸν οἴεσθαι εἶναι σοφὸν, συνετὸν, εὐγενῆ, πλούσιον, δυνατὸν ὑποφέρεται (7)· ἀρχὴν πρὸς τὸ ὑπερηφανεύεσθαι τὴν ὑπεροψίαν λαμβάνων. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὑπερηφανεύεσθαι, τὸ ὑπερφαίνεσθαι τῶν πολλῶν ἐπιχειρεῖν. Ἐν δὲ τῷ τοῦτο (8) ποιεῖν, ἐξουδενοῖ μὲν τὸν πλησίον, D

88. Vers. 12. *Dies enim Domini super omnem contumeliosum et superbum.* Fortassis primum peccatum contumelia fuit ac superbia: siquidem diabolus, bonorum quibus dotatus fuerat fastidio, contumeliosum se præbens descivit a Deo, secumque adversarias potestates adduxit ad defectionem, dicens: *Super astra ponam solium meum, et sedebo in monte excelso super montes excelsos, qui sunt ad aquilonem. Ascendam super nubes: ero similis Altissimo* [34]. Ea de causa illinc initium ducit vindicta. Enimvero, si quis fastu elatus ac tumens, in diaboli judicium inciderit, una cum principe et quasi superbiæ opifice condemnabitur: *Dominus enim superbis resistit* [35]. Videtur quodam modo contumelia origo esse superbiæ atque principium. Nam cæteros qui aspernatur, ac pro nihilo eos ducit, alios quidem egenos, alios vero ignobiles, alios autem inscios esse ratus, per hanc contumeliam eo devenit, ut se solum existimet esse sapientem, intelligentia præditum, nobilem, divitem, potentem: quippe superbiendi initium ex aliorum contemptu sumit. Conniti namque ut aliis plurimis videaris præstantior, hoc ipsum superbia est. Porro dum id efficit, nihili

[32] Exod. IV, 10. [33] Gen. XVIII, 27. [34] Isa. XIV, 13, 14. [35] I Petr. V, 5.

(99) Editi, τούτων. At sex mss., τούτου. Mox velim animadvertas illud, τὰ μικρά, locum occupare non suum: siquidem ante vocem ὑπερέχοντας poni debuerat. Alioquin enim ridicula ac falsa dicerentur, cum populus quemvis seipso præstantiorem non parum, sed valde admodum miraretur. Haud longe quinque mss., τῇ οἰκείᾳ. Editi et Reg. primus, τῇ ἰδίᾳ.

(1) Editi, δυνατός τις. Abest τις a nostris mss.

(2) Vocem ἑαυτόν e nostris mss. addidimus.

(3) Editi, οἱονεί. Sed variant libri veteres. Alii habent, οἷον· alii, ὡς. Statim mss. aliquot, μεσημβρίᾳ σταθερᾷ. Codex Fr. 1 cum editis, σταθηρᾷ.

(4) Editi et mss. nostri, Κυρίου. Sed apud LXX vox Σαοαὼθ additur, quæ quoque in Vulgata exprimitur: *Quia dies Domini exercituum super omnem superbum.*

(5) Editi, νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. Sed illud, τοῦ οὐρανοῦ, cum in nostris mss. et apud LXX non legatur, delevimus.

(6) Sic libri veteres. Editi vero, ἄλλους ο.

(7) Codex H., ὑπερφέρεται.

(8) Editi, ἐν δὲ τούτῳ, non recte. At mss. plerique omnes, ἐν δὲ τῷ τοῦτο, bene. Ibidem mss. nonnulli, ἐξουδενεῖ. Haud ita multo infra Reg. primus et editi, διὰ τοῦτο καὶ ἡ. At deest καὶ in reliquis mss.

quidem facit proximum, se ipsum vero jactat. Est insuper superbiæ origo contumelia, superbia itidem malus fons est, et origo superbiæ; superbia est contumeliæ fetus. Quapropter vindicta exercebitur in omnem contumeliosum et superbum. Siquidem peccata quæ quamdam inter se cognationem habent, pari ratione puniuntur. Inducet ergo vindictam ille Domini dies celeberrimus in omnem contumeliosum et superbum. Nos autem, qui sumus commiseratione digni, totu die in iis malis versantes, ne intelligimus quidem qualia sint mala, quæ sunt a nobis admissa: *Maledici regni Dei hæreditatem non accipient* [36]. Nos tamen maledicimus, atque inter conviciandum non animadvertimus verba isthæc quæ nunc profero, mihi esse in die Domini objicienda, meamque viam interseptura, atque instar muri futura esse, quem nemo transcendere potest. Quis nostrum se ipse supra modum non offert? quis proximum non aspernatur? Contumelia autem est quid majus quam maledicentia. Hæc enim duntaxat linguæ est dedecus et probrum; contumelia vero aliquid reipsa ad ignominiam eorum qui contumelia lacessuntur, molitur. Qui quidem elatus est, potest hodie, si velit, ad humilium abjectionem 441 descendere; periculum vero fuerit ei qui nunc humilis est, ne ad superborum elationem transferatur. Enimvero cum quis se credit ad humilitatis pertigisse apicem, id ipsum elati animi argumentum est, et præter modum efferri adversus eum qui in peccatis versari videtur, gravis est superbia, quam passus fuit adversus publicanum Pharisæus.

A ἑαυτὸν δὲ ἀποσεμνύνει. Καὶ ἔστιν ἡ ὕβρις ὑπερηφανίας ἀρχὴ, καὶ ἡ ὑπερηφανία κακὸν ἔγγονόν ἐστι τῆς ὕβρεως. Διὰ τοῦτο ἡ ἐκδίκησις ἐπὶ πάντα ὑβριστὴν καὶ ὑπερήφανον. Αἱ συγγενεῖς γὰρ ἁμαρτίαι ὁμοιοτρόπως κολάζονται. Ἐπάξει οὖν ἡ διαβόητος ἡμέρα τοῦ Κυρίου τὴν ἐκδίκησιν ἐπὶ πάντα ὑβριστὴν καὶ ὑπερήφανον. Ἡμεῖς δὲ οἱ ἐλεεινοὶ, πᾶσαν ἡμέραν ἐν τοῖς κακοῖς τούτοις στρεφόμενοι, οὐδὲ συνίεμεν ὁποῖα κακὰ ἁμαρτάνομεν· Λοίδοροι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. Καὶ ἡμεῖς λοιδοροῦμεν, ἐν αὐτῷ τῷ λοιδορεῖν μὴ συνιέντες, ὅτι ταῦτα ἃ νῦν ἀφίημι ῥήματα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἀντιστήσεταί μοι, καὶ διακόψει μου τὴν ὁδὸν, καὶ ὥσπερ τειχίον γενήσεται ὑπερβαθῆναι μὴ δυνάμενον. Τίς ἡμῶν ἑαυτὸν οὐχ ὑπεραίρει (9); τίς τὸν πλησίον οὐ διαπτύει; Ἡ δὲ ὕβρις πλέον τί ἐστι τῆς λοιδορίας. Ἡ μὲν γὰρ γλώσσης ἐστὶ μόνον ἀτιμία· ἡ δὲ ὕβρις καὶ τὴν διὰ τῶν ἔργων ἐπ' αἰσχύνῃ τῶν ὑβριζομένων ἐπίνοιαν ἔχει. Δυνατὸν μέντοι σήμερον βουληθέντι τῷ ὑψηλῷ κατελθεῖν εἰς τὴν τῶν ταπεινῶν ταπείνωσιν· καὶ τῷ νῦν μέντοι ταπεινῷ κίνδυνος ἀντιμεταστῆναι εἰς τὸ τῶν ὑπερηφάνων ὕψωμα. Αὐτὸ γὰρ τὸ ὑπολαβεῖν περὶ ἑαυτοῦ εἰς τὸ ἄκρον τῆς ταπεινώσεως ἐληλυθέναι, ὑψώματός ἐστιν ἀφορμὴ καὶ τὸ τοῦ σφόδρα δοκοῦντος ἐν ἁμαρτίαις εἶναι κατεπαρθῆναι, ὑπερηφανία δεινὴ, ἣν ἔπαθεν ὁ Φαρισαῖος κατὰ τοῦ τελώνου.

B

89. *Et super omnem excelsum et sublimem.* Vitio eidem excelsus obnoxius est atque sublimis, ut qui affectu tantummodo a contumelioso et superbo differat. Hic namque adversum cæteros contumeliam superbiamque adhibet; ille vero, etiam cum solus est, plus æquo se ipsum effert, animique vanitate se sustollit, ac erigit. Atque ut intelligas quis sit prorsus sublimis, tui ipsius reminiscere, qualis in juventutis tuæ vanitate fueris: si quando usquam dum solus tibi vacares, vitæ rationem ac studia attendisti; quam facile mentis cogitatione a principatu in principatum, a dominatu in dominatum concurreres, comparares divitias, domos extrueres, seponeres aurum et argentum, prædia colligeres, ex quibus singulis annis tot tantaque tibi redirent talenta, haberes famulos innumeros, artes omnis generis, proventus ex his emergentes, armenta equorum, ovillos greges boumque armenta, opes ex his provenientes, uxorem, liberos, ac eorum sobolem; afficeres amicos beneficiis: te de inimicis vindicares, principatum obtineres civitatum, deinde et gentium; ac tandem regnum occuparet. Vides quemadmodum ejusmodi animus præ levitate sua elatus sit et sublimis? Nusquam constitit, sed ultra id quod

89. Καὶ ἐπὶ πάντα ὑψηλὸν καὶ μετέωρον. Τῆς αὐτῆς κακίας ἐστὶ καὶ ὁ ὑψηλὸς καὶ μετάρσιος, διαφέρων πρὸς τὸν ὑβριστὴν καὶ ὑπερήφανον τῇ σχέσει μόνον. Ὁ μὲν γὰρ καθ' ἑτέρων τῇ ὕβρει καὶ τῇ ὑπερηφανίᾳ κέχρηται· ὁ δὲ, καὶ μόνος ὢν, ἑαυτὸν ὑπεραίρει, καὶ μετεωρίζει τῇ ματαιότητι τοῦ νοὸς, καὶ ἀνυψοῖ. Καὶ ἵνα μοι νοήσῃς τὸν ἀκριβῶς μετέωρον, ἀνάμνησον σεαυτὸν ἐν τῇ ματαιότητι τῆς νεότητός, σου, εἴ ποτε κατὰ σαυτὸν γενόμενος ἔλαβες ἔννοιαν τοῦ βίου, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων· πῶς εὐκόλως κατὰ τὴν φαντασίαν τοῦ νοῦ ἐπέδραμες ἀρχὰς ἐξ ἀρχῶν, δυναστείας ἐκ δυναστειῶν, πλοῦτον περιεβάλλου, οἰκίας ᾠκοδόμησας, χρυσὸν καὶ ἄργυρον (10) ἀπέθου, κτήσεις συνήγαγες, τόσα καὶ τόσα τάλαντα κατ' ἔτος προσκομιζούσας, οἰκέτας ἔσχες μυρίους, τέχνας παντοδαπὰς, τὰς ἐκ τούτων προσόδους, ἀγέλας ἵππων, ποίμνια καὶ βουκόλια, τὰ ἐκ τούτων χρήματα, γυναῖκα καὶ παῖδας, καὶ τούτων τὰ ἔκγονα (11), φίλους εὐεργέτησας, ἐχθροὺς ἠμύνω, ἥρξας πόλεων, εἶτα ἐθνῶν, τὸ τελευταῖον καὶ ἐβασίλευσας. Ὁρᾷς πῶς ὑπὸ κουφότητος ὁ τοιοῦτος νοῦς ὑψηλός ἐστι καὶ μετέωρος; Οὐδαμοῦ ἐστήρικται, ἀλλ' ὑπὲρ τὰ ἀδύνατα, ὑπὲρ τὴν φύσιν φέρεται. Ἀπειλεῖται εὖν καὶ τοῖς μετεώροις τὰ φοβερὰ τῆς ἡμέρας. Ἁμαρτία γάρ

C

D

[36] I Cor. VI, 10.

(9) Editi et duo mss., ὑπερέχει. Alii quatuor mss., ὑπεραίρει, rectius.

(10) Editi et Reg. primus ἀργύριον. Sed in aliis quinque mss. ἄργυρον legitur.

(11) Pro ἔκγονα aliquot mss. habent, ἔγγονα.

ἐστὶ, φησὶν, ὁ μετεωρισμός. Ἄκουε γὰρ τοῦ (12) Κυρίου λέγοντος· Καὶ μὴ μετεωρίζεσθε. Καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐν τοῖς κατορθώμασι ἀριθμεῖ τὸ μὴ μετεωρισθῆναι, μηδὲ ὑψωθῆναι. Κύριε γὰρ, φησὶν, οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου, οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου. Ἔστι μέντοι καὶ ἐπαινετῶς ὑψωθῆναι, ὅταν μὴ μικροπρεπὴς ᾖς, μηδὲ ταπεινὰ μεριμνῶν, ἀλλὰ διεγηγερμένος τὸ φρόνημα, καὶ τῷ ἀναστήματι τῆς ἀρετῆς ὑπὸ μεγαλοψυχίας καὶ μεγαλονοίας κεκοσμημένος. Τὸ τοιοῦτον ὕψος τῆς γνώμης ἀποδεκτὸν, τὸ ἀταπείνωτον ἐν θλίψεσι, τὸ ὑπερφρονοῦν τῶν ἐπὶ γῆς. Τοιοῦτος ὁ τὸ πολίτευμα ἔχων ἐν οὐρανοῖς, ὁ τὴν καρδίαν ἐπτερωμένην ἔχων εἰς τοὺς ἐκεῖ θησαυρούς. Καὶ ἔοικε τοῦτο τὸ ὕψος τῆς διανοίας, πρὸς τὴν ἐκ τοῦ τύφου ἔπαρσιν, τὴν αὐτὴν ἔχειν διαφορὰν (13), ἣν ἀληθινὴ εὐεξία πρὸς τὴν ἐξ ὀδέρου γινομένην τῆς σαρκὸς ἐπανάστασιν. Ὄγκωται μὲν γὰρ τὸ σῶμα, ἀλλ' ὕπουλόν ἐστι καὶ νοσεῖ.

A fieri potest, ultra naturæ conditionem fertur. Itaque quæ sunt in die illa formidanda, sublimibus interminatur. Nam, inquit, elatio, peccatum est. Audi enim Dominum dicentem : *Et nolite in sublime tolli* [37]. Et beatus David inter virtutes, et præclara facinora enumerat, si quis se in sublime non evehat neque sustollatur. *Domine* enim, inquit, *non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.* [38] Potes tamen laudabiliter exaltari, cum animum non despondes, neque vilia aut abjecta curas, sed experrecto animo et alacri, atque virtutis sublimitate per animi excelsitatem ac magnitudinem ornatus es. Talis animi elatio commendatur, si animus in afflictionibus non abjicitur, si terrena contemnuntur. Talis est, cujus est conversatio in cœlis, cujus cor thesauris illic reconditis inhiat. Porro idem videtur interesse discrimen inter hanc animi celsitudinem et superbiæ. B elationem, quod inter corporis habitudinem ac carnis tumorem ex aqua intercute pro fectum intercedit

Intumescit quidem ac turget corpus, sed subter ægrum est et morbosum.

90. Καὶ ἐπὶ πᾶσαν κέδρον τοῦ Λιβάνου τῶν ὑψηλῶν καὶ μετεώρων. Ποία κακία, φησὶ, τῆς κέδρου, ὅτι καὶ τὸ ταύτης ὑψηλὸν, ὅπερ ἐκ φύσεως αὐτῇ πρόσεστιν, εἰς ἐξέτασιν ἄγεται ; Διὰ τί δὲ ὅλως καὶ ταῖς ἐν τῷ Λιβάνῳ κέδροις ἀπειλεῖ τὴν ἡμέραν ὁ λόγος ; Ὅτι μὲν οὖν περὶ ἐμψύχων ὁ λόγος τῶν πεφυσιωμένων, καὶ μετὰ ἀναισθησίας ἐχόντων τὴν ἔπαρσιν, οὐδεὶς ἀντερεῖ. Ἀλλὰ διὰ τί κέδροι ; καὶ διὰ τί, τοῦ Λιβάνου ; Αἱ κέδροι φυτόν εἰσιν, ἀχρήστων καρπῶν οἱστικαὶ, εἰς (14) ὕψος μήκιστον αὐξανόμεναι, καὶ ἀεὶ ἐπιδιδοῦσαι κατὰ τὴν προσθήκην τοῦ χρόνου, οὔτε γηρῶσαι ῥᾳδίως, οὔτε εὐκόλως κατασηπόμενοι· ὁ δὲ Λίβανος ὄρος εἰδωλολατρείας τὸ παλαιὸν ἦν. Ἵνα C οὖν τὰς ἐκεῖ ἐμφιλοχωρούσας (15) ὀλεθρίους δυνάμεις ἐνδείξηται ἡμῖν, κέδρους ὠνόμασε τοῦ Λιβάνου τὰ ὑψώματα τῆς πονηρίας, τὰ ἐπαιρόμενα κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, περὶ ὧν καὶ ὁ ψαλμός φησιν, ὅτι Συντρίψει Κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου. Δύναται δὲ τὰ ἐν ἀνθρώποις ἀλαζονικὰ ἤθη ἄνευ εἰκῆς τινὸς ἀκολούθου πρὸς τὴν φυσίωσιν ἐπαιρόμενα διὰ τῶν κέδρων αἰνίσσεσθαι. Ἔστι γὰρ καὶ ἐν φυσιώσει ἡ πιθανή τις αἰτία τὴν ἔπαρσιν ἐμποιοῦσα, ἡ πάντη ἄλογος. Οἷον (16), φρονεῖ τις ἐφ' ἑαυτῷ δι' ἐγκράτειαν· φρονεῖ διὰ σωφροσύνην, φρονεῖ διὰ τὸ ἐν ταῖς προσευχαῖς ἐπίμονον· κακῶς μὲν ποιεῖ παρ' ὃ δεῖ φρονῶν, πλὴν ἀλλ' ἔχει ἀκολουθίαν τὸ ὕψωμα. Ὁ τοιοῦτος ὑψηλὸν μέν ἐστι φυτὸν, ἀλλ' ἔγκαρπον· ὁ δὲ ἄνευ ἐργασίας τινὸς ἀγαθῆς, D ἢ διὰ πλοῦτον, ἢ δι' εὐγένειαν, ἢ διὰ σώματος ἰσχὺν μετεωριζόμενος, κέδρος ἐστὶν, ἀκάρπῳ ζωῇ καὶ ἀν-

90. VERS. 13. *Et super omnes cedros Libani excelsas et sublimes.* Dixerit quispiam : Quodnam vitium inest cedro, ob quod et ipsius altitudo sibi a natura indita ad examen adducatur ? Cur etiam prorsus diem illam cedris Libani Scriptura comminatur ? Nemo it inficias quin sermo de anima **442** præditis habeatur, qui tument ac turgescunt, ac sensu expertes sese efferunt. Sed ecquid cedri ? et quam ob causam cedri Libani ? Cedri arbores sunt, quæ fructus usibus haud idoneos ferunt, crescuntque in amplissimam altitudinem, et pro temporis progressu semper augentur, vix senescunt, vixque putrescunt : Libanus autem olim mons erat idololatriæ. Itaque ut exitiosas potestates illic commorantes nobis indicaret, altitudines nequitiæ, adversus Dei scientiam se attollentes [39], cedros Libani nominavit, de quibus ait psalmus : *Confringet Dominus cedros Libani* [40]. Porro superba hominum ingenia citra ullam æquam rationem ad tumorem usque elata per cedros possunt significari. Enimvero etiam in animi tumore aut elatio gignitur ex speciosa aliqua causa, aut ratione nulla nititur. Exempli gratia, quispiam sibi nimium arrogat propter continentiam : seipse ob temperantiam effert, jactat se ob suam in precibus perseverantiam : plane perperam agit, dum præterquam quod decet, gloriatur : verumtamen rationem prætextumque habet elatio. Qui ejusmodi est, arbor quidem est excelsa, sed fructifera ; qui vero sine bono ullo opere sese extollit, puta, vel propter divitias, vel generis splen-

[37] Luc. XII, 29. [38] Psal. CXXX. 1. [39] II Cor. X, 5. [40] Psal. XXVIII, 5.

(12) Addita est e quibusdam mss. particula γάρ. Reg. primus, ἄκουσον, τοῦ.

(13) Ita nostri sex mss. At editi, ἔπαρσιν, διαφορὰν λαβεῖν. Statim tres mss., ἐξ ὑδέρου. Alii quidam mss. cum editis, ἐξ ὑδέρων. Subinde unus ms., ὀγκοῦται.

(14) Editi et tres mss., καρπῶν, αἱ καὶ εἰς, haud recte. Reg. tertius, καρπῶν εἰστικαὶ εἰς· quod quidem per se mendosum est, sed ita tamen, ut ad veram lectionem proxime accedat. Regii primus et quartus, καρπῶν οἱστικαί, *fructuum feraces*. optime.

(15) Editi et duo mss., φιλοχωρούσας. Alii quatuor, ἐμφιλοχωρούσας.

(16) Ita tres libri antiqui. Deest οἷον in editis et in aliis quibusdam mss.

dorem, vel ob corporis robur, cedrus est, cum de vita infructuosa et inutili superbiat. Jam vero cur adjunctum est, *Libani*? Quia sicut arbores in montibus fixæ alienam accipiunt altitudinem : ita qui obtendunt divitias aut potestatem, aut majorum gloriam, rebus nihil ad se pertinentibus ad præbendam suæ elationi occasionem abutuntur. Quin et laudantur cedri : *Saturabuntur ligna Domini, cedri Libani, quas plantavit* [41]. Imo ad dandam Deo gloriam ligna fructifera cedrique omnes admittuntur [42] ; ut ostendatur nihil esse suapte natura malum nihilque a Deo alienatum,sed singula ex se in causa esse cur a Deo aut abscedant, aut cum ipso conjungantur. Ideo et adhibitæ ad construendum templum cedri, ex Libano, uti historia docet, fuerant exportatæ, quod possit idololatria in sanctitatem transmutari. Quocirca modo quidem confringitur cedrus, cum a Libano non separatur: modo vero cum relicta vetustate, evadit digna cui sanctitas conferatur.Uno verbo animalium indoles, speciesque arborum ad variam mentis humanæ affectionem designandam assumuntur.

91. *Et super omnem arborem glandis Basan.* Arboris alius fit mentio, ut ostendat humanam vitam comminationis judicio fore obnoxiam.Nam indoles inhumana,inflexibilis,omnibus obnitens et adversa, ex communi more quercui **443** comparatur. Arbor autem illa fructum quidem affert, sed porcino esui idoneum. Quapropter nominavit ignominiæ arborem : siquidem Basan ad ignominiam denotandam usurpant. Quorum igitur gloria uberem ignominiæ fructum parit,etiam in illos dies Domini impinget. Quin et idololatriam vocari ignominiam deprehendimus, uti in tertio Regnorum libro Elias ad Achaab loquitur : *Et nunc mitte, et congrega ad me omnem Israel in montem Carmeli,et prophetas ignominiæ,et prophetas lucorum : quadringentos viros manducantes mensam Jezabet* [44].Quia igitur *Arbor omnis quæ non facit fructum bonum,exciditur,et in ignem mittitur.*[44],arboribus etiam ignominiæ,diem Domini tanquam horrendam et formidabilem interminatur

ονήτῳ ἐπαγαλλόμενος. Διὰ τί δὲ καὶ τοῦ Λιβάνου ; Ὅτι ὥσπερ τὰ ἐπὶ τῶν ὀρῶν πεπηγότα φυτὰ ὕψει ἀλλοτρίῳ συγκέχρηται, οὕτως οἱ πλοῦτον, ἢ δύναμιν, ἢ δόξαν προγόνων ὑποβαλλόμενοι, τοῖς κατ' οὐδὲν προσήκουσιν εἰς ἀφορμὴν τῆς οἰκείας ἐπάρσεως ἀποκέχρηνται. Εἰσὶ μέντοι καὶ ἐπαινούμεναι κέδροι· Χορτασθήσεται τὰ ξύλα τοῦ Κυρίου (17), αἱ κέδροι τοῦ Λιβάνου, ἃς ἐφύτευσε. Καὶ εἰς τὴν δοξολογίαν προαλαμβάνεται ξύλα καρποφόρα, καὶ πᾶσαι κέδροι· ἵνα δειχθῇ, ὅτι οὐδὲν τῇ φύσει πονηρὸν, οὐδὲ ἠλλοτριωμένον Θεοῦ, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἑαυτῶν αἰτίαν ἕκαστα ἢ ἀφίσταται ἀπὸ (18) Θεοῦ, ἢ προσοικειοῦται αὐτῷ. Διὰ τοῦτο καὶ αἱ εἰς κατασκευὴν τοῦ ναοῦ συντελέσασαι κέδροι ἐκ τοῦ Λιβάνου ἦσαν καταγεκομισμέναι (19), τῆς ἱστορίας παραδεικνυούσης, ὅτι δυνατὸν ἐξ εἰδωλολατρείας εἰς ἁγιασμὸν μεταβαλεῖν. Διὰ τοῦτο ποτὲ μὲν συντρίβεται κέδρος, ὅταν ἀχώριστος ᾖ τοῦ Λιβάνου· ποτὲ δὲ, ὅταν καταλιποῦσα τὰ ἀρχαῖα, ἀξία τοῦ ἁγιάζεσθαι γένηται. Καθόλου μέντοι καὶ τὰ τῶν ζώων ἤθη καὶ τὰ τῶν φυτῶν εἴδη εἰς τὸ ποικίλον τῆς προαιρέσεως τῶν ἀνθρώπων λαμβάνεται.

91. Καὶ ἐπὶ πᾶν δένδρον βαλάνου Βασάν. Ἄλλου φυτοῦ μνήμη, πρὸς ἔνδειξιν ἀνθρωπείου βίου ὑποπεσεῖν ἀπειλουμένου τῇ κρίσει. Τὰ γὰρ σκληρὰ ἤθη καὶ δύσεικτα ἀντιτύπως πρὸς πάντα καὶ ἀντιβατικῶς διακείμενα, καὶ ἡ κοινὴ συνήθεια δρυΐ παρεικάζει. Φέρει δὲ τὸ δένδρον τοῦτο καρπὸν, ἀλλὰ χοίρων τροφήν. Διὰ τοῦτο δένδρον αἰσχύνης ὠνόμασε· τὸ γὰρ Βασὰν εἰς τὴν αἰσχύνην μεταλαμβάνουσιν. Ὧν οὖν ἡ δόξα τῆς καρποφορίας αἰσχύνη ἐστὶ, καὶ ἐπὶ τούτοις (20) ἔσται ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου. Καὶ δὴ καὶ τὴν εἰδωλολατρείαν αἰσχύνην εὕρομεν λεγομένην, ὡς ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν Ἠλίας λέγει πρὸς τὸν Ἀχαάβ· Καὶ νῦν ἀπόστειλον καὶ συνάθροισον πρὸς μὲ πάντα Ἰσραὴλ εἰς ὄρος τὸ Καρμήλιον, καὶ τοὺς προφήτας τῆς αἰσχύνης, καὶ τοὺς προφήτας τῶν ἀλσῶν, τετρακοσίους ἄνδρας ἐσθίοντας τράπεζαν (21) Ἰεζάβελ. Ἐπεὶ οὖν Πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται, ἡ τοῦ Κυρίου ἡμέρα καὶ τοῖς

[41] Psal. CIII, 16. [42] Psal. CXLVIII, 7. [43] III Reg. XVIII, 19. [44] Matth. III, 10.

(17) Dissidere inter se hoc loco libros veteres notum est : nec mirum videri debet, si alius aliter legat.Ducæus codicum suorum H.et J.et Vulgatæ,atque Procopii auctoritate fretus,legi debere putat,ξύλα τοῦ πεδίου, *ligna campi :* sed reclamat Combefisius,aitque sibi videri potius legendum esse, ξύλα τοῦ Κυρίου, *ligna Domini*, ob fidem videlicet codicis F. 1, et psalmorum non paucorum, et exemplaris Hebraici. Præterea viro erudito licebat Symmachi, Hieronymi, Theodoreti, Regii tertii, Colbertini secundi, quintæ et sextæ editionis testimonium proferre ad idem ostendendum. Vicissim Ducæus opinionem suam auctoritate LXX interpretum Eusebiique et Regii quarti confirmare poterat.Nec illud silentio prætereundum, in Colbertino primo scriptum reperiri secunda et recenti manu, ξύλα τοῦ δρυμοῦ, *ligna memoris.* Hic quoque monere juvat, illa, ὁ Ἑβραῖος καὶ οἱ λοιποὶ, τοῦ Κυρίου. τεθείκασι, quæ apud Nobilium in modum scholii leguntur, ipsa esse verba antiquissimi interpretis Eusebii. Aquila et Theodotio, ut scribit Ducæus, utrumque amplexi sunt, ξύλα τοῦ πεδίου Κυρίου, *ligna campi Domini.* Nos nihil quidquam in contextu mutandum censuimus. Hoc ipso in loco uterque Colb. et duo Regii, ἐφύτευσας. Editi et Regii primus et tertius, ἐφύτευσεν.

(18) Ita uterque Colbertinus et Reg. secundus. Deest ἀπό in reliquis mss. et in excusis.

(19) Prior editio Paris. et quinque mss., κατακεκοσμημέναι, *exornatæ*, inepte. Posterior editio et Colb. secundus, κατακεκομισμέναι, *exportatæ*, apte : et ita legerat Tilmannus.

(20) Colb. secundus, τούτους. Haud longe aliquot mss., εὕραμεν λεγομένην.

(21) Illud loquendi genus, ἐσθίοντας τράπεζαν, *manducantes mensam*, Hebraismus est ; idemque valet, atque id quod Vulgata legitur, *comedunt de mensa.*

δένδροις τῆς αἰσχύνης ὡς φοβερὰ ἀπειλεῖται. Διὰ (22) τοῦτο καὶ ὁ βασιλεὺς τῆς Βασὰν Ὤγ προσηγόρευται. Ὤγ δὲ ἑρμηνεύεται διάφραξις· ὡς τῶν ἔργων τῆς αἰσχύνης τὴν ὁδὸν ἡμῖν τῆς σωτηρίας ἀποφρασσόντων. Πόρνοι γὰρ, καὶ μοιχοὶ, καὶ μαλακοὶ, καὶ ἀρσενοκοῖται, καὶ πάντες τῆς αἰσχύνης ἐργάται ὑπὸ τοῦ Ὤγ βασιλεύοντος, τοῦ τὴν ἀπὸ Θεοῦ διακοπὴν ἐνεργοῦντος· ὃν συντρίβει ὁ Κύριος ἐπ' ἐλευθερίᾳ τῶν κρατουμένων. Ἐξομολογεῖσθε γὰρ τῷ Κυρίῳ, ὅτι χρηστὸς, τῷ πατάξαντι βασιλεῖς μεγάλους, καὶ ἀποκτείναντι βασιλεῖς κραταιοὺς, τὸν Σηὼν καὶ τὸν Ὤγ.

A Scriptura. Quare et rex Basan Og appellatus est. Og autem interpretatur *obstructionem*, quod turpitudinis opera salutis nobis viam præcludant [48]. Scortatores enim, adulteri, molles, et qui concumbunt cum masculis, omnesque ignominiæ operarii Og ipsi eos a Deo præcidenti ac separanti, ceu regi subjiciuntur; quem conterit Dominus, ut ii, quibus dominatur, liberentur. *Confitemini enim Domino quoniam bonus qui percussit reges magnos, et occidit reges fortes, Seon et Og* [46].

92. Καὶ ἐπὶ πᾶν ὄρος, καὶ ἐπὶ πάντα βουνὸν, καὶ ἐπὶ πάντα πύργον ὑψηλόν. Ὥσπερ τὰ ὄρη πρὸς τοὺς βουνοὺς τὴν κατὰ μέγεθος ἔχει διαφορὰν, τῷ δὲ λοιπῷ τὰ αὐτὰ ἀλλήλοις ἐστίν· οὕτω καὶ αἱ (23) ἐναντίαι δυνάμεις τῇ μὲν προαιρέσει ἀλλήλαις ἐοίκασι, τῷ δὲ μεγέθει τῶν ἀδικημάτων διενηνόχασιν. Εἰκότως οὖν καὶ κατὰ τούτων ἡ (24) ἡμέρα Κυρίου Σαβαὼθ ἐνστήσεται. Τί δὲ βούλεται τὸ, Καὶ ἐπὶ πάντα πύργον; Ὁ πύργος ἐντὶν ὑψηλὸν σκοπευτήριον πρὸς φυλακὴν πόλεως, καὶ γνῶσιν ἐφόδων πολεμικῶν ἐπιτήδειον. Τοιοῦτος ἡμῖν δέδοται καὶ ὁ νοῦς, φυλακτικὸς τῶν ἀγαθῶν, προορατικὸς τῶν ἐπιβούλων. Τοῦτον οὐ χρὴ ἐν ἑαυτῷ οὐδὲ διὰ τῶν γηΐνων τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον πραγματεύεσθαι. Καταβαίνει γὰρ ὁ Κύριος πρὸς αὐτὸν κάτω πεσόντα διὰ τὸ φρόνημα, καὶ τὴν πρὸς τὸ κακὸν αὐτοῦ συμφωνίαν διασπᾷ ἐπ' εὐεργεσίᾳ καὶ σωτηρίᾳ. Περὶ τῆς τούτου οἰκοδομῆς κελεύει ἡμᾶς ὁ Κύριος καθίσαντας ψηφίσαι, εἰ ἔχομεν τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν, ὡς δηλοῖ αὐτὴ ἡ σύμφρασις τοῦ Εὐαγγελίου. Τὸν οὖν ὑψηλόφρονα νουν, καὶ ὑπέργκον, καὶ πάντας ἐξευτελίζοντα, καὶ ἑαυτὸν μακαρίζοντα φοβεῖσθαι ὁ λόγος τὴν ἡμέραν Κυρίου βούλεται. Καὶ ἐπὶ πᾶν τεῖχος ὑψηλόν. Πάλιν τεῖχος ἔρυμά ἐστι πρὸς φυλακὴν πόλεων πεποιημένον, καὶ τὰς προσβολὰς τῶν πολεμίων ἀποκρουόμενον· οὕτως εἰσί τινες καὶ λόγοι, οἱ μὲν ἐκ τῆς ἀληθείας αὐτῆς περικείμενοι ἡμῖν, τὸ ἀκαθαίρετον τῶν σωτηρίων δογμάτων διατηροῦντες· οἱ δὲ ἐκ τῆς ἔξωθεν ἐπινοίας πρὸς ὀχύρωσιν ψεύδους καὶ φυλακὴν ματαιότητος ἐπιτετηδευμένοι. Ἡ γὰρ τῆς διαλεκτικῆς δύναμις τεῖχός ἐστι τοῖς δόγμασιν, οὐκ ἐῶσα αὐτὰ εὐδιάρπαστα εἶναι καὶ εὐάλωτα τοῖς βουλομένοις. Διὰ τοῦτο τὰ μὲν τῆς Ἱερουσαλὴμ τείχη ἀνάγραπτά ἐστιν ἐπὶ τῶν χειρῶν τοῦ Κυρίου· τὰ δὲ Ἱεριχοῦντος ὑπὸ Ἰησοῦ καθαιρεῖται, φωνῇ μόνῃ διαλυόμενα. Ἄνω μὲν οὖν μόνα τὰ ὑψηλὰ κατηγορεῖται· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὰ ἰσχύν τινα μετὰ τοῦ ὄψους ἔχοντα· τὴν ἐν ταῖς ἀποδεικτικαῖς μεθόδοις πιθανότητα ἐπὶ πολὺ κραταιωθεῖσαν καὶ ὑψωθεῖσαν τεῖχος ὑψηλὸν τροπικῶς λέγοντος τοῦ προφήτου, καὶ

92. Vers. 14, 15. *Et super omnem montem, et super omnem collem, et super omnem turrim excelsam.* Quemadmodum montes a collibus magnitudine discrepant, sed in reliquis omnino inter se conveniunt: ita et contrariæ potestates proposito quidem et consilio sibi invicem sunt consimiles, sed scelerum magnitudine differunt. Merito igitur dies Domini Sabaoth illos invadet. Quid autem hoc sibi vult: *Et super omnem turrim?* Turris specula est eminens ad tuendam civitatem, et ad bellicos incursus cognoscendos accommodata. Mens quoque ejusmodi concessa nobis est, bonorum custos, et quæ insidiantes prospiciat ac deprehendat. Hunc neque per se neque per res terrenas ascensum ad cœlum moliri oportet. Ad ipsam enim ob fastum deorsum prolapsam descendit Dominus, ac beneficii et salutis ergo, hanc ipsius cum malo necessitudinem conspirationemque dissipat. Jubet de hujus ædificii fabrica Dominus, ut sedentes computemus, an ea quibus opus est ad perficiendum, habeamus, uti ipsum Evangelii consilium declarat [47]. Vult igitur Scriptura ut hanc Domini diem formidet ac metuat animus ille, qui de se alte sentit ac ultra modum intumescit, quique aspernatur omnes, et se ipse prædicat beatum. *Et super omnem murum excelsum.* Rursum murus septum est ac munimen ad custodiendas civitates, et ad hostiles impetus propulsandos exstructum: ita sunt et sermones quidam, quibus ab ipsa veritate præcingimur et munimur, qui vim salutarium dogmatum inexpugnabilem tuentur: alii vero ab externa astutia ad corroborandum 444mendacium et ad retinendam vanitatem magna cum diligentia sunt excogitati. Vis namque dialectices, dogmatum est murus, quæ ea a quibuslibet qui vellent, facile interverti, aut facile expugnari non sinit. Quapropter muri quidem Jerusalem manibus Domini descripti sunt [48]: at Jerichontinæ civitatis mœnia solo clamore diruta, a Jesu evertuntur [49]. Superius quidem ea sola quæ excelsa erant, reprehensa sunt; hic vero ea

[46] I Cor. VI, 10. [46] Psal. CXXXV, 1, 17-20. [47] Luc. XIV, 28. [48] Isa. XLIX, 16. [49] Jos. VI, 20.

(22) Editi, Καὶ διά. At deest καί in mss., nonnullis; nec dubium quin melius absit.

(23) Sic mss. aliquot. Vocula αἱ in editis desiderabatur. Mox quidam mss., ἀλλήλαις. Alii cum editis, ἀλλήλοις. Mox editi, ἀλλήλαις διενηνόχασιν. sed inde vocem ἀλλήλαις sustulimus, tum quod eo loco otiosa sit, tum quod in nostris sex mss. non reperiatur.

(24) Sic mss. nostri omnes. Aberat articulus ab editis. Statim quinque mss., ἐνστήσεται. Editi vero et Reg. primus, ἐκστήσεται. Subinde mss. nonnulli, φυλακὴν πόλεων.

etiam quæ aliquod robur celsitudini conjunctum nacta sunt, coarguuntur. Nimirum propheta vim persuadendi in argumentis demonstrativis sitam, tropice murum excelsum nuncupat, et eum in Domini die asseverat eversum iri.

93. VERS. 16. *Et super omnem navem maris.* Ænigmata sunt ad exercendam mentem nostram proposita, ut ne oscitanter audiamus Scripturam, neve animum in terram defigamus. Postquam de animo alta cogitante, nec de se demisse aut humiliter sentiente sermonem habuit, consequenter juxta idem allegoriæ genus etiam de corporibus loquitur. Non enim dies illa Domini inanimatis navibus formidabilis est et extimescenda, sed iis, qui per sua corpora in amaro hujus vitæ fluctu jactantur. Quemadmodum enim navigia onere degravata non nisi ægre vehi possunt, ac facile subeunt naufragium : ita et corpora quæ plurimis ac uberibus deliciis ad corpulentiam vergunt, per voluptatem voragini perditionis innatantia, maris naves appellantur. Vice versa collaudantur navigia, quibus utuntur qui ad operationem in aquis multis faciendam in mare descendunt [50], et de quibus in psalmo ad divinas laudes celebrandas composito dictum est : *Illic naves pertranseunt* [51]. Quæ enim naves mare trajiciunt, nec in eo permanent, nec fluctibus immerguntur, illæ laudantur : atque adeo qui in carne degunt, nec militant secundum carnem, sed hujus vitæ calcant fluctum, eoque superiores fiunt, operationem in aquis multis faciunt. Ejusmodi sunt quicunque se in hac vita demittunt, ut aliquos eorum qui in profundo demersi sunt, lucrentur. Quapropter Domini opera noverunt, ut qui operum Domini et rerum in profundo [52] admirationem moventium intelligentiam pro operationis mercede receperint. *Et super omnem aspectum pulchritudinis navium.* Audiant isthæc qui in ornando corpore studium ponunt, ac in his spectandis curiosius immorantur. Nec enim navium aspectus noxius est : sed noxia est corporis quod concupiscitur contemplatio. Erit igitur dies Domini super omnem aspectum pulchritudinis navium. Quamobrem qui viderit mulierem ad concupiscendum, in corde suo mœchatus est [53]. Quin et mulier quæ ideo se exornat, ut libidinosa incontinentium desideria ad se alliciat, jam in corde suo adulterium commisit.

445 94. VERS. 17. *Et humiliabitur omnis homo.* Hisce verbis Scriptura declaravit, omnia quæ antea allata sunt, in ænigmate et abscondite fuisse de hominibus dicta. Siquidem post contumeliosum et superbum, post excelsum et sublimem, post omnem cedrum Libani, post omnem arborem glandis

93. Καὶ ἐπὶ πᾶν πλοῖον θαλάσσης. Αἰνίγματά ἐστι πρὸς τὴν γυμνασίαν τοῦ νοῦ ἡμῶν προβεβλημένα, μὴ ἀργῶς ἀκούωμεν (25) τῆς Γραφῆς, ἵνα μὴ χαμαὶ τὸν νοῦν καταβάλωμεν. Εἰπὼν (26) περὶ τοῦ νοῦ τοῦ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντος, καὶ μὴ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγομένου, ἀκολούθως ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει τῆς ἐπικρύψεως καὶ περὶ σωμάτων διαλέγεται. Οὐ γὰρ φοβερὰ τοῖς ἀψύχοις πλοίοις ἡ τοῦ Κυρίου ἡμέρα, ἀλλὰ τοῖς διὰ τῶν σωμάτων ἐό τῷ ἁλμυρῷ κλύδωνι τοῦ βίου τούτου σαλευομένοις. Ὥσπερ γὰρ τὰ πλοῖα καταβαρυνόμενα τῷ φόρτῳ, δυσάγωγά ἐστι, καὶ εὔκολα πρὸς ναυάγιον· οὕτω καὶ τὰ σώματα, ὅσα πολλῇ καὶ δαψιλεῖ τῇ τρυφῇ (27) εἰς πολυσαρκίαν καταπεφόρτισται, διὰ φιληδονίαν, τῷ βυθῷ τῆς ἀπωλείας ἐπινηχόμενα, πλοῖα θαλάσσης λέγεται. Ἔστι μέντοι καὶ ἐπαινούμενα πλοῖα τὰ ὑπηρετοῦντα τοῖς καταβαίνουσιν εἰς τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῷ (28) ποιῆσαι ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς, καὶ περὶ ὧν ἐν τῷ ψαλμῷ τῆς δοξολογίας εἴρηται, ὅτι Ἐκεῖ πλοῖα διαπορεύονται. Τὰ γὰρ διαβαίνοντα τὴν θάλασσαν πλοῖα, ἀλλὰ μὴ ἐναπομένοντα αὐτῇ, μηδὲ καταβαπτιζόμενα τοῖς κύμασιν, ἐπαινεῖται· καὶ οἱ ἐν σαρκὶ δὲ ζῶντες, καὶ μὴ κατὰ σάρκα στρατευόμενοι, καταπατοῦντες τὸν κλύδωνα τοῦ βίου, καὶ ὑψηλότεροι αὐτοῦ ὄντες, ποιοῦσιν ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς· ὅσοι (29) συγκαταβαίνουσι τῷ βίῳ ἐπὶ τῷ κερδῆσαί τινας τῶν βεβυθισμένων. Διὰ τοῦτο εἴδοσαν τὰ ἔργα Κυρίου, μισθὸν τῆς ἐργασίας τὴν σύνεσιν τῶν ἔργων Κυρίου καὶ τῶν ἐν τῷ βυθῷ θαυμασίων λαμβάνοντες. Καὶ ἐπὶ πᾶσαν θέαν πλοίων κάλλους· Ἀκουέτωσαν οἱ περὶ τὸν καλλωπισμὸν τοῦ σώματος ἔχοντες, καὶ οἱ περὶ τὴν τούτων θέαν περιέργως ἐσχολακότες. Οὐ γὰρ ἡ τῶν πλοίων θέα βλαβερά· ἀλλ' ἡ πρὸς ἐπιθυμίαν τοῦ σώματος κατανόησις. Ἔσται οὖν ἡ ἡμέρα Κυρίου ἐπὶ πᾶσαν θέαν πλοίων κάλλους, διότι ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἐμοίχευσε· καὶ ἡ καλλωπιζομένη γυνὴ πρὸς τὸ τὰς ἐπιθυμίας ἐφ' ἑαυτὴν (30) τῶν ἀκολάστων κινῆσαι, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς ἤδη μεμοίχευται.

94. Καὶ ταπεινωθήσεται πᾶς ἄνθρωπος. Ἐκ τούτων ἔδειξεν ὁ λόγος, ὅτι τὰ προάγοντα πάντα ἐν αἰνίγματι καὶ περικεκαλυμμένως περὶ ἀνθρώπων εἴρητο (31). Μετὰ γὰρ τὸν ὑβριστὴν καὶ ὑπερήφανον, καὶ μετὰ τὸν ὑψηλὸν καὶ μετέωρον, μετὰ πᾶσαν κέδρον τοῦ Λιβάνου, μετὰ πᾶν δένδρον βαλάνου Βα-

[50] Psal. CVI, 23. [51] Psal. CIII, 26. [52] Psal. CVI, 24. [53] Matth. v, 28.

(25) Sic tres libri veteres. Alii tres, τοῦ μὴ ἀργῶς ἀκούειν. Nostra vero editio Paris., τοῦ μὴ ἀργῶς ἀκούομεν. ubi voculam, τοῦ, παρέλκειν constat. Reg. secundus, μὴ οὖν ἀργῶς.

(26) Particulam γάρ, quæ in excusis legitur, auctoritate quinque mss. delevimus.

(27) Notat Combefisius, interpretem legisse, τροφῇ, aitque eam scripturam sibi magis probari. Certe et nobis quoque magis placet : quoniam tamen scriptum invenimus in nostris mss., τρυφῇ, idcirco quidquam mutare in vulgatis noluimus.

(28) Editi, τό. At sex mss., τῷ.

(29) Pro ὅσοι scripsit Procopius, ὅτε id quod cuipiam fortasse rectius videri poterit.

(30) Alii mss., ἐφ' ἑαυτήν. Alii cum editis, ἐφ' ἑαυτῇ.

(31) Editi, εἴρηται. At sex mss., εἴρητο.

σὰν, μετὰ πάντα πύργον ὑψηλὸν, μετὰ πᾶν τεῖχος ὑψηλὸν, μετὰ πᾶσαν θέαν πλοίων κάλλους· τότε φησί· Ταπεινωθήσεται πᾶς ἄνθρωπος· τουτέστι πᾶσα ἰδέα τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν καταπεσεῖται. Εἰσήχθημεν δὲ ὥσπερ εἰς κοινὸν διδασκαλεῖον τὸν κόσμον (32) τοῦτον οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἐκελεύσθημεν, νοῦν τε λαβόντες, καὶ ὀφθαλμοὺς εἰς κατανόησιν ἔχοντες, οἷον ἀπὸ γραμμάτων τινῶν τῶν κατὰ τὴν οἰκονομίαν καὶ διοίκησιν τοῦ παντὸς τὸν Θεὸν ἀναγνῶναι· ἵνα οἱ θέλοντες περὶ τὴν τῆς ἀληθείας ζήτησιν κατασχολάζεσθαι, ἐξ ὧν εἰλήφασιν ἀφορμῶν, ἱκανῶς παρασκευάμενοι, καὶ τῇ πρόσωπον (33) πρὸς πρόσωπον θέας τῶν καλῶς ζητηθέντων ἀξιωθῶσιν, ἢ παραπολὺ τῆς ἀληθείας παρενεχθέντες, ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἐπὶ τῷ ψεύδει καταισχυνθῶσιν· Ὅτι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ ηὐχαρίστησαν. Τῶν μὲν γὰρ ἁγίων ὁ νοῦς οὐχ ὁρᾷ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀκούει τῆς κτίσεως τὰ περὶ δόξης Θεοῦ διηγουμένης· Οἱ οὐρανοὶ γὰρ (34), φησὶ, διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ. Οἱ δὲ τῶν φαινομένων πλέον μηδὲν συνιέντες. Ἐματαιώθησαν, καὶ ἐσεβάσθησαν, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα.

A Basan, post omnem turrim excelsam, post altum omnem murum, post omnem aspectum pulchritudinis navium, tum subjungit: *Humiliabitur omnis homo;* hoc est, omnis species malorum in hominibus decidet. Porro nos homines in mundum quasi in communem scholam sumus introducti, atque tum mente donati, tum oculos ad intelligendum habentes, Deum tanquam ex quibusdam litteris per dispensationem gubernationemque universi exaratis cognoscere jussi sumus: ut qui vellent veritatem indagare, iis quæ accepere subsidiis abunde instructi, digni fierent qui facie ad faciem res recte disquisitas contemplarentur; vel si longe a veritate aberrarent, coram ipsa veritate ob mendacium confunderentur: *Quoniam cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt*[54]. Mens enim sanctorum non videt modo, sed audit etiam creaturam ea quæ ad Dei gloriam pertinent edisserentem: *Cæli* enim, inquit, *enarrant gloriam Dei*[55]. Hi vero præter ea quæ ob oculos sunt posita, nihil intelligentes, *Vani facti sunt, et ea quæ condita sunt, Conditore præterito, venerati sunt ac coluerunt*[56].

95. Καὶ ὑψωθήσεται Κύριος μόνος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Φωτὸς ἀναφανέντος, ἀφανίζεται σκότος, καὶ ὑγείας παρούσης, τὰ ὀχληρὰ τῆς νόσου πέπαυται· καὶ ἀληθείας ἀποδειχθείσης, τοῦ ψεύδους ἡ φύσις ἐλέγχεται (35). Καὶ τοῦ ἀληθινῶς ὑψηλοῦ γνωρισθέντος, ὅσον ἐστὶν ὑπὲρ πάντα νοῦν ὑψηλὸν καὶ μετέωρον· καὶ πάσης τῆς ἀληθινῆς θεωρίας καταληφθείσης, τὸ πρότερον ὑψηλὰ καὶ μετέωρα (36) εὐκαταφρόνητα δόξει. Μόνῳ οὖν Θεῷ τὸ ἀληθινῶς ὑψηλὸν καὶ μέγα παρὰ πάσης λογικῆς φύσεως μαρτυρηθήσεται, τῶν τέως ἠπατημένων τὰς ἐπὶ τοῖς καθέκαστον ψευδοδοξίας ἀποθεμένων.

95. *Et exaltabitur Dominus solus in die illa.* Evanescunt tenebræ, luce exoriente: simulatque adest sanitas, desinunt morbi molestiæ: apparente quoque veritate mendacii natura arguitur. Itidem cum is qui vere excelsus est, omnemque intellectum excelsum ac sublimen superat, innotuerit, cumque apprehensa fuerit omnis vera contemplatio: quæ prius excelsa censebantur et sublimia, videbantur esse contemnenda. Itaque ubi primum ii qui hactenus fuerant decepti, falsas suas de rebus singulis opiniones deposuerint, natura omnis ratione prædita veram celsitudinem magnitudinemque Deo uni convenire testabitur.

96. Καὶ τὰ χειροποίητα πάντα κατακρύψουσιν, εἰσενέγκαντες εἰς τὰ σκήλαια, καὶ εἰς τὰς σχισμὰς τῶν πετρῶν, καὶ εἰς τὰς τρώγλας τῆς γῆς, ἀπὸ προσώπου τοῦ φόβου Κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ὅταν ἀναστῇ θραῦσαι τὴν γῆν. Ἐπειδὴ πολλάκις ἡ Γραφὴ ὁμοίως περί τε τῆς ἐν σαρκὶ ἐπιδημίας τοῦ Χριστοῦ, καὶ περὶ τῆς ἐν τῇ κρίσει διαλέγεται, καὶ περὶ τῶν δύο παρουσιῶν ἐπιπεπλεγμένως ἀπαγγέλλει ἐνίοτε· ἡγούμεθα τὰ νυνὶ ταῦτα περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως λέγεσθαι· εἰ καὶ ὅτι μηδὲ πρὸς τὰ μέλλοντα καὶ προσδοκώμενα ἀπῴδει τῶν προκειμένων ἡ ἔννοια. Μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίαν ἡ περὶ τὰ χειροποίητα σπουδὴ παρέῤῥιπται. Οὐκέτι μὲν ἀγαλματοποιοὶ σπουδάζον-

96. VERS. 18, 19. *Et manufacta omnia abscondent, inferentes in speluncas, et in scissuras petrarum, et in foramina terræ, a facie timoris Domini, et a gloria fortitudinis ejus, cum surrexerit ad percutiendum terram.* Quandoquidem Scriptura multis in locis pari ratione de Christi in carnem adventu, atque de eo quo ad judicium venturus est, sermonem facit, etiam nonnunquam de utroque adventu conjunctim loquitur: quæ nunc occurrunt, de assumpta humanitate dicta esse arbitramur, etiamsi eorum quæ proponuntur sensus non etiam alienus sit ab iis, quæ futura sunt ac sperantur. Enimvero post Christi adventum, studium quod ad manufacta conferebatur evanuit. Non jam in aliquo nu-

[54] Rom. I, 21. [55] Psal. XVIII, 1. [56] Rom. I, 22, 25.

(32) Editi, εἰσήλθομεν... εἰς τὸν κόσμον. At quinque mss. uti in contextu.

(33) Vocem πρόσωπον ex quinque mss. adjecimus.

(34) Rursus voculam γάρ addidimus, secuti fidem librorum quorumdam veterum.

(35) Editi et tres mss., πέπαυται.. ἐλέγχεται. Alii tres mss., νόσου ἐλέγχεται... φύσις γνωρίζεται. Aliquanto post, ubi legitur in editis et in aliquot mss., ὅσον ἐστὶν, Ducæus in codice F. Scriptum invenit, ὃς ἐστιν· quam scripturam tuentur quoque Regii tertius et quartus: nec dubium habemus quin auctor ita scripserit.

(36) Editi, μεγάλα. At nostri sex mss. μετέωρα in quorum tribus hoc tamen vitii est, quod inepte πρότερα legatur pro πρότερον.

mero ponuntur statuarii, et quæcunque antiquitus colebantur, **446** non jam ipsis par studium impertitur: sed in speluncas, cavernas, et abstrusissima loca dejecta sunt. Quæ enim eatenus delituerant in ignorantiæ tenebris, ea, luce exorta, viderunt, lignum videlicet tanquam lignum, et lapidem ut lapidem. Neque jam ex forma hisce rebus circumposita in errorem inducuntur, sed ex propria ipsarum natura eas agnoscunt. Nam Christi adventus qui universo orbi est salutaris, dæmonibus fuit terrori; et nunc loca adeo decantata ceu fallaciæ officinas dereliquerunt. Non amplius Delphi: non amplius oracula: atque conticescit quidem mulier fatidica: bibitur vero fons Castalius; et tamen qui bibunt, sanam retinent mentem, fugit Amphiaraus; Amphilocus nusquam apparet, abolitæ statuæ, sed et invisibiles potestates a facie timoris Domini et a gloria fortudinis ejus recessere. Ex quo crux nominatur, fugata idola sunt. Porro phantasmata eorum qui mendaciis, tum de Deo, tum de re quavis in quæstionem adducta excogitatis, fidem adhibent si cuilibet animæ fuerint insculpta, sunt etiam idola. Atque quandiu vis et explanatio veritatis non intelligetur, sua quisque figmenta veneratur, ac colit: posteaquam autem celsitudo et præstantia ejus qui plane verus ac verax est illuxerit, tunc sua quique dogmata ideo condemnantes, quod eorum animo fallaces species objectæ essent, jam mendacii imagines mente conceptas delere festinant, ipsas veluti in speluncis et foraminibus recondentes. Quippe jam ex hac ipsa vi et efficacia vident terribilem Dei et ad abolendas cunctas res corporeas, et veluti ad conterenda terrena virtutem ac fortitudinem; quod fit ut spiritalia manifestentur. Quin et oportet ipsam ejus qui terrestris est imaginem deleri, ut imago ejus qui cœlestis est videndam se præbeat. Itaque falsas de Deo opiniones qui habent, spiritalem quamdam in se ipsis idololatriam exsuscitantes, ea quæ non sunt, tanquam si essent, animo sibi fingunt; atque se ipsi obnoxios reddunt maledictioni, quæ dicit, *Maledictus omnis homo qui faciet sculptile et fusile, abominationem Domino, opus manuum artificis, et ponet illud in occulto*[57].

97. VERS. 20, 21. *Die enim illa ejiciet homo abominationes suas argenteas et aureas, quas fecerunt ad adorandum vana, et vespertiliones: ad intrandum in cavernas firmæ petræ, et in scissuras petrarum, a facie timoris Domini, a gloria fortitudinis ejus, cum surrexerit ad conterendam terram.* Recondi

A ται, οὐδὲ ὅσα ἦν ἐκ παλαιοῦ θεραπευόμενα τῆς ισης ἐπιτυγχάνει σπουδῆς, ἀλλ' ἐν σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς, καὶ τοῖς ἀφανεστάτοις παρερρίφη τόποις. Εἶδον γὰρ, τοῦ φωτὸς ἀναλάμψαντος, τὰ ἐν τῷ σκότει τῆς ἀγνοίας τέως διαλανθάνοντα, τὸ ξύλον ὡς ξύλον, καὶ τὸν λίθον ὡς λίθον· οὐκέτι ἐκ τοῦ περικειμένου χαρακτῆρος αὐτοῖς ἀπατώμενοι, ἀλλ' ἐκ τῆς ὑπαρχούσης φύσεως ἐπιγινώσκοντες. Φοβερὰ γὰρ δαίμοσιν ἡ σωτήριος τῷ κόσμῳ παντὶ τοῦ Χριστοῦ (37) ἐπιδημία· καὶ καταλελοίπασι νῦν τοὺς περιβοήτους τόπους, τὰ τῆς ἀπάτης ἐργαστήρια. Οὐκέτι Δελφοὶ, οὐκέτι τὰ χρηστήρια· καὶ σιωπᾷ μὲν ἡ πρόμαντις, πίνεται δὲ ἡ Κασταλία, καὶ σωφρονοῦσιν οἱ πίνοντες· φυγὰς ὁ Ἀμφιάραος (38)· ὁ Ἀμφίλοχος οὐδαμοῦ, καὶ τὰ ἀφιδρύματα ἐξηφάνισται· καὶ αἱ ἀόρατοι δυνάμεις ὑποκεχωρήκασιν ἀπὸ προσώπου τοῦ φόβου
B Κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. Ἀφ' οὗ ὀνομάζεται ὁ σταυρὸς, ἐφυγαδεύθη τὰ εἴδωλα. Εἴδωλα μέντοι ἐστὶ καὶ τὰ ἑκάστῃ τῇ ψυχῇ ἐντετυπωμένα (39) φαντάσματα τῶν τὰ ψευδῆ ὑπολαμβανόντων, εἴτε περὶ Θεοῦ, εἴτε περὶ οὑτινοσοῦν τῶν ζητουμένων. Καὶ ὅσον μὲν ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ τῆς ἀληθείας φανέρωσις οὐ νοεῖται, ἕκαστος περιέπει τὰ ἴδια ἀναπλάσματα· ἐπὰν δὲ τὸ ὕψος καὶ ἡ ὑπεροχὴ τοῦ ὄντως (40) ὄντος ἀληθοῦς ἐκφανῇ, τότε ἕκαστος τῶν ἰδίων δογμάτων κατεγνωκώς, ὡς ψευδῶς αὐτοῦ τῆς ψυχῆς φαντασιομένης, ἐξαφανίσαι σπουδάζει τὰ τοῦ ψεύδους νοήματα, οἱονεὶ σπηλαίοις καὶ τρώγλαις ἐγκατακρύψας αὐτά (41)· ὁρῶν λοιπὸν ἐκ τῆς ἐνεργείας αὐτῆς τὰ φοβερὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι, ἐπὶ τῷ ἐξαφανίσαι τὰ ὑλικὰ πάντα, καὶ οἱονεὶ θραῦσαι τὰ γήϊνα,
C ἵνα τὰ πνευματικὰ φανερωθῇ, καὶ δεῖ τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ ἐξαφανισθῆναι, ἵνα ἡ τοῦ ἐπουρανίου ἀναφανῇ. Ὥστε καὶ οἱ ψευδεῖς περὶ Θεοῦ ὑπολήψεις ἔχοντες, τινὰ νοητὴν εἰδωλολατρείαν εἰδωλοποιοῦντες ἐν ἑαυτοῖς, τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα ἔχουσι· καὶ ὑπόδικοι οὗτοι γίνονται (42) τῇ κατάρᾳ τῇ λεγούσῃ· Ἐπικατάρατος πᾶς ἄνθρωπός ὃς ποιήσει γλυπτὸν καὶ χωνευτὸν, βδέλυγμα Κυρίῳ, ἔργον χειρῶν τεχνίτου, καὶ θήσει αὐτοῦ ἐν ἀποκρύφῳ.

97. Τῇ γὰρ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐκβαλεῖ ἄνθρωπος τὰ βδελύγματα αὐτοῦ τὰ ἀργυρᾶ καὶ τὰ χρυσᾶ, ἃ ἐποίησαν προσκυνεῖν τοις ματαίοις, καὶ ταῖς νυκτερίσι· τοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὰς τρώγλας τῆς στερεᾶς πέτρας, καὶ εἰς τὰς σχισμὰς τῶν πετρῶν,
D ἀπὸ προσώπου τοῦ φόβου Κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς

[57]. Deut. XXVII, 15.

(37) Allii mss. cum editis, Χριστοῦ, alii, Κυρίου.

(38) Uterque Colb. et Reg. secundus, Ἀμφιάραος. Allii tres mss., Ἀμφιάρεως· quod idem esse nemo non videt; perinde ac si quis diceret usitate, λαός. aut Attice, λεώς. Editi, Ἀμφιάρεω.

(39) Ita sex mss. Editi vero simpliciter, τετυπωμένα.

(40) Ita quatuor mss. Præter unum Conbefisianum. Vox ὄντως in editis, deerat. Statim editi, ψεῦδος. At quinque mss., ψευδῶς.

(41) Editi. αὐτοῖς, gravi mendo. At quinque mss., αὐτά, emendate. Paulo post quinque mss., ἐνεργείας αὐτῆς. Editi, ταύτης.

(42) Vox γίνονται in nostris sex mss. desideratur: quorum in tribus pro οὗτοι legitur, αὐτοί. Statim editi et tres mss., πᾶς ἄνθρωπος· sed vox prior in aliis tribus mss. non invenitur, neque apud LXX.

δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ὅταν ἀναστῇ θραῦσαι τὴν γῆν. Ἐν τοῖς κατόπιν λόγοις κατακρύπτεσθαι ἐλέγετο τὰ εἴδωλα, νῦν δὲ ἐκβάλλεσθαι· διότι ἐπαισχυνθῆναι πρότερον δεῖ τῷ ψεύδει (43), εἶτα ἐκβάλλειν αὐτὸ ἐκ τῆς καρδίας. Ἐκβάλλει οὖν τὰ εἴδωλα τὰ ἀργυρᾶ ὁ τοὺς ἐν πάσῃ πιθανότητι κατασκευάζοντας τὸ ψεῦδος λόγους τῶν κρυπτῶν ἑαυτοῦ ἐξορίζων· καὶ τὰ χρυσᾶ, ὁ τοὺς ἐν τῇ διανοίᾳ περὶ τοῦ ψεύδους ἐγγινομένους (44) τύπους ἐξαφανίζων. Ταῖς δὲ νυκτερίσι προσκυνεῖ ὁ τὴν τῶν δαιμόνων δύναμιν συγγενῆ οὖσαν τῷ σκότει θεοποιῶν. Ἡ γὰρ νυκτερὶς ζῶόν ἐστι νυκτὶ φίλον καὶ σκότει ἐνδιαιτώμενον, αὐγὴν ἡλίου μὴ φέρον, ἐν ἐρημίαις φιλοχωροῦν. Τί δὲ οἱ δαίμονες; Οὐ τοιοῦτοι; ἐρημοποιοί, τὸ φῶς ἀποφεύγοντες τὸ ἀληθινὸν, τὸ τοῦ κόσμου παντός; Ἡ νυκτερὶς καὶ πτηνόν ἐστι, καὶ οὐκ ἐπτέρωται, ἀλλ' ὑμένι σαρκίνῳ διαπέταται τὸν ἀέρα. Τοιοῦτοι καὶ οἱ δαίμονες, ἀσώματοι μέν (45) εἰσιν, οὐκ ἐπτέρωνται δὲ τῷ θείῳ πόθῳ, ἀλλ' οἱονεὶ ἀπεσαρκωθησαν, ταῖς τῶν ὑλικῶν ἐπιθυμίαις προστετηκότες. Ἡ νυκτερὶς καὶ πτηνόν ἐστι καὶ τετράπορν, ἀλλ' οὔτε τοῖς ποσὶν ἀσφαλῶς ἐστήρικται, οὔτε τὴν πτῆσιν βεβαίαν ἔχει. Τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ δαίμονες, οὔτε ἄγγελοί εἰσιν, οὔτε ἄνθρωποι· τῶν μὲν τὴν ἀξίαν ἀπολέσαντες, τῶν δὲ τὴν φύσιν μὴ ἔχοντες (46). Καὶ ὀδόντας ἔχουσιν, ὅπερ οὐκ ἔχουσιν ὄρνιθες· ἀμυντικοὶ δὲ καὶ οἱ δαίμονες, ὅπερ οὐ ποιοῦσιν ἄγγελοι. Ἀλλὰ καὶ οὐκ ὠοτοκοῦσιν ὥσπερ οἱ ὄρνιθες, ἀλλ' εὐθὺς ζῶα τίκτουσι. Τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ δαίμονες, εὐθὺς καὶ σὺν πολλῷ τῷ τάχει τελεσιουργοῦντες τὴν πονηρίαν. Ὥστε οἱ δαίμοσι προσκυνοῦντες, νυκτερίσι τροπικῶς εἴρηνται προσκυνεῖν. Ὅταν δέ τις ἀποθῆται τὴν ματαιότητα τῶν εἰδώλων, καὶ παύσηται προσκονεῖν ταῖς νυκτερίσι, τότε ζητήσει εἰσελθεῖν εἰς τὰς τρώγλας τῆς στερεᾶς πέτρας, καὶ εἰς τὰς σχισμὰς τῶν πετρῶν. Οἶμαι, ὅτι τρῶγλαι αἱ πολλαὶ μοναί, αἱ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἑκάστῳ διῄρηνται· καὶ σχισμαὶ (47) πετρῶν, τὸ πάθος ἐστὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ· ᾧ οἱ σωζόμενοι προφυγεῖν καὶ ἐγκατακρυφθῆναι αὐτοῦ τῇ σκέπῃ εὔχονται.

98. Παύσασθε ἀπὸ ἀνθρώπου, ᾧ ἀναπνοὴ ἐν (48) μυκτῆρι αὐτοῦ· ὅτι ἐν τίνι ἐλογίσθη αὐτοῖς; Ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τῆς κοινῆς ἐκδόσεως οὐ κεῖται τοῦτο, ἀλλ' ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ κείμενον, ἐκ τῶν λοιπῶν μετεκομίσθη. Ὁ δὲ νοῦς τοιοῦτός ἐστι· Φείσασθε τοῦ ἀνθρώπου, προσπαλαίειν αὐτῷ, καὶ στρατεύεσθαι κατ' αὐτοῦ, ὃς τοιαύτης ἐστὶ κατασκευῆς οὕτως ἀσθενοῦς, ὥστε τὴν ζωτικὴν ἀναπνοὴν ἔχειν ἐν τῷ

A idola indicabat superior sententia, nunc vero ea ejici dicuntur. Nam prius oportet ob mendacium pudore affici, deinde id ex cordo ejicere. Itaque qui eos sermones eliminat, qui omni verisimilitudinis genere mendacium fallaciamque concinnabant, is ex occultis suis penetralibus idola argentea ejicit: at vero ablegat aurea, qui species mendacii animo informatas delet. Adorat autem vespertiliones, qui dæmonum potestatem 447 tenebris plane, cognatam et affinem pro Deo habet. Est enim vespertilio animal noctis amans, versans in tenebris, solis splendorem non ferens, et in desertis locis perlibenter inhabitans. Ecquid autem dæmones? Annon ejusmodi sunt? nonne vastitatis sunt opifices? cum veram totius mundi lucem aversentur? Vespertilio
B est et volueris, nec tamen pennis instructa est, sed membrana carnea per aerem volat. Ejusmodi sunt et dæmones, incorporales quidem, sed divini amoris pennis destituuntur: imo rerum carnalium desideriis dediti, veluti carnis naturam induerunt. Vespertilio et volatilis est et quadrupes; nec tamen pedibus tuto fulcitur, nec validi est volatus. Ejusmodi autem sunt et dæmones: neque angeli, neque homines sunt: illorum siquidem dignitatem amiserunt, horum vero natura non donantur. Quin et dentes habent vespertiliones, aves aliæ non item; dæmones etiam ad vindictam sunt parati, id non efficiunt angeli. Vespertiliones insuper avium ritu ova non edunt, sed statim pariunt animalia. Tales sunt et dæmones; actutum et cum plurima celeritate nequitiam perficiunt. Quare qui adorant dæ-
C mones, per metaphoram dicti sunt vespertiliones adorare. Sed ubi quispiam exuerit idolorum vanitatem, atque vespertiliones colere ac venerari desierit, tunc in foramina solidæ petræ et in scissuras petrarum ingredi studebit. Mansiones multas per petrarum foramina designari arbitror, quæ juxta fidei quæ in Christum est analogiam, singulis distribuuntur: at vero petrarum scissuræ passionem ipsius corporis denotant, ad quam qui salutem sunt consecuturi, confugere, seque sub ejus tegumento abscondere exoptant.

98. Vers. 22. *Quiescite ab homine, cui spiratio in nare ejus: quia in quo reputatus est ipsis?* In exemplaribus communis editionis minime apponuntur hæc verba: sed cum in Hebraico reperiantur,
D ex reliquis interpretibus huc translata sunt. Hic est autem sensus: Cavete ab homine, ne cum eo luctemini, ne adversus eum bellum inferatis, qui talis est constitutionis usque adeo infirmæ, ei ut sit in

(43) Ita sex mss., nec aliter scripsit Procopius, Editi vero, τὸ ψευδές.

(44) In aliquot mss. legitur, ἐγγενομένους.

(45) Vocula γάρ ante μέν additur in mss. nonnullis.

(46) Uterque Colb. et Reg. secundus, ἔχοντες, καὶ ἡμιόνοις παρεικάσθησαν, *Et multis comparati sunt*, seu, *similes facti sunt*: sed illa, καὶ ἡμιόνοις, παρεικάσθησαν, nihil esse nobis videntur nisi mera additamenta librariorum.

(47) Editi, σχίσμα. At nostri sex mss., σχισμαί.

(48) Editio nostra Paris., ἐν τῷ· sed præterquam quod nullus articulus in nostris mss, reperitur, editum oportuerat, ἐν τῷ. Hic, ut alibi non raro, reperias scitu digna in notis Ducæi. Ibidem Regii illi quos Ducæus contulit libri, cum aliis tribus, ἐν τίνι; per interrogationem.

mare vitalis respiratio, qua vel modice detenta, exsistere jam desinit. Itaque hisce virtutibus quas per translationem nominavit vespertiliones, præscribere videtur, ut deinceps ab iis quas hominibus struunt insidiis abstineant : qui infirmi quidem secundum carnem sunt, apud Deum vero inter eos qui honorabiles sunt recensentur : atque adeo eorum quæ ad ipsos spectant, nihil non disquisitum est.

μυκτῆρι, ἧς ἐπισχεθείσης μικρὸν, οὐκέτι ἐστίν. Ἔοικεν οὖν ταύταις προστάσσειν ταῖς δυνάμεσιν ἃς νυκτερίδας τροπικῶς ὠνόμασε, τοῦ ἀποσχέσθαι λοιπὸν τῆς ἐπιβουλῆς τῶν ἀνθρώπων· οἱ ἀσθενεῖς μέν εἰσι κατὰ τὴν σάρκα· ἐν τοῖς τιμίοις δέ εἰσι καταλελογισμένοι παρὰ Θεῷ, καὶ οὐδὲν ἀζήτητον τῶν κατ' αὐτούς.

CAPUT III.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

448 99. VERS. 1. *Ecce igitur Dominator Dominus Sabaoth auferet a Judæa et a Jerusalem validum et validum.* Postquam Judaicus populus improbum consilium iniit adversus Dominum : ipse ex infirmitate carnis ab eis crucifixus, vivens vero ex virtute Dei Patris [58], infirmitatem illis reliquit. *Moriemini* enim, inquit, *in peccatis vestris* [59]; nobis autem largitus est resurrectionis virtutem. *Qui* enim *credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet* [60]. Siquidem increduli præ sua erga crucem incredulitate infirmantur ; justi vero cum fiducia dicunt : *Omnia possum in eo qui me confortat* Christo [61]. Qui igitur non possidet Christum virtutem Dei, huic non inest robur. Quare auferet Dominus ab Jerusalem et Judæa validum et validam ; cujusmodi erat Sarra, robusta videlicet et tanti viri Abrahæ moderatrix, juxta præceptum Domini dicentis : *Omnia quæcunque dicet tibi Sarra, audi ipsam* [62]. Qualis erat Rebecca quæ hospitalitatis causa aquam hausit [63], fuitque robusta propter virtutem ; Debbora dux exercitus [64] : Jael quæ strenuam et fortem se ostendit [65] : Anna cujus preces sunt exauditæ [66] : Elisabeth quoque, quæ vaticinata est [67]. Neque robusti, neque robustæ jam reperiuntur. Atque infirmitatis subjuncta causa est, quod non sit apud ipsos robur panis et robur aquæ. Quemadmodum enim corpora nostra convenientibus alimentis roborantur : ita quiddam est etiam, quod pascit animam, eique vehemens in res bonas honestasque studium indit. Quid igitur hoc sibi vult? Id quod dixit Dominus : *Caro mea verus est cibus* ; *et sanguis meus, verus est potus* [68]. Quibus autem hæc non suppetunt, iis defit robur panis et robur aquæ. Ubi autem infirma alimenta, ibi eos qui his enutriuntur, consimiles effici necesse est.

99. Ἰδοὺ δὴ (49) ὁ Δεσπότης Κύριος Σαβαὼθ ἀφελεῖ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας καὶ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν. Μετὰ τὸ βουλεύσασθαι τὸν Ἰουδαϊκὸν λαὸν βουλὴν πονηρὰν κατὰ τοῦ Κυρίου, ὁ σταυρωθεὶς παρ' αὐτῶν ἐξ ἀσθενείας τῆς σαρκικῆς, ζήσας δὲ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ Πατρὸς, τὴν ἀσθένειαν ἐκείνοις ἐναφῆκεν (50). Ἐναποθανεῖσθε γὰρ, φησὶ, ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν· ἡμῖν δὲ τὸ δυνατὸν τῆς ἀναστάσεως ἐχαρίσατο. Ὁ γὰρ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῳ, ζήσεται. Οἱ μὲν γὰρ ἄπιστοι ἐνασθενοῦσι τῇ (51) διὰ τὸν σταυρὸν ἀπιστίᾳ· οἱ δὲ δίκαιοι μετὰ πεποιθήσεως λέγουσι· Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. Ὁ οὖν μὴ ἔχων τὸν Χριστὸν τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, τὴν ἰσχὺν οὐκ ἔχει. Διὰ τοῦτο ἀφελεῖ (51*) Κύριος ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ ἀπὸ Ἰουδαίας ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν, ὁποία ἦν Σάῤῥα, ἰσχύουσα καὶ ἄρχουσα τοῦ τηλικούτου Ἀβραὰμ, κατὰ πρόσταγμα τοῦ Κυρίου εἰπόντος, Πάντα ὅσα ἐρεῖ σοι Σάῤῥα, ἄκουε αὐτῆς. Ὁποία Ῥεβέκκα, διὰ φιλοξενίαν ἀντλουσα, καὶ ἐνισχύουσα διὰ τὴν ἀρετήν· Δεββῶρα στρατηγοῦσα· Ἰαὴλ ἀριστεύουσα (52)· Ἄννα εἰσακουομένη· καὶ Ἐλισάβετ προφητεύουσα. Οὐκένι ἰσχύοντες, οὐδὲ ἰσχύουσαι. Καὶ ἡ αἰτία τῆς ἀσθενείας ἐπῆκται· διὰ τὸ μὴ εἶναι παρ' αὐτοῖς ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος. Ὥσπερ γὰρ τὰ σώματα ἡμῶν ταῖς καταλλήλοις τροφαῖς ἐνδυναμοῦνται· οὕτως ἔστι τι καὶ τὸ τὴν ψυχὴν τρέφον, καὶ παρέχον αὐτῇ τὴν περὶ τὰ καλὰ εὐτονίαν. Τί οὖν ἐστι τοῦτο, ὃ εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι Ἡ σάρξ μου ἀληθής ἐστι βρῶσις (53), καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθής ἐστι πόσις; Οἷς δὲ ταῦτα μὴ πρόσεστιν, ἰσχὺς ἄρτου καὶ ἰσχὺς ὕδατος οὐχ ὑπάρχει. Ὅπου δὲ αἱ τροφαὶ ἀσθενεῖς, ἐκεῖ ἀνάγκη καὶ τοὺς τρεφομένους εἶναι τοιούτους.

100. Cæterum absit ut Ecclesia peccatis Jerusalem sit obnoxia, adeo ut ab ea auferatur qui potens sit in omni opere bono et sermone ad propugnandam veritatem idoneo ; qui itidem potens sit in jejuniis, potens in precationibus ; fortis in tenta-

100. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο παθεῖν τὴν Ἐκκλησίαν τὰ ἁμαρτήματα τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὥστε ἀφαιρεθῆναι αὐτῆς (54) ἰσχύοντα ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ καὶ λόγῳ τῷ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, ἰσχόδντα ἐν νηστείαις, ἰσχύοντα ἐν προσευχαῖς, ἰσχύοντα ἐν πειρασμοῖς, ἰσχύον-

[58] II Cor. XIII, 4. [59] Joan. VIII, 24. [60] Joan VI, 25. [61] Philipp. IV; 13. [62] Gen. XXI, 12, [63] Gen. XXIV, 19. [64] Judic. IV, 9 [65] ibid. 17. [66] I Reg. I, 20. [67] Luc. I, 42. [68] Joan. VI, 56.

(49) Titulus nullus in nostris mss. invenitur. Editi, δέ.. At mss., δή.

(50) Alii mss., ἐκείνοις ἐναφῆκεν. Alii, ἐκείνοις ἀφῆκεν. Editi, αὐτοῖς ἐναφῆκεν.

(51) Editi, τῇ διανοίᾳ. Sed præterquam quod vox διανοίᾳ in mss. non legitur, eam vocem prorsus redundare vel cæco apparet.

(51*) Partim habent mss., ἀφεῖλεν· partim ἀφελεῖ, et ita quoque in excusis legitur. Mox Reg. secundus, Ἰούδα, *et a Juda*.

(52) Uterque Colb. et Reg. secundus, ἄρχουσα, non ita recte.

(53) Ubi in editis βρῶμα legimus scriptum reperitur in quinque veteribus libris, βρῶσις.

(54) Ita sex mss. At editi, αὐτοῖς. Aliquanto post editi et tres mss., ἰσχύοντα ἐν πειρασμοῖς. Alii tres mss., ἐν πείρᾳ.

τα ἐν ὑπομονῇ, ἐν ταπεινοφροσύνῃ, ἐν τῷ κεφα- A
λαίῳ τῶν ἐντολῶν, τῇ ἀγάπῃ· ὁμοίως δὲ καὶ ἰσχύουσαν ἐν ἀφθαρσίᾳ, ἐν σεμνότητι, ἐν ἐλεημοσύνῃ, ἐν τῇ προσεδρίᾳ τῶν δεήσεων, ἐν τοῖς κόποις τῆς ἀγρυπνίας· μηδὲ τὴν τοῦ ἄρτου καὶ ὕδατος ἰσχὺν τῆς τροφιμωτάτης τοῦ λόγου δυνάμεως τὴν ἀφορμὴν ἀφαιρεθῆναι· ὡς ἐπέλιπεν Ἰουδαίους ἡ ἰσχὺς τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, καὶ κατάδιψοι λόγου τυγχάνουσιν, ἐπιθυμοῦντες λόγου (55) Θεοῦ, καὶ μὴ ἔχοντες. Ἀφεῖλε γὰρ Κύριος ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος. Ἔστι μὲν οὖν τις καὶ παρ' ἡμῖν τροφὴ, ἰσχὺν μὲν οὐκ ἐντιθεῖσα, ἀποθνήσκειν δε οὐκ ἐπιτρέπουσα· ὁποίαν Παῦλος τοῖς ἔτι νηπίοις ἐν Χριστῷ Κορινθίοις παρασκευάζει. Ἔστι δὲ καὶ λάχανα ἀσθενούντων τροφή· ἔστι δὲ καὶ τελείοις ἐπιτήδειον ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. Καὶ ἐάν ποτε ἀπορῇ Ἐκκλησία τῶν στερρὰ καὶ εὔτονα δόγματα καὶ πεπληρωμένα τοῦ θείου νοῦ παραδιδόντων, γνώρισμά ἐστι τοῦ ἀφαιρεῖσθαι (56) αὐτῆς τὴν ἰσχὺν τοῦ ἄρτου. Ἔστι δὲ καὶ ἐν ὕδατι ἰσχὺς καὶ ἀσθένεια, καθά φησιν ὁ Κύριος. Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν· ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ (57) εἰς τὸν αἰῶνα. Ὥσπερ δὲ τὴν στερεὰν τροφὴν κατὰ προηγούμενον λόγον προσφερόμεθα, τὴν δὲ ὑγρὰν ὥστε ὄχημα γενέσθαι τῇ ξηρᾷ, καὶ χειραγωγῆσαι αὐτὴν πρὸς τὴν ἀνάδοσιν· οὕτως ἂν εἴη καὶ ἐν τῇ τροφῇ τῆς ψυχῆς. Ὁ μὲν νοῦς, ἡ πρώτη καὶ οἰκειοτάτη τροφὴ τῆς ψυχῆς· ὁ δὲ λόγος, διὰ τῆς οἰκείας ἐνεργείας ὁδοποιῶν τοῖς δόγμασι, τὴν ἀνάληψιν ἐργάζεται. Ἀνοῖξαι δὲ δεῖ τοὺς ὀφθαλ- C
μοὺς, ἵνα τούτου τοῦ ἄρτου ἐμπλησθῶμεν καὶ τοῦ ὕδατος. Διάνοιξον γὰρ, φησὶ, τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἐμπλήσθητι (58) ἄρτων. Καὶ ἐν Γενέσει δέ· Ὕδωρ.

tionibus, fortis in patientia, in humilitate, in præceptorum summa, charitate scilicet. Pari ratione absit etiam, ut auferatur ea quæ integritate, morum gravitate, eleemosynis, assiduitate orandi, nec non vigiliarum labore valeat. Absit ut auferatur robur panis et aquæ, subsidium scilicet quo sermo maxime nutritur: quemadmodum spiritus prophetici vis deseruit Judæos, atque adeo siti sermonis conflictantur, cum Dei sermonem exoptent, nec tamen illum habeant. Abstulit enim Dominus robur panis, et robur aquæ. Est quidem et apud nos nutrimentum quoddam, 449 quod quamquam robur non præstat, tamen emori non sinit; cujusmodi alimentum Corinthiis adhuc in Christo parvulis apponit Paulus [69]. Quin etiam olera infirmorum sunt cibus, esca autem solida perfectis et integris convenit, quandoquidem B habitu quodam sensus eorum ad discretionem boni et mali sunt exercitati. Quod si unquam Ecclesia laboret penuria eorum qui dogmata firma solidaque et sensu divino plena tradant, id ab ea robur panis auferri ostendit. Quin etiam inest in aqua robur et infirmitas, uti ait Dominus: *Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum* [70]. Quemadmodum autem primo ordine sumimus solidum cibum, humidum vero ideo capimus, ut sicco sit vehiculum eique viam paret ad digestionem: ita quoque fit in alimento animæ. Intelligentia quidem prima est et maxime propria esca animæ: sermo vero sua vi et efficacia dogmatis iter præmuniens, facit ut ea percipiantur. Jam vero aperiendi sunt oculi, ut pane isto et aqua satiemur. *Aperi*, inquit, *oculos tuos, et implere panibus* [71]. In Genesi vero, *Aperti sunt oculi Agar, et vidit aquam* [72].

101. Γίγαντα καὶ ἰσχύοντα, καὶ ἄνθρωπον πολεμιστὴν καὶ δικαστήν. Ἐπὶ καλοῦ τεταγμένην τὴν τοῦ γίγαντος προσηγορίαν ἐνταῦθα εὕρομεν (59), εἰ καί που, κατὰ τὸ σπάνιον, Ὡς τὸ, Ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδόν. Ἀφελεῖ οὖν γίγαντα (60). Τοὺς ἔχοντάς τινα ἐκ φύσεως προτερήματα, καὶ κατὰ τὴν σύγκρισιν τῆς σαρκὸς πολλῶν (61) διαφέροντας, εἰς ἀνάληψιν ἐπιστήμης. ἢ εἰς ἄσκησιν ἀρετῆς, τούτους ἡγούμεθα γίγαντας λέγεσθαι· ἰσχύοντας δὲ τοὺς ἐκ τῆς ἰδίας ἐπιμελείας καὶ μελέτης τὸ ἐκ φύσεως ἀγαθὸν τελειώσαντας. Οὐκέτι παρὰ Ἰουδαίοις πολε- D
μισταί· οὐδὲ γὰρ ἐναριθμοῦνται τοῖς στρατιωτικοῖς καταλόγοις· ἀλλ' οὐδὲ δικαστής· παρεδόθησαν γὰρ δικασταῖς αἰχμαλωτεύσασιν αὐτοὺς, διὰ τὸ ἐκλείπειν ἄρχοντα (62) ἐξ Ἰούδα. Ἕκαστα μέντοι τῶν ἐκεί-

101. VERS. 2. *Gigantem et fortem, et virum bellatorem et judicem.* Gigantis nomen in bonam partem usurpatum hic deprehendimus, et sicubi inveniatur, id fit perraro. Exempli causa: *Exsultabit ut gigas ad currendam viam* [73]. Auferet igitur gigantem. Arbitramur gigantes dici eos, qui eximias quasdam a natura dotes obtinent, quique ad excipiendam scientiam sive ad excolendam virtutem, habita corporis ratione, e vulgo præstant: fortes vero eos qui suomet studio et exercitatione acceptum a natura bonum perfecerunt. Nulli jam apud Judæos, bellatores; neque enim jam albo militari conscribuntur; imo neque judex ullus; traditi sunt enim hisce judicibus, qui eos redegerunt in captivitatem, propterea quod ex Juda dux defecerit. Quæ-

[69] I Cor. III, 2. [70] Joan. IV, 13. [71] Prov. XX, 17. [72] Genes. XXI, 19. [73] Psal. XVIII, 6.

(55) Editi. λόγον. At quatuor mss., λόγου.

(56) In aliquibus mss. scriptum reperitur, ἁφῃρῆσθαι.

(57) Editi et duo mss., διψήσει. Alii tres mss. cum sacro textu, διψήσῃ.

(58) Reg. secundus et uterque Colb., ἐμπλησθήσῃ, *impleberis*.

(59) Reg. tertius, ηὔραμεν. Alii quidam mss., εὗραμεν. Ibidem quinque mss., καὶ εἴπου. Editi et Reg. primus, εἴπου καί.

(60) In tribus mss. legitur, γίγαντας, *auferet gigantes*.

(61) Editi, πολλῷ. At mss. nonnulli, πολλῶν.

(62) Regii primus tertius et quartus, ἄρχοντας, *duces*.

cunque autem minæ adversus illos ob suam in Dominum incredulitatem intentatæ sunt, eædem et nobis, si simus increduli, intendi possunt. Desunt siquidem et nobis bellatores, qui, arrepta Domini armatura omni, sese fortiter diaboli insidiis opponant,cum infidelitas oppresserit nos, simusque adversariis traditi. Sed obsecremus Dominum, ut ne a nobis tollatur bellator, vir fidei lorica communitus: salutis indutus galeam præcipuas corporis ipsius partes tegentem, cujus pedes in præparationem Evangelii firmi sint et stabiles [74]: cujus gladius sit districtus, et ad ulciscendum omnem inobedientiam paratus [75]: et uno verbo, qui, ut bonus Christi miles [76],afflictionum Evangelii particeps sit, nec vitæ negotiis implicetur, ut ei qui se in militiam delegit, placeat.

102. Habet autem Ecclesia et judices, qui possint fratrem fratri reconciliare, a quibus judicatur 450 et mundus; qui angelos etiam judicabunt. Quapropter si quando fuerint multiplicati vaniloqui et mentium corruptores [77],docentes quæ non oportet,domos totas turpis lucri gratia subvertentes [78]; nec tamen in Ecclesia adfuerit qui talibus os obturet, et eorum altitudinem se adversus scientiam Dei extollentem evertat [79]; scire oportet derelictam eam esse ob multiplicatam suam inobedientiam. Quod si nullus est sapiens qui possit inter fratrem et fratrem dijudicare [80], sed præ sanctorum penuria judicentur ab infidelibus, hoc etiam desertionis est signum: abstulit enim Dominus et judicem. *Et prophetam, et conjectorem.*Ad Joannem usque prophetia omnis penes Judæos stetit; sed ab illo tempore eis defuit.Nec est ullus apud ipsos qui legis sensum modo spiritali interpretetur, ob eam quæ Israeli contigit cæcitatem.Sed benignitate ejus qui posuit in Ecclesia primum apostolos, deinde prophetas [81], nunc in Ecclesia donum prophetiæ reperitur.Quamobrem si quando introierint infideles et idiotæ, neque tamen coarguantur, neque dijudicentur, illud etiam denotat derelictionem. *Si enim,* inquit, *propheteris, intret autem quis infidelis vel idiota, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus: occulta cordis ejus manifesta fiunt* [82]. Propheta igitur est qui juxta Spiritus sancti revelationem futurum prænuntiat: conjector vero, qui per scientiam quam ex similibus rebus simul collatis comparavit ob eventuum præteritorum experientiam futura conjectat. Puta,si quispiam dicat: Si perpetraverimus flagitia Sodomorum, simili atque illi pœna plectemur. Aut: Si nos non secus ac Ninivitas pœnituerit, perinde atque illi misericordiam consequemur.

νοις διὰ τὴν εἰς τὸν Κύριον ἀπιστίαν ἀπειληθέντων, δυνατὸν καὶ ἐφ' ἡμῶν γενέσθαι, ἐὰν ἀπειθῶμεν. Ἐπιλείπουσι γὰρ καὶ ἡμᾶς πολεμισταὶ, οἱ ἀναλαμβάνοντες τὴν τοῦ Κυρίου πανοπλίαν, καὶ ἱστάμενοι γενναίως πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, ὅταν κατακρατήσῃ (63) ἡμῶν ἡ ἀπιστία, καὶ παραδοθῶμεν τοῖς ὑπεναντίοις. Ἀλλὰ δεώμεθα τοῦ Κυρίου, μὴ ἀρθῆναι ἀφ' ἡμῶν πολεμιστὴν, ἄνδρα τῷ θώρακι τῆς πίστεως ὠχυρωμένον, καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου σκέπουσαν αὐτοῦ τὰ καίρια περικείμενον, καὶ τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου ἠσφαλισμένον· ἐσπασμένον δὲ καὶ τὴν μάχαιραν ἑτοίμως ἔχοντα ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοήν· καὶ τὸ ὅλον, ὡς καλὸν στρατιώτην Χριστοῦ, συγκακοπαθοῦντα τῷ Εὐαγγελίῳ, μὴ ἐμπλεκόμενον ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ.

102. Ἔχει δὲ καὶ δικαστὰς ἡ Ἐκκλησία τοὺς δυναμένους ἀδελφὸν μετὰ (64) ἀδελφοῦ συμβιβάσαι· ἐφ' ὧν καὶ ὁ κόσμος κρίνεται, οἳ καὶ ἀγγέλους κρινοῦσιν. Ἐὰν οὖν ποτε πληθυνθῶσι ματαιολόγοι καὶ φρεναπάται, διδάσκοντες ἃ μὴ δεῖ, ἀνατρέποντες ὅλους οἴκους αἰσχροῦ κέρδους χάριν· καὶ ὁ ἐπιστομίζων ἐν Ἐκκλησίᾳ τοὺς τοιούτους μὴ ᾖ, μηδὲ καθαιρῶν αὐτῶν τὰ ἐπαιρόμενα ὑψώματα κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, εἰδέναι δεῖ, ὅτι διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν παρακοὴν αὐτῆς ἐγκαταλέλειπται. Καὶ ἐὰν μηδεὶς ᾖ σοφὸς ὁ δυνάμενος κρίνειν ἀναμέσον τοῦ ἀδελφοῦ, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀπίστων κρίνωνται δι' ἀπορίαν ἁγίων· σημεῖον καὶ τοῦτο ἐγκαταλείψεως· ἀφεῖλε (65) γὰρ Κύριος καὶ δικαστήν. Καὶ προφήτην, καὶ στοχαστήν. Πᾶσα προφητεία παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι Ἰωάννου· τὸ δὲ ἀπ' ἐκείνου ἐπιλέλοιπεν αὐτούς. Καὶ ὁ τοῦ νόμου δὲ πνευματικῶς στοχαζόμενος τοῦ βουλήματος παρ' αὐτοῖς οὐκ ἔστι, διὰ τὴν πώρωσιν τὴν γενομένην τῷ Ἰσραήλ. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ χάρισμά ἐστι προφητικὸν, διὰ τὸν θέμενον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας. Ἐὰν οὖν ποτε εἰσέλθωσιν ἄπιστοι ἢ ἰδιῶται, καὶ μὴ ἐλεγχθῶσι (66), μηδὲ ἀνακριθῶσι, γνώρισμα καὶ τοῦτο ἐγκαταλείψεως. Ἐὰν γὰρ, φησὶ, προφητεύσῃς, εἰσέλθῃ δέ τις ἄπιστος ἢ ἰδιώτης, ἐλέγχεται ὑπὸ (67) πάντων, ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων, τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ φανερὰ γίνεται. Οὐκοῦν προφήτης μέν ἐστιν, ὁ κατὰ ἀποκάλυψιν τοῦ Πνεύματος προαγορεύων τὸ μέλλον· στοχαστὴς δὲ, ὁ διὰ σύνεσιν ἐκ τῆς τοῦ ὁμοίου παραθέσεως διὰ τὴν πεῖραν τῶν προλαβόντων τὸ μέλλον συντεκμαιρόμενος. Ὁ λέγων (68),Ἐὰν ποιήσωμεν τὰ Σοδόμων, ὅμοια ἐκείνοις πεισόμεθα. Ἢ ὅτι, Ἐὰν μετανοήσωμεν ὡς οἱ Μινευῖται, παραπλησίως ἐκείνοις ἐλεηθησόμεθα.

[74] Ephes. VI, 14. [75] II Cor. X, 6. [76] II Tim. II 3. [77] ibid. 4. [78] Tit. I, 10, 11. [79] II Cor. X, 5. [80] I Cor. VI, 5. [81] I Cor. XII, 28. [82] I Cor. XIV, 24, 25.

(63) Iidem veteres illi quos mox nominavi libri, κατακρατῇ. Statim nonnulli mss. et editi, ἀλλὰ δεόμεθα. Alii tres mss., δεώμεθα, rectius.

(64) Editi et mss. nonnulli, μετά. Alii quidam mss., μεταξύ.

(65) Ita edidimus, uti in nostris sex codicibus scriptum invenimus. Editi, ἀφελεῖ, *auferet.*

(66) Colb. primus, διελεγχθῶσι.

(67) Nostra editio, ἀπό. At sex mss., ὑπό. Statim tres mss., καὶ τὰ κρυπτά.

(68) Editi, λέγων ὅτι.Deest ὅτι in nostris sex mss., Haud longe quinque mss., ἐλεηθησόμεθα. At nostra editio et Beg. primus, ἐλεησόμεθα.

103. Καὶ πρεσβυτερον. Ἐν τοῖς ἀπειλουμένοις ἐστὶ καὶ ἡ τοῦ πρεσβυτέρου ἀφαίρεσις, ὡς ὄφελος οὐ μικρὸν ἐκ τοῦ παρεῖναι παρέχοντος. Ἆρ' οὖν ὁ ὁπωσοῦν (69) τῆς προεδρίας ἀξιωθεὶς, καὶ ἐγκαταλεγεὶς τῷ πρεσβυτερίῳ, οὗτος πρεσβύτερος; ἢ ὁ φέρων τὸν χαρακτῆρα τοῦ πρεσβυτέρου ἀνεγκλήτως (70), μάλιστα μὲν ἀπείρατος γυναικός; Εἰ δὲ ἄρα κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου νόμον μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ, τέκτα ἔχων πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας ἢ ἀνυπότακτα, μὴ αὐθάδης, μὴ ὀργίλος, μὴ πάροινος, μὴ αἰσχροκερδής· ἀλλὰ φιλόξενος, φιτεχόμενος, σώφρων, ὅσιος, δίκαιος, ἐγκρατὴς, ἀντεχόμενος τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν (71) πιστοῦ λόγου, ὡς δυνατὸς εἶναι καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν· οὗτος πρεσβύτερος, ὃν ἀπὸ τοῦ ἁμαρτάνοντος λαοῦ ἀφαιρεῖται Κύριος. Ὡς ἰσχύοντα καὶ (72) ἰσχύουσαν, ὡς ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος, ὡς πολεμιστὴν, ὡς δικαστὴν, οὕτω καὶ πρεσβύτερον. Ὅταν οὖν ἴδῃς ὄντας μέν τινας ἀξίους τοῦ ἐγκατατάσσεσθαι τοῖς πρεσβυτέροις, λανθάνοντας δὲ, ἢ ἀμελουμένους, καὶ ἀντ' αὐτῶν τοὺς ἀναξίους προβεβλημένους· γίνωσκε, ὅτι ἀπὸ τοῦ τοιούτου λαοῦ ἀφεῖλεν ὁ Κύριος πρεσβύτερον. Ἡλίκου δέ ἐστι χρεία τραπεζίτου, ὥστε μὴ διαλανθάνειν αὐτὸν τὸν (73) ἐν τούτοις δόκιμον, ἔδειξεν ὁ Θεὸς τῷ μεγάλῳ αὐτοῦ θεράποντι Μωϋσεῖ τὴν τῶν τοιούτων ἐκλογὴν ἐπιτρέψας. Συνάγαγε γάρ μοι, φησὶ, ἑβδομήκοντα ἄνδρας ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ Ἰσραὴλ, οὓς αὐτὸς σὺ οἶδας· ὅτι οὗτοί εἰσι πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ· καὶ συνάξεις αὐτοὺς ἐπὶ τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, καὶ στήσονται ἐκεῖ μετὰ σοῦ· καὶ ἀφελῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐπὶ σοὶ, καὶ ἐπιθήσω ἐπ' αὐτοὺς, καὶ συναντιλήψονται μετὰ σοῦ τὴν ὁρμὴν τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ οὐκ οἴσεις αὐτοὺς σὺ μόνος.

104. Τούτους δὲ χρὴ εἶναι προσήκοντας καθ' ἡλικίαν, πολλῶν μὲν πεπειραμένους διὰ τὸν χρόνον, καὶ τὸ εὐσταθὲς τῶν ἠθῶν ἐκ τῆς ἐπανθούσης αὐτοῖς πολιᾶς ὑποφαίνοντας. Δόξα γὰρ πρεσβυτέρων, πολιά (74). Εἰ δέ που καὶ ἐν ἡλικίᾳ νέᾳ πρεσβοτικὸν εὑρεθείη φρόνημα, οὐκ ἀτιμαστέον τὸ δῶρον; ἀλλὰ πιστευτέον τῷ λέγοντι· Πολιὰ δέ ἐστι σρόνησις ἐν ἀνθρώποιτ. Πλεῖον γὰρ τῷ ὄντι εἰς πρεσβυτέρου σύστασιν τῆς ἐν θριξὶ λευκότητος, τὸ ἐν φρονήσει πρεσβυτικόν (75). Μήποτε γὰρ τοῦτο βούλεται καὶ ὁ λόγος· Ἀπὸ προσώπου πολιοῦ ἐξαναστήσῃ, καὶ τιμήσεις πρόσ-

A 103. *Et seniorem.* Inter cætera minatur ablaturum se etiam seniorem, ut qui sua præsentia non parum afferat emolumenti. Num igitur quisquis quoquo modo præsulis dignitatem adeptus est, et presbyterorum cœtui ascriptus, presbyter est ac senior? an potius, is, qui presbyteri insigne characteremque citra ullam reprehensionem præ se fert, maxime si uxorem non duxerit? Rursus si juxta Domini legem [83] sit unius uxoris vir, filios habens fideles, qui lasciviæ non accusentur, aut qui non sint intractabiles: si non sit superbus, non iracundus, non vinolentus, non turpi lucro deditus: sed hospitalis, bonorum amans, sobrius, sanctus, justus, continens, tenax ejus qui secundum doctrinam est fidelis sermonis, ut potens sit etiam exhortari in doctrina sana, et contradicentes convincere: hic presbyter ac senior est, quem aufert Dominus a delinquente populo. Ut validum et validam, ut robur panis et robur aquæ, ut bellatorem, ut judicem, ita et seniorem aufert. Itaque cum videris quosdam qui sint quidem digni qui in ordinem presbyterorum cooptentur, sed delitescant aut negligantur, et eorum **451** loco videris offerri indignos, Dominum ab ejusmodi populo presbyterum abstulisse scias. Quali autem trapezita opus sit, ut cognoscat quis in iis probus sit, Deus magno suo famulo Moysi ostendit, permisso ipsi talium delectu. *Congrega* enim, inquit, *mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu ipse nosti, quod hi sunt seniores populi, simulque adduces eos ad tabernaculum testimonii, et stabunt illic tecum: et auferam de spiritu qui in te est, et imponam super eos: et sustinebunt tecum impetum populi hujus, et non portabis eos tu solus* [84].

B

C

104. **Oportet autem hos esse ætate provectos, adeo ut multa sint temporis diuturnitate experti, atque ex canitie in ipsis efflorescente constantiam morum ostendant.** *Gloria* enim *seniorum, canities* [85]. Attamen si quando comperietur in ætate juvenili senilis prudentia, donum hoc haudquaquam aspernabile: sed habenda fides est ei qui dicit: *Canities autem est prudentia in hominibus* [86]. Nam revera plus confert ad senioris ac presbyteri commendationem senectus mentis, quam crinium albor. Fortasse enim hoc etiam isthæc sententia

[83] Tit. I, 6-9. [84] Num. XI, 16, 17. Prov. XX, 29. [85] Sap. IV, 9.

(69) In mss. nonnullis legitur, ὁ ὅπως δήποτε.

(70) Reg. primus, πρεσβυτέρου ἀνεγκλήτου, *presbyteri inculpati.* Alii tres mss., ἀνέγκλητος, *inculpatus sit.* Editi et duo mss., ἀνεγκλήτως, *citra ullam reprehensionem.* Aliquanto post mss. nonnulli, ἢ ὀργίλος.

(71) Ita sex mss., non secus ac textus sacer. Editi, διδασκαλίαν.

(72) Editi et quinque mss., καί, ὡς. At Colb. primus, καί, recte. Nam voculam ὡς hic non convenire perspicuum est.

(73) Uterque Colb. et Reg. secundus διαλανθάνειν αὐτοὺς τόν, corrupte. Alii tres mss., αὐτόν τό, etc., *quid in iis probum sit.* Nostra editio, αὐτὸν τόν, *quis in iis probus sit.* Sive τὸν, sive τό legeris, apta et idonea sententia efficietur.

(74) Reg. secundus et duo Colbertini, πρεσβυτέρῳ πολιά, *canities gloria est seniori.* Alii tres mss., πρεσβυτέρων πολιά. Editi et LXX, πρεσβυτέρων πολίαι, in numero multitudinis. Πολιά, non πολίαι, edere libuit. Nam præterquam quod ita in nostris mss. legatur, eodem plane modo scripsere quoque antiquissimi tres interpretes, Aquila, Symmachus et Theodotio.

(75) Regii primus et quartus, πρεσβυτερικόν. Alii quatuor mss. et editi, πρεσβυτικόν. Apud LXX vero legitur, πρεσβεῖον, *honorem senectutis.*

vult : *A facie cani exsurges et honorabis faciem senioris* [87]. Etenim si quis, ad exemplum sapientis Danielis, corpore quidem juvenis sit, mente vero canus, is potiori jure pluris æstimandus est quam qui corporis canitiem cum animo impuro circumferunt, quales erant illi Babylonis seniores diebus malis inveterati. Quare et ad Danielem cum adhuc puer esset, et ætate sensibili junior, sed spiritali prudentiæ canitie cohonestatus, donum transiit presbyterii. Non enim mentiebantur qui dicebant : *Veni, et sede in medio nostrum : quia tibi dedit Deus honorem presbyterii* [88]. Hunc ad modum nonnunquam contingit, ut juvenes majori honore digniores inveniantur quam seniores, qui oscitanter segniterque vitam traducunt. Illi igitur apud Judæos seniores ementito nomine sic vocabantur. Abstulit enim Deus, ut bellatorem et prophetam, ita et seniorem a Judæorum populo. Oret autem Ecclesia, ne a se auferatur presbyter ac senior, qui hoc dignus sit nomine. Id autem quanti sit faciendum didicimus in Abrahamo. Nam in superioribus generationibus enumerantur multi, qui longiorem quam ipse vitam egerunt. Vixit enim Adam nongentis et triginta annis : Mathusala nongentis et septuaginta annis vixit, et mortuus est : vixit Noe nongentis annis ; tamen nemo illorum senior. At Abraham fuit senior Sarræ testimonio, quæ dicit : *Nondum quidem mihi contigit hactenus : dominus autem meus senior* [89]. Erat autem senior, quod virtus animum ipsius canitie ornaverat.

105. VERS. 3. *Et principem super quinquaginta.* Interminatur Dominus exercitum ablaturum se a **452** Judæis cum reliquis etiam principem super quinquaginta. Qua de causa hoc dicit ? Quod ordinatam omnem eorum gubernationem administrationemque, toto per partem designato, confundi ac permisceri sinat. Etenim de consilio Jothor [90], Moyses tribunos, centuriones, principes super quinquaginta et decuriones constituit, ut ipsi pondus populi sustinerent, minoraque judicia in se reciperent eorum, quibus opus esset judicio. Minatur fore, ut ordo ille ac status eis auferatur. Quapropter interminatur principem super quinquaginta, bellatorem, judicem, conjectorem, prophetam ac seniorem ab eis ablatum iri.

106. *Et admirabilem consiliarium.* Consilium non parum affert utilitatis ac emolumenti ad vitam hominum instituendam, quod nemo unus sit sibi satis ad omnia perficienda, sed ad ea quæ conducibi-

A πον πρεσβυτέρου. Ἐὰν γὰρ τις ᾖ, κατὰ τὸν σοφὸν Δανιὴλ, νέος μὲν τὸ σῶμα, πολιὸς δὲ τὴν φρόνησιν, δικαιότερος προτιμᾶσθαι τῶν τὰς σωματικὰς πολιὰς ἐν ἀκολάστῳ τῇ προαιρέσει προφερόντων, κατὰ τοὺς ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας πρεσβυτέρους, τοὺς πεπαλαιωμένους ἡμερῶν κακῶν. Διὸ καὶ ἐπὶ τὸν Δανιὴλ παιδάριον ὄντα, καὶ νεώτερον κατὰ τὴν αἴσθητὴν ἡλοικίαν, τὴν δὲ νοητὴν πολιὰν ἐπὶ τῆς φρονήσεως ἔχοντα, μετῆλθε τοῦ πρεσβυτερίου τὸ χάρισμα. Οὐ γὰρ ἐψεύδοντο λέγοντες· Δεῦρο, καὶ κάθισον ἐν μέσῳ ἡμῶν ὅτι σοι ἔδωκεν ὁ Θεὸς τὸ πρεσβυτέριον. Οὕτως ἐνδέχεταί ποτε, πρεσβυτέρων ῥᾳθύμως καὶ ἠμελημένως βιούντων προτιμοτέρους εὑρίσκεσθαι νέους. Φευδώνυμοι τοίνυν οἱ παρὰ Ἰουδαίοις πρεσβύτεροι. Ἀφεῖλε γὰρ ὁ Θεὸς, ὡς πολεμιστὴν καὶ προφήτην, οὕτω καὶ πρεσβύτερον ἀπὸ τοῦ λαοῦ αὐ-
B τῶν (76). Ἡ δὲ Ἐκκλησία εὐχέσθω, μὴ ἀφαιρεθῆναι αὐτῆς πρεσβύτερον, τὸν τῆς προσηγορίας ἄξιον ταύτης. Τοῦτο δὲ ἡλίκον ἐστὶν, ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ μεμαθήκαμεν· ὅτι πολυχρονιώτεροι μὲν αὐτοῦ πολλοὶ κατηρίθμηνται ἐν ταῖς ἄνω γενεαῖς· ἔζησε δὲ Ἀδὰμ ἐννεακόσια καὶ τπιάκοντα ἔτη, καὶ ἔζησε Μαθουσάλα ἐννεακόσια καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ ἀηέθανε· καὶ ἔζησε Νῶε ἐννεακόσια ἔτη· καὶ πρεσβύτερος ἐκείνων οὐδείς. Ἀλλ' Ἀβραὰμ πρεσβύτερος κατὰ τὴν μαρτυρίαν Σάῤῥας, λεγούσης· Οὔπω μέν μοι γέγονεν ἕως τοῦ νῦν· ὁ δὲ κύριός μου πρεσβύτερος. Πρεσβύτερος δὲ ἦν διὰ τὴν πολιώσασαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν (77) ἀρετήν.

105. Καὶ πεντηκόνταρχον. Ἀφαιρήσειν μετὰ
C τῶν λοιπῶν ἀπειλεῖ Κύριος Σαβαὼθ καὶ πεντηκόνταρχον (78) τῶν Ἰουδαίων. Τί τοῦτο λέγων ; Ὅτι πᾶσαν τὴν εὔτακτον περὶ αὐτοὺς οἰκονομίαν καὶ διοίκησιν ἀφίησι συγχυθῆναι, ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον λέγων. Χιλιάρχων γὰρ καὶ ἑκατοντάρχων καὶ πεντηκοντάρχων καὶ δεκάρχων, κατὰ τὴν συμβουλὴν Ἰοθὼρ, ὑπὸ Μωϋσέως κατασταθέντων· ὥστε διαβαστάζειν αὐτοὺς τὸν λαὸν, καὶ τὰ ἥσσονα κρίματα χῶν δεομένων κρίσεως ἐφ' ἑαυτοὺς ἀναδέχεσθαι, ἢ ἁπει-
λὴ αὐτοῖς ἐστι, τὴν διακόσμησιν ταύτην ἀφαιρεθήσεσθαι. Διὰ τοῦτο ἀφαιρεθήσεσθαι αὐτῶν καὶ πεντηκόνταρχον ἀπειλεῖ· πολεμιστὴν, καὶ δικαστὴν, καὶ στοχαστὴν, καὶ προφήτην καὶ πρεσβύτερον (79).

106. Καὶ θαυμαστὸν σύμβουλον. Πολὺ τὸ ἀναγκαιον
D καὶ χρήσιμον ἐκ τῆς συμβουλῆς τῷ βίῳ τῶν (80) ἀνθρώπων, διὰ τὸ ἕνα μηδένα ἑαυτῷ ἐξαρκεῖν πρὸς πάντα, ἀλλὰ δεῖσθαι κοινωνῶν πλέον κατὰ τὴν τῶν

[87] Levit. XIX, 32. [88] Dan. XIII, 50. [89] Gen. XVIII, 12. [90] Exod. XVIII, 21.

(76) Reg. secundus et uterque Colb., λαοῦ αὐτοῦ, *ab ipso populo.* Animadvertas velim quæ mox auctor narrat de annis Mathusala et de ætate Noe, ea non omnino consentire neque cum LXX, neque cum Vulgata.

(77) Sic editi. At sex nostri mss., διὰ τὴν πολιῶσαν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς.

(78) Illud, καὶ πεντηκόνταρχον, additum est ex quatuor libris veteribus.

(79) Alii mss. habent, πρεσβύτην. Alii cum editis, πρεσβύτερον.

(80) Editi, τῷ βίῳ τῷ τῶν. At mss., βίῳ τῶν. Statim quinque mss., διὰ τὸ ἕνα μηδένα ἑαυτῷ. Reg. quartus, διὰ τὸ μηδένα. Editi, διὰ τὸ ἕνα μηδὲ ἑαυτῷ· ubi hoc solum vitii est, quod post μηδὲ syllaba να typographis excciderit. Subinde Reg. secundus et duo Colbertini, κοινωνῶν πλειόνων, *pluribus adjutoribus.*

συμφερόντων ἐκλογήν, ἢ κατὰ τὰς ἐνεργείας τὰς σωματικάς. Ὥστε ἀσυμβούλευτος ἄνθρωπος πλοῖόν ἐστιν ἀκυβέρνητον, ὡς ἔτυχε ταῖς φοραῖς τῶν πνευμάτων ἐκδεδομένον. Εἰ τοίνυν ἐν ταῖς περὶ τῶν τυχόντων σκέψεσι συμβούλους παραλαμβάνομεν (81) ὅταν ὑπὲρ ψυχῆς καὶ τῶν διαφερόντων αὐτῇ βουλευώμεθα, πῶς οὐχὶ τοὺς θαυμαστοὺς συμβούλους ἐπιζητητέον ἡμῖν; Ἰουδαῖοι τοίνυν ἀφ' οὗ τὸ πονηρὸν συμβούλιον ἐποιήσαντο τὸ πῶς παραδώσουσι (82) τὸν Κύριον, ἀφεῖλεν αὐτῶν ὁ Κύριος τὸν θαυμαστὸν σύμβουλον, οὗ τὰς μὲν συμβουλὰς ἐθαύμαζον· Ἐξεπλήσσοντο γὰρ ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ· ταῖς δὲ παραινέσεσιν οὐ προσεῖχον. Ὡς δὲ οὐ θαυμαστὸς σύμβουλος, ὁ ἀντὶ τοῦ, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ (83) ὀφθαλμοῦ, συμβουλεύων, τῷ ῥαπίζοντι τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέφειν αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην· μὴ ὀργίζεσθαι, μὴ (84) δικάζεσθαι, μὴ ἐπιθυμεῖν τῶν αἰσχρῶν, ἐχθρὸν μὴ ἡγεῖσθαι, ἀλλ' ἀγαπᾷν τοὺς μισοῦντας, μὴ μεριμνᾷν περὶ τῶν φθαρτῶν· μὴ μετεωρίζεσθαι τὴν διάνοιαν, μὴ ζητεῖν παρὰ Θεοῦ τὰ μικρά· ἐν οὐρανῷ τὴν καρδίαν ἔχειν, ἐκεῖ μετατιθέντα τοὺς θησαυροὺς, Θεῷ συνεῖναι, φιλάδελφον εἶναι, συμπαθῆ, κοινωνικὸν ὧν ἔχει, μὴ ἐν βρώμασι τὸ μιαρὸν, ἀλλ' ἐν καρδίᾳ καὶ προαιρέσει τίθεσθαι; Τοῦτον τὸ τὰ τοιαῦτα συμβουλεύοντα, οὕτω θεῖα καὶ θαυμαστὰ, διὰ τὸ μὴ δεχθῆναι παρ' αὐτῶν, ἀφεῖλεν ὁ Κύριος (85). Οὐκέτι οὖν θαυμαστὸς παρ' αὐτοῖς σύμβουλος. Εὐξώμεθα δὲ μὴ ἀποστερηθῆναι θαυμαστοῦ συμβούλου τὴν Ἐκκλησίαν ταύτην, ἵνα, ἐπειδὰν καταλάβῃ τινὰ καιρὸς τῆς ὑπὲρ τῶν ἀναγκαίων βουλῆς, ἀπαντήσας εἰς τὸν οἶκον τοῦτον τὸ κοινὸν τῶν ψυχῶν βουλευτήριον, εὕρῃ (86) λόγον παρακλήσεως, οἷόν τι φῶς πρὸς τὴν εὕρεσιν τῶν ἀναγκαίων ταῖς ψυχαῖς ἐμποιοῦντα. Ὁ δὲ, παρούσης συμβουλῆς ἀγαθῆς, τῷ θελήματι τῆς καρδίας αὐτοῦ πορευόμενος τῆς ματαίας, ὁμοιός ἐστι τῷ Ῥοβοὰμ, ὃς ἀτιμάσας τὴν σώζουσαν γνώμην τῶν πρεσβυτέρων, ἠκολούθει τοῖς νεωτέροις τοῖς συνεκτραφεῖσιν αὐτῷ, δι' οὓς καὶ τῶν δέκα φυλῶν τῆς βασιλείας ἐξέπεσεν.

lia sunt eligenda magis adjutoribus indigeat, quam ad corporales actiones producendas. Itaque homo conciliario carens, navis est suo destituta gubernatore, temereque exposita agitationibus ventorum. Jam vero si in quæstionibus de rebus levioris momenti habitis adhibemus consiliarios: cum de anima et de rebus emolumentum aliquod ipsi afferentibus inimus consilium, nonne inquirendi sunt nobis admirabiles consiliarii? Ex quo igitur Judæi pravum constituere consilium, quonam pacto Dominum traditurі essent, Dominus consiliarium admirabilem, cujus consilia illis erant admirationi, ab ipsis abstulit: *Mirabantur* enim *in doctrina ejus* [91], nec tamen animum attendebant ad ejus monita. Nonne consiliarius ille erat admirabilis, qui loco illius mandati, *Oculum pro oculo* [92], id dat consilii, ut si quis dexteram tuam maxillam percusserit, obverias illi et alteram [93]: ut ne irascaris, ne ligites, ne turpia concupiscas, ne ullum existimes tibi inimicum, quin potius ut eos, qui te odio habent, diligas; qui monet ut ne quisquam de rebus corruptioni obnoxiis sit sollicitus, ne mente efferatur, ne parva a Deo petat, ut in cœlo, transmissis illuc thesauris, cor habeat, ut cum Deo versetur, fratres amet, alienis commoveatur calamitatibus, alios eorum quæ possidet faciat participes, ut ne putet in cibis inesse quidquam pollutum, sed in corde et in animi proposito? Qui ejusmodi consilia adeo divina et admirabilia dabat, eum ideo Dominus abstulit, quod ipsum non acceperint. Itaque non est jam apud ipsos admirabilis consiliarius. Cæterum precemur, ne Ecclesia hoc admirabili consiliario destituatur, ut cum occasio petendi de rebus necessariis consilio sese cuipiam dederit, ad hanc domum, commune animarum consilium, veniens, inveniat verbum consolatorium, quo veluti lux quædam animabus ad invenienda ea quæ sibi conducunt, afferatur. Porro qui vani sui cordis voluntate fertur, etiamsi consilium bonum habeat ad manum, is assimilis est Roboam, qui seniorum salutari 453 consilio spreto, juniores secum educatos secutus est, quorum opera imperium in decem tribus amisit [94].

107. Καὶ σοφὸν ἀρχιτέκτονα. Μετὰ τὸ ἀρθῆναι ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων τὴν ὠφέλειαν τοῦ θαυμαστοῦ συμβούλου, ὃς ἐδείκνυτο ὢν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἦρθη ἀπ' αὐτῶν καὶ ὁ σοφὸς ἀρχιτέκτων, καὶ ἐγένετο ἀπόστολος ἐθνῶν, ὁ Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, ὁ κατὰ νόμον Φαρισαῖος, Παῦλος δοῦλος γενόμενος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃν ἐδίωκε (87). Τίς ἡ τῆς ἀρχιτεκτονικῆς αὐτοῦ ἐπιστήμης ἀπόδειξις; Αὐτὸς γάρ φησιν· Ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικα. Οἶμαι δὲ, ὅτι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀρχιτεκτονεῖ Ἐκκλησίαν Θεοῦ, κατ' αὐτὸν τὸν Παῦλον λέγοντα. Συν-

107. *Et sapientem architectum.* Postquam a Judæis utilitas submota est admirabilis consiliarii, qui declaratus est esse Dominus noster Jesus Christus, ab iisdem quoque ablatus est sapiens architectus, et factus est gentium apostolus, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus [95], Paulus Jesu Christi, quem persequebatur, servus effectus. Quodnam est argumentum ejus qua pollebat scientiæ architectonicæ? Certe ait ipse: *Ut sapiens architectus fundamentum posui* [96]. Arbitror autem et a Spiritu sancto ceu ab architecto Ecclesiam Dei

[91] Matth. XXII, 33. [92] Levit. XXIV, 20. [93] Matth. V, 39. [94] III Reg. XII, 10 seqq. [95] Philipp. III, 5. [96] I Cor. III, 10.

(81) Ita sex mss. At editi, συμπαραλαμβάνομεν. Nec ita multo post mss. multi, βουλευώμεθα. Editi et Reg. tertius, βουλευόμεθα.

(82) Sic veteres quinque libri. Editi vero et Reg. primus, παραδώσωσι.

(83) Editi et Reg. primus, ἀντὶ τοῦ. Abest τοῦ ab aliis quinque mss.

(84) Veteres quatuor libri simpliciter, μή. Editi vero et duo mss., μηδέ.

(85) In aliquibus mss. scriptum offendimus, ὁ Θεός.

(86) Habent mss. nonnulli, εὕροι.

(87) Editi, ἐδίωξε. At mss. quatuor, ἐδίωκεν.

ædificari, secundum Paulum ipsum, qui dicit: *Coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu* [97]; asseritque Ecclesiam ministrante Spiritu coædificari et crescere in templum sanctum in Domino. Itaque eos, qui hunc admirabilem consiliarium Deum Verbum rejecerunt, sapienti architecto Spiritu sancto spoliavit. Quapropter, cum non habeant qui eos coagmentet ac compingat, sunt soluti atque a se invicem separati, neque spiritualem ædificationem fieri Dei templum possunt. Nos vero precemur, ut Ecclesiæ ministretur Spiritus adeo ut nobis spiritales architectos constituat, cujusmodi erat Beseleel, quem implevit Deus Spiritu divino, Spiritu intelligentiæ et scientiæ [98], ut architectonices opera omnia fabrefaceret. *Et prudentem auditorem.* Si juxta Salomonem, *Sermo pretiosus in aurem obedientem* [99], ubi sermo non est, auditu nihil opus est. Cum igitur e medio sublatus sit admirabilis ille consiliarius, quadam consequentia etiam prudens auditor simul ablatus est. Ubi enim argentum non est, otiatur trapezita. Est autem molestum quiddam, cum sermo quidem intelligentiæ et sententiarum plenus habetur, et qui de officiis tractet, nec tamen adest quisquam qui isthæc prudenter percipiat, propterea quod eas animæ aures non habeat, quas Dominus ad suorum sermonum auscultationem requirit, dicens: *Qui habet aures audiendi, audiat* [1].

A οἰκοδομεῖσθε (88) εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν Πνεύματι· καὶ τὸ διὰ τῆς ἐπιχορηγίας τοῦ Πνεύματος συνοικοδομεῖσθαι καὶ αὔξειν εἰς ναὸν ἅγιον ἐν Κυρίῳ. Τοὺς οὖν ἀποβάλλοντας τὸν θαυμαστὸν σύμβουλον, τὸν Θεὸν Λόγον, ἐρήμους ἐποίησε τοῦ σοφοῦ ἀρχιτέκτονος, τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Διὰ τοῦτο μὴ ἔχοντες τὸν συναρμολογοῦντα αὐτοὺς καὶ συμβιβάζοντα, λελυμένοι εἰσὶ καὶ ἐσχισμένοι ἀπ' ἀλλήλων, γενέσθαι ναὸς Θεοῦ διὰ τῆς πνευματικῆς οἰκοδομῆς μὴ δυνάμενοι. Ἀλλ' ἡμεῖς εὐξώμεθα, ἔχειν τὴν Ἐκκλησίαν τὴν ἐπιχορηγίαν τοῦ Πνεύματος ὥστε ἀναδείκνυσθαι ἡμῖν τοὺς πνευματικοὺς ἀρχιτέκτονας, ὁποῖος ἦν ὁ Βεσελεήλ, ὃν ἐνέπλησεν ὁ Θεὸς Πνεῦμα θεῖον, Πνεῦμα συνέσεως καὶ ἐπιστήμης, ἀρχιτεκτονεῖν κατὰ πάντα τὰ ἔργα τῆς ἀρχιτεκτονίας. Καὶ συνετὸν ἀκροατήν. Εἰ κατὰ τὸν Σολομῶντα, Λόγος πολυτελὴς (89) εἰς B οὖς εὐήκοον, ὅπου λόγος οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ἀκοῆς χρεία. Ἐπεὶ οὖν ἦρθη ὁ θαυμαστὸς σύμβουλος, ἀκολούθως συναφῃρέφη καὶ ὁ συνετὸς ἀκροατής. Ὅπου γὰρ ἀργύριον οὐκ ἔστι, τραπεζίτης ἀργεῖ. Λυπηρὸν δὲ καὶ ὅταν λόγος μὲν ᾖ πλήρης νοημάτων, καὶ κατὰ πραγμάτων φερόμενος, ὁ δὲ συνετῶς αὐτῶν ἐπαισθανόμενος μὴ παρῇ, τῷ μὴ ἔχειν τὰ ὦτα τῆς ψυχῆς, ἃ ὁ Κύριος πρὸς τὴν τῶν ἰδίων λόγων ἀκροάσιν ἐπιζητεῖ λέγων· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

108. VERS. 4. *Et imponam adolescentes principes eorum: derisores dominabuntur eis.* Duplex est pœnæ genus, et bonis privari, et tradi deterioribus. Posteaquam enim Dominator Dominus abstulit ab Judæa et ab Jerusalem robur panis et robur aquæ, gigantem fortem, hominem bellatorem, judicem, conjectorem, principem super quinquaginta, admirabilem consiliarium, sapientem architectum et prudentem auditorem: tunc minata est Scriptura, fore ut ipsis adolescentes principes mitterentur: adeo noverat hanc pœnam gravissimam, cum ab adolescentibus regitur administraturque civitas. Est enim adolescentia levitati obnoxia et ad flagitia prona: cupiditates effrenatæ, belluinæ iræ, petulantia, contumelia **454**, superbia et arrogantia, vitia sunt una cum juventute enutrita. Excitatur D invidia adversus virtutem præstantissimam, suspiciones habentur adversus domesticos. Innumerabilium malorum turma juventutem comitatur, quorum omnium consortes esse subditos necesse est. Quippe principum vitia calamitates sunt subditorum ac cruciatus. *Imponam adolescentes principes eorum.* Bona quidem numero singulari expressit,

C 108. Καὶ ἐπιστήσω νεανίσκους ἄρχοντας αὐτῶν, καὶ ἐμπαίκται κυριεύσουσιν αὐτῶν. Διπλῆ τιμωρία, καὶ ἀφαιρεθῆναι τὰ ἀγαθὰ, καὶ παραδοθῆναι τοῖς χείροσι. Μετὰ γὰρ τὸ ἀφελεῖν τὸν Δεσπότην Κύριον ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας καὶ ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος, γίγαντα καὶ ἰσχύοντα, καὶ ἄνθρωπον πολεμιστὴν, καὶ δικαστὴν, καὶ στοχαστὴν, καὶ πεντηκόνταρχον, καὶ θαυμαστὸν σύμβουλον, καὶ σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ συνετὸν ἀκροατήν· τότε ἠπείλησεν ὁ λόγος αὐτοῖς ἐπιπεμφθήσεσθαι νεανίσκους ἄρχοντας· οὕτω χαλεπωτάτην οἶδε τιμωρίαν, ὑπὸ νεανίσκων ἄρχεσθαι καὶ διοικεῖσθαι πόλιν. Κοῦφον γὰρ ἡ νεότης καὶ εὐκίνητον πρὸς τὰ φαῦλα· ἐπιθυμίαι δυσκάθεκτοι, ὀργαὶ θηριώδεις, προπέτειαι, ὕβρεις (90), ὑπερηφανίαι καὶ φυσιώσεις, σύντροφα τῇ νεότητι πάθη· φθόνοι πρὸς τὸ ὑπερέχον, ὕποψίαι πρὸς τὸ οἰκεῖον. Μυρίων κακῶν ἑσμὸς συνέζευκται τῇ νεότητι· ὧν πάντων ἀνάγκη ἀπολαύειν τοὺς ἀρχομένους, διότι τὰ τῶν ἀρχόντων κατὰ συμφορὰ τοῖς ἀρχομένοις γίγνονται. Ἐπιστήσω νεανίσκους ἄρχοντας αὐτῶν. Τὰ μὲν ἀγαθὰ ἐνικῶς ἀπηγγέλλετο, ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν πολεμιστὴν δικάστην, προφήτην, στοχαστὴν, πεντηκόνταρχον (91) θαυ-

[97] Ephes. II, 22. [98] Exod. XXXI, 3. [99] Prov. XXV, 12. [1] Matth. XI, 15.

(88) Veteres quinque libri, συνοικοδομεῖσθε. Editi vero et Reg. primus, et Procopius, pag. 64, συνοικοδομεῖσθαι.

(89) Apud LXX, pro πολυτελὴς legitur, σοφός. Λόγος σοφὸς εἰς εὐήκοον οὖς, *Sermo sapiens in aurem obedientem:* in quo quid scriptorem deceperit, facile, opinor, intelliget qui verba antecedentia legere voluerit. Hæc autem sunt, εἰς ἐνώτιον χρυσοῦν καὶ Σαρδιον πολυτελὲς δέδεται, *in auream inaurem etiam Sardium pretiosum ligatum est.* Videtur enim interpres ille vocem πολυτελὴς ab una periodi parte μνημονικῷ ἁμαρτήματι in alteram transtulisse.

(90) Editi, ὕβρις. At sex mss., ὕβρεις. Mox quinque mss., φθόνοι. At Reg. primus, e quo grave illud erratum in nostram editionem transiit, habet, φθόνω.

(91) Ita libri sex antiqui. Editi, πεντηκόνταρχον, καὶ τὰ λοιπὰ θαυμαστόν. *Illud*, καὶ τὰ λοιπὰ *etiam*,

quæ ad Dei justitiam pertinent oculis subjici debeant, quod videlicet iniquitatum mensuram vindictæ magnitudine non superarit, idcirco dictum est : *Sed nunc constituetur in judicium Dominus* : ut particula *nunc* distinguatur a futuro sæculo. Aut forte illud, *nunc*, apud nos quidem minimum et individuum temporis momentum significat : 462 sed in Deo, juxta significationem vocis *nunc*, adjacent et astant omnia. Nihil enim apud ipsum præteritum est, nihil futurum : sed cuncta sunt præsentia, et quæ procul a nobis futura exspectantur, tanquam jam præsentia a divinis oculis conspiciuntur, ita ut in Deo illa temporis pars *Nunc* ævum etiam futurum complectatur. Cum igitur, quantum ad Deum attinet, non longe absit definitum judicii tempus, vocem hanc *nunc* ad universale judicium referri duximus. *Constituetur* autem *in judicium*. Declarat rationes justitiæ suæ, juxta quas ob ipsa opera æquam in sumendis ejusmodi suppliciis vicem adhibet : sic ut ii etiam qui condemnantur, pronuntiato adversum se judicio tanquam justissimo assentiantur.

120. *Et sistet in judicium populum* Israeliticum. (*Quicunque enim in lege peccaverunt, per legem judicabuntur* [32].) Nequaquam autem sententiam parem prolaturus est in reliquos populos. Nam *Quicunque sine lege peccaverunt, sine lege etiam peribunt* [33]. Et, *Impii non resurgent in judicio* [34], sed in condemnatione. Judicium autem est penes omnem legislatorem in eos qui secundum legem ab eo scriptam judicantur, cum et ea quæ acta sunt, et legislatoris voluntas inter se comparantur. Quapropter ait etiam Dominus : *Sermo quem locutus sum, ipse vos judicabit* [35] : quippe cogitationes sibi invicem adversantur, tum ea quæ a Domino suggeritur, tum ea quæ ad peccatum invitat. Nam, juxta Osee [36], circumdabunt unumquemque cogitationes ipsius. Videbimus enim simul omnia opera nobis per memoriam veluti astantia, atque ex adversa facie cum propriis formis menti nostræ objecta, prout unum quodque vel gestum, vel prolatum est. Postquam enim Dominus, quod ad gentium a se assumptarum curam attinet, ea omnia quæ muneris illius sunt, omnino præstitisse se ostendit, tum dicitur vincere, cum apud nos judicatur [37]. Sane haud putandum est multum temporis consumptum iri, ut se quisque cum actionibus suis conspicere valeat; quippe animus vi inexplicabili, momento temporis, tum judicem, tum quæ divino judicio conjuncta sunt, sibi ipse finget, sibique repræsentabit omnia, ac velut in speculo, eorum quæ gesta sunt formas acie mentis contuebitur.

A Θεοῦ, ὅτι οὐχ ὑπερέβη τὸ μέτρον τῶν ἀδικημάτων ἐν τῷ πλήθει τῆς τιμωρίας, εἴρηται τὸ (50), Ἀλλὰ νῦν καταστήσεται εἰς κρίσιν Κύριος· ἵνα τὸ νῦν τοῦτο τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἀντιδιαστέλληται. Ἢ μήποτε τὸ, νῦν, ἐφ' ἡμῶν μὲν τὸ ἀκαριαῖον καὶ τὸ ἀδιαίρετον τοῦ χρόνου σημαίνει· ἐπὶ δὲ Θεοῦ πάντα κατὰ τὴν τοῦ, νῦν, αἴσθησιν παράκειται. Οὐδὲν γὰρ αὐτῷ παρῆλθεν, οὐδὲ μέλλει, ἀλλὰ πάντα ἐνέστηκε, καὶ τὰ πόρρωθεν ἡμῖν προσδοκώμενα, ὡς ἤδη παρόντα ὑπὸ τοῦ θείου ὀφθαλμοῦ καθορᾶται, ὥστε ἐπὶ Θεοῦ τὸ, νῦν, καὶ τὸν μέλλοντα αἰῶνα, συμπαραλαμβάνειν (51). Ἐπεὶ οὖν οὐ μακράν ἐστιν ὡς πρὸς τὸν Θεὸν, ὁ ὡρισμένος τῆς κρίσεως καιρὸς, ἐπὶ τὴν καθολικὴν κρίσιν ἀναφέρεσθαι τὸ νῦν ἐξειλήφαμεν. Καταστήσεται δὲ εἰς κρίσιν, ἐξαπλῶν τοὺς λόγους
B τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, καθ' οὓς (52) ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἔργοις δικαίαν ποιεῖται τῶν τοιῶνδε κολάσεων τὴν ἀνταπόδοσιν, ὥστε καὶ τοὺς καταδικαζομένους συντίθεσθαι τὴν κατ' αὐτῶν ἀποφανθεῖσαν κρίσιν ὡς δικαιοτάτην.

120. Καὶ στήσει εἰς κρίσιν τὸν λαὸν τὸν Ἰσραηλιτικὸν (Ὅσοι γὰρ ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται), τοὺς δὲ λοιποὺς λαοὺς οὐκέτι· διότι Ὅσοι ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ, Οἱ ἀσεβεῖς οὐκ ἀναστήσονται ἐν κρίσει, ἀλλ' ἐν κατακρίσει. Παντὶ δὲ νομοθέτῃ (53) πρὸς τοὺς κατὰ τὸν ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένον νόμον κρινομένους κρίσις ἐστὶν ἐν τῇ παρεξετάσει τῆς τε πράξεως καὶ τοῦ βουλήματος τοῦ νομοθέτου. Διὸ καὶ ὁ
C Κύριος. Ὁ λόγος, φησὶν, ὃν ἐλάλησα, αὐτὸς ὑμᾶς κρινεῖ· ὅτι οἱ λογισμοὶ ἀλλήλοις ἀντικαθίστανται· ὅ τε παρὰ τοῦ Κυρίου ὑποβληθεὶς, καὶ ὁ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἐκκαλεσάμενος. Κατὰ γὰρ τὸν Ὡσηὲ, κυκλώσει ἕκαστον τὰ διαβούλια αὐτοῦ. Ὀψόμεθα γὰρ ἅμα πάντα οἱονεὶ παρεστῶτα ἡμῖν τὰ ἔργα διὰ τῆς μνήμης, καὶ φαινόμενα ἀντιπρόσωπα τῇ διανοίᾳ ἡμῶν μετὰ τῶν ἰδίων τύπων, ὡς ἕκαστον ἐπράχθη, ἢ ὡς λελάληται. Ἐπειδὰν γὰρ ἐπιδείξῃ τὰ καθ' ἑαυτόν πάντα ἀνελλιπῶς πεποιηκότα περὶ τὴν ὧν εἴληφεν ἐθνῶν ἐπιμέλειαν ὁ Κύριος, νικᾷν λέγεται ἐν τῷ κρίνεσθαι πρὸς ἡμᾶς. Οὐ μὴν χρόνους γε προσήκει νομίζειν καταναλωθήσεσθαι εἰς τὸ ἕκαστον ἰδεῖν ἑαυτὸν μετὰ τῶν ἑαυτοῦ πράξεων, καὶ τὸν κριτὴν καὶ τὰ ἀκόλουθα τῷ θείῳ δικαστηρίῳ ἀφάτῳ δυνάμει
D ἐν ῥοπῇ καιροῦ φαντασιουμένου τοῦ νοῦ, καὶ πάντα ἀναζωγραφοῦντος ἐντῷ, καὶ οἱονεὶ ἐν κατόπτρῳ τῷ ἡγεμονικῷ ἑνορῶντες τοὺς τύπους τῶν πεπραγμένων.

[32] Rom. II, 12. [33] ibid. [34] Psal. I, 5. [35] Joan. XII, 48. [36] Ose. VII, 2. [37] Psal. L, 6.

(50) Ita Reg. quartus. Deest τό in aliis quinque mss. et in pervulgatis.

(51) Veteres quatuor libri, συμπεριλαμβάνειν.

(52) Editi et quinque mss., καθώς· sed pro καθώς in Reg. quarto rectius legitur, καθ' οὕς.

(53) Hic, ut sæpe alias, graviter offenderunt operæ, quæ cum ex mss. edendum esset, παντὶ δὲ νομοθέτῃ, aliud cogitantes edidere tamen πάντα δὲ νομοθετεῖ.

121. Αὐτὸς Κύριος εἰς κρίσιν ἥξει μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ, καὶ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ. Πῶς (54) καὶ σφοδροτέραν τὴν συγκίνησιν ὁ λόγος ἐμφαίνει ἐν τῷ, Αὐτὸς Κύριος εἰς κρίσιν ἥξει; Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ λαοῦ εἴρηται τὸ, Καταστήσεται (55) εἰς κρίσιν Κύριος, καὶ στήσει εἰς κρίσιν τὸν λαὸν αὐτοῦ· ἐπὶ δὲ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν ἀρχόντων τὸ, Αὐτὸς Κύριος εἰς κρίσιν (56) ἥξει. Πρῶτον μέν, ἵνα διδαχθῶμεν, ὅτι ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι κριθησόμεθα, ὁ λαὸς, οἱ πρεσβύτεροι, οἱ ἄρχοντες. Ὁ μὲν γὰρ ἐλάχιστος, συγγνωστός ἐστιν ἐλέους· δυνατοὶ δὲ δυνατῶς ἐτασθήσονται. Δῆλον δὲ, ὅτι εἰς κρίσιν ἐρχόμενος, οὐκ ἐπὶ τῷ κρῖναι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ διακρῖναι (57) ἥξει. Οὐ γὰρ τοῦ κρίνοντος ἐστι μετὰ τῶν κρινομένων ἔρχεσθαι πρὸς τὴν κρίσιν, ἀλλὰ τῶν κρινομένων μετ' ἀλλήλων ἁπαντᾷν πρὸς τὸν κρίνοντα. Ἐλθὼν δὲ εἰς κρίσιν μετ' αὐτῶν, εὐθὺς καὶ ἐγκαλέσει ἐλεγκτικῶς, λέγων· Ὑμεῖς δέ τι ἐνεπυρίσατέ μου τὸν ἀμπελῶνα καὶ ἡ ἁρπαγὴ τοῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν; τί ὑμεῖς ἀδικεῖτε τὸν λαόν μου (58); Βουλευσώμεθα, οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἄρχοντες τοῦ λαοῦ, τί ἀποκρινώμεθα τῷ ἐγκαλοῦντι· μᾶλλον δὲ εὐξώμεθα, μὴ ἐφευρεθῆναι τὰ ἄξια τοῦ ἐγκαλεῖσθαι τὰ τοιαῦτα. Δῆλον γὰρ, ὅτι πρὸς ἡμᾶς ὁ λόγος· τοὺς μὲν ἐν πρεσβυτερίῳ, τοὺς δὲ ἐν μείζονι τιμῇ τοῦ λαοῦ προεστῶτας. Ἐπίστευσα ὑμῖν ἄμπελον εὐθηνοῦσαν, πᾶσαν ἀληθινὴν, εἰς τὸ ποιεῖν αὐτὴν τοὺς δέοντας καρποὺς διὰ τῆς ἐπιμελείας ὑμῶν· ὑμεῖς δὲ οὐ μόνον ἀπεχερσώσατε αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ προσενεπρήσατε. Τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν πρὸς τῷ (59) μὴ διδάσκειν τὰ δέοντα, ἔτι καὶ τὸν ἐκ τῆς δυσσεβείας ἐμπρεσμὸν, οἷόν τινα φλόγα ἔρπουσαν πανταχοῦ, καὶ ἀεὶ τὰ συνεχῆ ἐπιλαμβανομένην, καὶ εἰς τὸν ἀμπελῶνα παραδεξώμεθα. Οἱ τὰ (60) τέως θάλλοντα καὶ εὐθηνοῦντα τὰ κλήματα ξηρὰ καὶ ἀπρεπῆ καὶ ἄκαρπα ἐπιδεικνύοντες, καὶ οἱ τὰ ἐκ τῶν πεπυρωμένων βελῶν τοῦ διαβόλου ἐγγινόμενα πάθη μὴ σβεννύντες, ἀλλὰ τῇ ἐκλύσει τοῦ βίου τοῦ καθ' ἑαυτοὺς πολλὰ γίνεσθαι συγχωροῦντες, ἐμπυρίζουσι τὸν ἀμπελῶνα. Ἀλλὰ καὶ ὁ διὰ τῆς ἡδείας πλεονεξίας πολλοὺς εἰς τὴν τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμίαν προκαλούμενος, ἐμπυρίζει τὸν ἀμπελῶνα. Ἐπισυνάπτει γοῦν τὸ, Καὶ ἡ ἁρπαγὴ τοῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν. Ὥστε καὶ οἱ ἄδικον κτῆσιν ἀπὸ ἁρπαγῆς καὶ βίας συλλέγοντες, αἰτίαν τοῦ ἐμπρησμοῦ τῷ ἀμπελῶνι παρέχουσιν. ἐκ τοῦ πονηροῦ ὑποδείγματος τοῦ κατὰ τοὺς προεστῶτας καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς εἰς τὴν κατ' ἀλλήλων πλεονεξίαν παι-

121. Vers. 14. *Ipse Dominus in judicium veniet cum senioribus populi, et cum principibus ejus.* Acriorem quodam modo commotionem Scriptura indicat his verbis: *Ipse Dominus in judicium veniet.* De populo quidem dictum est: *Constituetur in judicium Dominus, et sistet in judicium populum suum.* At vero de senioribus principibusque dicitur: *Ipse Dominus in judicium veniet.* Primum quidem, ut doceamur fore, ut suo quique ordine judicemur, populus, seniores, principes. *Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter examinabuntur*[38]. Liquet autem in judicium venientem, non ad judicandum, sed ad discernendum venire. Non enim est **463** judicis cum iis qui judicantur, ad judicium venire: sed eorum est, qui judicandi sunt, simul collectos judicem adire. Cum autem ad judicium cum ipsis venerit, statim eos coarguet, modo objurgatorio dicens (Vers. 15): *Vos autem, utquid incendistis vineam meam, et rapina pauperis in domibus vestris? utquid vos injuria afficitis populum meum?* Seniores ac populi principes, quid simus ei in jus vocanti responsuri, perpendamus: imo vero precemur, ut in nobis talia minime inveniantur, quæ reprehensione digna sint. Compertum est enim, hæc verba ad nos spectare, quorum alii cooptati sunt in presbyterorum ordinem, alii vero in honore et gradu majori constituti, populo præsunt. Concrediti vobis vineam fertilem, totam veram, ut cura vestra ac diligentia fructus idoneos ederet: vos autem non ei solum intulistis vastitatem, sed ipsam etiam incendistis. Id autem contingit, cum præterquam quod non docemus quæ officii sunt ac muneris, etiam ex impietate incendium quasi quamdam flammam ubique serpentem, et perpetuo partes contiguas invadentem, in vineam inducimus. Qui virentes hactenus uberesque psalmites reddunt aridos, deformes, infructuosos, et qui vitia ex ignitis diaboli jaculis nata non exstinguunt, imo etiam suæ vitæ privatæ intemperantia vitiis multis dant locum, hi vineam incendunt. Quin etiam qui per stolidam avaritiam ad aliena bona concupiscenda multos invitat, is incendit vineam. Adjungit igitur illud: *Et rapina pauperis in domibus vestris.* Itaque qui injustas opes rapina et vi colligunt, vineæ incendio causam ansamque dant exemplo pravo, quo omnis etiam populus alii aliorum bona præfectorum imitatione concupiscere edocentur. Seniores igitur ac principes, qui per sanam doctri-

[38] Sap. VI, 7.

(54) Editi, ἐνταῦθα πῶς. Vox prior in mss. non invenitur. Hoc ipso in loco editi et Reg. secundus, σφοδρότερον. Alii quinque mss., σφοδροτέραν.

(55) Sic Combefisii codices et nostri. Editi, καταστήσει

(56) Additum est e libris quatuor veteribus illud, εἰς κρίσιν.

(57) Editi et Anglic., διακριθῆναι, *sed ut judicio contendat*, vel *judicio experiatur*. At uterque Combefisianus cum utroque Colbertino et cum Reg. quarto, διακρῖναι, *sed ut discernat* inter judicandos, et suum cuique pro merito reddat. Totum illud, ἀλλ' ἐπὶ τῷ διακρῖναι, sive διακριθῆναι, ut in Colb. primo, ita, Ducæo teste, in Henriciano desideratur.

(58) Antiqui tres libri, τὸν ἀμπελῶνά μου, *injuria afficitis vineam meam*. Mox mss. nonnulli, ἀποκρινούμεθα.

(59) Editi et tres mss., τό. Alii tres, τῷ.

(60) Editi, ἢ τά. Nec emendatiores sunt codices tres, in quibus legitur, εἴτα· sed in aliis duobus emendate scriptum invenimus, εἰ τά. Statim editi, ξηρὰ καὶ ἀτερπῆ. At uterque Combef., ξηρὰ καὶ ἀπρεπῆ.

nam ac per bona vitæ privatæ exempla non excolimus vineam, horum accusabimur. Nec immerito sumus audituri illud : *Et rapina pauperis in domibus vestris;* si quæ concessa sunt pauperum sublevandorum causa, domi retineamus, atque spoliemus indigentes.

122. Vers. 15. *Quid vos injuria afficitis populum meum, et vultum pauperum confunditis?* Mos est iis qui injuriam inferunt, et spoliant, ut, cum a læsis expostulantur, contumeliis et conviciis ipsos confundant, vilipendentes ac plagas comminantes, eosque tanquam litigandi cupidos traducentes. Itaque non solum ait, Injuria afficitis pauperem, qui facile potest spoliari, cuique utpote auxiliis destituto haud difficulter parantur insidiæ, sed et additur : Confunditis vultus pauperum. Pudorem quo ex illata injuria affici debueratis, tyrannide vestra in pauperes refunditis. Subornantes testes, mercede conducitis patronos, corrumpitis judices, donec præter reliquam iniquitatem pudorem etiam ex sycophantia ortum in pauperes transtuleritis. Sed at alias incurrimus in crimen, cum ob paria delicta pauperes acriter lacessimus : qui scilicet prodamus **464** quidem eorum peccata, probroque omni adhibito, Deique zelo in pauperes ostenso, hoc pacto vultus ipsorum confundamus. Quia vero nonnulli pauperes dicuntur beati [39], qui pietatis causa aspernati sunt omnia, atque acquirendarum Dei divitiarum spe educti, mundanas opes nihili æstimarunt; quando ii qui male præsunt populo, cum hujusmodi pauperes beatos prædicare debuissent, eos calumniantur, vilipenduntque, et commendabilem eorum humilitatem contemptui habent, tum merito objurgantur, maxime si seniores sint aut principes, siquidem sanctorum pauperum vultibus incutiunt pudorem. Joannes erat hujusmodi pauper, domum non habens, non famulum, non bovem aratorem, non agellum, non lectum, non panem. Talis Elias erat. Ejusmodi erant sancti omnes, qui *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti* [40].

123. Vers. 16, 17. *Hæc dicit Dominus : Pro eo quod elevatæ sunt filiæ Sion, et ambulaverunt erecto collo, et in nutibus oculorum, et gressu pedum simul trahentes tunicas, et pedibus simul ludentes : et humiliabit Deus principes filias Sion.* Etsi verba isthæc res quaspiam majoris momenti potissimum significant, tamen quæ dicuntur, continent etiam in seipsis quiddam populis utile, et moribus corrigendis accommodum. Refrenant enim mulierum lascivarum vitam, quæ habitu, aspectu, incessu amictuque suam ad stuprum proclivitatem produnt. Cum enim ob

[39] Matth. v, 3. [40] Hebr. xi, 37.

δοτριβουμένου. Πρεσβύτεροι οὖν καὶ ἄρχοντες, οἱ μὴ διὰ τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας καὶ τῶν κατὰ τὸν ἴδιον βίον ἀγαθῶν ὑποδειγμάτων τὸν ἀμπελῶνα γεωργοῦντες, ταῦτα ἐγκληθησόμεθα· εὐλόγως δὲ καὶ ἀκουσόμεθα τὸ, Καὶ ἡ ἁρπαγὴ τοῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν, ἐὰν τὰ εἰς λόγον τῆς ἀναπαύσεως τῶν πενήτων διδόμενα, ἐν τοῖς οἴκοις ἔχωμεν, ἀποστεροῦντες τοὺς ἐνδεεῖς.

122. Τί ὑμεῖς ἀδικεῖτε τὸν λαόν μου, καὶ τὸ πρόσωπον τῶν πτωχῶν καταισχύνετε; Ἔθος τοῖς ἀδικοῦσι καὶ ἀποστεροῦσιν, ἐπειδὰν ἐγκαλῶνται παρὰ τῶν ἠδικημένων, ὕβρεσι καὶ λοιδορίαις καταισχύνειν αὐτοὺς ἐξευτελίζοντες, καὶ πληγὰς ἀπειλοῦντες, καὶ ὡς φιλοπράγμονας διαβάλλοντες. Οὐ μόνον οὖν φησιν, Ἀδικεῖτε τὸν πένητα, εὐδιάρπαστον ὄντα, καὶ εὐεπιβούλευτον, διὰ τὴν ἐρημίαν· ἀλλὰ καὶ, Καταισχύνετε τὰ πρόσωπα τῶν πτωχῶν. Τὴν ὑμῖν προσήκουσαν ἐκ τῆς ἀδικίας αἰσχύνην, ταύτην ἐκ τῆς τυραννίδος ὑμῶν τοῖς πτωχοῖς περιτρέπετε, μάρτυρας ἀναπείθοντες, συνηγόρους μισθούμενοι, τοὺς δικάζοντας παραπείθοντες, ἕως ἂν πρὸς τῇ λοιπῇ ἀδικίᾳ καὶ τὴν ἐκ τῆς συκοφαντίας αἰσχύνην τοῖς πένησι περιστήσητε. Γίνεται δὲ καὶ ἄλλως ἡμέτερον τὸ ἔγκλημα, ὅταν ἐν τοῖς ὁμοίοις πταίσμασι τῶν μὲν πενήτων σφοδρῶς καθαπτώμεθα (61), δημοσιεύοντες μὲν αὐτῶν τὰ πταίσματα, καὶ μηδενὸς ὀνείδους φειδόμενοι, ἐνεπιδεικνύμενοι δὲ τὸν τοῦ Θεοῦ ζῆλον τοῖς πένησι, καὶ ἐκ τούτου τὰ πρόσωπα αὐτῶν καταισχύνοντες. Ἐπεὶ δέ εἰσί τινες πτωχοὶ μακαριζόμενοι, οἱ διὰ τὴν θεοσέβειαν πάντων καταφρονήσαντες, καὶ ἐπ' ἐλπίδι τοῦ κατὰ Θεὸν πλούτου, τῆς κοσμικῆς περιουσίας ὑπεριδόντες, οἱ κακῶς προεστῶτες τοῦ λαοῦ, ἀντὶ τοῦ μακαρίζειν τοὺς οὕτω πτωχεύοντας, διαβάλλοντες, καὶ ἐξουθενοῦντες, καὶ τὴν ἐπαινετὴν αὐτῶν ταπεινοφροσύνην ἐξευτελίζοντες, εἰκότως ἐγκαλοῦνται· μάλιστα ἐὰν πρεσβύτεροι ὦσιν ἢ (62) ἄρχοντες, ὡς τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων πτωχῶν καταισχύνοντες. Ὁποῖος ἦν πτωχὸς Ἰωάννης, μὴ οἶκον ἔχων, μὴ οἰκέτην, μὴ βοῦν ἀροτῆρα, μὴ χρήδιον, μὴ κλίνην, μὴ τράπεζαν, μὴ ἄρτον. Ὁποῖος Ἠλίας. Ὁποῖος τῶν ἁγίων ἕκαστος, οἳ Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι.

123. Τάδε λέγει Κύριος· Ἀνθ' ὧν ὑψώθησαν αἱ θυγατέρες Σιὼν, καὶ ἐπορεύθησαν ὑψηλῷ τραχήλῳ, καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν, καὶ τῇ πορείᾳ τῶν ποδῶν ἅμα σύρουσαι τοὺς χιτῶνας, καὶ τοῖς ποσὶν ἅμα παίζουσαι· καὶ ταπεινώσει ὁ Θεὸς ἀρχούσας θυγατέρας Σιών. Εἰ καὶ μείζονά τινα προηγουμένως ἐμφαίνει ὁ λόγος, ἀλλ' ὅμως ἔχει τι καὶ αὐτόθεν τοῖς πλήθεσι χρήσιμον καὶ ἐπιστρεπτικὸν τὰ λεγόμενα. Συστέλλει γὰρ ἀκολάστων γυναικῶν τὴν ζωὴν, καὶ σχήματι, καὶ βλέμματι, καὶ βαδίσματι, καὶ στολῇ τὴν πρὸς πορνείαν εὐκολίαν ἐπι-

(61) Veteres aliquot libri, σφοδρῶς καθαπτώμεθα. Ibidem Reg. quartus, δημοσιεύοντες μέν. Deest μέν in editis et in aliis mss. Subinde idem codex, ἐπιδεικνύμενοι δέ. Editi vero et alii mss., ἐπιδεικνύμενοιμέν.

(62) Veteres quinque libri, ἤ. Editi et Reg. primus, οἱ.

δεικνυμένων. Ὅταν γὰρ ἐπὶ τῷ κάλλει τοῦ σώματος μεγαλοφρονοῦσαι ὑπεραίρωσιν ἑαυτὰς τῶν λοιπῶν, ματαίῳ φρυάγματι κεχρημέναι, καὶ ἐπαιρόμεναι πράγματι ταχὺ ἀπανθοῦντι καὶ ἀποῤῥέοντι· εἶτα ὑψηλὸν μὲν τὸν τράχηλον φέρουσιν, ὑπὲρ τοῦ πᾶσιν αὐτῶν τὰ πρόσωπα εἶναι καταφανῆ. Ἡ μὲν γὰρ σεμνὴ γυνὴ καὶ κοσμία, εἰς γῆν κατανεύουσα ὑπὸ αἰδοῦς, ἐπὶ τὸ (63) κάτω καθελκόμενον ἔχει τὸ πρόσωπον· ἡ δὲ πολλοὺς ἀγρεῦσαι τῇ παγίδι τοῦ κάλλους προαιρουμένη, πορεύεται ὑψηλῷ τραχήλῳ. Καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν. Γυναικὸς πορνείας πνεούσης τὸ κατηγόρημα, περίεργα βλέπειν τῷ ὀφθαλμῷ, τὴν ἀσέλγειαν τῆς ψυχῆς καταμηνύειν τῷ βλέμματι, ἐμμειδιᾷν, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐρεθίζειν πορνικῶς, ἰόν τινα φθαρτικὸν ἐξαποστέλλειν τοῖς ὄμμασιν· ὁποῖον δή τι καὶ ὁ περὶ τοῦ βασιλίσκου κατέχει λόγος, ὃν φασι καὶ ἐκ μόνης τῆς ὄψεως διαφθείρειν τοὺς θεαθέντας. Δικαίως οὖν ἀγανακτεῖ ὁ λόγος κατὰ τῶν πορευομένων ὑψηλῷ τραχήλῳ· τουτέστιν, ἀπερυθριασμένῳ προσώπῳ, καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν. Τὸ δὲ ὑψηλὸν τοῦ τραχήλου, δεῖγμα τοῦ μηδὲ τῷ ζυγῷ τῆς σωφροσύνης ὑποκεῖσθαι· ἀβρυνογένης δὲ καὶ χλιδώσης, τὸν χιτῶνα ἐπισυρομένην βαδίζειν, καὶ τὸ βάδισμα μὴ κατὰ φύσιν ποιεῖσθαι, ἀλλὰ πρὸς ῥυθμὸν ἐκμελῆ ἐπιτετηδευμένον ἐκλότως. Ἀντὶ οὖν τούτων Ταπεινώσει ὁ Θεὸς ἀρχούσας θυγατέρας Σιών. Ἐπειδὴ ἑκουσίως τὸ ταπεινὸν οὐχ εἵλοντο ἀλλ' ἐπορεύθησαν ὑψηλῷ (64) τραχήλῳ, ταπεινώσει, φησὶ, τὰς ἀρχηγοὺς αὐτῶν, τὰς θυγατέρας (65) Σιών. Ἔτι καὶ νῦν ἔξεστιν ὁρᾷν πολλαχοῦ τὰς Ἰουδαίας γυναῖκας τοῖς ἑκάστου ποσὶν ἐπιπαιζούσας, καὶ μὴ ἐντρεπομένας τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Εἴθε δὲ μὴ (66) καὶ τῆς Ἐκκλησίας αἱ θυγατέρες τὰ αὐτὰ ἐγκαλοῖντο. Πολλαὶ γὰρ ὡς ἐν πλήθει ἐπὶ τῶν προσιόντων τῷ θείῳ λόγῳ, ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν, οὐκ εἰδυῖαι εὐφροσύνην πνευματικὴν, παιδιαῖς ἀσέμνοις ἑαυτὰς ἐπιδιδοῦσαι, κώμοις καὶ μέθαις ἐγκαγινδοῦνται· καὶ μὴ τηροῦσι τὸ παράγγελμα τὸ λέγον, ὅτι Οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν· ἀποκλοῦσαι (67) τὸ ὄμμα καὶ παρεκκλίνουσαι, δεῖγμα πονηρᾶς ἐκφέρουσι προαιρέσεως. Πολλαχοῦ δὲ τὰ νεύματα τῶν ὀφθαλμῶν διαβέβληται· ὡς ἐν Παροιμίαις ἐπὶ τοῦ κακοῦ παρατετήρηται, ὅτι Ὁ δὲ αὐτὸς ἐννεύει μὲν ὀφθαλμῷ, σημαίνει δὲ ποδί· καὶ πάλιν· Ὁ ἐννεύων ὀφθαλμῷ μετὰ δόλου, συνάγει ἀνδράσι λύπας· καὶ τὸ, Οἱ μισοῦντές, με δωρεάν,

corporis pulchritudinem ac elegantiam nimium sibi arrogantes, sese supra cæteras efferunt, fastu inani utuntur atque de re cito marcescente et evanescente gloriantur : deinde collum in sublime erectum ferunt, ut earum vultus valeant omnium oculis spectari. Nam quæ pudica est mulier et bene morata, defixis præ pudore in terram oculis, faciem habet deorsum demissam : quæ autem pulchritudinis suæ laqueo captare ac venari multos in animum induxit, incedit surrecto collo. *Et in nutibus oculorum.* Accusatio est in mulierem stuprum anhelantem conflata, cum videlicet ea oculis curiosis aspiciens, obtutibus suis impuritatem animæ declarat, atque subridens, meretricie oculis suis prolicit ac provocat, dum aspectu ipso exitiosum quoddam virus jaculatur. Sane simile quiddam narrat rumor de basilisco, quem ferunt solo intuitu interficere spectatores. Jure igitur ac merito sententia isthæc adversus eas quæ arrecto collo, hoc est, inverecundo vultu, et in nutibus oculorum incedunt, indignationem præfert. Cæterum colli elatio indicat mulierem continentiæ jugo nequaquam subjici. Cum autem ita incedit, ut tunicam trahat, hicque incessus non secundum naturam, sed ad numerum inconcinnum dissolute ac studiosius perficiatur, id efferentis sese, et in deliciis viventis indicium est. Itaque ob eam rem *Humiliabit Deus principes filias Sion.* Quoniam non sponte sua 465 amplexæ sunt humilitatem, sed ambulaverunt collo elato, humiliabit, inquit, illarum duces, filias Sion. Licet etiamnum multis in locis videre Judæas mulieres, uniuscujusque pedibus illudentes, quæ hanc prophetæ vocem minime revereantur. Atque utinam Ecclesiæ quoque filiabus hoc idem exprobrari non posset! Multæ enim tanquam catervatim in oculis eorum qui in diebus festis verbum divinum audituri accedunt, lætitiæ spiritualis ignaræ, inhonestis ludis vacant, ac in conviviis lascivis atque in ebrietate volutantur, nec admonitionem illam observant, quæ dicit : *Oculi tui recte videant* [41]; nempe dum in obliquum detorquent oculos ac deflectunt, pravæ voluntatis argumentum ac specimen præbent. Multis autem locis in malam partem accepti sunt oculorum nutus, uti in Proverbiis observatum est de homine nequam : *Ipse autem innuit quidem oculo, pede vero significat* [42]. Et rursus : *Qui innuit oculo cum dolo, con-*

[41] Prov. IV, 25. [42] Prov. VI, 13.

(63) Ita mss. multi, tum a viris eruditissimis Ducæo et Combefisio, tum a nobis ipsis collati. Editi et codex Fr. 1, ἐπὶ τῷ.

(64) Codices duo, ἐν ὑψηλῷ.

(65) Editi et collati a Ducæo libri H. J. et A., τὰς ὀρχούσας τῶν θυγατέρων· a quibus in eo solum duo Colbertini differunt, quod pro ἀρχούσας habeant, ἀρχηγούσας. At uterque Combef. et Reg. quartus, et apographum Anglicum, τὰς ἀρχηγοὺς αὐτῶν, τὰς θυγατέρας. Mutasse Ducæum lectionem veram falso conqueritur Combefisius. Nos rem totam eruditorum judicio permittimus. Statim Reg. secundus et utertrae Colb., τὰς Ἰουδαίας γυναῖκας. Vox ultima in excusis deerat.

(66) Vere et docte emendavit hunc locum Ducæus e suis codicibus H. J. et A., quibus libris adjungi possunt et alii quatuor, ubi similiter legitur, εἴθε δὲ μή, etc. At codex Fr. 1, εἴτε δὲ μὴ... ἐνεκαλοῦντο· quem codicem secutus Tilmannus, sic verterat. *An non filiæ etiam Ecclesiæ ob eadem in jus vocatæ sunt?* Hoc exemplo, ut aliis multis, quantas tenebras vel eruditissimis hominibus exigua scripturæ variatio offundat, edocemur.

(67) Editi, ὑπολοζοῦσάι, male. At uterque Combef. cum aliis duobus, ὑπολοξοῦσαι. Nec ita multo post duo mss., τὰ ἐννεύματα.

gregat viris tristitias [43]. Item illud : *Qui oderunt me gratis, et annuunt oculis* [44]. Quin et aliquando ad viros pertingunt istiusmodi crimina, qui inferiores superbo quidem animo aspernantur, gestu vero supino habituque et superciliorum nictatione superbiam detegunt : qui et fastoso et elato gradu numerose incedentes, arrogantiam suam, vestibus ad malleolos usque demissis, declarant : quos tandem ad ludos immoderatos animum suum adjungentes manet intentata ruina, ipsos a celsitudine per humilitatem dejectura.

124. *Et Dominus revelabit habitum earum.* Hunc habitum superbum, ad intemperantiam omnemque impudicam cogitationem incautorum animis ingenerandam compositum revelabit Dominus, cum, patefactis arcanis, carnis quidem auferentur integumenta, anima vero nuda et sola una cum turpitudinis operibus proferetur in medium [45]. Atque etiam in hoc sæculo ad eorum quibus istud contingit, utilitatem revelatur interdum habitus, ita ut rebus quæ antea multos latuerant, denudatis, atque peccatorum turpitudine ad plurimorum cognitionem perveniente, hi ipsi qui prius latitantes in malo persistebant, jam pudibundi convertantur ac resipiscant. Quamobrem fucatum simulatumque habitum revelare, munus Domini est. Quare si qui nostrum qui in dignitate et honore constituimur, vitam indecoram per simulationem contegunt, metuant eum qui nostrum habitum revelaturus est, atque cordium nostrorum consilia patefacturus, adeo ut pejores cogitationes in cujusque animo conceptæ ob omnium oculos ponantur [46]. Circumdabunt enim unumquemque nostrum cogitationes ipsius [47]. Quin et actiones nos circumsistent, eæque suis notis insignitæ, pudorem probrumque æternum nobis inferentes, quandoquidem sermoni doctrinæque deprehendentur contrariæ : ita ut qui prædicat non furandum, is furti inveniatur reus : qui dicit non mœchandum, is suam cum adulteris portionem habere comperiatur [48] : qui **466** abominatur idola, idem non sibi temperet a sacrilegio. Nihil enim occultum est, quod detegendum non sit : nihil absconditum, quod revelandum non sit [49].

125. VERS. 18. *In die illa auferet Dominus gloriam vestimenti earum, et ornatum earum.* Quandoquidem rebus quæ ad usum fuerant concessæ, utebantur contra decori rationem, *Auferet Dominus gloriam vestimenti earum*, quo in suum et occurentium malum amiciebantur. Itaque omnem mulierem vestimenti cultu abutentem, eo spoliatum iri minitatur. Quoniam, inquit, incedebant etiam simul tunicas trahentes, quasi non uterentur vestimento,

καὶ διανεύοντες ὀθθαλμοῖς. Φθάνει δὲ ποτε καὶ ἐπ' ἄνδρας τὰ τοιαῦτα ἐγκλήματα, τοὺς φρονήματι μὲν ἀλαζονικῷ ὑπερφρονοῦντας τῶν ὑποδεεστέρων, ὑπτιάζοντας δὲ τῷ σχήματι, καὶ τῷ νεύματι τῶν ὀφρύων τὴν ἀλαζονείαν ἐνδεικνυμένους. σοβαρῷ δὲ καὶ διηρμένῳ βαδίσματι εὔρυθμα βαίνοντας, τὸ ἱμάτιον καθιέντας μέχρι τῶν σφυρῶν, ἀλαζονείαν ἐνδεικνυμένους, καὶ παιδιαῖς ἑαυτοὺς ἀμέτροις ἐκδεδωκότας, οὓς μένει τὸ ἀπειληθὲν πτῶμα τὸ διὰ τῆς ταπεινώσεως (68) τῆς ἀπὸ τοῦ ὕψους.

124. Καὶ Κύριος ἀνακαλύψει τὸ σχῆμα αὐτῶν. Τοῦτο τὸ σχῆμα τὸ ὑπερήφανον, καὶ πεποιημένον πρὸς ἔκλυσιν (69) καὶ πᾶσαν ἀκόλαστον ἔννοιαν, ταῖς καρδίαις τῶν ἀφυλάκτων ἐνεργαζόμενον, ἀνακαλύψει Κύριος, ὅταν ἐν τῇ φανερώσει τῶν κρυπτῶν τὰ μὲν τῆς σαρκὸς παραπετάσματα περιαιρεθῇ, γυμνὴ δὲ καὶ καθ' ἑαυτὴν μετὰ τῶν ἔργων τῆς ἀσχημοσύνης παραδειγματίζεται ἡ ψυχή. Ἐνεργεῖται δέ ποτε καὶ ἐνταῦθα ἡ ἀποκάλυψις τοῦ σχήματος ἐπὶ καλῷ τῶν περὶ οὓς ἡ ἐνέργεια, ὥστε γυμνωθέντων, ἃ τέως πολλοὺς διαλανθάνει, καὶ εἰς γοῦσιν τοῖς πολλοῖς ἐλθούσης τῆς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἀσχημοσύνης, ἐπιστρέψαι καταιδεσθέντας τοὺς τέως διὰ τὸ λανθάνειν ἐπιμένοντας τῷ κακῷ. Τοῦ Κυρίου οὖν ἔργον, ἀνακαλύψαι τὸ σχῆμα τὸ ἐπίπλαστον, καὶ κατεσχηματισμένον. Ὥστε καὶ εἴ τινες ἡμῶν τῶν τιμωμένων προσχήματι βίον ἄσεμνον ὑποκρύπτουσι, σοβηθῆτωσαν τὸν ἀνακαλύπτειν ἡμῶν τὸ σχῆμα μέλλοντα, καὶ φανεροῦντα τὰς βομλὰς τῶν καρδιῶν ἡμῶν, ἐν ταῖς πάντων προκεῖσθαι ὄψεσι τοὺς ἐν ἑκάστῳ γινομένους χείρονας λογισμούς. Κυκλώσει γὰρ ἕκαστον ἡμῶν τὰ διαβούλια αὐτοῦ, καὶ αἱ πράξεις ἐν τοῖς ἰδίοις γνωρίσμασι περιστήσονται, αἰσχύνην καὶ ὀνειδισμὸν αἰώνιον ἡμῖν ἐπάγουσαι, ὅταν ἐλέγχωνται ἐναντίως ἔχουσαι πρὸς τὸν λόγον· ὥστε τὸν κηρύσσοντα μὴ κλέπτειν, κλοπὴν ἐφευρίσκεσθαι· τὸν λέγοντα μὴ μοιχεύειν, ἐν τοῖς ῥαστῶνος ἔχοντα τὴν μερίδα φωράσθαι· τὸν βδελυσσόμενον τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλίας τοῦτον μὴ ἀπεχόμενον. Οὐδὲν γὰρ κρυπτὸν, ὃ οὐ φανερωθήσεται· οὐδὲ κεκαλυμμένον (70), ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται.

125. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀφελεῖ Κύριος τὴν δόξαν τοῦ ἱματισμοῦ αὐτῶν, καὶ τὸν κόσμον αὐτῶν. Ἐπειδὴ παρὰ τὸ πρέπον ἐχρήσαντο τοῖς διδομένοις εἰς χρῆσιν, Ἀφελεῖ Κύριος τὴν δόξαν τοῦ ἱματισμοῦ αὐτῶν, ὃν ἐπὶ κακῷ ἑαυτῶν καὶ τῶν ἐντυγχανόντων αὐταῖς περιεβάλλοντο (71). Ὥστε πᾶσα γυνὴ κακῶς κεχρημένη τῇ περιβολῇ τῆς ἐσθῆτος, τὴν (72) ἀφαίρεσιν ἀπειλεῖται. Ἐπειδὴ καὶ ἐπορεύοντο, φησὶν, ἅμα σύρουσαι τοὺς χιτῶνας ὡς μὴ χρώμε-

[43] Prov. x, 10. [44] Psal. xxxiv, 19. [45] I Cor. iv, 5· viii, 17. [46] ibid. [47] Ose. vii, 2. [48] Psal. xlix, 18. [49] Luc.

(68) Vox ταπείνωσις hoc loco notam et solitam significationem non habet : sed sumi videtur pro animadversione, qua Deus superbos punit, eosque deprimit.

(69) Sic uterque Combef. et alii mss. non pauci. Editi, ἔλκυσιν, incuria operarum.

(70) Regii tertius et quartus, κατακεκαλυμμένον.

(71) Major pars codicum nostrorum, περιεβάλοντο.

(72) Uterque Colb. et Reg. secundus, ἰσθῆτος.

ναι τῷ ἱματισμῷ, ἀλλὰ παραχρώμεναι, ἐκελεύσθησαν γυμνωθῆναι τῆς δόξης τοῦ ἱματισμοῦ. Ἀφαιρεῖται μέντοι καὶ ἀφ' ἡμῶν τὴν δόξαν τοῦ ἱματισμοῦ, ἐὰν ἀναξίως αὐτῷ κεχρημένοι φανῶμεν, καταπατοῦντες αὐτὸν, καὶ τῶν σαρκίνων μολυσμάτων ἀναπιμπλάντες· Τίς δέ ἐστιν οὗτος ὁ ἱματισμὸς, ἢ τὸ ἔνδυμα τῶο ἁγίων, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός; Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε. Χριστὸν ἐνεδύσασθε, ὃν ἀφαιρεῖ Κύριος ἀπὸ τῶν διὰ τοῦ ἁμαρτάνειν τὸ σῶμα καταπατούντων. καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγουμένων (73). Τούτου τοῦ ἱματισμοῦ σύμβολα ἦν τὰ ἱμάτια τοῦ Ἰσραὴλ, τὰ μὴ κατατριβέντα, καθὼς γέγραπται ἐν Δευτερονομίῳ, ὅτι Τὰ ἱμάτια ὑμῶν οὐ κατετρίβη, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν οὐκ ἐπαλαιώθη· ἐπεὶ καὶ τὰ ὑποδήματα σύμβολα ἦν τῆς ἑτοιμασίας τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης. Ἦν γὰρ δέδωκε Διαθήκην Καινὴν (74) Χριστὸς Ἰησοῦς, μένει καινὴ, μηδέποτε παλαιουμένη. Ὅσον γὰρ χρώμεθα τούτῳ καὶ τοῖς ὑποδήμασι, τοσούτω καινότερα γίνεται, ἀεὶ προσφάτου καὶ νέας ἐπιγινομένης ἡμῖν τῆς ἑτοιμασίας τοῦ Εὐαγγελίου ἐν τῇ προκοπῇ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. Καὶ τοὺς κοσύμβους (75). Ἀφαιρήσειν ἀπειλεῖ τῶν καλλωπιζομένων γυναικῶν διὰ τοῦ προφήτου ὁ Κύριος καὶ τοὺς κοσύμβους. Οὐ πάνυ δὲ ἡ τοῦ κοσύμβου λέξις τῇ Ἑλληνικῇ συνηθείᾳ καθωμίληται, ὅθεν οὐδὲ ὁ νοῦς αὐτῆς πρόδηλος. Πλὴν ἡμεῖς ἐν τῇ κατασκευῇ τῆς ἀρχιερατικῆς ἐσθῆτος εὑρόντες χιτῶνα κοσυμβωτὸν, ἔχοντα ῥοΐσκους καὶ κώδωνας, ἀποδέσμους τινὰς τῶν κροσσῶν, ἐνοήσαμεν τοὺς κοσύμβους συναπηρτημένους τοῖς κώδωσι τοῖς χρυσοῖς, καὶ τοῖς ῥοΐσκοις ἀπὸ τῶν ἄκρων, οὓς ἐμιμοῦντο καθ' ὑπερβολὴν τρυφῆς καὶ αἱ θυγατέρες Σιὼν ἐν τῇ περιβολῇ τῆς ἰδίας κύτῶν ἐσθῆτος· δι' ὧν ἐνύβριζον (76) τοῖς ἱερατικοῖς ἰδιώμασιν, ὑακίνθινα καὶ κόκκινα ἐγκομβώματα κροσσῶν ἀπηρτημένα τοῦ λώματος περιφέρουσαι.

126. Καὶ τοὺς μηνίσκους, καὶ τὸ κάθεμα, καὶ τὸν κόσμον τοῦ προσώπου αὐτῶν, Κατ' εἶδος ἐπεξέρχεται τῷ γυναικείῳ κόσμῳ, τὸ περίεργον τοῦ καλλωπισμοῦ διασύρων. Ἀφελεῖ γὰρ Κύριος (77) καὶ τοὺς μηνίσκους καὶ τὸ κάθεμα. Σαφέστερον δὲ τοὺς μηνίσκους ἕτερος ἐξέδωκεν, εἰπὼν, καὶ τοὺς μανιάκας· καὶ ἀντὶ τοῦ καθέματος εἰπὼν χαλαστά. Μηνίσκος τοίνυν κόσμος ἐστὶ γρυσοῦς περιτραχήλιος, κυκλοτέρως ἀπειργασμένος, ὃν περιτιθέμεναι αἱ γυναῖκες, γυμνὸν ἐπιτηδεύουσι προδεικνύναι τὸν τράχηλον, καὶ ἀναισχύντως ἀπογυμνοῦν, ἃ συγκαλύπτειν εὐσχημονέστερον. Καὶ τὸ κάθεμα κόσμος τίς ἐστι, καὶ αὐτὸς καθ-

A sed quæ abuterentur, ideo jussæ sunt vestimenti gloria privari. Aufert quidem et a nobis vestimenti gloriam, si eo deprehendimur indigne uti, illud conculcantes, atque carnalibus inquinamentis complentes. Hoc autem vestimentum quodnam est, nisi sanctorum indumentum, ipse Dominus noster Jesus Christus? *Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis* [50], quem ab iis aufert Dominus, qui corpus proculcant per peccatum, et testamenti sanguinem pro polluto ac communi habent [51]. Indumenti hujus figura erant Israelitici populi vestes, nequaquam detritæ, uti scriptum est in Deuteronomio [52]. *Vestimenta vestra non sunt detrita, et calceamenta in pedibus vestris non sunt vetustate consumpta.* Enimvero hæc etiam calceamenta symbola erant ac figura præparationis Evangelii pacis [53]. Nam Novum Testamentum quod Jesus Christus tradidit, novum perseverat, nec est unquam antiquandum. Nam quo magis hoc vestimento calceamentisque utimur, eo utraque fiunt recentiora, quandoquidem fide quæ in Christum est proficiente, præparatio Evangelii recens semper ac nova in nobis succedit. *Et cosymbos.* A mulieribus nimio cultu exornatis cosymbos etiam ablaturum se Dominus per prophetam comminatur. Hoc autem *cosymbi* vocabulum non valde admodum Græco usu est receptum, unde minime perspicua est illius intelligentia. Quia tamen in vestis pontificiæ apparatu tunicam cosymbis ornatam et malis punicis ac tintinnabulis instructam reperimus [54], *cosymbos* existimavimus quosdam esse fimbriarum nodos, una cum tintinnabulis aureis et malis punicis ab extremis vestimenti partibus dependentes, quos etiam filiæ Sion præ suo nimio luxu imitabantur in sui vestimenti ambitu. Quo pacto peculiarem vestium sacerdotalium prærogativam dedecorabant, cum circumferrent nodosa fimbriarum ornamenta ab ima vestis ora pendentia, eaque hyacinthina et coccinea.

126. Vers. 19. *Et lunulas, et monile demissum, ornatum faciei earum.* Mundum muliebrem singulatim percurrit, atque id quod in hoc ornatu superfluum est, reprehendit. Auferet enim Dominus *et lunulas et monile demissum.* Alius autem interpretatus est clarius, pro lunulis 467 dicens, *et torques;* dicensque loco monilis demissi, *et catenulas.* Lunula igitur aureum est ornamentum collo circumpositum, orbiculatim effectum, quod cum sibi adaptant mulieres, student collum nudum palam ostendere, et ea quæ convenientius tegerentur, impudenter denudare. At *monile demissum* quidam mun-

[50] Gal. III, 27. [51] Hebr. X, 29. [52] Deut. XXIX, 5. [53] Ephes. VI, 15. [54] Exod. XXVIII, 33, 34.

προσδοκάτω αὐτῆς τήν, *Itaque omnis mulier quæ vestimenti cultu abutitur, ejus ademptionem exspectet.* Haud contemnenda lectio. Alii tres mss. cum editis uti in contextu.

(73) Sic libri quinque veteres. Editi et Reg. tertius, ἡγησαμένων.

(74) Vocem Καινήν, quæ in editis desiderabatur, suppeditavere antiqui tres libri.

(75) De significatione ejus vocis, κόσυμβος, ut fuse, ita diligenter disputat Ducæus: cujus, qui harum rerum curiosi sunt, eruditissimam notam legant suadeo. Illud quod non longe legitur, καὶ τοὺς κοσύμβους, ex antiquis tribus libris addidimus.

(76) Reg. quartus, ἐνύβριζον. Colb. primus, ἐνυβρίζουσι. Alii quidam mss. et editi, ἐνυορίζουσαι.

(77) Sic veteres quinque libri. Vox Κύριος in editis deerat.

dus est, et ipse quidem demissus, et ad pectus usque descendens, levibus ac laxatis quibusdam catenulis dependens; qui ut omnibus sit conspicuus, pectus decenter tegi non posse omnino necesse est. *Et ornatum faciei earum.* Sunt et colores quidam a mulieribus ad decorandam faciem valde exquisiti, albus, rubeus, et alius niger. Albus albitudinem ementitur corporis; rubens in genis efflorescit; niger in modum lunæ in cornua curvatæ circum oculos supercilia depingit: quem ipsum etiam Dominus ablaturum se interminatur. Hæc quidem dicit, ne virorum circumveniatur continentia, neve ejusmodi picturis miserabiles oculi juvenum corripiantur. Alioqui tunc auferentur isthæc, cum omnia coram judice sistentur nuda et aperta; quandoquidem concidet supercilium, gena præ se feret tristitiam, color lividus erit præ timore. Itaque et ornatum aufert Dominus. VERS. 20: *Et compositionem ornatus gloriæ*, materiam videlicet ornatui inservientem ipsaque artis opera ac inventa. Et quoniam ne uno quidem ornatu licet usque adeo efferri, aut ejus causa inflari, at omnibus tamen simul junctis cogitatio superba accedit, Dominus minitatur se etiam ornatus compositionem ablaturum. Qualis autem est ornatus, talis est utique et gloria de eo nata. Atqui corporis ornatus vanus est et inanis: proinde gloria quoque ex illo emergens, interitura est, nec subsistere potest.

127. *Et chlidones, et armillas, et reticula.* Totus quidem qui recensitus est mundus, mulieris deliciis deditæ studium est, hoc est, voluptariæ ac gaudio indulgentis: potissimum tamen *chlidones* quod conveniant nomine cum voluptate, hinc fortasse brachiis circumponebantur. Armillæ autem sunt, quæ in manuum extremitate aptabantur omnibus spectandæ. Aliquando tamen in bonam partem acceptæ sunt armillæ; exempli causa, cum senior domus sanctam Rebeccam exornaret [55]. Siquidem par erat illam, utpote patriarchæ contubernio usuram, ab eo cujus opera erat despondenda, in antecessum practicam mentis dotem erudiri. Quapropter armillis aureis, id est, eximiis actionibus manus ipsius condecorabat [56]. Decem vero aureorum erat pondus earum, quod capitibus decem tota legis observatio concluditur [57]. *Et inaures* singularum drachmarum pondus habentes, quia fide unum Deum profitente par est obedientiam exornari. Hic tamen

A ιέμενος (78) μέντοι καὶ ἐπικατοβαίνων τῷ στήθει, χαλαρῶν τινῶν ἀλύσεων ἀπηωρημένος, ὡς ἵνα προφαίνηται, πάντως ἀνάγκη μηδὲ τὰ περὶ τὸ στῆθος εὐσχημόνως συνεσκιάσθαι. Καὶ τὸν κόσμον τοῦ προσώπου αὐτῶν. Ἔστι τινὰ καὶ χρώματα πρὸς κόσμον ταῖς γυναιξὶν ἐπιτετηδευμένα τοῦ προσώπου· λευκόν τε, καὶ ἐρυθρὸν, καὶ ἕτερον μέλαν ὄν (79). Τὸ μὲν λευκότητα τοῦ σώματος καταψεύδεται· τὸ δὲ ἐρυθρὸν ταῖς παρειαῖς ἐπανθεῖ· τὸ δὲ μέλαν μηνοειδῶς τὰς ὀφρῦς τοῖς ὀφθαλμοῖς περιγράφει· ὃν καὶ αὐτὸν περιαιρήσειν ὁ Κύριος ἀπειλεῖ, ἵνα μὴ κλέπτηται, φησὶν, ἡ σωφροσύνη τῶν ἀνδρῶν (80), μηδὲ ταῖς ζωγραφίαις ταύταις ἑλκεινοὶ νεωτέρων ὀφθαλμοὶ συναρπάζωνται. Ἢ τότε ἀφαιρεθήσεται ταῦτα, ὅταν γυμνὰ πάντα παρίσταται τῷ κριτῇ, ὅτε ὀφρὺς συμπεπτωκυῖα, παρειὰ κατηφὴς, χρῶμα πελιδνὸν ὑπὸ τοῦ φόβου. Ἀφαιρεῖ οὖν καὶ τὸν κόσμον ὁ Κύριος, Καὶ τὴν σύνθεσιν τοῦ κόσμου τῆς δόξης· οἱονεὶ καὶ τὴν ὕλην τὴν κοσμοῦσαν, καὶ αὐτὴν τὴν ἐκ τέχνης ἐπίνοιαν. Καὶ ἐπειδὴ ἐνὶ μὲν οὐκ ἔστιν ἐπαρθῆναι τοσοῦτον, οὐδὲ φυσιωθῆναι ἐπ' αὐτῷ, ὁμοῦ δὲ πᾶσι συγκειμένοις τὸ ἀλαζονικὸν ἐπιγίνεται φρόνημα, καὶ τὴν σύνθεσιν τοῦ κόσμου ἀφαιρήσειν ὁ Κύριος ἀπειλεῖ. Ὁποῖος δὲ ὁ κόσμος, τοιαύτη δηλονότι καὶ ἡ ἐπ' αὐτῷ δόξα· σωματικὸς δὲ κόσμος, καὶ μάταιος· φθαρτὴ οὖν καὶ ἡ ἐπ' αὐτῷ δόξα καὶ ἀνυπόστατος.

127. Καὶ τοὺς χλιδῶνας, καὶ τὰ ψέλλια, καὶ τὰ ἔμπλόκια (81). Ὅλος μὲν ὁ κατηριθμημένος κόσμος χλιδώσης γυναικός ἐστιν ἐπιτήδευμα, τουτέστι, τρυφώσης καὶ διακεχυμένης· ἐξαιρέτως δὲ οἱ χλιδῶνες (82) παρώνυμνι ὄντες τῆς τρυφῆς, τάχα τοῖς βραχίοσι περικείμενοι. Ψέλλια δέ ἐστι τὰ τοῖς ἄκροις τῶν χειρῶν κατὰ τὸ προφανὲς προβαλλόμενα (83). Ἔστι δέ ποτε καὶ ἐπὶ καλοῦ παρειλημμένα τὰ ψέλλια, ὡς ὅτε τὴν ἁγίαν Ῥεβέκκαν ὁ πρεσβύτερος τῆς οἰκίας κατεκόσμει. Ἔδει γὰρ μὴν μέλλουσαν συνοικεῖν τῷ πατριάρχῃ, ὑπὸ τοῦ μνηστευομένου αὐτὴν τὸ πρακτικὸν τῆς ψυχῆς προπαιδευθῆναι. Διὰ τοῦτο ψελλίοις χρυσοῖς κατεκόσμει τὰς χεῖρας, τουτέστι πράξεσι τιμίαις. Δέκα δὲ χρυσίων (84) ὁλκὴ αὐτῶν· διότι ἐν δέκα κεφαλαίοις ἡ πᾶσα τήρησις, ταῦ νόμου συμπεραιοῦται. Καὶ ἐνώτια ἀνὰ δραχμὴν ὁλκῆς ἔχοντα· ὅτι τὴν ὑπακοὴν τῇ εἰς ἕνα Θεὸν πίστει προσῆκε κεκοσμῆσθαι. Ἐνταῦθα μέντοι περιαιρεῖται (85) τὰ ψέλλια, διὰ τὰς ἐπαιρομένας τῷ κόσμῳ

[55] Gen. XXIV, 22. [56] ibid. [57] Deut. X, 4.

(78) Editi, καθειμένος. At quinque mss., καθιέμενος.

(79) Editi, μέλαν ὦν. At nostri sex mss. una voce, μελανόν· sed, nisi valde fallor, duabus vocibus legi præstat, μέλαν ὄν.

(80) Sic mss. nostri omnes Editi, τῶν ἀνθρώπων. Aliquanto post, ubi in editis legitur, παρίστησι, veteres tres libri habent, παρίστανται· alii tres, παρίσταται.

(81) Editi, ἐμπλόκιον· et ita quoque apud LXX editum invenimus: at nostri sex mss., ἐμπλόκια.

(82) Quod ait scriptor, *chlidones nomine cum voluntate convenire*, id vere a Græco dici potuisse constat, cum voluptas Græce dicatur, χλιδή. Unde χλιδῶνες, hoc est, *brachialia, monilia*, et alia ejusdem generis, ideo sic appellabantur, quod mulieres χλιδῶσαι, seu voluptati deditæ, iis uti solerent. Subinde editi et Reg. primus, ἀ τοῖς. Alii quidam mss., τὰ τοῖς.

(83) Ita antiqui sex libri. Editi, περιβαλλόμενα. Statim editi, οἰκίας Ἀβραάμ· sed vox ultima in mss. non legitur, ob idque eam inde sustulimus.

(84) In editis et apud LXX legitur, χρυσῶν· at in nostris sex codicibus, χρυσίων.

(85) Antiqui tres libri, περιαίρει, *tollit armillas.*

τῶν ψελλίων· καθόλου ἡμῖν ἐνδεικνυμένου τοῦ λόγου, ὅτι ὁ ἐπὶ τῷ δεδυνῆσθαι τὰ κρείττονα ὑψηλοφρονήσας ἐγκαταλείπεται (86) ὑπὸ τῆς συνεχούσης αὐτὸν ἐπισκοπῆς. Τὸ δὲ ἐμπλόκιον ἔοικέ τι εἶναι συγκαταπλεκόμενον ταῖς θριξὶν, εἰς τὸ τῇ παρ' ἑαυτοῦ εὐχροίᾳ διεγεῖραι τῶν τριχῶν τὴν χρόαν. Καὶ μηδενὶ ταῦτα μικροπρεπῆ νομιζέσθω. Οὐ γὰρ σεμνότεροι τοῦ Πνεύματος ἡμεῖς, ὡς ἀπαξιοῦν τὰς ἐν τῇ Γραφῇ λέξεις διερευνᾶσθαι. Μεμαθήκαμεν γὰρ ἐν τοῖς Ἄσμασι, τῆς ἐπαινουμένης νύμφης καὶ τὸ ἐμπλόκιον σεμνυνόμενον· Κεφαλή γάρ σου, φησὶν, ὡς ὁ Κάρμηλος, καὶ ἐμπλόκιον (87) κεφαλῆς σου, ὡς πορφύρα.

128. Καὶ τὰ ἐνώτια, καὶ τοὺς δακτυλίους. Ἐπαινετὴν μὲν τὴν χρῆσιν ἐνωτίων ἐν τῇ μνηστείᾳ τῆς Ῥεβέκκας ἐδιδάχθημεν, σύμβολον τοῦ ἀγαθὰ μέλλειν αὐτῇ διδάγματα περὶ τῆς ἐν τοῖς νοητοῖς ἀληθείας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Ἀβραὰμ γενομένῃ παραδοθήσεσθαι (88)· κατηγορούμενα δὲ αὐτὰ πολλαχοῦ κατειλήφαμεν. Πρῶτον μὲν, ἐκ τοῦ, ὅτε ἀναβαίνειν ἔμελλον εἰς Βεθὴλ, προσταχθῆναι παρὰ τοῦ Ἰακὼβ τὰς γυναῖκας περιελέσθαι αὐτὰ μετὰ τῶν θεῶν τῶν ἀλλοτρίων, ὡς ἐμποδίου ὄντος ἐκ τῆς εἰδωλολατρείας, καὶ τῆς τῶν ἐνωτίων χρήσεως, πρὸς τὸ ἀνελθεῖν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Κυρίου· Βεθὴλ γὰρ οἶκος Θεοῦ ἑρμηνεύεται. Ἔπειτα ἐν τῇ Ἐξόδῳ καταστασιασθεὶς ὑπὸ τοῦ λαοῦ ὁ Ἀαρὼν εἰς τὸ ποιῆσαι εἴδωλον, ὡς ἐπιτηδείαν ὕλην εἰς κατασκευὴν τῶν ἀπηγορευμένων τὰ ἐνώτια ἐξελέξατο. Περιείλαντο (89) γὰρ πᾶς ὁ λαὸς, φησὶ τὰ ἐνώτια τὰ χρυσᾶ, τὰ ἐν τοῖς ὠσὶν αὐτῶν, καὶ ἤνεγκαν πρὸς Ἀαρὼν, καὶ ἔπλασεν αὐτὰ μόσχον χωνευτόν. Ἀλλὰ καὶ Γεδεὼν ἐκ τῶν σκύλων τῶν Ἰσμαηλιτικῶν λαβὼν τὰ ἐνώτια παρὰ τοῦ λαοῦ, Ἐποίησεν αὐτὰ εἰς Ἐφοὺδ, καὶ ἔστησεν αὐτὸ (90) ἐν τῇ πόλει. Καὶ ἐξεπόρνευσε πᾶς Ἰσραὴλ ὀπίσω αὐτοῦ ἐκεῖ, καὶ ἐγένετο τῷ Γεδεὼν καὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ εἰς σκάνδαλον. Καὶ ταῦτα νῦν τὰ ἐνώτια διὰ τὸ συνεπαίρειν τὸ φρόνημα τῶν θυγατέρων Σιὼν διαβέβληται. Καὶ τὰ περιπόρφυρα, καὶ τὰ μεσοπόρφυρα. Τὸν ἐν τῇ ἐσθῆτι κόσμον τῶν καλλωπιζομένων γυναικῶν ὡς περίεργον διαβάλλει, πορφύραν ποτὲ μὲν κατὰ τὰ ἄκρα παρυφαινόντων, ποτὲ δὲ κατὰ τὸ μέσον αὐτὴν ἐντιθέντων. Δόλου δὲ σύμβολον ἡ πορφύρα τὴν κατὰ φύσιν χρόαν ἐπικαλύπτουσα, καὶ τὸ οἰκεῖον ἄνθος προφαίνουσα, κατὰ τοὺς ἐν ἐπιφανείᾳ φαιδροὺς, ἐν δὲ τῷ βάθει τὸ κακὸν συσκιάζοντας. Ὅπερ κἂν τὰ ἄκρα τοῦ βίου, κἂν τὸ μέσον ἐπέχῃ (91), φευκτόν. Διόπερ καὶ τὰ περιπόρφυρα παραιτεῖται ὁ λόγος.

adimuntur armillæ, **468** propterea quod gloriarentur de earum ornatu. Uno verbo hisce verbis edocemur eum, qui ob præstantiores quibus dotatus est facultates effertur, a custodia se conservante destitui. Videtur autem *reticulum* ornatus quidem fuisse capillis intertextus, ut eximio suo colore capillis colorem excitaret. Hæc autem parvipendat nemo. Nos enim non sumus Spiritu sancto graviores, ut voces in Scriptura positas perscrutari fastidiamus. Didicimus enim in Canticis, reticulum quoque sponsæ, quæ laudabatur, commendatum fuisse : *Nam caput tuum*, inquit, *sicut Carmelus, et reticulum capitis tui in purpura* [58].

128. Vers. 20. *Et inaures, et annulos.* Novimus quidem inaurium usum in Rebeccæ sponsalibus fuisse laudatum. Quod erat argumento documenta eidem domum Abrahæ ingressæ de rerum spiritualium veritate tradenda esse. At inaures fuisse sæpe condemnatas deprehendimus. Primo quidem id ex hoc liquet, quod cum mulieres essent ascensuræ in Bethel, eas jussit Jacob inaures una cum diis alienis ablegare [59]. Nam idololatria et inaurium usus erant impedimento, ne ascenderent in domum Domini : quippe si Bethel interpreteris, sonat *domum Dei*. Deinde Aaron in Exodo populi seditione ad conflandum idolum adactus, inaures tanquam materiam faciendis rebus prohibitis idoneam delegit. *Abstulerunt* enim, inquit, *omnis populus inaures aureas quæ in auribus earum erant, et attulerunt ad Aaron, et formavit illas vitulum fusilem* [60]. Quin et Gedeon postquam ex Ismaelitarum spoliis inaures a populo accepit. *Fecit eas in Ephud, et statuit illud in civitate. Et fornicatus est omnis Israel post illud illic, et factum est Gedeoni et domui ejus in scandalum* [61]. Atque inaures istæ nunc dantur crimini, quod animus filiarum Sion inde efferretur. Vers. 21. *Et prætextas, et vestes ex media parte purpureas.* Vestium ornamentum quod a mulieribus gloriam ex his aucupantibus adhibetur, tanquam superfluum perstringit. Aliquando quidem illæ purpuram attexebant ad extremum, aliquando vero parti mediæ eam inserebant. Cæterum doli fallaciæque figura purpura est quæ nativum colorem tegat, proprium vero florem in medium proferat, haud aliter atque illi, qui in speciem læta sunt fronte, intus vero malum occultant. Quod sane fugiendum est sive extremum vitæ, sive medium occupet. Quare et *prætextas purpureas* Scriptura rejicit.

[58] Cant. VII, 5. [59] Gen. XXXV, 4. [60] Exod. XXXII, 3, 4. [61] Judic. VIII, 27.

(86) Codices aliquot, ἐγκαταλέλειπται.

(87) Apud LXX pro ἐμπλόκιον legitur πλόκιον, *Et plexus capitis tui.*

(88) Nostra editio et Reg. primus, παραδοθήσεται, haud emendate. Alii quatuor mss., præter Combefisianum, παραδοθήσεσθαι. Ibidem pro αὐτοῦ e multis mss. edi oportuerat, αὐτά.

(89) Veteres quatuor libri, περιείλαντο. Editi cum duobus aliis mss., περιείλοντο. Statim nostri sex mss., ἔπλασαν αὐτά, *formarunt*. Editi non secus ac LXX, ἔπλασεν, *formavit*. Subinde quidam mss., τῶν Ἰσμαηλιτῶν. Alii et editi, τῶν Ἰσμαηλιτικῶν.

(90) Editi et Reg. secundus, αὐτῷ. Codex. Fr. 1, αὐτά. Alter Combefisii Codex et alii tres, αὐτό.

(91) Editi et Reg. primus, ἀπέχῃ. Alii quatuor, ἐπέχῃ.

129. VERS. 22. *Et indumenta quæ sunt per domum, et pellucida Laconica.* Immodicam luxus deliciarumque copiam declarat hæc sententia, dum ait recondita domi indumenta præ nimia tenuitate esse pellucida. Sumptus enim ad ostentationem factus pro scopo gratiam hominum ac benevolentiam sibi proponit. Cum autem quis etiam nemine spectante, privatim domi degens, pellucidis **469** vestibus amicitur, id rerum nostro usui concessarum abusum perquam immodicum esse ostendit. Itaque indumenta Lacænarum imitabantur, quæ cum inter saltandum plane nudari nolint, tanquam id sit indecorum, lineam vestem quam tenuissime contextam induunt, per quam objiciant spectanda quæ virorum oculis non conspici oportebat. VERS. 23. *Et byssina, et hyacinthino, et byssum, cum auro et hyacintho intertexta.* Jam vero immodestam vitam agentes et præ immodico luxu sanctis insultantes filiæ Sion, etiam vestem circumferebant similitudine ad indumentum sacerdotale accedentem [62]: vestimenta scilicet byssina et hyacinthina gerebant, qualibus ceu symbolis elementorum ex quibus omnia constant, induti sacerdotes, introibant in sancta seorsum, Deo pro mundo supplicaturi. Byssus quidem pro terra, hyacinthus pro aere, purpura pro aqua, coccinum pro igne ponitur. Hæ autem mulieres harumce rerum ornatu non contentæ, ad varietatem efficiendam et ad majorem ostendendam magnificentiam, aurum cum iis contexuerunt. *Et theristra accubitoria.* Theristrum videtur esse indumentum æstivum, ita ut et tegere videretur, nec tamen in æstu gravaret : quemadmodum et in Genesi didicimus Rebeccam obviam Isaac euntem, theristro fuisse indutam [63]. Quæ autem nunc Scriptura vituperat, vocantur theristra, quæ videlicet ad discumbendum præ nimio voluptatis studio lectis insternebantur. Sed dictionem hanc, *cataclita*, ne reddidere quidem interpretes alii. Quapropter tanquam quæ nullum sensum exhiberet, notata obelo est.

130. VERS. 24. *Et erit pro odore suavi pulvis : et pro zona funiculo cingeris, et pro ornatu capitis aureo calvitium habebis propter opera tua.* Pars voluptatis suavitas est odorum, quandoquidem incensis quibusdam unguentis inficiunt aerem, suavemque sibi halitum reddunt. His igitur mulieribus voluptate perfusis et odorem jucundum olfactui accersentibus, ab eo qui minas intentat, pulvis retribuetur. Pulvis

129. Καὶ τὰ ἐπιβλήματα τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν (92), καὶ τὰ διαφανῆ Λακωνικά. Ὑπερβολὴν ἀσωτίας καὶ τρυφῆς ἀφειδοῦς ὁ λόγος ἐμφαίνει, τὰ ἐπιβλήματα τὰ κατ' οἶκον διαφανῆ λέγων εἶναι τῇ ὑπερβολῇ τῆς λεπτότητος. Τὸ γὰρ πρὸς ἐπίδειξιν δάπανηρὸν, ἔχει σκοπὸν τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν· τὸ δὲ καὶ μηδενὸς ὁρῶντος ἐφ' ἑαυτοῦ διάγοντα κατὰ τὴν οἰκίαν διαφανῆ περιβάλλεσθαι, πᾶσαν ὑπερβολὴν παραχρήσεως τῶν πρὸς χρῆσιν συγκεχωρημένων ἡμῖν ἐπιδείκνυται· ὥστε μιμεῖσθαι τὰ τῶν Λακαινῶν (93) ἐπιβλήματα· αἳ κατὰ τὴν ὄρχησιν τὸ φανερῶς γυμνοῦσθαι ὡς ἄσεμνον παραιτούμεναι, ὑπερβάλλουσαν λεπτότητι λινῆν ἐσθῆτα περιβαλλόμεναι, δι' αὐτῆς φαίνουσιν ἃ κρύπτειν ἔδει τὰς τῶν ἀῤῥένων ὄψεις. Καὶ τὰ βύσσινα, καὶ τὰ ὑακίνθινα, καὶ τὴν βύσσον σὺν χρυσῷ καὶ ὑακίνθῳ συγκαθυφασμένα. Ἤδη δὲ καὶ τῆς ἱερατικῆς ἐσθῆτος μιμήματα, ἐν τῇ ἀσέμνῳ αὐτῶν (94) ζωῇ δι' ὑπερβολὴν τρυφῆς ἐμπαροινοῦσαι τοῖς ἁγίοις, αἱ θυγατέρες τῆς Σιὼν περιφέρουσι, βύσσινα καὶ ὑακίνθινα, ὁποῖα ἐκεῖνοι (95) σύμβολα τῶν στοιχείων περιβαλλόμενοι, ἐξ ὧν τὰ πάντα συνέστηκεν, εἰσῄεσαν εἰς τὰ ἅγια δι' ἑαυτῶν, ὑπὲρ τοῦ κόσμου τὸν Θεὸν ἱλεούμενοι. Βύσσος μὲν γὰρ ἀντὶ τῆς γῆς· ἡ δὲ ὑάκινθος ἀντὶ τοῦ ἀέρος· καὶ πορφύρα ἀντὶ τοῦ ὕδατος, καὶ τὸ κόκκινον ἀντὶ τοῦ πυρός· αἱ δὲ οὐκ ἐξαρκούμενοι (96) τῷ ἐξ αὐτῶν κόσμῳ, καὶ χρυσὸν αὐτοῖς συγκαθύφαινον, ὑπὲρ ποικιλίας καὶ πολυτελείας πλείονος. Καὶ θέριστρα κατάκλιτα (97). Ἔοικε τὸ θέριστρον ἐπίβλημα εἶναι θερινόν· ὡς καὶ περιβάλλειν δοκεῖν, καὶ μὴ βαρύνειν ἐν τῷ καύσωνι· ὡς καὶ ἐν τῇ Γενέσει μεμαθήκαμεν τὴν Ῥεβέκκαν ἐν τῇ συναντήσει τοῦ Ἰσαὰκ περιβαλλομένην τὸ θέριστρον. Ἃ δὲ νῦν διαβάλλει ὁ λόγος, θέριστρα λέγεται, τὰ ἐν τῷ κατακλίνεσθαι δι' ὑπερβολὴν τρυφῆς ταῖς κλίναις ἐπιβαλλόμενα. Καίτοι τὸ, κατάκλιτα, οὐδὲ ἐκδεδώκασιν οἱ λοιποί. Διὸ καὶ ὠβέλισται, ὡς οὐδένα νοῦν ἐμφαῖνον.

130. Καὶ ἔσται ἀντὶ ἐσμῆς ἡδείας, κατορτὸς· καὶ ἀντὶ ζώνης, σχοινίῳ ζώσῃ, καὶ ἀντὶ τοῦ κόσμου τῆς κεφαλῆς τοῦ χρυσίου (98), φαλάκρωμα ἕξεις διὰ τὰ ἔργα σου. Μέρος τρυφῆς ἐστι καὶ τὸ ἐν ταῖς ὀσμαῖς ἡδὺ, φαρμάκοις τισὶν ἐκθυμιωμένοις καταφαρμακευόντων τὸν ἀέρα, καὶ ἡδεῖαν ἑαυτοῖς μηχανωμένων ἀναπνοήν. Ταῖς οὖν διακεχυμέναις ὀφ' ἡδονῆς, καὶ ὀσμὴν ἡδεῖαν μηχανωμέναις τῇ ὀσφρή-

[62] Exod. XXVIII, 5. [63] Gen. XXXVIII, 14.

(92) Sic in quinque mss. et in editione Romana legitur. Additur αὐτοῦ in editis et in Reg. primo post vocem οἰκίαν.

(93) Nostri sex mss., τῶν Λακώνων. Hinc suspicari quispiam possit, Tilmannum de suo edidisse, Λακαινῶν· cum tamen Lacænæ Græce potius dicantur Λακωνίδες. Hoc ipso in loco editi et Reg. primus, ἃ κατά. Alii quinque mss., αἳ κατά, recte.

(94) Antiqui sex libri, αὐτῶν. Editi, ἑαυτῶν.

(95) Codex Fr. 1 et editi, ἐκεῖνα, male. Alii quinque mss. præter Henricianum et Anglicum, ἐκεῖνοι, bene. Lege Ducæum.

(96) Ita libri antiqui omnes. Editi, ἀρκούμεναι.

(97) Notat Ducæus, interpretem, quod in Bibliis Plantinianis et Germanicis legisset, θέριστρα κατάκλειστα, vertisse, *theristra clausa* : sed optime judicavit Ducæus e suis codicibus legi operlere, θέριστρα κατάκλιτα, *theristra accubitoria* Judicium viri eruditissimi adjuvat, quod ita quoque in aliis quatuor mss. legatur.

(98) Editi libri, τοῦ χρυσοῦ. At sex mss. et editio Romana, τοῦ χρυσίου.

σει, κονιορτὸς ἀντιδοθήσεται (99) ὑπὸ τοῦ ἀπειλοῦντος. Λεπτὴ δέ ἐστι γῆ ἡ κόνις, ἀναπεποιημένη πρὸς τὸν ἀέρα, δυσκολίαν τινὰ περὶ τὴν ἀναπνοὴν καὶ ἀηδίαν πολλὴν ἐμπονοῦσα διὰ οἴην ἔμφραξιν. Μύροις μὲν γὰρ καὶ θυμιάμασιν ἐπιτέρπεται ἡ ψυχὴ (1), ἀλλὰ μύροις τοῖς πνευματικοῖς· ὁποῖος ἦν ὁ λέγων· Χριστοῦ εὐωδία ἐσμέν· καὶ, Χάρις τῷ Θεῷ τῇ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι ἐν παντὶ τόπῳ. Τοιαύτης ἀντελαμβάνετο ὀσμῆς ἀποπνεούσης τοῦ Ἰακὼβ ὁ πατὴρ Ἰσαάκ· Ἰδοὺ ὀσμὴ τοῦ υἱοῦ μου, ὡς ὀσμὴ ἀγροῦ πλήρους, ὃν εὐλόγησε (2) Κύριος. Καὶ αἱ ἐν τῷ Ἄσματι δὲ νεάνιδες αἰσθόμεναι τῆς εὐφρύνου εὐωδίας τοῦ Λόγου, ἔλεγον· Εἰς ὀσμὴν μύρων σου δραμοῦμεν. Καὶ τὸ ἀρχιερατικὸν δὲ χρίσμα μύρον ἦν καλὸν καὶ τερπνόν, ἀδελφῶν συναφείᾳ παρεικάζεσθαι ἄξιον. Τὸ τοιοῦτον μύρον τεχνίτου δεῖται, ἀπὸ Θεοῦ λαβόντος τὴν μυρεψικὴν τέχνην, εἰς τὸ ποιῆσαι χρίσμα ἅγιον, ὃ οὐκ ἀναβήσεται εἰς σάρκα ἀνθρώπου. Ὅταν μέντοι πρὸς ἐκολασίαν τὸ ἡδὺ τῆς ὀσμῆς ἐπιτηδεύηται, ἐμφράσσεται ὑπὸ τοῦ κονιορτοῦ ὁ πόρος τῆς αἰσθήσεως, εὐεργετοῦντος τοῦ ταῦτα αὐτοῖς οἰκονομοῦντος Κυρίου. Τάχα δὲ ἐπεὶ ἐν τῷ ναῷ ἦν τὰ ἡδύσματα τῆς ὀσμῆς, τὸ τε μύρον τῆς χρίσεως, καὶ τὸ θυμίαμα τῆς συνθέσεως· κανεῤῥίφη δὲ ὁ ναὸς, καὶ ἔστι νῦν ἐν κονίᾳ, ἀνατραπεὶς καὶ κάτω κείμενος, ἀντὶ τῆς ποτε ὀσμῆς τῆς ἡδείας κατὰ τὴν νομικὴν λατρείαν, νῦν (3) κονιορτός ἐστι διὰ τὰς πορευθείσας ὑψηλῷ καὶ ἀνυποτάκτῳ τραχήλῳ ψυχάς· οἷς καὶ εἴρηται· Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. Ἔξεστι μέντοι αὐταῖς, ἐὰν βούλωνται, ἐκτιναξαμέναις τὸν χοῦν, ἀναπλησθῆναι τῆς εὐωδίας Χριστοῦ κατὰ τὴν παραίνεσιν του λέγοντος· Ἐκτίναξαι τὸν χοῦν σου, καὶ βραχίονός σου.

A autem est tenuis terra, aeri commista, quæ dum meatus obstruit, quamdam respirandi difficultatem et molestiam multam creat. Et quidem unguentis ac suffitu delectatur anima, sed unguentis spiritualibus; cujusmodi erat qui dicebat: *Christi bonus odor sumus* [64]. Et, *Gratia Deo qui odorem notitiæ suæ manifestat in omni loco* [65]. Odore ejusmodi fragrante Isaac Jacobi pater recreabatur: *Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus* [66]. Quin et in Cantico adolescentulæ cœlestem gratumque Verbi odorem sentientes, dicebant: *In odorem unguentorum tuorum curremus* [67]. Sed et pontificium chrisma unguentum erat bonum et oblectans [68], dignum quod fratrum concordiæ compararetur [69]. Ejusmodi unguentum **470** indiget artifice, qui accipiat a Deo artem unguentariam, ut chrisma sanctum B conficiat, quod in carnem hominis nequaquam ascendet [70]. Quando igitur suavitas odoris instigat ad libidinem, meatus sensui inserviens oppilatur pulvere, quod fit Domini hæc eis largientis beneficio. Fortasse autem, quod in templo erant odorum condimenta, unctionis videlicet unguentum, et compositionis thymiama; dirutum autem est templum, jacetque nunc in pulvere, eversum et humi dejectum, pro grato odore juxta legalem cultum olim fragrante nunc pulvis est, ob eas animas, quæ erecto et intractabili collo ambulavere, quibus dictum est: *Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta* [71]. Attamen si voluerint, licet eis, excusso pulvere, suavi Christi odore compleri, secundum admonitionem ejus qui dicit: *Excute pulverem tuum, et surge, Jerusalem, et induere gloriam brachii tui* [72]. C

131. Καὶ ἀντὶ ζώνης σχοινίῳ ζώσῃ. Ζώννυται μὲν τὴν ὀσφὺν ἐν ἀληθείᾳ ὁ κατὰ Θεὸν ζωννύμενος. Οἵους ἦν ὁ Πέτρος, ἐκτείνων τὰς χεῖρας, καὶ ζωννύμενος εἰς τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ πόλεμον ὑπὸ τῶν εἰς τὸ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας αὐτὸν μαρτύριον μέχρι θανάτου προκαλουμένων. Ὁ μὲν οὖν ἅγιος περιζώννυται δόναμιν. Ὁ Θεὸς γὰρ, φησὶν, ὁ περιζωννύων με δύναμιν· ὁ δὲ ἀπολέσας τὴν ζώνην ταύτην, τῷ δεσμῷ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν ζώννυται· διότι Σειραῖς τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται. Ὧν σύμβολον ἦν τὸ ἐκ σχοινίων φραγέλλιον, ἐξελαῦνον τοῦ ἱεροῦ τοὺς βεβηλοῦντας τὰ ἅγια, δεικνύντος τοῦ Κυρίου, ὅτι ἑκάστῳ μάστιγες αἱ οἰκεῖαι πλοκαὶ τῶν D ἁμαρτιῶν γίνονται, καὶ μαστίζεται σχοινίοις ἁμαρτιῶν τοῖς περιπλεκομένοις αὐτῷ· Ἀντὶ δὲ τοῦ κόσμου τῆς κεφαλῆς τοῦ χρυσίου (4), φαλάκρωμα

131. *Et pro zona funiculo cingeris.* Qui quidem secundum Deum cinctus est, ejus lumbus in veritate cingitur. Ejusmodi erat Petrus, qui expandebat manus, et ad bellum pro Christo sustinendum ab iis accingebatur, qui eum ad mortem usque causa testimonii veritatis provocabant. Sanctus itaque circumcingitur virtute: *Deus enim*, inquit, *qui circumcingit me virtute* [73]; at zonam hanc perdidit, cingitur vinculo peccatorum suorum, quod *Catenis peccatorum suorum unusquisque constringitur* [74]. Quorum dilictorum symbolum erat flagellum illud e funiculis contextum, quo expulsi sunt e templo ii qui sancta profanabant [75]. Ostendebat enim Dominus proprios peccatorum nexus seu flagella unicuique inesse, et suis quemque peccatorum funiculis se circumplectentibus flagellari. *Pro ornatu autem ca-*

[64] II Cor. II, 15. [65] ibid. 14. [66] Gen. XXVII, 27. [67] Cant. I, 3. [68] Exod. XXX, 25. [69] Psal. CXXXII, 1, 2. [70] Exod. XXX, 32. [71] Luc. XII, 35. [72] Isa. LII. 2. [73] Psal. XVII, 33. [74] Prov. V, 22. [75] Joan. II, 15.

(99) Ita nostri sex libri antiqui. Editi vero, ἀντ- αποδοθήσεται.

(1) Veteres aliquot libri, ἡ ψυχή. Deerat articulus in vulgatis.

(2) Editi, εὐλόγησεν ὁ· at articulus in nostris sex mss. non legitur. Ibidem quinque mss., καὶ αἱ ἐν. Editi et Reg. primus, καὶ ἐν. Rursus hoc ipso in loco sex mss. νεάνιδες αἰσθόμεναι. Editi, αἰσθανόμεναι.

(3) Voculam νῦν ex nostris sex mss. addidimus. Nec ita multo infra vulgati libri, εἴρηται τό. At in mss. omnibus deest τό.

(4) Editi, χρυσοῦ. At mss. quinque; χρυσίου.

pitis aureo, calvitium habebis propter opera tua. Quemadmodum illæ præ nimia rerum ad odoratum attinentium sollicitudine requirentes quæ erant præter naturam, ab his quæ ex natura sunt, exciderunt; haud enim aeris simplicis aspiratione contentæ, sed unguentis suffimentisque eum imbuentes, postmodum ne aerem quidem purum, sed pulverem permistum spiritu duxerunt: hunc ad modum propterea quod in nativo capillorum ornatu, mulieribus pro velamine dato [76], non permansere, sed reticulis quibusdam capillos implicantes, ad fastidium usque se ipsæ adornabant, ornamento etiam naturali spoliatæ sunt, atque amissis crinibus (quo ornatu ceu proprio nativoque ab ipsa natura vestitæ mulieres sunt) eædem factæ sunt spectaculum fœdissimum. Etenim, si fœdum est mulieri tonderi aut radi [77]: quanto utique fœdias fuerit ipsam deturpari calvitio, quod tamen eis quæ sua venustate male utuntur, deformitatem utiliter inducit? *Pro tunica autem clavatæ purpuræ circumcingeris sacco.* Id quoque sancit Dominus in commodum earum quæ [illegible] suum decorem ostentant, hancque fieri jubet permutationem. Quandoquidem vestis purpurea mollitiei et jactantiæ materia est et occasio: saccus vero contritionis humilitatisque comparandæ facultatem præbet. Et qui purpura indutus est, abjicere se in terram, Deumque adorare fastidit, cavetque ornatui, ne scilicet vestis suæ color deformetur: qui vero amictus est sacco, omnem locum sibi ad adorandum idoneum esse ducit.

132. VERS. 25. *Et filius tuus pulcherrimus, quem dilexisti, gladio cadet.* Præstiterit iis, qui pravis moribus essent informandi, præripi morte ante adolescentiam quam diutius educatione mala a parentibus imbui. Habebas igitur filium, aut corpore pulcherrimum, aut qui maternis oculis talis esse videretur. Hic in ipsa juventute et in ætatis flore morietur. Et hinc malum augetur, quod nequaquam morte sponte proveniente, aut naturali, sed violenta sublatus e medio est, utpote per manum hostilem gladio sauciatus. *Et fortes vestri gladio cadent.* Et hæc dum patietur, ne ulciscendi quidem facultas ei suppetet. Nam ulcisci interfectos, eisque qui mœrorem conficiunt, vices rependere, in malis solatium est. At ne hoc quidem penes te erit. Qui enim ætate vigent, morituri sunt in bello omnes, adeo ut relinquenda sit ætas inutilis sola et imbellis, quæ cum auxilio sit destituta, ad omnia mala toleranda valde est exposita, quæ ei inferre visum fuerit hostibus. VERS. 26. *Ea humiliabuntur et lugebunt thecæ ornatus vestri.* Thecæ auri et argenti, vestisque sumptuosæ et pre-

[76] I Cor. XI, 15. [77] ibid. 6.

ἕξεις διὰ τὰ ἔργα σου. Ὥσπερ ἐπὶ τῆς κατὰ τὰ ὀσφραντὰ περιεργίας τὰ παρὰ φύσιν ἐπιζητοῦσαι, καὶ τῶν κατὰ φύσιν ἐξέπιπτον· οὐκ ἀνεχόμεναι γὰρ ἁναπνεῖν ψιλὸν ἀέρα, ἀλλὰ μύροις αὐτὸν καταχρωνῦσαι καὶ θυμιάμασιν, ὕστερον οὐδὲ καθαρὸν ἀέρα, ἀλλὰ κονιορτῷ τοῦτον ἀναμεμιγμένον ἀνέπνευσον· οὕνως ἐπειδὴ τῷ ἐκ τῆς φύσεως κόσμῳ τῶν τριχῶν, ὃς ἀντὶ περιβολαίου δέδοται ταῖς γυναιξὶν, οὐκ ἐπέμενον (5), ἀλλὰ ἐμπλοκίοις τισὶ τὰς τρίχας συγκαταπλέκουσαι, φορτικῶς ἑαυτὰς ἐκαλλώπιζον, καὶ τοῦ κατὰ φύσιν κόσμου ἀπεστερήθησαν, καὶ ἐγένοντο ἀωρότατον θέαμα ἐν τῇ ἀποβολῇ τῶν τριχῶν, ὃς οἰκεῖος καὶ συγγενὴς κόσμος παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως ταῖς γυναιξὶ περιβέβληται. Εἰ γὰρ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι (6) ἢ ξυρᾶσθαι, πόσῳ δήπου αἴσχιον, φαλάκρωμα ἔχειν, ἐπὶ συμφέροντι τὴν δυσμορφίαν ἐπάγον ταῖς κακῶς τὴν ὥραν διαθεμέναις; Ἀντὶ δὲ τοῦ χιτῶνος τοῦ μεσοπορφύρου περιζώσῃ σάκκον. Καὶ τοῦτο ἐπὶ συμφέροντι τῶν ὡραϊζομένων οἰκονομῶν ὁ Κύριος τὴν μεταβολὴν ταύτην γενέσθαι προστάσσει. Διότι ἡ μὲν πορφυρὶς ἁβρότητος καὶ ἁλαζονείας ἐστὶν ἀφορμή· ὁ δὲ σάκκος συντριμμοῦ καὶ ταπεινώσεώς ἐστιν ἐφόδιον. Καὶ ὁ μὲν τὴν ἁλουργίδα περικείμενος, πεσεῖν εἰς γῆν καὶ προσκυνεῖν τὸν Θεὸν κατοκνεῖ, φειδοῖ τοῦ κόσμου, μὴ τῆς ἐσθῆτος τὸ ἄνθος διαλυμήνηται· ὁ δὲ τὸν σάκκον περικείμενος, πάντα τόπον ἐπιτήδειον ἑαυτῷ εἰς προσκύνησιν τίθεται.

132. Καὶ ὁ υἱός σου ὁ κάλλιστος, ὃν ἠγάπησας, μαχαίρᾳ πεσεῖται. Τοῖς ἐν ἤθεσι μοχθηροῖς (7) μέλλουσιν ἀνατρέφεσθαι, λυσιτελέστερον πολλῷ προαπελθεῖν τῆς ἀκμῆς, ἢ ἐπὶ πλέον τῆς πονηρᾶς τῶν γονέων ἀγωγῆς ἀναπίμπλασθαι. Γίὸν οὖν ἔσχες, ἤτοι τῷ σώματι κάλλιστον, ἢ τοῖς μητρικοῖς ὀφθαλμοῖς τοιοῦτον φαινόμενον. Οὗτος ἐν αὐτῇ τῇ ἀκμῇ καὶ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας τελευτήσεται. Καὶ ἡ ἐπίτασις τοῦ κακοῦ, οὐ τὸν αὐτόματον, οὐδὲ τὸν ἐκ τῆς φύσεως θάνατον, ἀλλὰ βιαίως ἐκ πολεμίας χειρὸς, τραυματίας μαχαίρᾳ. Καὶ οἱ ἰσχύοντες ὑμῶν μαχαίρᾳ πεσοῦνται. Καὶ ταῦτα παθοῦσα, οὐδὲ τὴν πρὸς τὸ ἀμύνασθαι δύναμιν ἕξει. Παραμυθία γὰρ ἐν κακοῖς τὸ ἐπαμῦναι τοῖς ἀνηρημένοις, καὶ τοῖς ἴσοις ἀντιπεριβάλλειν (8) τοὺς λελυπηκότας. Σοὶ δὲ οὐδὲ τοῦτο ὑπάρξει. Οἱ γὰρ ἐν ἡλικίᾳ πάντες τελευτήσουσιν ἐν πολέμῳ, ὥστε τὴν ἄχρηστον ἡλικίαν περιλειφθῆναι· ἢ διὰ τὸ ἀβοήθητος εἶναι, εὔκολός ἐστι (9) πάντα παθεῖν, ἅπερ ἂν δοκῇ τοῖς πολεμίοις. Καὶ ταπεινωθήσονται καὶ πενθήσουσιν αἱ θῆκαι τοῦ κόσμου ὑμῶν. Χρυσίου καὶ ἀργυρίου (10) θῆκαι,

(5) Antiqui duo libri, ἐπέμειναν. Ibidem duo mss., ἐν πλοκίοις. Alii duo mss. cum editis unica voce, ἐμπλοκίοις, bene.

(6) Reg. quartus, τὸ κείρεσθαι.

(7) Reg. quartus, αἰσχροῖς· sed in ora illius ipsius libri legitur, μοχθηροῖς.

(8) Veteres quidam libri, ἀντιπεριβαλεῖν.

(9) Colb. secundus, ἔσται.

(10) Sic quinque mss. At editi, χρυσοῦ καὶ ἀργύρου. Nec ita multo post, ubi in excusis legitur, πολυτίμων, scriptum invenimus in quinque codicibus, βαρυτίμων. Sed si paulo diversa est scriptura, eadem plane sententia est.

καὶ ἐσθῆτος πολυτελοῦς, καὶ λίθων βαρυτίμων, ἕως μὲν ἂν ἔχῃ τὰ κειμήλια, πολλῆς ἀξιοῦται σπουδῆς καὶ ἐπιμελείας· ἐν οἴκοις ὀχυροῖς ἀποκείμενα (11) ἐπὶ ὑψηλῶν τόπων, καὶ μοχλοὶ, καὶ κλεῖς, καὶ σφραγῖδες, καὶ φύλακες, καὶ πάντα τὰ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ φυλακὴν ἐπινοούμενα· ἐπειδὰν δὲ κενὰ τῶν κειμηλίων (12) ἀποδειχθῇ, ἠμελημένα καὶ παραῤῥιπτούμενα παρορᾶται. Ταῦτα καὶ ἡμᾶς ὠφελείτω, ὅτι ψυχαὶ, αἱ δεξάμεναι τοῦ θείου λόγου τὴν δωρεὰν, ἀποθῆκαι γεγόνασι τῶν τιμίων τοῦ ἐν τοῖς θείοις θησαυροῖς ἀποκεῖσθαι ἄξιαι· ἐπειδὰν δὲ κεναὶ τῶν θείων κόσμων ἀποδειχθῶσι, ταπεινωθήσονται ἀποῤῥιφεῖσαι, ἀχρηστίαν καταγνωσθεῖσαι. Διὰ τοῦτο Ἠχρειώθη (13), φησὶν, Ἰεχονίας, ὡς σκεῦος, οὗ οὐκ ἔστι χρεία. Ἵνα οὖν μένωμεν ἐν ταῖς βασιλικαῖς ἀποθήκαις, μὴ προδῶμεν τοῖς κλέπταις τὸν πολυτίμητον μαργαρίτην, ὃν ἐπιστεύθημεν.

A tiosorum lapidum, quandiu supellectili pretiosa replentur, studio multo atque diligentia asservantur, seponunturque in tutis ædium partibus et in excelsis locis. Atque adhibentur vectes, claves, sigilla, custodes, ac tandem omnia, quæ ad munimen et custodam sunt excogitata. Sed postquam capsæ istæ supellectili sunt exinanitæ, jam neglectæ et derelictæ, contemptui habentur. Hæc et nobis prosint : quippe eæ animæ, quæ verbi divini donum acceperunt, pretiosarum rerum factæ sunt apothecæ, dignæ utique quæ in divinis thesauris recondantur, Cum autem deprehensæ fuerint divinis ornamentis vacuæ, humiliabuntur utpote abjectæ, et de inutilitate damnatæ. Eam ob rem *Inutilis*, inquit, *factus est Jechonias, sicut vas, cujus nullas est usus* [78]. Itaque ut maneamus id regalibus apothecis, pretiosam B hanc margaritam nobis concreditam furibus ne prodamus.

—

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ' (14).

133. Καὶ ἐπιλήψονται ἑπτὰ γυναῖκες ἀνθρώπου ἑνὸς, λέγουσαι, Τὸν ἄρτον ἡμῶν φαγόμεθα, καὶ τὰ ἱμάτια ἡμῶν περιβαλούμεθα, πλὴν τὸ ὄνομά σου κεκλήσθω ἐφ' ἡμᾶς· ἄφελε τὸν ὀνειδισμὸν ἀφ' ἡμῶν. Ὡς πρὸς τὸ ῥητὸν, δοκεῖ ὀλιγότητα ἀνδρῶν ἐκ πολέμων ἢ νόσων ἐπιγενομένων τῷ λαῷ κατ' ὀργὴν τοῦ Θεοῦ ὁ λόγος σημαίνειν, ὥστε ὑπὲρ τοῦ μὴ ἄγονον εἶναι μηδὲ στεῖραν, ἅπερ ἐν κατάρᾳ τοῖς πάλαι λελόγισται, ἀπερυθριᾷν τὰς γυναῖκας καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς πλείους ἐπιλαμβάνεσθαι, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ προστασίᾳ πλειόνων γυναικῶν ἀγῶνα αὐτοῦ παραμυθουμένας λέγειν· Τὸν ἄρτον ἡμῶν φαγόμεθα, καὶ τὰ ἱμάτια (15) ἡμῶν περιβαλούμεθα. Ἀφεὶς οὖν τὴν ἐπὶ τῷ πορισμῷ ἀναγκαίαν μέριμναν, τὸ ὄνομά σου χρῆσον ἡμῖν εἰς τὸ διαφυγεῖν ἡμᾶς τὸν ἐπὶ τῇ ἐρημίᾳ ὀνειδισμόν. Τὸ μὲν κατὰ λέξιν, τοῦτο· ἡ δὲ ὑπόνοια καὶ ἐπὶ μειζόνων ἔρευναν προκαλεῖται ἡμῶν τὸν νοῦν. Ὃς οὖν ἐν τόπῳ δυσθεωρήτῳ καὶ πολὺ τὸ διεσκιασμένον ἐκ τῆς ἀσαφείας ἔχοντι, τοιαύτη τις ἡμῖν περὶ τῶν ἑπτὰ γυναικῶν ἔννοια ὑποπίπτει, ὅτι πολλαχοῦ καὶ ὁ βίος οὗτος καὶ ὁ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ ἐπὶ τοῦ (16) ἑπτὰ λαμβάνονται. Ὁ μὲν περὶ τὰ ἐν γενέσει πράγματα χρόνος, διότι ἀπὸ ἑπτὰ ἡμερῶν ἀνακυκλουμένων πληροῦται. Ὅθεν καὶ ὁ μετὰ τὴν κατάστασιν ταύτην αἰὼν, ὀγδόη εἴρηται ἐν τῇ Γρα-

CAPUT IV.

133. Vers. 1. *Et apprehendent septem mulieres hominem unum, dicentes* : *Panem nostrum manducabimus, et vestimentis nostris opieremur* : *cæterum nomen tuum vocetur super nos* : *aufer opprobrium a nobis*. Ad litteram quod attinet, 472 sententia isthæc virorum paucitatem quæ in populo ex bellis, aut morbis ob Dei iram contigerat, videtur significare. Itaque ne qua infecunda aut sterilis esset, quod utrumque apud veteres maledicto fuit obnoxium [79], mulieres plures omni pudore posito apprehendunt virum unum, atque molestiam quam C ei illud in plures mulieres regimen exhibere potuisset, solaturæ dicunt : *Panem nostrum manducabimus, et vestimentis nostris operiemur* Ea igitur sollicitudine quæ ad quæstum faciendum necessaria est, omissa nomen tuum nobis commoda, ut solitudinis nostræ probrum effugiamus et dedecus. Hæc est utique nativa et propria verborum significatio : sensus autem figuratus ad majora investiganda mentem nostram invitat. Quemadmodum igitur si versaremur in loco quem conspicere vix possis, quemque tenebræ multæ operiant ob obscuritatem; aliquid ejusmodi de his septem mulieribus cogitamus, nimirum quod et vita hæc, et is qui secundum carnem est Israel per septenarium numerum plerumque desi-

[78] Jerem. XXII, 28. [79] Deut. VII, 14.

(11) Antiqui quinque libri, ἀποκείμεναι. Editi soli, ἀποκείμενα. Aliquanto post editi, ὡς ἠμελημένα, recte, ut nobis quidem videtur. Putamus igitur hæc ita intelligenda esse, quasi scriptum fuisset, ἕως μὲν ἂν ταῦτα πράγματα ἔχῃ, etc., *quandiu res ejusmodi pretiosam supellectilem, includunt*, etc. Quod cum non animadverterent librarii, pro ἀποκείμενα scripserunt, ἀποκείμεναι, ut vox ἀποκείμεναι ad vocem θῆκαι referri posset. At Socula ὡς in quinque mss. deest.

(12) Sic nostri libri veteres. Editi vero, τῶν τιμίων κόσμων, *pretiosis ornamentis*.

(13) Apud LXX, pro ἠχρειώθη legitur ἠτιμώθη, *inhonoratus*. Ibidem vetus Combefisii codex cum aliis tribus, σκεῦος οὗ. Alter et editi, σκεῦος ὧν, corrupte.

(14) Titulus nullus in mss. positus est. Haud longe quinque mss., καὶ τὰ ἱμάτια. Editi, καὶ τὸ ἱμάτιον.

(15) Hic veteres duo libri rursus, καὶ τὸ ἱμάτιον. Statim editi, πορισμῷ τῶν ἀναγκαίων. At mss. quinque ut in contextu.

(16) Libri quinque antiqui, ἐπὶ τοῦ. Editi, ἐπὶ τῶν.

gnentur. Tempus quidem in rebus initio creandis insumptum significatur, quia septena dierum conversione ac circuitione completur [80]. Unde et æternitas statum hunc secutura, in Scriptura dicta est *Octava*. Hinc psalmi pro *octava* [81], id est, pro sæculo huic tempori successuro. Sed et qui in manifesto sunt Judæi [82], et ipsorum regimen sæpe de septenario numero accipiuntur. *Da*, inquit, *partem ipsis septem, et quidem ipsis octo* [83]. Nam Testamentum, tum Vetus, tum Novum, testimonium accipere debent, quod veniant a Deo, unamque mutuam societatem ineant ac concordiam. Itaque mulieres septem adumbrant Vetus Testamentum. Apprehendet hominem unum, Dominum, qui non unus est ex multis, sed tamen unus est. Dicunt, *Panem nostrum comedemus*, hoc est, in nostro substantiæ modo manebimus. Etenim futurorum erimus umbra [84], cœlestium quæ imagines. Vocetur duntaxat nomen Christi in Veteri Testamento, ut inutilitatis opprobrium auferatur. Sed et Israelis synagoga, ea qua detinebatur lege destructa, jam libera facta, et cui velit nupta [85], potest vocari non adultera [86], tametsi ad sponsum Verbum accedit, eique veluti amatori complexu adhærescens valet dicere : *Nomen tuum vocetur super nos.*

A φῇ· καὶ ψαλμοὶ ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, ἀντὶ τοῦ, ὑπὲρ τοῦ μετὰ τὸν χρόνον τοῦτον αἰῶνος. Πολλαχοῦ δὲ καὶ οἱ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖοι, καὶ ἡ κατὰ αὐτοὺς πολιτεία ἐπὶ τοῦ ἑπτὰ λαμβάνονται. Δὸς μερίδα, φησὶ, τοῖς ἑπτὰ, καί γε τοῖς ὀκτώ· ὡς καὶ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης ὀφειλούσης λαβεῖν τινα μαρτυρίαν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἥκειν, καὶ τῆς Καινῆς, καὶ εἰς μίαν ἀλλήλαις ἐλθεῖν συμφωνίαν. Αἱ οὖν ἑπτὰ γυναῖκες, ἡ Διαθήκη ἡ Παλαιά· ἐπιλήψεται ἀνθρώπου ἑνὸς, τοῦ Κυρίου, ὃς οὐχὶ εἷς τῶν πολλῶν ἐστιν, ἀλλ' εἷς ἐστι· λέγουσαι, ὅτι Τὸν ἄρτον ἡμῶν φαγόμεθα, τουτέστι μενοῦμεν (17) ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου μέτρου τῆς ὑποστάσεως. Σκιὰ γὰρ ἐσόμεθα τῶν μελλόντων, καὶ εἰκόνες τῶν ἐπουρανίων. Μόνον τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα κεκλήσθω (18) τῇ Παλαιᾷ, ἵνα ὁ ὀνειδισμὸς τῆς ἀχρηστίας ἀφαιρεθῇ. Δύναται δὲ κπὶ ἡ συναλωγὴ Ἰσραὴλ, ἀποθανόντος B τοῦ νόμου ἐν ᾧ κατείχετο, ἐλευθέρα γενομένη (19), πρὸς τὸ ᾧ θέλει γαμηθεῖσα, μὴ χρηματίζειν μοιχαλὶς, τῷ νυμφίῳ Λόγῳ προσελθοῦσα, καὶ οἱονεὶ ἐρωτικῶς ἀντεχομένῃ αὐτοῦ, λέγειν· Τὸ ὄνομά σου κεκλήσθω ἐφ' ἡμᾶς.

134. Dictum autem est a quibusdam, mulieres septem septem esse spiritus, quos paulo post enumeraturus est ille ipse propheta, tanquam requieturos super eum, qui ex radice Jesse ceu flos erat erupturus: spiritum, inquam, sapientiæ et intellectus, spiritum consilii et fortitudinis, spiritum scientiæ et pietatis, spiritum timoris Dei [88]. Qui quidem spiritus propterea quod declinarent omnes, simulque fierent inutiles [88], nec haberent in quo amanter requiescerent, apprehendunt Domini hominem, ac ea quæ sunt scripta, implent. Nam spiritus scientiæ et pietatis vacat, et otiosus manet tum cum non est qui intelligat, aut exquirat Deum [89]. Atque id virtutibus quasi probro est et dedecori, neminem reperiri qui eas amplectatur, sed eas, anima quæ ipsas suscipiat deficiente, esse tanquam viduas. Quia enim sua ipsarum pulchritudine capere neminem possunt, sed permanent in solitudine, per hoc et virtutes ipsæ quasi perstringi videntur. Qui autem in se ipso omne virtutis genus summe et perfectissime erat demonstraturus, is aufert ab eis opprobrium et ignominiam. Et quoniam ab iis etiam, qui Deum ignorabant, scientiam, intelligentiam, consilium, fortitudinem, sapientiam, pietatemque excoli compertum est, postulant Christi nomen super se invocari.

134. Εἴρηται δέ τισιν, ὅτι αἱ ἑπτὰ γυναῖκες ἑπτὰ πνεύματά εἰσιν, ἃ μικρὸν ὕστερον ὁ αὐτὸς οὗτος προφήτης καταριθμεῖσθαι μέλλει, ὡς ἐπαναπαύόμενα ἐπὶ τὸν ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ ἐξανθήσειν μέλλοντα· πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας, πνεῦμα φόβου Θεοῦ· ἅπερ διὰ τὸ πάντας ἐκκλῖναι, καὶ ἅμα ἀχρειωθῆναι, οὐκ ἔχοντα ᾧ ἐπαναπαύσεται ἀγαπητῶς, τοῦ κατὰ τὸν Κύριον ἀνθρώπου λαβόμενα, ποιεῖ τὰ ἀλαγεγραμμένα. Ἀργεῖ γὰρ τὸ πνεῦμα τῆς γνώσεως καὶ τῆς εὐσεβείας ἐν καιροῖς, ὅτε οὐκ ἔτιν ὁ συνιὼν, οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὸν Θεόν· καὶ οἱονεὶ ὀνειδός ἐστι ταῖς ἀρεταῖς τὸ μηδένα εἶναι τὸν ἀντεχόμενον αὐτῶν, ἀλλ' οἱονεὶ χηρεύειν αὐτὰς ἀπορίᾳ τῆς ὑποδεχομένης αὐτὰς ψυχῆς. Τὸ γὰρ μηδένα δυνηθῆναι ἐλεῖν τῷ οἰκείῳ κάλλει, ἀλλ' ἐνεσφαῖναι τῇ ἐρημίᾳ, ὥσπερ καὶ τῶν ἀρετῶν δοκεῖ καθάπτεσθαι. Ὁ δὲ ἐν ἑαυτῷ (20) πᾶν εἶδος ἀρετῆς κατὰ τὴν ἄκραν τελείωσιν ἐπιδεικνύναι μέλλων, ἀφαιρεῖ τὸν ὀνειδισμὸν ἀπ' αὐτῶν. Καὶ ἐπειδὴ καὶ παρὰ τοῖς ἀγνοοῦσι τὸν Θεὸν δοκοῦσιν ἐπιτηδεύεσθαι γνῶσις, καὶ σύνεσις, καὶ βουλὴ, καὶ ἰσχὺς, καὶ σοφία, καὶ εὐσέβεια, ἀξιοῦσι τὸ Χριστοῦ ὄνομα ἐπικεκλῆσθαι αὐταῖς.

135. Vers. 2. *In die autem illa splendescet Dominus in consilio cum gloria super terram, ut exaltet et glorificet quod derelictum est ex Israel.* Isthæc

135. Τῇ δὲ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπιλάμψει ὁ Κύριος ἐν βουλῇ μετὰ δόξης ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ ὑψῶσαι καὶ (21) δοξάσαι τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραήλ.

[80] Gen. II, 2. [81] Psal. VI. 1, et XI, 1. [82] Rom. II, 28. [83] Eccle. XI, 2. [84] Coloss. II, 17. [85] I Cor. VII, 39. [86] Rom. VII, 3. [87] Isa. XI, 2-3. [88] Psal. XIII, 3. [89] ibid. 2.

(17) Veteres tres libri, μένομεν. Statim editi, ἐσόμεθα καὶ τύπος τῶν. At illud, καὶ τύπος, in nostris mss. non legitur, ob idque deletum est.

(18) Antiqui duo libri, κυκλήσθω. Alii tres cum editis, ἐπικεκλήσθω.

(19) Editi, γινομένη. At mss. quinque. γενομένη.

(20) Antiqui quinque libri, ἑαυτῷ. Editi, αὐτῷ· quæ de Christo Domino accipienda esse, satis, ni fallor, a quovis intelligitur.

(21) Editi et Reg. tertius, καὶ τοῦ: Alii quatuor mss., καί.

Συνᾴδει ταῦτα τοῖς προαποδεδομένοις. Οὗ γὰρ ἐπελάβοντο αἱ ἑπτὰ γυναῖκες ὡς (22) ἀνδρὸς, οὕτος ὡς Κύριος ἐπιλάμψει. Ἐπειδὴ γὰρ ἀντεποιήθησαν τοῦ τὸ ὄνομα αὐτοῦ κεκλῆσθαι ἐπ' αὐταῖς, ἀποδεχόμενος αὐτῶν τὴν προθυμίαν ὁ Θεὸς, ἐπιλάμψει αὐταῖς ἐν βουλῇ μετὰ δόξης ἐπὶ τῆς γῆς· τουτέστι, κεκριμένως καὶ βεβουλευμένως, τὸ ἐκ τῆς κρίσεως ἀγαθὸν χαριζόμενος, καὶ οὐκ ἀβουλεύτως, οὐδὲ ἐκκεχυμένως. Ἡμέρα δὲ αὕτη (23) ἐστὶν, ἐν ᾗ ἐπιλάμψει ὁ Θεὸς ἐν βουλῇ μετὰ δόξης· αὕτη ἣν αὐτὸς ποιεῖ ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, ὁ Κύριος ἡμῶν, ὁ διδάσκων περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι ἕως ἐστὶν ἐν τῷ κόσμῳ, φῶς ἐστι τοῦ κόσμου· διὸ καὶ παρῄνει, ἐργάζεσθαι ἕως ἡμέρα ἐστί. Σημειωτέον δὲ, ὅτι κατ' ἄλλην καὶ ἄλλην ἐπίνοιαν καὶ ἡμέρα λέγεται ὁ παρὼν βίος, καὶ νὺξ ἡ τῆς κρίσεως ἡμέρα. Καὶ πάλιν, νὺξ μὲν, ἡ παροῦσα κατάστασις, ἡμέρα δὲ, ὁ προσδοκώμενος αἰών. Τὸ μὲν γὰρ, Ἐργάζεσθε (24) ἕως ἡμέρα ἐστὶ, σαφῶς εἰς τὸν βίον τοῦτον φέρει τὸν πεφωτισμένον τῇ Χριστοῦ ἐπιγνώσει· τὸ δὲ, Ἔρχεται τὺξ, περὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος εἴρηται, διὰ τὸ σκυθρωπὸν καὶ ἐπίπονον τῶν ἐν ἁμαρτίαις εὑρισκομένων τῆς προσηγορίας ταύτης ἀξιουμένου. Καθὸ καὶ ὁ προφήτης πρὸς τοὺς ἐν ἔργοις μὲν πονηροῖς ὄντας, ἐπείγοντας δὲ τὴν ἡμέραν τῆς ἀνταποδόσεως, Ἵνα τί ὑμῖν, φησὶν, ἡ ἡμέρα Κυρίου; Καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος, καὶ οὐ φῶς. Ἐμπαλιν δὲ καὶ (25) ὁ Ἀπόστολος νύκτα μὲν λέγει τὸν βίον τοῦτον, καὶ διὰ τὴν ἐν αὐτῷ σύγχυσιν, καὶ τὴν ἐκ τῆς σαρκὸς καὶ τῶν βιωτικῶν φροντίδων ἐγγινομένην (26) τῷ νῷ, ὡς τὰ πολλὰ, ἐπισκότησιν· ἡμέραν δὲ, τὸν χρόνον τῆς ἀναστάσεως, ἐν τῷ λέγειν· Ἡ νὺξ προέκοψεν (27), ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικε. Καθ' ὁποτέραν οὖν ἂν βουληθῇς ἐκδοχὴν, ἐπιλάμψει ὁ Θεὸς ἐν βουλῇ μετὰ δόξης ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐπεὶ οὖν μετὰ βουλῆς ἐπιλάμπει, ἑαυτοὺς ἀξίους ποιήσωμεν πρὸς τὸ χωρῆσαι τὸν φωτισμὸν αὐτοῦ, ὥστε τὸν κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐν ἑκάστῳ ἐπιτηδειότητος τὴν ἔλλαμψιν χαριζόμενον, ἐν μείζονι τῇ κατὰ τὴν ψυχὴν ἡμῶν προθυμίᾳ μείζονα καὶ τελειότερα καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ παρασχεῖν. Καὶ ὑψώσει (28) τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραὴλ· τουτέστιν, ἐπάνω ποιήσει τῶν ὑλικῶν, καὶ τῇ θεωρίᾳ προσάξει τῶν ἀσωμάτων τὸ κατ' ἐκλογὴν χάριτος λεῖμμα τοῦ Ἰσραὴλ. Εἰ δὲ καὶ τὴν δόξαν, ἣν δοξασθήσονται οἱ ἅγιοι. κατὰ τὸ ἀρέσκον τῇ Γραφῇ ποθεῖς μαθεῖν, νόησόν μοι τὴν περὶ τὸ ἡγεμονικὸν τῶν τὰ μεγάλα καὶ θεῖα θεωρούντων ἱεροπρεπῆ κατάστασιν, ὁποία ἦν περὶ Μωϋσέα, ὅτε κατηξιώθη ἐν

A cum iis quæ superius tradita sunt, concinunt. Quem enim mulieres septem apprehenderunt uti virum, ille effulgebit tanquam Dominus. Nam quia nomen ipsius super se vocari desideravere, Deus desiderium earum comprobans, illucescet ipsis in consilio cum gloria super terram; hoc est certo judicio et consilio, non inconsulte aut effuse id quod ex judicio bonum est tribuens. Dies autem ipsa est, in qua fulgebit Deus in consilio cum gloria. Dies est ipsa, quam facit ipse Sol justitiæ [90], Dominus noster, qui hoc de seipso docet, se quandiu est in mundo, mundi esse lucem: quocirca admonebat ut operarentur donec dies est [91]. Adnotandum autem est, juxta aliam et aliam notionem, diem dici etiam præsentem vitam, noctem vero judicii diem. B Et rursus, nox quidem præsens est status, dies vero, illud quod speratur sæculum. Nam illud, Operamini donec dies est, clare ad hanc vitam refert utpote Christi cognitione illustratam; hoc autem, *Venit nox* [92], dictum est de futuro sæculo, quod ob eorum qui in peccatis deprehenduntur mœstitiam ac laborem, sic appellatum est. Quemadmodum et propheta eos compellat qui licet in operibus flagitiosis versarentur, nihilominus tamen diem remunerationis urgebant: *Utquid*, inquit, *vobis dies Domini? et ipsa est tenebræ, et non lux* [93]. Rursus autem et Apostolus noctem quidem vocat hanc vitam ob tumultum ipsius et perturbationem, itemque ob tenebras plerumque a carne et a sæculi hujus sollicitudinibus menti offusas; diem vero vocat resurrectionis tempus, cum dicit: *Nox progressa est, dies* C *autem appropinquavit* [94]. Itaque utravis significatione acceperis illucescet Deus in consilio cum gloria super terram. Quoniam igitur cum consilio illucescit, nos ipsos reddamus dignos qui ejus splendorem suscipiamus, sicut qui singulis, prout idonei sunt, fulgorem suum largitur, pro majori animæ nostro studio dona etiam majora perfectioraque subministret. *Et exaltabit quod derelictum est ex Israel;* hoc 474 est, reliquias Israelis secundum electionem gratiæ [95], supra terrena et crassa attollet, atque ad rerum incorporearum provehet contemplationem. Quod si gloriam, qua afficiendi sunt sancti, discere cupis juxta Scripturæ placitum; excogita, quæso, sacrum illum statum, in quo mens animusque eorum qui magna ac divina contemplantur, consistit. Qualis D erat Moysis status tum cum dignus habitus est, qui

[90] Malach. IV, 2. [91] Joan. IX, 4. [92] ibid. [93] Amos V, 18. [94] Rom. XIII, 12, [95] Rom. XI, 5.

(22) Vocem ἑνός, quæ in editis voci ἀνδρός adjuncta erat, auctoritate nostrorum quinque codicum delevimus. Mox Colb. secundus cum Reg. itidem secundo οὕτος ὡς Κύριος ἐπιλαμβάνεται, καὶ ἐπιλάμψει, *Hic uti Dominus apprehenditur, et illucescet.*

(23) Sic veteres aliquot libri. At editi, αὐτῆς.

(24) Sic Regii secundus et quartus. Alii tres mss. et editi, ἐργάζεσθαι· ubi præterea notandum, voculam ἕως in editis deesse, sed ex multis mss. additam fuisse. Subinde quinque mss., ἐπιγνώσει. Editi, γνώσει.

(25) Addita est conjunctio καί ex quinque libris antiquis.

(26) Editi, ἐπιγινομένην. At mss. ut in contextu.

(27) In Vulgata Rom. XIII, 42, legitur *nox præcessit:* sed non desunt qui existiment erratum esse librariorum, qui, quod aut parum attenti essent, aut ignari, levi æque ac facili mutatione ex *processit* effecerunt *præcessit.* Statim tres mss., ἐπιλάμπει. Reg. secundus, ἐκλάμπει. Editi vero et Reg. tertius, ἐπιλάμψει.

(28) Editi, ὑψώσει καὶ δοξάσει. At quinque mss., ὑψώσει.

Deum conspiceret [96]. Quoniam igitur affulgebit Deus in consilio cum gloria, his duobus duo adjunxit, nimirum, *ut exaltet et glorificet* : quo intelligas munus esse consilii exaltare gloriæ vero glorificare.

136. VERS. 3. *Et erit, quod reliquum fuerit in Sion et quod relictum fuerit in Jerusalem, sancti vocabuntur omnes scripti ad vitam in Jerusalem.* Reliquiæ Israelis secundum electionem gratiæ [96*], vocabuntur sancti, et conscribentur ad vitam in Jerusalem, illustrati Dei adventu, et gloria ipsius exaltati. Sancti vocabuntur hi, quos sibi ipsi reliquit Deus, quod imitati sint eos qui non curvaverunt genu ante Baal [97]. Quanam autem ratione alios quidem in Sion, alios vero in Jerusalem? Quia in iis qui ad salutem pertingunt, discrimen est : quandoquidem unusquisque in suo ordine [98] bonis a Deo paratis fruiturus est, eorumque futurus est particeps. Sed quoniam pauci sunt qui salutem consequantur [99], non plurali, sed singulari numero sensum reddidit Scriptura. Non enim dixit : Qui fuere relicti; sed, *Quod relictum est.* Id autem quod derelictum est in Sion, videtur ordo esse deterior, veluti dimissus ab iis qui in anteriora festinant : qui autem ordo perfectior est, pro operum merito sedem in ipsa Jerusalem videtur obtinuisse. Quin et historia ipsa suggerit nobis ordinum differentiam, ex eo quod Sion civitas vetus sit et deterior; Jerusalem vero regia civitas sit, in qua viget sanctimonia. Certe hi omnes scribentur ad vitam in Jerusalem, atque beatus est quisquis habebitur dignus, qui conscribatur in Jerusalem. Etenim viventium librum in quo scripti sunt Christi discipuli, in illa Jerusalem reperiri condecet. *Gaudete enim*, inquit, *quod nomina vestra scripta sunt in cœlis* [1]. Quoniam autem verbis his, *Scripti in Jerusalem*, adjungitur illud, *In vitam;* necessarium fuerit scire utrum sint quidam qui scribantur quidem, sed non ad vitam, juxta Jeremiam dicentem : *Qui recesserunt, in terra scribantur* [2]. Itaque juxta hunc sensum duæ intelligi possunt descriptiones : una quidem eorum est qui ad vitam, altera autem eorum qui scribuntur ad perditionem. Atque sæpe contingit Scripturæ permutatio, uti cum a virtute ad malitiam dilabimur. Nam verba hæc : *Deleantur de libro viventium, et cum justis non scribantur* [3]; item isthæc : *Dele et me de libro tuo* [4]; dicuntur de quibusdam tanquam jam digni essent habiti qui in Dei libro conscriberentur.

137. VERS. 4. *Quia abluet Dominus sordes filiorum et filiarum Sion, et sanguinem Jerusalem purgabit ex medio eorum, in spiritu judicii et in spiritu combustionis.* Verba hæc idem perspicue 475 prænuntiant, quod Joannes de Domino dixit : *Ipse est qui vos baptizabit in Spiritu sancto et igne* [5]; de se ipso

θεωρίᾳ τοῦ Θεοῦ γενέσθαι. Ἐπεὶ οὖν ἐοικὸς ἐμψει (29) ὁ Θεὸς ἐν βουλῇ μετὰ δόξης, πρὸς δύο ταῦτα δύο ἐπήγαγε, τὸ ὑψωσαι, καὶ δοξάσαι· ὡς νοεῖσθαι βουλῆς μὲν ἔργον τὴν ὕψωσιν, δόξης δὲ τὸ δοξάσαι.

136. Καὶ ἔσται τὸ (30) ὑπολειφθεν ἐν Σιὼν, καὶ τὸ καταλειφθὲν ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἅγιοι κληθήσονται πάντες οἱ γραφέντες εἰς ζωὴν ἐν Ἱερουσαλήμ. Τὸ κατ' ἐκλογὴν χάριτος λεῖμμα τοῦ Ἰσραὴλ ἅγιοι κληθήσονται· καὶ ἐγγραφήσονται εἰς ζωὴν ἐν Ἱερουσαλὴμ οἱ φωτισθέντες τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὑψωθέντες τῇ δόξῃ αὐτοῦ. Οὗτοι ἅγιοι κληθήσονται, οὓς καὶ κατέλιπεν ἑαυτῷ ὁ Θεὸς, κατὰ μίμησιν τῶν μὴ καμψάντων γόνυ τῇ Βάαλ. Διὰ τί δὲ τοὺς μὲν ἐν Σιὼν, τοὺς δὲ ἐν Ἱερουσαλήμ; Ὅτι καὶ τῶν σωζομένων ἐστὶ διαφορὰ, ἑκάστου ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι τῆς ἀπολαύσεως τῶν παρὰ Θεοῦ ἀγαθῶν μεθέξοντος. Ἐπειδὴ δὲ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι, οὐ πληθυντικῶς, ἀλλ' ἑνικῶς ὁ λόγος ἐξέδωκεν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Οἱ καταλειφθέντες, ἀλλὰ, Τὸ καταλειφθέν. Ἔοικε δὲ τὸ μὲν ὑπολειφθὲν ἐν Σιὼν, τὸ ὑποδεέστερον εἶναι τάγμα, οἱονεὶ ἐναφεθὲν ὑπὸ τῶν ἐπειγομένων εἰς τὸ ἔμπροσθεν· τὸ δὲ τελειότερον, διὰ τὴν τῶν ἔργων ἀξίαν (31), τῆς ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ καθιδρύσεως ἠξιῶσθαι. Ὑποβάλλει δὲ ἡμῖν καὶ ἡ ἱστορία τῶν ταγμάτων τὸ διάφορον, ἐκ τοῦ τὴν μὲν Σιὼν τὴν ἀρχαίαν εἶναι πόλιν, καὶ ὑποδεεστέραν· τὴν δὲ Ἱερουσαλὴμ, τὴν βασιλεύουσαν, ἐν ᾗ τὸ ἁγίασμα. Ἅπαντες μέντοι οὗτοι (32) γραφήσονται εἰς ζωὴν ἐν Ἱερουσαλήμ· καὶ μακάριος ὁ τῆς ἐν Ἱερουσαλὴμ καταγραφῆς ἀξιούμενος. Ἐν ἐκείνῃ γὰρ ἔοικεν εἶναι τῇ Ἱερουσαλὴμ ἡ βίβλος τῶν ζώντων, ἐν ᾗ γράφονται οἱ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ. Χαίρετε γὰρ, φησὶν, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γεγραμμένα ἐστὶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἐπειδὴ δὲ πρόσκειται τῷ, Οἱ γραφέντες ἐν Ἱερουσαλὴμ τὸ, Εἰς ζωὴν, ἐπιστῆσαι ἀναγκαῖον, μήποτέ εἰσί τινες οἱ γραφόμενοι μὲν, οὐκ εἰς ζωὴν δὲ, κατὰ τὸν Ἱερεμίαν λέγοντα· Ἀφεστηκότες ἐπὶ τῆς γῆς γραφήτωσαν· ὥστε κατὰ τοῦτο δύο ταύτας καταγραφὰς νοεῖσθαι· τῶν μὲν εἰς ζωὴν, τῶν δὲ εἰς ἀπώλειαν· καὶ εἶναι πολλάκις καὶ μεταβολὴν τῆς Γραφῆς, ὅταν καὶ ἡμεῖς εἰς κακίαν ἀπὸ ἀρετῆς μεταπέσωμεν. Τὸ γὰρ, Ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βίβλου ζώντων, καὶ μετὰ δικαίων μὴ γραφήτωσαν· καὶ τὸ, Ἐξάκειψον κἀμὲ ἀπὸ τῆς βίβλου σου· ὡς ἤδη τῆς ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Θεοῦ καταγραφῆς ἠξιωμένων λέγεται.

137. Ὅτι ἐκπλυνεῖ Κύριος τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων Σιὼν, καὶ τὸ αἷμα Ἱερουσαλὴμ ἐκκαθαριεῖ ἐκ μέσου αὐτῶν, ἐν πνεύματι κρίσεως, καὶ ἐν πνεύματι καύσεως. Τρανῶς τὰ αὐτὰ τῷ Ἰωάννῃ ὁ λόγος προαγορεύει, περὶ τοῦ Κυρίου λέγοντι, ὅτι Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι

[96] Exod. XXXIII, 14, 23. [96*] Rom. XI, 5. [97] III Reg. XIX, 18; Rom. XI, 4. [98] I Cor. XV, 23. [99] Matth. XX, 16. [1] Luc. X, 20. [2] Jer. XVII, 13. [3] Psal. LXVIII, 29. [4] Exod. XXXII, 32. [5] Matth. III, 11.

(29) Antiqui duo libri, ἔλαμψεν.
(30) Editi, Καὶ ἔσται καί. At mss. aliquot, Καὶ ἔσται.
(31) Reg. quartus, ἀξίωσιν.
(32) Editi, μὲν τοιοῦτοι. At mss. tres ita, ut edidimus.

ἁγίῳ καὶ πυρί· περὶ δὲ ἑαυτοῦ, ὅτι Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς βαπτίζω ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· Ἐπεὶ γοῦν (33) ἀμφότερα συνῆψεν ὁ Κύριος, τό τε Ἐξ ὕδατος εἰς μετάνοιαν, καὶ τὸ Ἐκ Πνεύματος εἰς ἀναγέννησιν (34), καὶ ὁ λόγος αἰνίσσεται ἀμφότερα τὰ βαπτίσματα. Μήποτε τρεῖς εἰσιν αἱ ἐπινοιαι τοῦ βαπτίσματος, ὅ τε τοῦ ῥύπου καθαρισμός, καὶ ἡ διὰ τοῦ Πνεύματος ἀναγέννησις, καὶ ἡ ἐν τῷ πυρὶ τῆς κρίσεως βάσανος, ὥστε τὸ μὲν ἐκπλύνειν πρὸς τὴν ὧδε ἀποθεσιν τῆς ἁμαρτίας λαμβάνεσθαι· τὸ δὲ πνεύματι κρίσεως, καὶ πνεύματι καύσεως, πρὸς τὴν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι διὰ τοῦ πυρὸς δοκιμασίαν. Δέονται δὲ αἱ μὲν κατ' ἄγνοιαν ἁμαρτίαι, οἷνεί ῥύπος τις οὖσαι, τὴν ἐπιφάνειαν τῆς ψυχῆς ἀφανίζουσαι, καὶ τῷ φυσικῷ κάλλει αὐτῆς λυμαινόμεναι, τοῦ ἐκ τῆς πλύσεως καθαρισμοῦ· αἱ δὲ πρὸς θάνατον ἁμαρτίαι τῶν ἑκουσίως ἐξαμαρτανόντων, μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν, αἷμα προσαγορεύονται, δεόμεναι τῆς ἐν τῳ καύματι κρίσεως. Ἐπεὶ οὖν ὁ ἐξομολογούμενος καὶ πλυθῆναι ἀξιοῖ καὶ καθαρισθῆναι, καὶ τὴν μὲν ἀνομίαν πλύσεώς φησι δεῖσθαι, τὴν δὲ ἁμαρτίαν καθαρισμοῦ, λέγων. Ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με. Οἱ μὲν πάντη ἀνήκοοι τῶν θείων μαθημάτων, πρὶν μαθεῖν τὸν λόγον ἡμαρτηκότες, οἷονεὶ ἐῤῥυπωμένοι, τοῦ ἀπὸ τοῦ ὕδατος δέονται καθαρισμοῦ· οἱ δὲ μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ζωὴν ἐπιβουλεύοντες ἑαυτοῖς, αἵματι (35) ὄντες ἔνοχοι, τοῦ ἐκ τοῦ πυρὸς δέονται καθαρισμοῦ. Ἔστι δὲ καὶ ἁπλούστερον ἐκλάβειν. Ὅτι τὰ μὲν ἐπιπόλαια τῶν ἁμαρτημάτων (36) ῥύπῳ τινὶ ἔοικε· τὰ δὲ διὰ βάθους ἐκ διαθέσεως τῆς πρὸς τὸ κακὸν τῶν πλημμελούντων ἁμαρτανόμενα αἵματι παρεικάζεται. Διὸ καὶ ἐκ μέσου τῶν ἡμαρτηκότων διὰ τῆς τοῦ πνεύματος καύσεως ἐκκαθαρίζεσθαι τὸ αἷμα λέγεται.

138. Καὶ ἥξει, καὶ ἔσται πᾶς τόπος τοῦ ὄρους Σιὼν, καὶ πάντα τὰ περὶ κύκλῳ αὐτῆς σκιάσει νεφέλη ἡμέρας, καὶ ὡς καπνοῦ (37), καὶ ὡς φωτὸς καιομένου νυκτὸς, πάσῃ τῇ δόξῃ σκεπασθήσεται. Καὶ ἔσται εἰς σκιὰν ἀπὸ καύματος, καὶ ἐν σκέπῃ, καὶ ἐν ἀποκρύφῳ ἀπὸ σκληρότητος καὶ ὑετοῦ. Μετὰ τὴν ὑπὸ τοῦ λουτροῦ κάθαρσιν, καὶ τὴν ἐκ μετανοίας ἀποκάθαρσιν (38), ἥξει, φησὶ, καιρὸς, ὅτε πᾶς τόπος οἰκειωθήσεται τῷ ὄρει Σιών· τουτέστιν, ὑψηλὸς, καὶ τῶν οὐρανίων εἶναι σκοπευτικὸς καταξιωθήσεται. Μετὰ τὸ ἐπιλαβέσθαι ἀνδρὸς (39) τὰς ἑπτὰ γυναῖκας, καὶ ἐπιλάμψαι Κύριον μετὰ δόξης ἐν βουλῇ, τοῦ ὀψῶσαι καὶ δοξάσαι τὸ καταλειφθὲν τοῦ

A autem ait : *Ego quidem vos baptizo in aqua in pœnitentiam*[6]. Quoniam igitur utrumque conjunxit Dominus, illud, Ex aqua in pœnitentiam : item illud, Ex spiritu in regenerationem ; etiam baptisma utrumque designat Scriptura. Equidem haud scio an tres sint baptismatis acceptiones, expurgatio sordium, regeneratio per Spiritum, et ea quæ in igne judicii fit probatio : adeo ut ablutio quidem de ea peccati depositione, quæ hoc tempore fit, accipiatur, hæ vero dictiones, *spiritu judicii*, et *spiritu combustionis*, ad probationem per ignem in futuro sæculo exigendam referantur. Sed admissa per ignorantiam peccata, cum sint veluti sordes quædam, quæ animæ superficiem corrumpunt, ejusque nativam deformant pulchritudinem ; expurgatione B quæ per lavationem accessura sit indigent : quæ vero ad mortem ducunt peccata, eorum, qui post acceptam cognitionem voluntarie delinquunt, sanguis vocantur, ac ustionis judicio egent. Quisquis igitur confitetur, seque ablui postulat et expurgari, fatetur suam quidem iniquitatem lotura, peccatum vero expurgatione indigere, cum ait : *Amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me*[6*]. Qui certe de divinis documentis nihil omnino audivere, si priusquam verbum discerent, peccavere, ii uti sordibus operti indigent ut per aquam purgentur : qui vero post acceptam vitam sibi ipsi insidiantes, reddunt se sanguini obnoxios, necesse est, hos purgari per ignem. Quin et illud simplicius potest explicari. Siquidem sita in superficie delicta similia sunt sordibus quibusdam : peccata vero ex C delinquentium affectu in malum propendenti alte impressa, sanguini comparantur. Quapropter expurgandus dicitur sanguis de medio etiam eorum qui peccavere per spiritus ustionem.

138. Vers. 5. *Et veniet, et erit omnis locus montis Sion, et omnia quæ in circuitu ejus sunt, obumbrabit nubes per diem, et tanquam fumo, et tanquam luce ardente per noctem ; omni gloria protegetur. Et erit in umbram ab æstu, et in protectionem, et in absconsionem ab asperitate et pluvia.* Postquam facta purgatio est per lavacrum, et post expurgationem quæ fit per pœnitentiam, tempus, inquit, veniet, cum locus omnis cum monte Sion necessitudinem affinitatemque habebit ; hoc est, erit sublimis, ac dignus idoneusque effi- D cietur, ex quo spectentur cœlestia. Posteaquam apprehenderint virum mulieres septem, et illuxerit

[6] Matth. III, 11. [6*] Psal. L, 4.

(33) Codices aliquot, οὖν.

(34) Combefisius putat aliquid post vocem ἀναγέννησιν deesse ; et de suo confidenter addit, καὶ ἐκ πυρός, *et ex igne*. Nec satis habuit id fecisse ; præterea paulo superius pro illo, ὁ Κύριος, ait legendum, ὁ πρόδρομος, *præcursor*. Hic, ut alibi passim, sibi multum tribuit vir alioqui doctissimus : nos inaudaces libentius libros tum manu exaratos tum typis descriptos sequimur.

(35) Editi, ἑαυτοὺς, αἵματος. At uterque Combef. et alii tres, ἑαυτοῖς, αἵματι.

(36) Reg. primus, τῶν ἁμαρτιῶν. Statim editi et unus ms., παρεικάζονται. Alii tres mss., παρεικάζεται.

(37) Ita veteres quatuor libri ; nec aliter apud LXX aut apud Eusebium legitur. Antiquus Combefisii codex, καπνός. Editi, καπνόν. Mox editi, καὶ πάσῃ. Vocula καί in mss. non reperitur.

(38) Veteres tres libri, καὶ τὴν ἐκ τοῦ πυρὸς ἀποκατάστασιν, *post redintegrationem quæ fit per ignem*. Lectio optima.

(39) Addita est vox, ἀνδρός, ex Reg. quarto.

Dominus cum gloria in consilio, ut exaltet et gloria afficiat reliquias Israelis; cumque sordibus filiarum Sion ablutis, ac sanguine de medio eorum expurgato, sancti vocati fuerint, 476 tum ea quæ in circuitu Jerusalem sunt, obumbrabit nubes per diem, ita ut umbram suppeditet ad coercendum æstum, protegatque ab asperitate ac pluvia; et lux accensa occupet noctem, sitque gloria quasi fumus quidam qui omnia apprehendit. Arbitramur autem hæc promitti iis qui requie fuerint digni. Nam cum in domo Patris mansiones multæ sint [7], diversæque conditionum distributiones reserventur in illa hæreditatis terra, quam possessuri mites sunt [8], compertum est aliquos quidem in splendore visionis Dei, aliquos vero sub tegmine cœlestium virtutum requieturos, alios denique in gloria ex illa luce quasi ex fumo resiliente occultatum iri. Fortasse autem ipsi Sion lux affulgebit, atque loca ei circumjecta per diem illustrabit nubes, quæ non aliunde quam ab ipso lumine suum ortum trahit. Quemadmodum fumus ab igne, ita a lumine habet exsistentiam nubes, sub qua qui degent, magna sunt fruituri gloria, quod ab ipsa nube illustrentur, quæ in æstu quidem se expandit supra capita eorum, eisque sua umbra gratam affert oblectationem : decidentibus vero asperis imbribus, vicem supplet densi ac solidi umbraculi, et magnopere protegit eos, qui opus habent quodam latibulo, et sua ipsius densitate obtutus arcet. Ejusmodi erat nubes lucida, quæ in Domini transfiguratione discipulos obvolvit [9]. Cum autem nobis quies ac velut concretio signum sit serenitatis; ejus qui tunc erit status tranquillitatem per ipsius nubis umbraculum indicat. Equidem ut adhuc clarius percipiamus quid sit illud, *In absconsionem velamenti esse*, induci aliquo ejusmodi exemplo possumus. Sit unus aliquis qui ab adversariis quæratur, sed custodiatur a familiaribus suis in cubiculo quodam inventu perquam difficili. Sane consimile quiddam erga sanctum a divina illa nube ipsum protegente effici putandum est, ne facile in illum invadere possint inimici. Dicta sunto isthæc, ut dilucidius cognoscatur auxilium iis qui in circuitu Sion versantur traditum eo consilio, ut eos interdiu obumbret nubes, qua ab æstu protegantur, utque noctu lux ignis accendatur, eos illustratura, atque adeo utroque tempore ab insidiantibus tuti sint et securi.

[7] Joan. XIV, 2. [8] Matth. V, 4. [9] Matth. XVII, 5.

A Ἰσραήλ· ὅτε καὶ ἅγιοι ἐκλήθησαν, διὰ τὸ ἐκπλυθῆναι τὸν ῥύπεν τῶν θυγατέρων Σιὼν, καὶ (40) ἐκκαθαρισθῆναι τὸ αἷμα αὐτῶν ἐκ μέσου, τότε σκιάσει τὰ περὶ κύκλῳ τῆς Ἱερουσαλὴμ νεφέλη ἡμέρας, ὥστε παρασχεῖν σκιὰν ἀπὸ καύματος, καὶ σκέπην ἀπὸ σκληρότητος καὶ ὑετοῦ· τὴν δὲ νύκτα ὑπὸ φωτὸς κατέχεσθαι καιομένου, καὶ εἶναι τὴν δόξαν οἱονεὶ καπνόν τινα τὰ πάντα ἐπιλαμβάνουσαν. Ἀογιζόμεθα δὲ ταῦτα ἐπαγγέλλεσθαι τοῖς ἀξίοις τῆς ἀναπαύσεως. Διότι πολλῶν μονῶν οὐσῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Ἡατρὸς, καὶ διαφόρου κληροδοσίας ἀποκειμένης ἐν τῇ γῇ τῆς κληρονομίας, ἣν κληρονομήσουσιν (41) οἱ πραεῖς, δῆλον, ὅτι τινὲς μὲν ἐν τῇ φαιδρότησι τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπιφανείας, τινὲς δὲ ὑπὸ τὴν σκέπην τῶν οὐρανίων δυνάμεων ἀναπαύσονται,καὶ ἄλλοι ἐν τῇ δόξῃ τῇ ἀπὸ τοῦ φωτὸς ὡς ἀπὸ καπνοῦ καλυφθήσονται. Τάχα δὲ αὐτῇ μὲν τῇ Σιὼν ἐπιλάμψει τὸ φῶς· τὰ δὲ περὶ κύκλῳ αὐτῆς ἐπιλάμψει νεφέλη ἡμέρας. ἥτις οὐκ ἄλλοθεν ἔχει τὴν γένεσιν (42), ἢ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ φωτός· ὥσπερ καπνὸς ἀπὸ πυρὸς, οὕτως αὕτη ἀπὸ τοῦ φωτὸς τὴν σύστασιν ἔχουσα, ὑφ' ἣν οἱ (43) διαιτώμενοι μεγάλης τῆς δόξης ἀπολαύσουσιν, ὡς ὑπ αὐτῆς τῆς νεφέλης καταλαμπόμενοι, ἐν καύματι μὲν ὑπερηπλωμένης τῶν κεφαλῶν αὐτῶν, καὶ ἡδεῖαν ἐκ τοῦ ἐπισκιασμοῦ (44) παρεχομένης ἀναπνοήν· ὄμβρων δὲ σκληρῶν καταῤῥηγνυμένων, τὴν τῶν στεγανῶν σκεπασμάτων χρείαν ἀναπληρούσης, καὶ τοὺς διαλαθεῖν δεομένους ἱκανῶς περισκεπούσης, καὶ τῇ πυκνότητι τῇ παρ' ἑαυτῆς διειργούσης τὰς ὄψεις. Ὁποία τις ἦν κατὰ τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου ἡ φωτεινὴ νεφέλη τοὺς μαθητὰς περιστείλασα (45). Ἐπειδὴ B δὲ ἡ στάσις καὶ οἷον ἡ σύμπηξις τῆς νεφέλης νηνεμίας ἐστὶ σημεῖον, τὸ ἀτάραχον τῆς τότε καταστάσεως διὰ τῆς κατὰ τὴν νεφέλην (46) σκέπης ἐνδείκνυται. Ἔτι ὑπὲρ τοῦ τρανότερον ἰδεῖν, τί ἐστι τὸ, Ἐν ἀποκρύφῳ σκέπης γενέσθαι, τοιούτῳ τινὶ παραδείγματι προσαγόμεθα. Ἔστω τις ζητούμενος μὲν ὑπὸ τῶν πολεμίων, ὑπὸ δὲ τῶν οἰκείων ἔν τινι οἰκίσκῳ δυσευρέτῳ φρουρούμενος. Τοιοῦτον οὖν τι νοητέον γίνεσθαι περὶ τὸν ἅγιον, ὑπὸ τῆς θείας ἐκείνης νεφέλης σκεπαζούσης αὐτὸν πρὸς τὸ μὴ εὐεπιχείρητον εἶναι τοῖς πολεμίοις. Τοσαῦτα, εἰς τὸ σαφέστερον νοηθῆναι τοῖς κύκλῳ Σιὼν τὴν γινομένην βοήθειαν, εἰς τὸ ἡμέρας μὲν σκιάζειν αὐτοὺς τὴν νεφέλην, ἵνα ῥυσθῶσιν ἀπὸ καύματος· νυκτὸς δὲ, φῶς πυρὸς αὐτοῖς καίεσθαι, φωτίζον (47) αὐτούς· ἀμφοτέροις δὲ C τοῖς καιροῖς τὴν ἀπὸ τῶν ἐπιβουλευόντων ἀσφάλειαν ὑπάρχειν αὐτοῖς.

(40) Similiter copulam καί adjecimus ex mss. quibusdam. Illud, αὐτῶν ἐκ μέσου, verti potest, *de medio eorum*, aut, *de medio earum*. Potest enim hic locus vel de filiabus solis, vel de filiis simul et filiabus intelligi.

(41) Sic veteres quatuor libri. Editi vero et Reg. tertius, κληρονομοῦσιν. Illud, δῆλον ὅτι, quod hoc loco legitur, ex Reg. quarto additum est.

(42) Pro γέννησιν edidimus ex quatuor mss., γένεσιν.

(43) Sic quatuor mss. At editi, ὑφ' ἣν. Mox quatuor mss., ἀπολαύουσιν.

(44) Editi, τοῦ σκιασμοῦ. At quinque mss., τοῦ ἐπισκιασμοῦ.

(45) Antiqui quatuor libri, περιστᾶσα, *discipulos circumdedit*. Editi et Reg. tertius, περιστείλασα, *obvolvit*. Utra scriptura melior sit, alii judicabunt. Interim vulgatam retinuimus.

(46) In nostris quinque mss. non, κεφαλήν, uti in editis, sed νεφέλην legitur. Vox κεφαλήν, si libri antiqui faverent, non parum nobis placeret. Hoc ipso in loco Reg. tertius et editi, ἔστιν ὑπὲρ τούτου. Alii quatuor mss., ἔτι ὑπὲρ τοῦ, bene. Subinde tres mss., σκέπης γίνεσθαι.

(47) Editi, φωτίζειν. At quinque mss., φωτίζον

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

139. Ἄσω δὴ (48) τῷ ἠγαπημένῳ ᾆσμα του ἀγαπητοῦ μου τῷ ἀμπελῶνί μου. Τὰ ᾄσματα πάντα φαιδροτέραν δοκεῖ περιέχειν πραγμάτων κατάστασιν. Ἡ ἐν τῇ Ἐξόδῳ ᾠδὴ ᾆσμά ἐστιν ἐπινίκιον. Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται. Τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων ἐπιθαλάμιός ἐστιν ᾠδή, δραματικῶς (49) πεπλεγμένη. Ἐνταῦθα δὲ ἀπειλὴν ὁ λόγος ἔχει τὴν κατὰ τοῦ ἀμπελῶνος κατὰ τὴν δικαίαν κρίσιν τοῦ Θεοῦ ἐπαγομένην. Μήποτε δὲ καὶ αὐτὰ τὰ φοβερὰ, τῷ πρὸς τέλος χρηστὸν ἀναφέρεσθαι, πρεπόντως ἐγκατετάχθη τοῖς ᾄσμασι; Πρόσωπον δὲ τὸ ἀπαγγέλλον τὴν ᾠδὴν ἐστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπερ ᾄδει τὸ ᾆσμα τοῦτο τοῦ ἀγαπητοῦ. Τίς δὲ ὁ φύσει ἀγαπητὸς, ἢ ὁ Μονογενὴς, τὸ αὐτοάγαθον (50), οὗ πάντα ἐφίεται, οὗ ἡ ἀγάπησις φυσικῶς καὶ ἀῤῥήτως ταῖς πάντων τῶν λογικῶν διανοίαις ἐνέστακται; Ἐπεὶ οὖν κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν ὁ Παράκλητος ἐκ τοῦ Μονογενοῦς λαμβάνει πάντα, καὶ ἀναγγέλλει ἡμῖν, καὶ τὴν ᾠδὴν τοῦ ἀγαπητοῦ φησιν εἶναι, ὡς παρ' αὐτοῦ λαβών. Ἡ δὲ αὐτὴ ᾠδὴ μετανοοῦντι μὲν τῷ ποτε ἠγαπημένῳ ἀμπελῶνι ᾆσμά ἐστιν· ἐπιμένοντι δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ θρῆνος γίνεται καὶ οὐαὶ, καθάπερ ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ μεμαθήκαμεν, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βιβλίου μέλος καὶ θρῆνον γεγραμμένον, καὶ οὐαί. Καὶ ὁ τοῦ Κυρίου λόγος εἰς ζωὴν αἰώνιον καὶ ἀπόλαυσιν οὐρανίων ἀγαθῶν προκαλούμενος, μέλος ἦν πρὸς εὔρυθμον καὶ ἐμμελῆ κίνησιν καὶ τὴν κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαν τὰς ψυχὰς διεγείρων. Τὸ δὲ Ἰωάννου κήρυγμα, εἰς μετάνοιαν τοὺς ἀπειθεῖς ἐπιστρέφον, θρῆνος ἦν, λύπην εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον (51) ἐργαζόμενος. Εὑρίσκουτο δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας, μήτε τοῖς χρηστοῖς προτρεπόμενοι εἰς ζωὴν, μήτε ὑπὸ τῶν στυγνοτέρων ἐναγόμενοι εἰς μετάνοιαν. Οὕτω δὴ καὶ τὸ ἐν χερσὶν ᾆσμα καὶ ἔπαινον ἔχει τῆς ἀρχαίας εὐγενείας καὶ τῆς περὶ αὐτῶν (52) τοῦ Θεοῦ ἐπιμελείας, καὶ ἔλεγχον τῆς παρούσης κακίας, καὶ ἀπειλὴν τῶν ἐπαχθησομένων δεινῶν. Καὶ ὅμως τὸν ἀπειθῆ λαὸν οὔτε ἐκεῖνα πρὸς τὴν οἰκείαν ἀξίαν ἀναλεῖται, οὔτε ταῦτα συστεῖλαι καὶ σωφρονέστερον ποιῆσαι δύναται.

140. Ἀρχεται δὲ τῶν ἐγκωμίων τῆς παλαιᾶς εὐγενείας. Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ, ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίονι. Ἀμπελῶνα λέγει τὸν λαὸν τοῦ Ἰσραήλ. Ἄμπελον γὰρ, φησὶ, ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας. Καὶ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ διὰ τῆς αὐτῆς εἰκόνος

A

CAPUT V.

139. Vers. 1. *Cantabo dilecto canticum dilecti mei vineæ meæ.* Cantica omnia lætiorem rerum statum videntur complecti. Quæ in Exodo reperitur ode, canticum est ob partam victoriam compositum. *Cantemus Domino : gloriose enim magnificatus est* [10]. Canticum Canticorum nuptiale est carmen, dramatico opere pertextum. Hic autem Scriptura minas continet, ex justo Dei judicio in vineam intentatas. Numquid autem illa ipsa tremenda quæ intentantur, quod in bonum 477 finem referantur, convenienter relata sunt inter cantica? Quæ autem persona canticum illud pronuntiat, Spiritus sanctus est, qui vineæ dilectæ carnem canit. Hoc autem dilecti canticum est. Quis vero natura carissimus, nisi Unigenitus, illud ipsum bonum, quod appetunt omnia, B cujus amor in animis omnium qui sunt ratione præditi, naturali ineffabilique modo est impressus? Quoniam igitur juxta Domini vocem, Paracletus ab Unigenito accipit omnia, et annuntiat nobis [11], hoc canticum ait dilecti esse, tanquam ab ipso acceptum. Eadem autem ode vineæ olim dilectæ, canticum est, si pœnitat : sed si in peccato persistat, fit lamentum et væ; quemadmodum in Ezechiele didicimus scriptum fuisse in eodem libro *carmen, lamentum, et væ* [12]. Quin et Domini sermo ad vitam æternam et ad bonorum cœlestium fruitionem invitans, carmen erat, quod animas ad numerosum concinnunique motum et ad operationem virtuti consentaneam excitabat. At vero Joannis prædicatio, qua inobsequentes convertebantur ad pœnitentiam, erat lamentatio, quæ ad salutem conferendam mœrorem haud pœnitendam pariebat [13]. Judæi autem, præ cordis duritia, neque verbis benignioribus comperiebantur ad vitam provocari, neque austerioribus ad pœnitentiam adduci. Atque adeo canticum, quod in manibus est, tum priscæ illius generositatis et ejus quam Deus pro ipsis gessit curæ laudem complectitur, tum præsentem eorum malitiam exhibet, et infligenda mala comminatur. Neque tamen illa populum inobsequentem ad propriam dignitatem revocant : neque hæc ipsum compescere aut prudentiorem reddere potuerunt.

140. Sumit autem exordium ab antiquæ nobilitatis laudibus. *Vinea facta est dilecto, in cornu, in loco pingui.* Vineam dicit populum Israeliticum. *Vineam* enim, inquit, *de Ægypto transtulisti* [14]. Et in Jeremia probrum infertur populo per eamdem si-

[10] Exod. xv, 1. [11] Joan. xvi, 14. [12] Ezech. ii, 9. [13] II Cor. vii, 10. [14] Psal. lxxix, 19.

(48) Titulum nullum in mss. invenimus. Sed tamen prophetica illa, ᾄσω δή, et cætera, ad modum tituli in Reg. quarto leguntur.

(49) Fortassis monere juvabit, dramaticum opus illud esse, in quo personæ solæ agunt, absque poetæ interlocutione.

(50) Veteres quinque libri una voce, αὐτοάγαθον. Editi duabus, αὐτὸ ἀγαθόν.

(51) In Vulgata II Cor. vii, 10, ita legitur, *Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Hinc fortasse suspicari quispiam possit, interpretem legisse, aut potius legere sibi visum fuisse, ἀμετάβλητον, *ad salutem stabilem*, cum legendum tamen esset, ἀμεταμέλητον, *ad salutem haud pœnitendam.* Et quidem vox una alteri ita similis est, ut interpretem in hoc facile labi potuisse nemo non videat.

(52) Codices si non plures, at tres tamen, περὶ αὐτόν· ita si leges, suppleas oportet, ἀμπελῶνα, aut λαόν. Editi vero cum Reg. secundo, περὶ αὐτῶν, hoc est, Ἰουδαίων.

χρημενοι προφάσει πρὸς τὴν ἄμετρον φιλοκτημοσύνην, τῷ (6) δοκεῖν προσεχῆ καὶ συνημμένα εἶναι τὰ τῶν γειτόνων. Πρὸς οὓς ἐλεγκτικώτατα ὁ λόγος ἀπήντησεν, εἰπών· Μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς; Εἰ γὰρ ὅτι γειτων ὁ τὴν ἐχομένην γῆν γεωργῶν ἀφαιρεθῆναι δίκαιος, δηλονότι, τούτου ἐκβληθέντος, ἕτερός σοι πάλιν γείτων ἀναφανήσεται, καὶ τὸ αὐτό σοι (7) πάλιν καὶ πρὸς ἐκεῖνον λέγειν ἡ πλεονεκτικὴ καρδία ὑποβάλλει, εὔλογον ὑποδεικνύουσα (8) εἶναι σεαυτοῦ ποιήσασθαι τὰ πλησιόχωρα. Ὅταν δὲ κἀκεῖνος γυμνωθεὶς ἀπέλθῃ τῶν ἰδίων, καὶ γένηται μέρος τῆς οἰκίας στήσεως ἡ τοῦ τρίτου χώρα· πάλιν ἄλλος γείτων, ἄλλαι σπουδαί, ἀποδιῶξαι μὲν τῶν ὑπαρχόντων ἐκεῖνον, ἑαυτοῦ δὲ ποιήσασθαι τὰ τοῦ τετάρτου γείτονος. Τίς οὖν ἔσται σοι ὅρος τῆς ἐπιθυμίας τοῦ πλείονος; Πυρὶ γὰρ ἔοικεν ἡ πλεονεκτικὴ καρδία, διὰ τῆς καιομένης ὕλης πορευομένῳ, καὶ τὰ μὲν φθείροντι, τὰ δὲ ἐπερχομένῳ. Ἥπου καθάπερ τοῦ ἐμπρησμοῦ σβέσις γίνεται ἡ ἀπορία τῆς ὕλης, οὕτω καὶ τὴν πλεονεκτικὴν καρδίαν καὶ τὸν ἀπλήρωτον ὀφθαλμὸν ἐνεῖνο ἵστησι μόνον, τὸ μηδένα ἔχειν τὸν συνοριζόμενον τοῖς κτήμασι. Ὁρῴρωθεν οὖν ἰώμενος ὁ λόγος τὸ πάθος, οἱονεὶ ἐπᾴδων τῇ φιλοκτήμονι ψυχῇ, ταῦτά φησι· Μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς;

A quod vicinorum prædia utpote contigua, et suis conjuncta, sui ipsorum juris esse videantur. Quibus Scriptura obsistit verbis perquam objurgatoriis, cum ait: *Nunquid habitabitis soli super terram?* Si enim a vicino terram quam colit, ideo æquum est auferri, quod tibi contigua sit: profecto, eo ejecto, comperietur rursum alter tibi vicinus esse. Atque denuo avarum cor tibi suggeret, ut hoc idem etiam adversus illum dicas: suadet scilicet, fore, ut fiat aliquid rationi consonum, si tibi terram finitimam vindices, Postquam autem abierit ille, bonis suis spoliatus, et tertii ager possessionis tuæ partem effecerit: iterum adest vicinus alius: jam nascuntur aliæ curæ, quomodo illum quidem a suis prædiis abigas, ac quarti hujus finitimi bona tibi assumas. Quem ergo finem huic tuæ cupiditati plura habendi imposituras es? Etenim cor avarum igni consimile esse B videtur per accensam materiam evaganti, alia quidem depascenti et corrumpenti; in alia vero involanti ac insilienti. Profecto sicut materiæ inopia incendium exstinguit: ita et cor immodica cupiditate acquirendi flagrans, oculusque inexplebilis eo duntaxat coercetur, quod neminem habeat suis possessionibus confinem. Itaque Scriptura morbo huic remedium eminus afferens, animum divitiarum cupidum veluti carmine demulcens, profert isthæc: *Nunquid habitabilis soli super terram?*

151. Εἰ γὰρ ἐπιθυμεῖς τῶν τοῦ γείτονος, γείτων δέ σοι πάντως οὐ λείψει· ἀνάγκη σε δηλονότι ἐπὶ τὰ ἔσχατα φθάσαι τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης. Εἰ δὲ τοῦτο ἀμήχανον, ἀπὸ τῆς πρώτης ἐννοίας παῦσον σεαυτοῦ τὴν πρὸς τὸ κακὸν ὁρμὴν, ὦ ἄνθρωπε, ἀρκούμενος οἷς παρέλαβες, ἐπιμένων οἷς ἔχεις, εἰδὼς, ὅτι καὶ μεγέθη C οἰκιῶν, διὰ τὸ ἐξ ἀδικίας συστῆναι, ἔρημά ἐστι τῶν οἰκητόρων, καὶ πλῆθος χώρας (9), ἐκ πλεονεξίας περιβληθὲν, ἄγονον πολλάκις τῶν καρπῶν ἀπεδείχθη. Προλαμβάνει γὰρ πολλάκις τὴν μέλλουσαν κρίσιν ἡ θεία δίκη, καὶ ἤδη τὰς ἀδίκως πεπορισμένας οἰκίας, εἰς ἄχρηστον περίστησιν (10), ἀπὸ τῆς πολυανθρώπου οἰκήσεως καὶ τῆς λαμπρᾶς εὐθηνίας, ἐρήμους τῶν οἰκητόρων ποιοῦσα. Πολλάκις γοῦν (11) ἐγνωμεν ὅλα γένη ἄρδην ἀφανισθέντα, ὡς ἀπορίᾳ τῶν διαδεχομένων καταῤῥυῆναι πρὸς γῆν τὰς μεγαλοφυεῖς καὶ ὑπερηφάνους τῶν οἰκημάτων κατασκευάς. Ἀλλὰ καὶ ὅσοι μετὰ παρορισμοῦ τῶν πλησίον τοὺς ὅρους τῶν οἰκείων κτήσεων ὑπερεξέτειναν, διὰ τὸ ἀπὸ στεναγμοῦ τῶν ἠδικημένων συμπεπορίσθαι τὰς κτήσεις, πάντως ἀλλότριοι τῆς θείας ἀπεδείχθησαν εὐλογίας· D ὥστε ἕνθα δέκα ζεύγη βοῶν εἰργάσατο, μόγις κεράμιον ἓν τρυγηθῆναι (12)· καὶ ἔνθα ἓξ ἀρτάβαι κατεσπάρησαν, τρία μέτρα συνάγεσθαι τῶν καρπῶν, ἅπερ ἐστὶ πολλοστημόριον τῶν σπερμάτων.

151. Etenim si quæ sunt vicini concupiscas, vicinus autem non sit utique tibi defuturus; necesse 486 omnino fuerit ut ad terræ hujus nostræ habitabilis extrema pertingas. Quod si id fieri non potest, tuam ipsius ad malum proclivitatem, priori tuo consilia fotam reprime, o homo, iis quæ accepisti. contentus, iis quæ possides, immorans: præsertim cum noveris magnas illas ædes, quod per injustitiam constructæ sunt, destitui habitatoribus; amplamque regionem, quæ ex avaritia circumjaceat, infructuosam non raro ostendi. Nam justitia divina sæpe futurum illud judicium anticipat, jamque domos inique comparatas nullius frugis reddit, et licet prius ab habitatoribus multis frequentarentur, splendidaque opum copia replerentur, desertas inhospitasque efficit. Novimus sane integras familias non raro fuisse penitus e medio sublatas, ita ut deficientibus successoribus, in terram ruerent magnificæ illæ ac superbæ ædificiorum structuræ. Imo etiam quicunque usurpatis proximorum agris, limites possessionum suarum plus æquo extenderunt, eo quod possessiones illæ non sine gemitibus eorum qui injuria afficiebantur, fuerant acquisitæ, facti sunt omnino a divina benedictione alieni. Unde ubi decem boum juga araverant, vix laguncula

(6) Veteres quinque libri, τό. Editi et Colb. primus, τῷ.

(7) Editi, καὶ τοῦτό σοι. At nostri sex mss., καὶ τὸ αὐτό σοι.

(8) Veteres quinque libri, ὑποδεικνῦσα. Editi cum Reg. tertio, ὑποδεικνύουσα. Hoc ipso in loco sex mss., ποιήσασθαι. Editi, ποιῆσαι. Statim sex mss., ἀπέλθῃ. Editi, ἀπελασθῇ, pro ἀπελαθῇ, *ejectus est*.

(9) Veteres sex libri, χώρας. Editi, ἀγρῶν, paulo melius, sed sine ulla auctoritate.

(10) Nostri sex mss., περιίστησιν. Editi, περιστῶσα.

(11) Editi, οὖν. At sex mss., γοῦν.

(12) Ubi in editis legitur, τρυγηθήσεται, in nostris sex veteribus libris scribitur, τρυγηθῆναι. Aliquanto post nostri sex mss., ἔχει μὲν οὖν. Deest οὖν in vulgatis.

una vindemiabitur, et ubi sex artabæ fuerant seminatæ, vix tres fructuum mensuræ colligentur: quæ seminum pars est minima.

152. Et quidem sententia isthæc ex se multum habet utilitatis. Sed quivis, si studiosus est et laborum patiens, ex hac prophetia juxta mysticum et reconditum sensum considerata emolumentum majus percipere potest. Etenim per uniuscujusque domum dogmata actionesque possunt intelligi ob densum adunatumque artificium, quod in opinionibus de unoquoque dogmate habitis reperitur. Eam ob causam, quemadmodum in domo fundamentum reliquæ structuræ supponitur: ita et in dogmatibus quædam bases sunt ac principia prima, quibus innixi dogmata sua disseminant; et quæ sequuntur, ordine et conjunctim principiis primis connectunt. Quicunque igitur fidei dogma, quod pro fundamento ac principio habet Dominum nostrum Jesum Christum, cum dogmatibus alienis et a pietate remotis consociant, ii sunt qui per Scripturam deflentur ceu rem indecoram peragentes, quippe qui domum domui conjungant. Quod enim pietatis dogmata domus appellata sint, Dominus ipse per parabolam nos edocuit, dicens: *Omnis qui audit verba mea hæc, et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram* [66]. Sed et Paulus nos in priore ad Corinthios Epistola docere videtur, quemlibet eorum qui Christum 487 crediderunt, sibi ipsi ædificare domum. *Fundamentum enim aliud*, inquit, *nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Jesus Christus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam* [67]. Quoniam autem ex iis, qui dogmata concinnant, alii quidem risu et ludibrio digna sentientes rem ædificant veluti ludicram et deridiculam, alii vero honestiores, res serias ac laudabiles struunt: Michæas domos eorum qui ridiculos se præbent, demoliens, ait: *Qui in Geth, ne magnificemini: et qui in Acarim, nolite reædificare ex domo in derisum vestrum* [68]. Et rursus ille ipse pravos doctores increpans, dicit: *Audite nunc hæc, duces domus Jacob, et reliqui domus Israel: qui abominamini judicium, et omnia recta pervertitis: qui ædificatis Sion in sanguinibus, et Jerusalem in iniquitatibus* [69]. Quisquis enim dogmata aliena comminiscitur, ædificat Sion, hoc est, suam ipsius speculam, *in sanguinibus:* et qui constituit

A

B

C

152. Ἔχει μὲν οὖν πολὺ καὶ αὐτόθεν τὸ ὠφέλιμον ἡ λέξις· δυνατὸν δὲ τῷ φιλοπόνῳ κατὰ ἀναγωγὴν ἐπὶ πλεῖον ἄγειν νὸ ἀπὸ τῆς προφητείας χρήσιμον. Δύναται γὰρ οἰκία ἑκάστου νοεῖσθαι τὰ δόγματα καὶ αἱ πράξεις, διὰ τὸ πυκνὸν καὶ ἡνωμένον τῆς ἐν τοῖς νοήμασι κατασκευῆς, περὶ ἑκάστου δόγματος. Διότι (13), ὥσπερ ἐν οἰκίᾳ θεμέλιος ὑπόκειται τῇ λοιπῇ κατασκευῇ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν δογμάτων ὑποθέσεις τινές εἰσι καὶ πρῶται ἀρχαί, οἷς ἐπερειδόμενοι δογματίζουσι, τὰ ἐφεξῆς ἀκολούθως καὶ συναφῶς ταῖς πρώταις ἀρχαῖς συνυφαίνοντες. Ὅσοι οὖν τὸ τῆς πίστεως δόγμα, ὅπερ ἔχει θεμέλιον καὶ ἀρχὴν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, δόγμασιν ἀλλοτρίοις καὶ ξένοις τῆς θεοσεβείας ἐπισυνάπτουσιν, οὗτοί εἰσιν οὓς ὁ λόγος ὀδύρεται παρὰ τὸ καθῆκον ποιοῦντας, ἐν τῷ συνάπτειν οἰκίαν (14) πρὸς οἰκίαν. Ὅτι γὰρ οἰκία τὰ τῆς θεοσεβείας ὠνόμασται δόγματα, αὐτὸς ὁ Κύριος διὰ τῆς παραβολῆς ἡμᾶς ἐδίδαξε, λέγων ὅτι, Πᾶς ὅστις ἀκούει μου τοὺς λόγους (15) τούτους, καὶ ποιεῖ αὐτοὺς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν. Ἔοικε δὲ καὶ ὁ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ διδάσκειν ἡμᾶς, ὅτι ἕκαστος ἑαυτῷ οἰκίαν οἰκοδομεῖ τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων. Θεμέλιον γὰρ, φησὶν, ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι, παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. Εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσὸν, ἄργυρον (16), λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην. Ἐπειδὴ δὲ τῶν κατασκευαζόντων τὰ δόγματα οἱ μὲν γέλωτος καὶ χλεύης ἄξια φρονοῦντες, οἱονεὶ γέλωτα οἰκοδομοῦσιν· οἱ δὲ ἀστειότεροι, σπουδαῖα κατασκευάζουσιν· ὁ Μιχαίας καθαιρῶν τὰ ὑπήματα (17) τῶν καταγελάστων, Οἱ ἐν Γὲθ, φησὶ, μὴ μεγαλύνεσθε· καὶ οἱ ἐν Ἀκαρεὶμ, μὴ ἀνοικοδομεῖτε ἐξ οἴκου κατὰ γέλωτα ὑμῶν. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐπιπλήττων μοχθηροῖς διδασκάλοις, φησὶν· Ἀκούσατε δὴ ταῦτα, οἱ ἡγούμενοι οἴκου Ἰακὼβ, καὶ· οἱ κατάλοιποι οἴκου Ἰσραὴλ, οἱ βδελυσσόμενοι κρῖμα, καὶ πάντα τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες, οἱ οἰκοδομοῦντες Σιὼν ἐν αἵμασι, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐν ἀδικίαις. Πᾶς (18) γὰρ ὁ τὰ ἀλλότρια κατασκευάζων δόγματα, οἰκοδομεῖ τὴν Σιὼν, τουτέστι τὸ ἑαυτοῦ σκοπευτήριον, ἐν αἵμασι· καὶ ὁ συνιστὰς ἐκκλησίαν πονηρευομένων, οἰκοδομεῖ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐν ἀδικίαις. Εἰ οὖν

[66] Matth. VII, 24. [67] I Cor. III, 11, 12. [68] Mich. I, 10. [69] Mich. III, 9, 10.

(13) Editi, Καὶ διότι. Deest καί in utroque Combef. et in aliis quatuor codicibus. Nec ita multo post editi, αἱ ἀρχαί. Illud, αἱ, neque in Combefisianis, neque in nostris mss. legitur. Hoc ipso in loco excusi, αἷς ἐπερειδόμενοι. At nostri sex mss., οἷς, δόγμασι videlicet.

(14) Editi, οἰκίαν· ὅτι. At libri veteres uti in contextu.

(15) Antiquus Combefisii codex, λόγους καί. Ejusdem codex recentior et alii quidam cum editis omittunt καί.

(16) Veteres aliquot libri, χρυσίον, ἀργύριον.

(17) Editi et duo mss., καθαιρῶν τὰ οἰήματα *fastum et arrogantiam cohibens.* Alii tres mss., καθαίρων τὰ οἰήματα, *fastum et arrogantiam mundans.* Alter, καθορῶν τὰ οἰήματα, *fastum et arrogantiam intuens.* Quæ omnia quin vitiosa sint, dubitari vix potest. Malumus igitur sequi Colbertinum primum, qui, ut verum fateamur, non prima quidem manu, sed antiqua tamen habet, καθαιρῶν τὰ οἰκήματα, *demoliens domos.* Combefisius, conjectura duntaxat ductus, ita legendum jam judicaverat.

(18) Libri veteres, Πᾶς. Nostra editio, Ὁ πῶς.

δύο ἐστιν εἴδη οἰκοδομῶν (19)· τὸ μὲν ἀγαθὸν, τὸ ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦ Χριστοῦ· τὸ δὲ ἕτερον φαῦλον, ὃ καὶ καταγέλαστόν ἐστι καὶ ἀπωλείας αἴτιον (20), εἰκότως ὁ λόγος ταλανίζει τοὺς τὴν ἀγαθὴν οἰκίαν τῇ φαυλοτέρᾳ συνάπτοντας, καὶ οἱονεὶ μιγνύντας τὰ ἄμικτα. Ἐπιστήσεις δὲ, μήποτε πάντες ἄνθρωποι, ὅ τι ποτ' οὖν περὶ ἀληθείας δογματίζοντες, ὑγιέσι τισὶ καὶ ἀληθέσι τοῖς προκατειλημμένοις κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας καὶ ἐνεσπαρμένοις ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, καλὴν ἔχοντες οἰκίαν, ὅταν σφαλλόμενοι τῆς ἀληθείας, ἀλλότρια τῆς θείας διδασκαλίας ἐκ τῆς ἔξωθεν ἀπάτης ἐπεισάγωσιν, οἷον οἰκίᾳ καλῇ συνάπτουσιν οἰκίαν τὴν χείρονα. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τὸν περὶ τῆς οἰκίας λόγον.

A ecclesiam maligne agentium, ille exstruit Jerusalem in injustiis. Itaque si duo sunt ædificiorum genera: alterum quidem bonum, in petra et in Christi fundamento stabilitum, alterum vero malum, et irrisionem afferat et perniciem, jure optimo eos luget Scriptura, qui domum bonam cum deteriore conjungunt, et quodammodo quæ non possunt permisceri, permiscent. Velim autem animadvertas, num omnes homines qualiacunque de veritate dogmata tradiderint, ex cogitationibus quibusdam sanis et veris, iisque juxta communes notiones præconceptis, sibique ab opifice rerum inspersis, domum pulchram habentes, cum a veritate aberrantes ex errore externo aliquid a divina doctrina alienum et abhorrens promunt, animadvertas, inquam, num veluti domui pulchræ deteriorem adjungant. Et hæc quidem dicta sunto de domus vocabulo.

153. Ἐπειδὴ δὲ ὁ ἅγιος οὐ μόνον Θεοῦ ἐστιν οἰκοδομὴ, ἀλλὰ καὶ Θεοῦ γεώργιον, ὡς ὁ μακάριος Παῦλός φησι· καὶ ἡ αὐτὴ ψυχὴ (21) τεθεμελίωται ὡς οἰκία, καὶ ἐρρίζωται ὡς φυτόν (Ἐν ἀγάπῃ γὰρ, φησὶν, ἐρριζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι)· φέρε καὶ περὶ τοῦ κατὰ τὸν ἀγρὸν προσεγγισμοῦ διαλάβωμεν, ὃν οἱ φαύλως ποιοῦντες καὶ ἐσφαλμένως, τῇ ἐγκειμένῃ κατακρίσει ὑπόδικοι γίνονται. Ὅσα οὖν περὶ γεωργίας εἴρηται, ὡς συγγενῆ τοῖς προκειμένοις συνεξετάσωμεν. Ἔστι μὲν οὖν ἀστεία φυτεία, ἡ κατὰ τὸν Σολομῶντα λέγοντα. Ἐφύτευσά μοι ἀμπελῶνα, ἐποίησά μοι κήπους καὶ παραδείσους, καὶ ἐφύτευσα ἐν αὐτοῖς ξύλον πᾶν καρποῦ. Ἔστι δέ τις φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ οὐράνιος Πατὴρ, ἥτις καὶ ἐκριζοῦται κατὰ τὴν ἀπειλὴν τοῦ Κυρίου. Αὕτη δὲ ἡ φυτεία ἐκ (22) φυτοῦ Σοδόμων τὴν ἄμπελον ἔχει, καὶ τὴν κλη[illegible]δα ἐκ Γομόρρας, καὶ στφραφυλὴν χολῆς γεωργεῖ, καὶ βότρυν πικρίας φέρει τοῖς κεκτημένοις. Θυμὸς δρακόντων ὁ οἶνος αὐτῶν, καὶ θυμὸς ἀσπίγων ἀνίατος (23). Ὁ οὖν καταφυτεύσας τὸ ἑαυτοῦ ἡγεμονικὸν πάσῃ καρποφορίᾳ πνευματικῇ, καὶ τοῖς ἐκ φύσεως ἐρριζωθεῖσιν αὐτῷ πρὸς ἐπίδειξιν καρπῶν δικαιοσύνης παρὰ τοῦ κτίσαντος ἐπιβαλὼν τὰ ἐκ τοῦ σπυροῦ γεωργοῦ, οὗτός ἐστιν ὁ διὰ τὸν ἀπηγορευμένον προσεγγισμὸν ἀγροῦ πρὸς ἀγρὸν ὑπὸ τοῦ λόγου ταλανιζόμενος. Διὰ τοῦτο καὶ ἀπειλεῖ αὐτῷ τὴν ἀφορίαν, ὡς μὴ ἐξοίσοντος ἀναλογοῦντα τῇ διδασκαλίᾳ τῇ περὶ αὐτὸν τὰ τῶν καρπῶν ἐπιδείγματα. Οὗ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν, ποιήσει κεράμιον ἕν. Ἡ μὲν λέξις τὴν ἐγχώριον συνήθειαν λέγει τῶν κατὰ τὴν Φοινίκην διὰ βοῶν ἀροτριώντων τὴν ἄμπελον· ὁ δὲ λόγος ἐνδείκνυται περὶ τῶν ἐπαμφοτεριστῶν, καὶ τῶν ἐναντίων δογμάτων ἐφαπτομένων, καὶ συναπτόντοντων πρὸς ἄλληλα, ὧν ἄκαρποί εἰσιν αἱ ψυχαί.

B 153. Quoniam autem sanctus non Dei solum ædificatio est, sed Dei etiam agricultura, uti beatus Paulus ait [70]; et quoniam eadem anima fundata est ceu domus, ac radicata tanquam planta (*In charitate* enim, inquit, *radicati et fundati* [71]): agedum etiam de agri ad agrum admotione disseramus; quam qui malitiose et cum errore præstant, subjectæ multæ fiunt obnoxii. Quæcunque igitur de agricolatione sunt dicta, utpote iis quæ ad manum sunt confinia, simul excutiamus. Sane elegans est et proba plantatio, illa scilicet Salomonis, qui ait: *Plantavi mihi vineam: feci mihi hortos et pomaria, et plantavi in eis lignum omne fructus* [72]. Contra, plantatio quædam est, quam non plantavit Pater cœlestis, quæ et eradicatur, juxta Domini comminationem [73]. Hæc autem plantatio habet vitem ex Sodomorum plantario consitam, et palmitem ex Gomorrha exportatum; profert itidem uvam fellis, atque suis possessoribus racemum edit amaritudinis. *Furor draconum vinum eorum, et furor aspidum insanabilis* [74]. Qui igitur mentem suam omni plantatione fructus omnis generis ferenti, eaque spiritali consevit, atque in facultates naturales, quæ in ipso a Conditore ad fructus justitiæ proferendos radicatæ sunt, injecit nequissimi agricolæ semina, hic ipse est, qui ob interdictam agri ad agrum admotionem miser a Scriptura prædicatur. Quapropter ei etiam interminatur sterilitatem, ut qui fructuum specimina doctrinæ sibi traditæ convenientia editurus non sit. *Ubi enim arant decem juga boum, faciet lagunculam unam.* Littera quidem patriam Phœnicum consuetudinem docet, qui cum bobus arant vineam; sensus vero eos indicat, qui in utramque propendent patrem, ac contraria amplectuntur dogmata, et alterum alteri connectunt: quorum animæ infructuosæ sunt ac steriles.

C

D

154. Οὐαὶ οἱ ἐγειρόμενοι τὸ (24) πρωὶ, καὶ τὸ

154. Vers. 11, 12. *Væ iis qui mane surgunt, et sice-*

[70] I Cor. III, 9. [71] Ephes. III, 17. [72] Eccle. II, 4. 5. [73] Matth. XV, 13. [74] Deut. XXXII, 33.

(19) Codices quinque. οἰκοδομῶν. Editi vero et Reg. primus, οἰκοδομιῶν.

(20) Editi et Reg. primus, ἄξιον, *excidio dignum.* Alii quinque mss., αἴτιον, *afferens perniciem.*

(21) Editi, ψυχὴ καί. Particula καί in mss. non invenitur.

(22) Editi, ἐκ τοῦ. At sex mss., ἐκ.

(23) Veteres sex libri, ἀνίατος. Editi, ἀνίατον, *res est insanabilis.*

(24) Antiqui duo libri, τῷ.

ram persequuntur, qui exspectant vesperam : vinum enim comburet eos. Nam cum cithara, et psalterio, et tympanis, et tibiis, vinunt bibum : opera vero Domini non respiciunt, et opera manuum ejus non considerant. Apostoli dicti explanationem illa ipsa prophetiæ pars continet : nam illic inquit ; *Ebriosi regnum Dei non possidebunt* [75] ; hic autem : *Væ iis qui mane surgunt et siceram persequuntur.* Etenim potionem quamlibet quæ temulentium facere potest, siceram vocare solent Hebræi. Itaque qui, juxta Proverbium [76], mox adveniente die, ad pocula et phialas conjiciunt suos oculos, circumspectantque ubi fiant compotationes, et circumferunt oculos in tabernas ac cauponas, quique sese invicem ad compotandum deducentes,omne animi studium sollicitudinemque in ejusmodi curis consumunt, ii deflentur a propheta. Hi quidem nullum sibi tempus reservant ad mira Dei opera consideranda, neque ad cœlum neque ad ejus decorem suspiciendum oculis suis otium suppeditant ut ex eorum ornatu perveniant ad Conditoris cognitionem [77] : sed tapetibus diversis et floridis peripetasmatibus adornant convivii locum, atque inane quoddam studium vanamque diligentiam in parandis poculis adhibent. Quippe vasa refrigerando vino accommoda, rhyta, phialas,poculum hederaceum,crateres, et alia id genus nomina ac figuras pro ebrietatis apparatu fingunt atque comminiscuntur : quasi hæc vasorum varietas ab eis removeret satietatem, et immutatio poculorum diversitasque idoneam ad bibendum exercitationem ipsis præberet. Deinde vicissim sibi invicem propinantes atque potus certamen instituentes, quem modum ad suam ipsorum ignominiam prætermittunt ? Victi, victores, inebriantur omnes.

A σίκερα διώκοντες, οἱ μένοντες τὸ ὀψέ· ὁ γὰρ οἶνος αὐτοὺς συγκαύσει. Μετὰ γὰρ κιθάρας, καὶ ψαλτηρίου, καὶ τυμπάνων, καὶ αὐλῶν, τὸν οἶνον πίνουσι, τὰ δὲ ἔργα Κυρίου οὐκ ἐμβλέπουσι, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ οὐ κατανοοῦσι. Τῆς ἀποστολικῆς λέξεως τὴν ἐξήγησιν τὸ παρὸν τοῦτο μέρος τῆς προφητείας περιέχει· ἐκεῖ μὲν γάρ φησι. Μέθυσοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν ἐνταῦθα δέ· Οὐαὶ οἱ ἐγειρόμενοι τὸ πρωΐ, καὶ τὸ σίκερα διώκοντες (25). Σίκερα γὰρ πᾶν τὸ δυνάμενον μέθην ἐμποιῆσαι πόμα τοῖς Ἑβραίοις ὀνομάζειν σύνηθες. Οἱ οὖν εὐθὺς ἀρχομένης τῆς ἡμέρας, κατὰ τὴν Παροιμίαν, ἐπὶ τὰ ποτήρια καὶ τὰς φιάλας διδόντες ἑαυτῶν τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ περισκοποῦντες ποῦ πότοι γίνονται· οἰνοπωλεῖα καὶ καπηλεῖα περιαθροοῦντες, καὶ ἀλλήλους ἐπὶ τὰ συμπόσια παραλαμβάνοντες, καὶ πᾶσαν τῆς ψυχῆς τὴν μέριμναν περὶ τὴν τῶν τοιούτων φροντίδα καταναλίσκοντες· οὗτοι ὑπὸ τοῦ προφήτου καταθρηνοῦνται. Οὔ καιρὰν μὲν οὐδένα ἑαυτοῖς πρὸς τὴν τῶν θαυμασίων τοῦ Θεοῦ κατανόησιν παρέχουσιν, οὐδὲ διδόασι σχολὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀνανεῦσαι πρὸς οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ κάλλη, ὥστε ἐκ τῆς τούτων διακοσμήσεως τὸν γενεσιουργὸν ἐννοεῖν, ἀλλὰ καὶ (26) κοσμοῦντες ἑαυτῶν τὸ συμπόσιον τάπησι ποικίλοις καὶ ἀνθινοῖς παραπετάσμασι, περιττὴν δέ τινα σπουδὴν καὶ ἐπιμέλειαν εἰς τὴν τῶν ἐκπωμάτων παρασκευὴν ἐπιδείκνυνται, ψυκτῆρας, καὶ ῥυτὰ, καὶ φιάλας, καὶ κισσύβιον, καὶ κρατῆρας, καὶ τὰ τοιαῦτα ὀνόματά τε καὶ σχήματα τῇ παρασκευῇ τῆς μέθης ἐπινοοῦντες· ὡς ἂν τὸ τῶν ἀγγείων διάφορον, τὸν κόρον αὐτοῖς ὑποκλέπτοι, καὶ ἡ τῶν ἐκπωμάτων ὑπαλλαγὴ (27) καὶ μετάβασις ἱκανὴν αὐτοῖς εἰς τὸ πίνειν διατριβὴν ἐμποιῇ. Εἶτα ἀντιπροπίνοντες ἀλλήλοις, καὶ εἰς τὴν ὑπὲρ τοῦ πίνειν ἄμιλλαν καθιστάντες (28), τίνα ὑπερβολὴν εἰς αἰσχύνην καταλείπουσιν ; Οἱ ἡττώμενοι, οἱ νικῶντες, πάντες μεθύουσιν.

B

C

155. Præterea autem sunt qui præsint conviviis: sunt et principes pincernarum et architriclini,et in re inordinata ordo est,et quædam in re incomposita compositio. Obruuntur vino præfecti, ministri vino merguntur : complentur **489** omnia risoribus et temulentis, spectaculum oculis Christianorum miserandum. Postea vero, quemadmodum in dominiis mundanis potentiam auget satellitum gravitas: ita etiam temulentiæ tanquam reginæ obsequium quoddam in orbem præstantes, cultu impensiore dedecus ejus obtegunt. At hæc coronæ, flores in convivio conspersi, unguenta, thymiamata et innumera quædam oblectamenta extrinsecus adhibita

155. Συμποσίαρχοι δέ τινες ἐπὶ τούτοις, καὶ ἀρχιοινοχόοι καὶ ἀρχιτρίκλινοι, καὶ τάξις ἐν ἀταξίᾳ, καὶ διάθεσις ἐν ἀκόσμῳ πράγματι. Μεθύουσιν οἱ ἐπιστάται· μεθύουσιν οἱ ὑπηρέται· πάντα γελώντων καὶ μεθυόντων γέμει, ἐλεεινὸν θέαμα Χριστιανῶν ὀφθαλμοῖς. Εἶτα μέντοι, ὥσπερ ταῖς ἀρχαῖς ταῖς ἔξωθεν ἡ σεμνότης τῶν δορυφόρων τὴν δυναστείαν παραύξει· οὕτω καὶ τῇ μέθῃ οἷον βασιλίδι θεραπείαν τινὰ περιστήσαντες, τὸ ἐπονείδιστον (29) διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς σπουδῆς περιστέλλουσι. Στέφανοι ἐπὶ τούτοις καὶ ἄνθη κατασκεδαννύμενα τῷ συμποσίῳ, καὶ μύρα καὶ θυμιάματα. καὶ μυρίαι τινὲς ἔξωθεν θυμηδίαι προσμηχανώμεναι, πλείονα τὴν ἀσχολίαν τοῖς

D

[75] I Cor. vi, 10. [76] Prov. xxiii, 31. [77] Sap. xiii, 5.

(25) Editi et quinque mss., διότι γὰρ μέθυσοι, φησὶ, βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν, ἐνταῦθα δὲ δείκνυται ὅτι οἱ ἐγειρόμενοι τὸ πρωὶ καὶ τὸ μέθυσμα διώκοντες· in quibus hoc incommodi est, quod secunda periodi pars perfecta non sit, nec suis numeris absoluta. At Reg. quartus uti in contextu, melius. Hæc ab Eusebio ita mutuatus est scriptor Commentarii, ut ea paululum immutaverit.

(26) Antiqui tres libri, ἀλλὰ καί. Deest καί in pervulgatis.

(27) Colb. primus, μεταλλαγή.

(28) Veteres sex libri, καθιέντες. Editi, καθιστάντες. Ibidem iidem illi codices, τίνα ὑπερβολὴν εἰς αἰσχύνην κκταλ. Editi vero, τίνα εἰς αἰσχύνης ὑπερβολὴν καταλ., haud recte.

(29) Editi, τὸ ἐπονείδιστον αὐτῆς. At vox αὐτῆς in nostris sex mss. non reperitur.

ἀπολλυμένοις παρασκευάζουσιν, ἰσόῤῥοπον αὐτοῖς (30) τῇ παρούσῃ φαιδρότητι τὴν αἰώνιον κόλασιν προξενοῦντα. Εἶτα πόῤῥω προϊόντος τοῦ πότου, αὐλοὶ καὶ κιθάραι καὶ τύμπανα, κατὰ μὲν τὴν ἀλήθειαν ἀποθρηνοῦντα τοὺς ἀπολλυμένους, κατὰ δὲ τὴν ἐπιτήδευσιν τῶν μεθυόντων, ὥστε αὐτοῖς πάσας τῆς ψυχῆς τὰς ἡδονὰς τῇ μελῳδίᾳ διεγερθῆναι· ὡς οὐκ ἀρκοῦντος τοῦ οἴνου τῇ παρ' ἑαυτοῦ θερμότητι σμῆνος ἐπιθυμιῶν τῇ ἀθλίᾳ ψυχῇ τοῦ πίνοντος ἐπεγεῖραι. Ἀλλ' ἵνα πᾶσαι αὐτοῖς αἱ αἰσθήσεις ὑπὸ τῆς ἡδονῆς κατα-γοητευθεῖσαι κατέχωνται· αἱ μὲν ἀκοαὶ καταυλοῦνται, αἱ δὲ ἀσφρήσεις ὑπὸ τῶν ἀναθυμιωμένων (31) πληροῦνται, τὸ στόμα τῇ παρόδῳ τοῦ οἴνου ὑπηρετεῖ· ὀφθαλμοὶ βλέπουσι τὰ γινόμενα, μᾶλλον δὲ παραβλέπουσι, τὴν ἀκρίβειαν τῆς αἰσθήσεως ὑπὸ τῆς μέθης ἀφῃρημένοι. Δι' ἃ εἴρηται τὸ, Οὐαὶ (32) οἱ ἐγειρόμενοι τὸ πρωΐ, καὶ τὸ σίκερα διώκοντες, οἱ μένοντες τὸ ὀψέ, καὶ διημερεύοντες ἐν τούτοις, ὡς μηδένα καιρὸν ἑαυτοῖς παρέχειν τὰ ἔργα Κυρίου ἐμβλέπειν, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ κατανοεῖν. Πότε γὰρ διδαχθῶσι περὶ Θεοῦ; Τὸ πρωΐ; Ἀλλ' εὐθὺς ἐξαναστάντες ἀπὸ τοῦ ὕπνου, τὸ σίκερα διώκουσιν. Ἀλλὰ μεσούσης ἡμέρας; Ἀλλὰ τότε δὴ μάλιστα αὐτοῖς αὔξησιν καὶ ἐπίδοσιν ὁ πότος ἔχει. Ἀλλ' ἑσπέρας; Ἀλλ' ἔτι πίνουσι· καὶ ἡ μὲν ἡμέρα αὐτοὺς ἐπιλέλοιπεν, ἡ δὲ μέθη οὐκ ἐπιλείπει. Ἀλλὰ μάλιστα δὴ τῆς νυκτός, ὡς ἰδίως (33) αὐτοῖς διαφερούσης, ἀντέχονται.

A homines perditos magis exercent, eisque supplicium æternum præsenti hilaritati haud impar accersunt. Deinde convivio longius progrediente, tibiæ, citharæque et tympana præparantur : quæ re quidem ipsa lugent perituros, sed ex ebriosorum instituto eo spectant ut sint oblectationi, per hanc modulationem omnes in se suscitent animi voluptates : quasi cupiditatum turmis in misera potoris anima excitandis proprius vini calor satis non esset. Imo vero, ut omnes eorum sensus præstigiis voluptatum decepti detineantur : aures tibiarum concentu demulcentur, olfactus suffimentis odoramentisque completur ; os subservit transeunti vino ; intuentur oculi quæ fiunt ; vel potius sensus, vigore ac acumine per ebrietatem ablato, aliter ac sunt vident. Quapropter dictum est : *Væ iis qui mane surgunt, et siceram persequuntur, qui exspectant vesperam* et totos dies in his versantur, ita ut nullum sibi servent tempus ad opera Domini perspicienda et ad opera manuum ejus intelligenda. Ecquando enim de Deo possent edoceri ? Manc ? Sed simul atque e somno suscitati sunt, siceram persequuntur. Num media die ? Sed tum vel maxime inter illos augentur ac invalescunt compotationes. Nunquid vespere ? Sed adhuc bibunt : et dies quidem illos deficit, nec tamen ipsos deserit ebrietas. Maxime autem per noctem, tanquam ad ipsos peculiari jure attinentem, dediti compotationibus sunt.

B

156. Οὐαὶ οὖν οἱ ἐγειρόμενοι τὸ πρωΐ, καὶ τὸ σίκερα διώκοντες, οἱ μένοντες τὸ ὀψέ. Εἶνα τὴν αἰτίαν τοῦ δύνασθαι αὐτοὺς διαρκεῖν ἐν τῷ πότῳ ὁ προφήτης φησὶν, Ὁ γὰρ οἶνος αὐτοὺς συγκαύσει (34), τὴν αἰτίαν λέγων καθ' ἣν ἀπλήρωτος αὐτοῖς ἐστιν ἡ τοῦ πίνειν ἐπιθυμία. Ὅτι ἐπειδὰν πολὺς, φησὶν, ὁ ἄκρατος εἰσχυθῇ, πλείονα τὴν θερμασίαν ἐπεισαγαγὼν τῷ σώματι, τὴν φυσικὴν ἰκμάδα τοῦ πίνοντος καταφρύσσει. Εἶτα, οἶμαι, αὐτοῦ ἑαυτῷ ὁ οἶνος ὑπέκκαυμα γινόμενος (35), ὁ προλαβὼν τὴν εὐρυχωρίαν παρασκευάζει τῷ εἰσιόντι. Ὥσπερ δὲ αἱ χάραδραι, ἐπιῤῥέοντος μὲν τοῦ ὑγροῦ, πλήρεις εἶναι δοκοῦσι, παρελθόντος δὲ, ξηραὶ καὶ λιθώδεις καὶ ἄνικμοι καταλείπονται· οὕτω καὶ τὰ τῶν μεθυόντων σώματα ἀποχαραδρωθέντα τῇ ἀμετρίᾳ τοῦ οἴνου, καὶ τὴν ἐκ φύσεως ἰκμάδα προσκατασύρει. Οἱ μένοντες τὸ ὀψέ. Διὰ τοῦτο μένουσι, φησὶ, τὸ ὀψέ· Ὁ γὰρ οἶνος αὐτοὺς συγκαύσει. Τὸ δὲ ἐκ τοῦ οἴνου πῦρ, ἐγγινόμενον τῇ σαρκὶ, ἔξαμμα γίνεται τῶν πεπυρωμένων βελῶν τοῦ ἐχθροῦ. Τὸν μὲν γὰρ λογισμὸν, καὶ τὸν νοῦν ὁ οἶνος καταβαπτίζει, τὰς δὲ ἐπιθυμίας καὶ τὰς ἡδονὰς ὥσπερ ἔλαιον φλόγα ἐξάπτει. Ὥστε τὸ εἰρημένον ὅτι, Ὁ οἶνος αὐτοὺς συγκαύσει, οὐκ ἐπὶ

156. *Væ* igitur *iis qui mane surgunt, et siceram persequuntur, qui exspectant vesperam.* Dein propheta declarat cur possint convivio immorari : *Vinum enim eos comburet.* Causam affert cur eis insit inexplebilis bibendi libido. Nimirum postquam, inquit, multum sit meri infusum, cum in corpus calorem majorem inducat, nativum potatoris humorem torrefacit. Deinde, opinor, cum ipsum sibi ipsi fit incitamentum, vinum, quod præcessit, ingredienti locum ampliorem parat. Quemadmodum autem torrentium alvei videntur esse pleni, intereadum unda effluit : posteaquam vere pertransierit, sicci, lapidosi et aridi permanent : sic etiam temulentorum corpora per nimirum vinum excavata et effossa exsicantur, atque ad se humorem naturalem trahunt. *Qui exspectant vesperam.* Ob hanc causam, inquit, exspectant vesperam : *Vinum enim eos comburet.* Ille autem ignis, qui a vino, excitatur, in carnem introductus, ascendit ignita jacula inimici[78]. Vinum enim rationem submergit et mentem ; itemque cupiditates ac voluptates inflammat, perinde atque oleum flammam ascendit. Unde 490 verba isthæc, *Vinum eos comburet*, non accipimus solum pro bibendi avidi-

C

D

[78] Ephes. VI, 16.

(30) Editi et mss. nonnulli, αὐτοῖς. Alii quidam, ἑαυτοῖς. Mox nostri sex mss. αἰώνιον κόλασιν. Editi, αἰωνίαν.

(31) Antiqui sex libri, ἀναθυμιωμένων. Editi, ἀναθυμιάσεων.

(32) Nostri sex mss., δι' ἃ εἴρηται τὸ, οὐαὶ, etc. At editi, διὰ τοῦτο οὐαί. Aliquanto post quinque mss., καιρὸν ἑαυτοῖς. Editi, αὐτοῖς.

(33) Antiqui tres libri, ὡς ἰδίως, Editi, ὡς ἰδία.

(34) Editi, αὐτοὺς, φησὶ, συγκαύσει. At mss quinque, αὐτοὺς συγκαύσει.

(35) Veteres quinque libri, γινόμενος. Editi, γονόμενος,

tate, sed pro reliqua etiam corporis inflammatione. Subinde Scriptura ineptiam stoliditatemque majorem exhibens, progreditur : *Nam cum cithara*, inquit, *et psalterio, et tympanis, et tibiis vinum bibunt.* Enimvero juvenes quidem citharistæ animo malo cum oculis ebrietatem anhelantibus irrumpentes, tibicinæque et fidicinæ flagitiose formam colentes, chori insuper ac concentus improborum quorumdam quorum corpora ob intemperantinm fracta sunt et enervata, communi illa modulatione emollientes animos, ad omnem turpitudinem voluptatemque iniquam hosce temulentos provocant. Quid autem inde evenit ? Ut opera Domini non respiciant, et opera manuum ejus non considerent. Jam vero verbum illud, *respicere*, rerum quidem visibilium perceptionem per oculos transmissam indicat : hoc vero, *considerare*, eam quam mens assequitur contemplationem exhibet. Quoniam igitur *invisibilia Dei, a creatura mundi, per ea, quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur* [79] ; is qui non respicit ad opera, ne ad eam quidem quæ mente comparari potest intelligentiam deducitur.

A τὴν εἰς τὸ πίνειν ἐπιθυμίαν μόνο. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὴν λοιπὴν τοῦ σώματος πύρωσιν ἐκδεχόμεθα. Εἶτα παραύξων τὴν ἀτοπίαν ὁ λόγος πρόεισι· Μετὰ γὰρ κιθάρας, φησὶ, καὶ ψαλτηρίου, καὶ τυμπάνων, καὶ αὐλῶν, τὸν οἶνον πίνουσι. Κιθαρισταὶ γὰρ τινες νέοι, οἳ κακῶς παραπεσόντες μεθύουσιν ὀφθαλμοῖς· καὶ αὐλητρίδες καὶ ψάλτριαι, κακῶς τὴν ὥραν διατιθέμεναι· καὶ χοροὶ καὶ συνφδία (36) κακῶν πρὸς τὸ ἔκλυτον διατεθρυμμένοι τὰ σώματα, καὶ ἐπὶ τῇ πανδήμῳ μουσικῇ τὰς ψυχὰς κατακλῶντες, πρὸς πᾶσαν αἰσχρὰν καὶ παράνομον ἡδονὴν τοὺς ἐν τῇ μέθῃ διερεθίζουσιν. Ἐκ δὲ τούτου τί συμβαίνει ; Τὰ ἔργα Κυρίου μὴ ἐμβλέπειν, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ μὴ κατανοεῖν. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἐμβλέπειν τὴν δι' ὀφθαλμῶν κατάληψιν τῶν ὁρατῶν ὑποφαίνει, τὸ δὲ κατανοεῖν τὴν διὰ τοῦ νοῦ θεωρίαν τῶν ἀοράτων παρίστησιν. Ἐπεὶ οὖν Τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα, καθορᾶται· ὁ μὴ ἐμβλέπων τοῖς ἔργοις, οὐδὲ πρὸς τὴν διὰ τοῦ νοῦ νόησιν ὁδηγεῖται.

B

157. Quid igitur sibi vult id quod dictum est ? Videlicet ebrietatem impietatis causam esse et originem ; cum menti qua maxime Deus agnosci potest, tenebras offundat. Manuum autem opera, et quæ in futurum rependentur vices, sunt ignis ille, et cruciatus in inferno paratus [80], lingua perarida exiguæ guttæ levamen expetens, flamma undelibet circumdans, quæ ne æstum quidem in visceribus accensum per aeris respirationem sinit refrigerari [81]. Pro tibicinibus qui aderant, adest gemitus; pro ebrietate immodica, desineratur aquæ gutta : quippe quoniam caro ebriosorum igne in camino cruciatur; pro impudicio spectaculis intersunt profundæ tenebræ ; pro cupiditate irrequieta, irrequietus vermis accedit [82]. Itaque qui in temulentia mentem suam submergunt, isthæc manuum opera considerare non possunt; et quia non prævident cruciatus, qui ipsos exspectant, jure ac merito luget illos Scriptura, quasi jam in hæc mala incidissent. Audiant hæc qui Icco Evangeliorum in ædibus suis citharas retinent ac lyras. Nimirum ipsos,tanquam si jam periissent, revocat propheta, atque per commiserationem ex charitate ortam exitium eorum ac ruinam deflet.

157. Τί οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον ; Ὅτι μέθη ἀθεότητός ἐστιν ἀρχὴ, σκότωσις οὖσα τοῦ διανοητικοῦ, δι' οὗ μάλιστα ὁ Θεὸς ἐπιγινώσκεσθαι πέφυκεν· ἔργα δὲ χειρῶν, καὶ ἡ προσδοκωμένη ἀντίδοσις, τὸ πῦρ ἐκεῖνο, καὶ ἡ ἐν ᾅδου κόλασις, γλῶσσα κατάξηρος μικρᾶς ῥανίδος παραμυθίαν ἐπιθυμοῦσα, φλὸξ πανταχόθεν, οὐδὲ ἀέρος ἀναπνοὴν ἀναψύχειν τὸν καύσωνα τὸν ἐν τοῖς σπλάγχνοις ἐῶσα. Ἀνθ' ὧν αὐληταὶ (37), ὁ στεναγμός· ἀντὶ τῆς ἀμέτρου μέθης, ἐπιθυμία σταγόνος, τῦς σαρκὸς τῶν μεθυόντων ἀποτηγανιζομένης ἐν τῇ καμίνῳ· ἀντὶ τῶν ἀσελγῶν θεαμάτων, τὸ σκότος τὸ βαθύ· ἀντὶ τῆς ἀκοιμήτου ἐπιθυμίας, ὁ ἀκοίμητος (28) σκώληξ. Οἱ οὖν ἐν τῇ μέθῃ τὸν νοῦν ἑαυτῶν καταβυθίσαντες, κατανοεῖν ταῦτα τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ἀδυνατοῦσι· καὶ διὰ τὸ μὴ προβλέπειν τὰ ἀναμένοντα αὐτοὺς, εἰκότως ὡς ἤδη ἐν ᾅδαις ὄντας τοῖς δεινοῖς ὁ λόγος ὀδύρεται. Ἀκουέτωσαν τούτων οἱ ἀντὶ τῶν Εὐαγγελίων τὰς κιθάρας καὶ τὰς λύρας ἐπὶ τῶν οἴκων (39) φυλάσσοντες. ὅτι ὡς ἤδη ἀπολωλότας ὁ προφήτης ἀνακαλεῖται, ἐκ τῆς κατ' ἀγάπην συμπαθείας θρηνῶν αὐτῶν τὴν ἀπώλειαν.

C

153. *Væ*, inquit, *iis qui cum cithara, et tibiis, et tympanis, et psalmis, vinum bibunt.* Lyra autem auro et ebore exornata in alta quapiam ara uti statua quædam ac dæmonum idolum a te reponitur. Atque misera aliqua mulier cum discere debuisset manus ad fusum admovere; eas præ servitutis ne-

158. Οὐαὶ, φησὶν, οἱ μετὰ κιθάρας, καὶ αὐλῶν, καὶ τυμπάνων, καὶ ψαλμῶν, τὸν οἶνον πίνοντες. Σοὶ δὲ χρυσῷ καὶ ἐλέφαντι πεποικιλμένη ἡ λύρα, ἐφ' ὑψηλοῦ τινος βωμοῦ ὥσπερ τι ἄγαλμα καὶ εἴδωλον δαιμόνων ἀνάκειται· καὶ γυνή τις ἀθλία, ἀντὶ τοῦ τὰς χεῖρας ἐρείδειν πρὸς ἄτρακτον διδαχθῆναι, διὰ

D

[79] Rom. I, 20. [80] Matth. XXV, 41. [81] Luc. XVI, 24. [82] Marc. IX, 43.

(36) Editi et tres mss. συνφδία. At Combefisii codex recentior, συνφδίαι.

(37) In illis, ἀνθ' ὧν αὐληταί, etc., aut vitii aliquid inest, aut, qui mos est scriptoris. ἐλλειπτικῶς dicta sunt. Aliorum erit ea de re judicium.

(38) Nostri sex mss., ὁ ἀκοίμητος. Editi, ὁ ἀθάνατος.

(39) Editi, οἰκιῶν. At quinque mss., οἴκων Statim iidem illi quinque mss., κατ' ἀγάπην. Editi, κατὰ τὴν ἀγάπην.

τὴν ἐκ τῆς δουλείας ἀνάγκην ἐπὶ λύραν ἐκτείνειν (40) ἐδιδάχθη παρὰ σοῦ, ἴσως καὶ μισθοὺς τελέσαντος, τάχα καὶ προαγωγῷ τινι γυναικὶ παραδόντος, ἣ μετὰ τὸ πᾶσαν ἀσέλγειαν ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι ἀπαθλῆσαι, ταῖς νέαις προκάθηται τῶν ὁμοίων διδάσκαλος. Ὑπὲρ ἧς σοι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως διπλοῦν τὸ κοκὸν ἀπαντήσεται, ὧν τε αὐτὸς ἀσελγαίνεις, καὶ ὧν ἀθλίαν ψυχὴν διὰ πονηρῶν διδαγμάτων ἀπηλλοτρίωσας τοῦ Θεοῦ. Εἶτα παρίσταται τῇ λύρᾳ καὶ ἐπιβάλλει τοῖς φθόγγοις τὰς χεῖρας· γυμνὸς ὁ πῆχυς, ἀναιδὲς τὸ πρόσωπον. Εἶτα ἐπίστραπται τὸ συμπόσιον ἅπαν, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων (41) ἐκεῖ φέρονται, καὶ ὥτα ὑποσιωπᾷ τοῖς κρούμασι, καὶ καταστέλλεται μὲν ὁ θόρυβος ἐκεῖ κατασιγάζεται δὲ ὁ γέλως, καὶ τῶν ἀσελγῶν ῥημάτων ἡ ἄμιλλα. Ἐφησυχάζουσι (42) δὲ οἱ κατὰ τὸν οἶκον ἅπαντες τῇ ἀκολάστῳ μέλῳδιᾳ κατακηλούμενοι, οὐχ ἡσυχάζει δὲ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, οὔτε ὑποσιωπᾷ ταῖς τοῦ Εὐαγγελίου φωναῖς, ὁ ἐκεῖ σιωπῶν. Εἰκότως. Ὁ γὰρ ἐκεῖ σιωπὴν ἐπιτάσσων ἐχθρὸς, οὗτος ἐνταῦθα τὸν θόρυβον ὑποβάλλει. Ἐλεεινὸν θέαμα σώφροσιν ὀφθαλμοῖς, μὴ ἱστουργεῖν γυναῖκα, ἀλλὰ λυρῳδεῖν (43)· μὴ ὑπὸ ἰδίου γνωρίζεσθαι ἀνδρὸς, ἀλλ' ὑπὸ ἄλλων ἀποβλέπεσθαι· πάνδημον (44) εἶναι· μὴ ψαλμὸν ᾄδειν ἐξομολογήσεως, ἀλλὰ ᾄσματα πόρνης· μὴ Θεὸν ἱκετεύειν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν γέενναν ἐπείγεσθαι· μὴ εἰς Ἐκκλησίαν Θεοῦ (45) σπουδάζειν, ἀλλὰ συνεκβάλλειν ἑαυτῇ καὶ ἑτέρους. Ἐχθρὰ μὲν ταύτῃ ἔρια· στήμονα δὲ κατάγειν, ἢ κρόκην στρέφειν, οὔτε οἶδεν, οὔτε θέλει. Μέθύουσι δὲ συνοῦσα, τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύει. Οὕτως ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσιν, οἷον ἐν στήμοσί τισι ταῖς ἐντεταμέναις νευραῖς τὰς χεῖρας ἑαυτῶν ἐπιβάλλουσαι, πυκνὰ δὲ τὸ κέντρον οἷον κερκίδα ὧδε καὶ ὧδε μετακομίσασαι, πέρας οὐδὲν τῆς ἐνεργείας ἐπιδεικνύουσι. Τῶν μὲν γὰρ τεχνῶν ὅσαι κατὰ τὸν βίον ἀναγκαῖαι, καὶ τὸ τέλος ὀφθαλμοῖς ἐγκείμενόν (46) ἐστιν, οἷον τεκτονικῆς τὸ βάθρον, οἰκοδομικῆς οἰκία, ναυπηγικῆς τὸ πλοῖον, ὑφαντικῆς τὸ ἱμάτιον, χαλκευτικῆς ἡ μάχαιρα· τῶν δὲ ματαιοτεχνιῶν (47), οἷον κιθαριστικῆς, ἢ ὀρχηστικῆς, ἢ αὐλητικῆς, ἢ ἄλλων τοιούτων, παυσαμένης τῆς ἐνεργείας, τὸ ἔργον (48) συναφανίζεται· καὶ ὄντως,

A cessitate ad lyram admovere a te edocta est: qui fortasse et mercedem persolvisti, qui fortasse et ipsam cuipiam mulieri lenæ tradidisti: quæ posteaquam in proprio corpore 491 libidinem omnem explevit, præsidet mulieribus junioribus, operum similium magistra. Mulieris hujus gratia in die judicii duplicem daturus es pœnam: tum quod ipse lascivus es, tum quod per improba documenta animam infelicem a Deo abalienasti. Deinde astat cum lyra, admovetque manus ad sonos depromendos; nudus apparet cubitus, vultus impudens conspicitur. Tum convertitur convivium omne; conjiciuntur illuc omnium oculi; aures tacitæ sono pulsati instrumenti præbentur. Atque ut illic cohibetur tumultus, ita quoque risui ac verborum lascivorum
B certamini silentium injungitur. Favent autem omnes et acquiescunt in domo, impura ista modulatione inescati: sed in Ecclesia Dei non conticescit, neque vocem Evangelii silentio audit, qui illic silet. Nec mirum. Nam inimicus qui ibi indicit silentium, ille tumultum et perturbationem hic suggerit. Castis oculis et pudicis spectaculum est miserabile, mulierem texturæ non operam dare, sed lyra canere: non a proprio viro cognosci, sed respici ab aliis quasi esset mulier publica; non confessionis psalmum decantare, sed cantilenas meretricias; non Deo supplicare, sed properare ad gehennam; non ad Ecclesiam Dei studiose contendere, sed secum et alios inde avocare. Huic invisæ sunt lanæ, atque deducere stamen, aut tramam intorquere neque
C scit, neque vult. Sed quia versatur cum temulentis, eorum studia sectatur. Ordiuntur utique araneam telam. Nimirum ad fides contentas quasi ad stamina quædam manus suas admoventes, et lyræ centrum quasi radium huc et illuc crebro transferentes, nullum operis sui finem ostendunt. Verum enim vero finis artium quarumcunque quæ ae hanc vitam traducendam sunt necessariæ, oculis spectandus objicitur. Exempli causa artis lignariæ finis scamnum est: architectonices, domus: artis compingendarum navium, navigium ipsum: textrinæ, vestis:

(40) Sic Reg quartus. Illud, ἐπὶ λύραν ἐκτείνειν, et in aliis mss. et in editis desideratur. Nec ita multo post sex mss., προαγωγῷ τινι γυναικί. Editi, προαγωγῷ ταύτην γυναικί. Ibidem editi, ἥ. At mss. ἣ.

D (41) Sic uterque Colb. et Reg. secundus. Alii tres mss., πάντες.

(42) Veteres duo libri, ἐφησυχάζουσι. Nostra editio, ὑφησυχάζουσι.

(43) Colbertinus primus secundis curis, ἀλλὰ λυρουργεῖν.

(44) Illa, ὑπὸ ἄλλων ἀποβλέπεσθαι πάνδημον, etc., sic verterat interpres vetus: *Sed ab aliis publicam inspectari meretricem, non modulari*, etc., quam interpretandi rationem verbis asperrimis reprehendit Combefisius. Neque tamen apte videtur ipse vertisse, cum ita scripsit: *Publico conventu non confessionis psalmum decantari, sed cantilenas meretricias.* Nam ex eo, si viveret, libens quærerem quid sibi velit vox εἶναι· ad quam virum peritissimum constat non attendisse. Vident enim omnes eum interpretatum esse, quasi simpliciter scriptum esset, πάνδημον μὴ ψαλμόν. Hinc facile mihi persuaderi posset, duas has voces, πάνδημον εἶναι, e margine in textum irrepsisse, nec aliud quidquam esse, quam superiorum verborum declarationem. Librarii igitur, quasi verentur ne quis a mente scriptoris deflecteret, primum in ora libri addiderant illud, πάνδημον εἶναι, ut moneretur lector mulierem quæ ab aliis conspicitur, ipsam cujuscunque viri mulierem esse, et ad omnia paratissimam: sed postea idipsum contextui assutum est.

(45) Veteres aliquot libri, ἐπὶ τὴν γέενναν πέμπεσθαι.... Κυρίου.

(46) Habent mss. nonnulli, ἐκκείμενον pro ἐγκείμενον.

(47) Editi, ματαιοτεχνιῶν. At mss., ματαιοτέχνων, non recte.

(48) Antiqui tres libri τὸ ἔργον τούτων, *horum opus.* Statim Reg. secundus et uterque Colbertinus, ἄνεσιν τρυφῆς. Alii mss. et editi, τρυφῇ.

artis ferrariæ, gladius. Sed quod ad artes vanas pertinet, ceu sunt artes citharam pulsandi, vel saltandi, vel tibia canendi, vel altarum id genus: desinente ipsa actione, simul quoque opus ipsum perit: et vero, juxta apostolicam vocem, horum finis est interitus [83]. Hæc a nobis necessario inquisita sunt adversus eos, qui ob plurimam in voluptate capienda mollitiem per cœnam, sive temporibus, ut putant, hilaritatis et lætitiæ, nuptiarum scilicet **492** aut epularum, tibias citharasque et choros adhibent: ut cum a divina Scriptura reprehendi vituperarique ejusmodi studia noveritis, timore impendentium malorum, certe in posterum flagitiosam vitæ vestræ consuetudinem in melius permutetis. Sed si rursus verborum horum intelligentiam etiam aliud quidpiam animabus nostris opportunum

A κατὰ τὴν ἀποστολικὴν φωνὴν, τὸ τέλος τούτων ἀπώλεια. Ταῦτα τοῖς διὰ πολλὴν ἄνεσιν τρυφῆς χρωμένοις παρὰ δεῖπνον, ἤτοι συνεχῶς, ἢ ἐν οἷς ὑπολαμβάνουσι καιροῖς εὐφροσύνης γάμων, ἢ ἑστιάσεων, αὐλοῖς καὶ κιθάραις, καὶ χοροῖς, ἀναγκαίως ἡμῖν ἐξήτασται (49), ἵνα τὴν ἐκ τοῦ θείου λόγου διαβολὴν πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιτηδεύσεις καταμαθόντες, φόβῳ τῶν ἐπηρτημένων δεινῶν, πρὸς γοῦν τὸ ἐφεξῆς τὴν πονηρὰν τοῦ βίου ὑμῶν συνήθειαν εἰς τὸ βέλτιον μεταβάλητε (50). Ἔστι δὲ καὶ τὴν διάνοιαν τῶν ῥητῶν καθ' ἑτέραν ἐκδοχὴν βασανίσαντας, εὑρεῖν τι καὶ ἕτερον ὠφελοῦν ἡμῶν τὰς ψυχάς.

159. *Væ*, inquit, *iis qui mane surgunt, et siceram persequuntur*. Hoc est, væ iis, qui simul atque ignorantiæ tenebræ introductione cognitionis Dei discussæ sunt, exorto ipsis Sole justitiæ cum prius scelerati et impii essent, jam pii ac religiosi audiunt, atque in Dei Ecclesiam admittuntur, et tamen sic carnis vitiis vincuntur, ut de mente dejiciantur ac deturbentur; perinde atque illi qui præ ebrietate sunt obcæcati. Tales igitur miseros deflet Scriptura, qui post acceptam Dei doctrinam sese libidinum ac cupiditatum ebrietati dedunt. Novit siquidem esse qui se absque vino plerumque inebrient, cum dicat: *Væ qui ebrii estis absque vino* [84]. Quemadmodum enim vinum ultra necessitatem aut bibentis facultatem haustum rationi consuevit tenebras obducere: sic etiam affectiones cupiditatis, aut tristitiæ aut iræ, cum in mentem dominatum habuerint, eos qui ipsis sunt obnoxii, efficiunt amentes. Miseri igitur, imo ter miseri, qui se non solum ineunte vita in temulentiam immergunt, sed etiam exspectant vesperam; id est, qui ad usque vitæ occasum cupiditatibus ac vitiis se ipsi addicunt. Et quidem uno modo illustratio ex Dei cognitione in cordibus enascens, *mane* vocatur: sed hoc idem fit alio modo, juxta quem, constituta jam et perfecta ratione, vitam rationalem auspicamur. Nam utrovis modo vita prior caligo atque nox est; sive nondum absoluta perfectaque ratio sit, et anima immersa sit in dementia, sive mens ob suam a Deo abalienationem profundis tenebris velata sit et obtecta.

B 159. Οὐαὶ, φησὶν, οἱ ἐγειρόμενοι τὸ πρωΐ, καὶ τὸ σίκερα διώκοντες. Τουτέστιν, οἱ ἅμα τῷ λυθῆναι αὐτοῖς τὸν ἐκ τῆς ἀγνοίας σκότον διὰ τῆς εἰς θεογνωσίαν εἰσαγωγῆς, ἀνατείλαντος αὐτοῖς τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης, ἀντὶ τῶν προτέρων ἀνόμων καὶ ἀσεβῶν (51) θεοσεβεῖς χρηματίσαντες, καὶ ἐγκαταλεγέντες Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ· οὕτως ὑπὸ τῶν παθῶν τῆς σαρκὸς κατακρατούμενοι, ὥστε ἐξίστασθαι τῶν λογισμῶν καὶ ἀνατρέπεσθαι ἐξίσου τοῖς ὑπὸ μέθης ἐσκοτισμένοις. Τοὺς οὖν τοιούτους ὁ λόγος ταλανίζει, τοὺς μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ διδασκαλίαν ἐπιδιδόντας ἑαυτοὺς μέθῃ παθῶν. Οἴδε γὰρ μεθύοντας καὶ χωρὶς οἴνου πολλάκις, ὁ λέγων· Οὐαὶ οἱ μεθύοντες ἄνευ οἴνου. Ὥσπερ γαρ ὁ οἶνος πλείων τῆς χρείας ἢ τῆς δονάμεως τοῦ πίνοντος εἰσρυεὶς, σκότωσιν ἐπάγειν τῷ λογισμῷ πέφυκεν· οὕτω καὶ πάθη ἐπιθυμίας, ἢ λύπης, ἢ θυμοῦ, κατακρατήσαντα τοῦ λογισμοῦ, ἔκφρονας ποιεῖ, C τοὺς ὑπ' αὐτῶν κατεχομένους. Ἄληθιοι οὖν καὶ τρισάθλιοι οἱ μὴ μόνον ἀρχομένου τοῦ βίου τῇ μέθῃ βεβαπτισμένοι, ἀλλὰ καὶ μένοντες τὸ ὀψὲ· τουτέστιν, οἱ μέχρι τῶν δυσμῶν τῆς ζωῆς πάθεσιν ἑαυτοὺς παραπέμποντες. Καθ' ἕνα μὲν οὖν τρόπον ὁ ἐκ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ Θεοῦ φωτισμὸς ἐγγινόμενος ταῖς καρδίαις πρωΐα λέγεται· καθ' ἕτερον δὲ, καθ' ὃν (52) ἀρχόμεθα τῆς λογικῆς ζωῆς, συμπληρωθέντος τοῦ λόγου. Καθ' ἑκάτερον γὰρ σκοτία νὺξ ὁ πρότερον βίος, ἤτοι τοῦ λόγου μήπω τετελειωμένου, καὶ τῆς ψυχῆς ἐν ἀλογίᾳ βεβαπτισμένης, ἢ διὰ τὴν ἀπὸ Θεοῦ ἀλλοτρίωσιν, σκότῳ βαθεῖ τῆς διανοίας κεκαλυμμένης.

160. Itaque *Væ iis, qui surgunt mane*, id est qui juventutis insipientia recens exuta cum turbulentos animi motus rationis vi strenue oppugnare deberent, ab iis contra subvertuntur, vitiaque ceu quamdam ebrietatem sectantur. Isti plane miserrimi qui

D 160. Οὐαὶ οὖν οἱ ἐγειρόμενοι τὸ πρωΐ, τουτέστιν οἱ ἄρτι τὴν ἐκ τῆς νεότητος ἄνοιαν (53) ἀποθέμενοι, καὶ ἀντὶ τοῦ διὰ τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως εὐτόνως καταπαλαίειν τὰ πάθη, ἀνατρεπόμενοι παρ' αὐτῶν, καὶ οἷόν τινα μέθην τὰ πάθη μεταδιώκοντες. Ταλα-

[83] Philipp. III, 19. [84] Isa. XXVIII.

(49) Editi, ἐξετάσθη. At sex mss., ἐξήτασται.

(5) Editio nostra, βίου ἡμῶν συνήθειαν εἰς τὸ βέλτιον μεταβάλλεται, corrupte. At uterque Combef. et alii quatuor mss. uti in contextu, recte.

(51) Veteres quatuor libri ita, ut edidimus. Alii duo cum editis, ἀνομιῶν καὶ ἀσεβειῶν, *loco priorum scelerum atque impietatum*. Statim mss. nonnulli, εἰς ἐκκλησίαν.

(52) Antiqui sex libri, καθ' ὅν. Editi, καθό. Aliquanto post quatuor mss., μήπω. Editi, μήποτε.

(53) Editi, ἄγνοιαν. At mss. sex, ἄνοιαν. Nec ita multo infra Reg. quartus, ταλανέστατοι.

νώτατοι μὲν γὰρ οἱ, ἀρχομένου τοῦ βίου, καὶ λήγοντος, τῆς τοιαύτης μέθης μὴ ἀπολήγοντες. Διαφοραὶ δὲ πολλαὶ τῶν μεθυόντων. Οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς μετὰ τὸν ὄρθρον τῆς μέθης ἐπαύσαντο, οἱ δὲ ἐπὶ μικρὸν προελθόντες ἔληξαν, οἱ δὲ ἐπὶ πλεῖον παρέτειναν (54). Καλὸν μὲν οὖν τὸ, ἅμα τῷ ἐγερθῆναι, ζητῆσαι τὸ νηφαλίως ζῆσαι καὶ ἱερατικῶς, ἵνα ἄξιοι γενώμεθα τῆς εἰς τὰ ἅγια εἰσόδου, οἶκον καὶ σίκερα μὴ πίνοντες. Γέγραπται γάρ· Καὶ ἐλάλησε Κύριος τῷ Ἀαρὼν, λέγων· Οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίεσθε, σὺ, καὶ οἱ υἱοί σου μετὰ σοῦ, ἡνίκα ἂν εἰσπορεύησθε εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου. Ἐπεὶ δὲ δύσκολον ἐν ἀνθρώπου φύσει κατορθωθῆναι τὸ ἀναμάρτητον· Δεύτερος, φησὶ, πλοῦς (55) εὐθὺς μετὰ τὴν πρωΐαν ἀναστῆναι ἀπὸ τῆς μέθης. Τῶν δὲ χρονιζόντων ἐν οἴνοις, καὶ τῶν ζητούντων ποῦ πότοι γίνονται, ἄσχολός ἐστιν ἡ διάνοια περὶ τὴν τούτων ἔρευναν, ὥστε μὴ δύνασθαι ἐμβλέπειν τοῖς ἔργοις Κυρίου μηδὲ κατανοεῖν τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ. Ἀλλὰ κιθάρα καὶ ψαλτήριον τὴν μέθης αὐτοῖς συνεπιτείνει, τὰ εὑρήματα τοῦ Ἰουβὰλ, τοῦ ἐκ τῆς γενεαλογίας Κάϊν καθήκοντος· Ἔλαβε γὰρ ἑαυτῷ, φησὶ. Λάμεχ δύο γυναῖκας· ὄνομα τῇ μιᾷ, Ἀδδὰ, καὶ ὄνομα τῇ δευτέρᾳ, Σελλά. Καὶ ἔτεκεν Ἀδδὰ τὸν Ἰωβήλ. Οὗτος ἦν πατὴρ (56) οἰκούντων ἐν σκηναῖς κτηνοτρόφων. Καὶ ὄνομα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Ἰουβάλ· οὗτος ἦν ὁ καταδείξας ψαλτήριον καὶ κιθάραν. Τοιαύτης ἦν κιθάρας καὶ μουσικῆς ὁ Λάβαν οἰκεῖος, μεθ' ἧς ἐβούλετο παραπέμπειν τὸν Ἰακώβ. Εἰ γὰρ ἀνήγγειλάς μοι, ἐξαπέστειλα ἄν σε μετὰ εὐφροσύνης, καὶ μετὰ μουσικῶν τυμπάνων καὶ κιθάρας. Ἀλλ' ἀπεδίδρασκεν ὁ πατριάρχης, ὡς ἐμπόδιον οὖσαν πρὸς τὸ ἐμβλέπειν τοῖς ἔργοις Κυρίου, καὶ κατανοεῖν τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ.

161. Ἀλλὰ καὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἐπὶ τοῦ ἐγκαινισμοῦ τῆς εἰκόνος, σάλπιγγος, καὶ σύριγγος, καὶ κιθάρας, καὶ σαμβύκης, καὶ ψαλτηρίου, συμφωνίας, καὶ παντὸς γένους μουσικῶν συνηχούντων, οἱ μὲν λαοὶ, καὶ αἱ φυλαὶ, καὶ αἱ γλῶσσαι κατέπιπτον· οἱ δὲ τὸν Βαβυλώνιον οἶνον πίνειν πόρρωθεν (57) μὴ ἀνασχόμενοι, καὶ τὴν τρυφὴν βδελυξάμενοι τῆς βασιλικῆς τραπέζης, οὔτε πεσόντες προσεκύνησαν, καὶ κατεφρόνησαν πάσης ἀνθρωπίνης δυναστείας, καὶ αὐτὴν δὲ κατέσβεσαν τὴν δύναμιν τοῦ πυρός. Εἰ δὲ ἁμάρτημά ἐστι τὸ μὴ βλέπειν τὰ ἔργα Κυρίου, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ μὴ κατανοεῖν, ἐπάρωμεν τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ἡμῶν, καὶ (58) εἰδῶμεν τοὺς δημιουργικοὺς λόγους τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς καλλονῆς τῶν κτισμάτων, ἀνάλογον

ineunte et desinente vita non supersedent ab ejusmodi temulentia. Ebrii autem multiplicis sunt generis. Alii enim statim post auroræ ortum desierunt ab ebrietate; alii paululum progredientes, fecerunt finem; alii diutius eam prorogarunt. Expedit igitur, ut, statim atque experrecti sumus, sobrie et sacerdotum more vitam degere studeamus; quo efficiamur digni, qui ingrediamur sancta, vinum et siceram non bibentes. Scriptum namque est: *Et locutus est Dominus ad Aaron, dicens: Vinam et siceram non bibetis, tu, et filii tui tecum, cum intrabitis in tabernaculum testimonii* [85]. Quoniam autem difficile est peccatum non admitti in natura humana, dicit: Navigatio secunda est illico post diluculum ab ebrietate exsurgere. Sed qui immorantur in vinis, ac sciscitantur ubi potationes fiant, eorum animus sic in iis investigandis occupatur, 493 ut opera Domini inspicere, aut opera manuum ejus considerare non queat. Imo eorum ebrietatem adaugent cithara et psalterium: quæ inventa sunt Jubalis, qui ex Caini genere ortum habet. *Accepit enim sibi*, inquit, *Lamech duas uxores: nomen uni Adda, et nomen alteri Sella. Et peperit Adda Jobel. Hic erat pater habitantium in tentoriis, pascentium pecora. Et nomen fratri ejus, Jubal. Hic fuit qui adinvenit psalterium et citharam* [86]. Citharæ ac musices istiusmodi fuit amantior Laban, quacum Jacob deducere volebat. *Si enim indicasses mihi, dimisissem te cum lætitia, et cum musicis, tympanis et cithara* [87]. Sed patriarcha aversatus est musicam, ut quæ impedimento sibi futura esset, quominus inspiceret opera Domini, et opera manuum ejus considerarat.

161. Quin etiam cum dedicaretur. Nabuchodonosor imago; tuba, fistula, cithara, sambuca, psalterio, symphonia et omni musicorum genere resonantibus, populi utique, et tribus et linguæ sese prosternebant; qui vero jam pridem vinum Babylonicum bibere recusarant, quique fuerant exsecrati mensæ regiæ delicias non adoraverunt prostrati, sed humanum omnem potentatum contempsere, imo etiam ipsam ignis vim exstinxerunt [88]. Quod si peccatum est non inspicere opera Domini, nec considerare opera manuum ejus, sustollamus mentis nostræ oculos, et rationes operum Domini creatrices intueamur; atque ex magnitudine pulchritudinis creaturarum, rerum conditarum opificem cum opificio suo proportionem quamdam ac convenientiam ha-

[85] Levit. x, 9. [86] Gen. iv, 19-21. [87] Gen. xxxi, 27. [88] Dan. iii, 7 sqq.

(54) Veteres quinque libri, παρέτειναν. Editi, παρέτεινον. Haud procul quinque mss., νηφαλίως ζῆσαι. Editi νηφαλίως ζῆν.

(55) Colb. primus, πλοῦτος, male. Illud, δεύτερος πλοῦς, ab aliis aliter usurpatum esse, patet ex Aristotele *Ethic.* lib. II, cap. 8. Ejus hæc sunt; Ἐπὶ οὐδὲ τοῦ μέσου τυχεῖν ἄκρως χαλεπὸν, κατὰ τὸν δεύτερον, φασὶ, πλοῦν, τὰ ἐλάχιστα ληπτέον τῶν κακῶν, *Itaque difficile cum sit medium plane attingere, per secundam navigationem, inquiunt, malo minima eligenda sunt.* Ibidem sex mss., ἀναστῆναι. Editi, ἀποστῆναι.

(56) Editi, ὁ πατήρ. In nostris sex mss. deest articulus. Legi potest caput IV *Genes.* ubi Jubalis genus descriptum invenitur,

(57) Sic libri antiqui; at editi, πόρρωθεν πιεῖν.

(58) Editi, ὀφθαλμοὺς ἡμῶν καί, mutile. At uterque Colb. et Reg. secundus uti in textu.

bentem intelligamus [89]. Et quoniam *Invisibilia Dei a creatura muddi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur* [90]; sensibilis creaturarum perceptio fortasse dicta est visio; spiritualis vero rerum cœlestium comprehensio, contemplatio ac consideratio appellata est. Quapropter, inquit, *Opera Domini non respiciunt;* hoc est, res sensibiles oculis non lustrant: *Neque opera manuum ejus considerant;* hoc est, mentis vi invisibilium comprehensionem non exquirunt. Cæterum quo illud diluculi nomen magis adhuc nobis innotescat, cognoscamusque reditum a tenebris diliculum ipsum esse, sive tenebræ illæ proficiscantur ex juventutis dementia, sive ex Dei ignoratione in animis innascantur, primus in veritatem introitus diluculum vocatur. Velim autem colligas multa prophetarum de diluculo aut de prima luce loca, quo per complurium comparationem proposita sententia effulgeat. Exempli causa, *Mittebam diluculo prophetas* [91]; item: *Mane exaudies vocem meam* [92]; et: *Mane adstabo tibi et videbo* [93]; et: *De nocte mane consurgit spiritus meus ad te Deus* [94]; et: *Deus Deus meus, ad te a prima luce vigilo* [95]; et: *In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ* [96]; item: *Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum lætitia* [97]. Qui fit igitur, ut prophetæ convenienter huic Dei in homines beneficentiæ mittantur mane? Quia omnis sermo, a Deo veniens, venit ad nos **494** qui Dei audire voluntatem possumus; quippe non eos qui puerili inscitia detinentur, sed eos quibus insunt jam naturales notiones ad discernendum bonum et malum, reprehendit. Itaque de iis loquitur Scriptura, qui ubi primum oculos ad comparandum intelligentiam intenderunt, et quasi mentis lumina a priore ignorantia erexere, atque lucem aliquam cordis obtutibus accepere, in ipsos illabitur Dei sermo, qui quæ agenda sunt, et quæ præstant, discernit. Notio eadem subjecta est his etiam psalmi verbis; *Mane exaudies vocem meam: mane astabo tibi* [98].

162. Quandiu enim anima nostra versatur in nocte, necdum exortus est sol, non potest exaudiri a Deo. Postquam vero a Dei ignoratione expurgata anima obtulerit preces, in splendore rationalis spiritualisque diei constituta, tum demum Deum vocis suæ auditorem habet. Propterea dicit: *Mane astabo tibi, et videbo* [99]. Quod si vis Deo sisti, improbo nulli negotio intersis, sed fac quæ Moysi præscripta sunt [1]: Tu autem ibi sta coram me, firmus, inconcussus,

A τοῖς δημιουργηθεῖσι τὸν τῶν ποιημάτων γενεσιουργὸν καθορῶντες. Καὶ ἐπειδὴ Τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· ἡ μὲν αἰσθητὴ τῶν ποιημάτων ἀντίληψις ὅρασις τάχα εἴρηται· ἡ δὲ νοητὴ τῶν ὑπερκοσμίων κατάληψις νόησις προσηγόρευται. Διὰ τοῦτο, Τὰ ἔργα, φησὶ, τοῦ Κυρίου οὐκ ἐμβλέπουσι· τουτέστι, τοῖς αἰσθητοῖς διὰ τῶν ὄψεων οὐ προβλέπουσι. Καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ οὐ κατανοοῦσι· τουτέστι, διὰ τῆς τοῦ νοῦ ἐνεργείας τὴν κατάληψιν τῶν ἀοράτων οὐκ ἐκζητοῦσιν. Ἵνα δὲ ἔτι μᾶλλον ἡμῖν τὸ τῆς πρωΐας ὄνομα τρανωθῇ, ὅτι ἡ ἀπὸ σκότους ἐπάνοδος, εἴτε τοῦ κατὰ τὴν ἐκ τῆς νεότητος ἀλογίαν, εἴτε τοῦ τῆς ἀγνωσίας τοῦ Θεοῦ ταῖς ψυχαῖς ἐγγινομένου, ἡ πρώτη εἴσοδος εἰς τὴν ἀλήθειαν πρωΐα λέγεται. Συνάξεις δὲ τὰ πολλαχοῦ τῶν προφητῶν περὶ πρωΐας, ἢ περὶ ὄρθρου, ὑπὲρ τοῦ τῇ τῶν πλειόνων παραθέσει φανῆναι τὸ προκείμενον. Οἷον, Ἀπέστελλον ὄρθρου τοὺς προφήτας· καὶ τὸ, Πρωὶ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου· καὶ τὸ, Πρωὶ παραστήσομαί σοι καὶ ἐπόψομαι· καὶ (59) τὸ, Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ, ὁ Θεός· καὶ, Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω· καὶ τὸ, Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς· καὶ τὸ, Ἑσπέρας αὐλισθήσεται κλαυθμὸς, καὶ εἰς τὸ πρωὶ ἀγαλλίασις. Πῶς οὖν, ἐπιβαλλόντως τῇ τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίᾳ εἰς ἀνθρώπους γινομένῃ, πρωὶ ἐποστέλλονται οἱ προφῆται; Ὅτι πᾶς λόγος, ἀπὸ Θεοῦ ἐρχόμενος, ἡμῖν τοῖς δυναμένοις κατακούειν τοῦ Θείου (60) βουλήματος ἔρχεται, τῶν ἐν παιδικῇ ἀνοίᾳ ὄντων οὐ καθαπτόμενος· ἀλλὰ B τῶν ἐχόντων ἤδη τὰς φυσικὰς ἐννοίας πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. Περὶ τούτων οὖν ὁ λόγος, ὅτι ἅμα τῷ παρακύψαι αὐτοὺς εἰς τὴν νόησιν, καὶ οἱονεὶ ἐπᾶραι ἀπὸ τῆς πρὸ τούτου ἀγνοίας τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς, καὶ δέξασθαί τινα αὐγὴν τοῖς τῆς καρδίας ὄμμασι, συνεισέπιπτεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, τὰ πρακτέα καὶ τίμια (61) διορίζων. Τοῦ αὐτοῦ ἔχεται νοῦ καὶ τὸ τοῦ ψαλμοῦ· Τὸ πρωὶ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου· τὸ πρωὶ παραστήσομαί σοι.

162. Ἕως μὲν γὰρ νὺξ ᾖ περὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν, καὶ μήπω ἐπανατείλῃ ὁ ἥλιος, οὐκ ἔστιν ἐπακουσθῆναι ὑπὸ Θεοῦ· ἐπειδὰν δὲ ἀποκαθαρθεῖσα ψυχὴ τῆς περὶ Θεοῦ ἀγνοίας, ἀνενέγκῃ δεήσεις, ἐν τῇ λαμπρότητι τῆς λογικῆς καὶ πνευματικῆς ἡμέρας γενομένη, εἰσακούοντα ἔχει τῆς φωνῆς τὸν Θεόν. Διὰ τοῦτό φη- D σι· Τὸ πρωὶ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπάψομαι· Εἰ γὰρ μέλλεις παρίστασθαι τῷ Θεῷ, μηδενὶ πονηρῷ παρίστασο πράγματι, ἀλλὰ ποίει τὰ τῷ Μωϋσεῖ προσ-

[89] Sap. XIII, 5. [90] Rom. I, 20. [91] Jerem. 25, 4. [92] Psal. V, 4. [93] ibid. 5. [94] Isa, XXVI, 9. [95] Psal. LXII, 2. [96] Psal. C, 8. [97] Psal. XXIX, 6 [98] Psal. V, 4, 5. [99] ibid. [1] Exod. XXXIII, 21.

(59) Veteres tres libri hic et infra, ἐπόψομαι, καί. Reg. primus, καὶ ἐπόψει με. Editi, καὶ ἐπόψῃ με. In quibus ita quoque inferius legitur.

(60) Nostri mss, omnes, θείου. Editi, Θεοῦ. Statim mss., ἀνοίᾳ. Editi, ἀγνοίᾳ. haud dissimili sensu.

(61) Nostri sex mss, et editi, τὰ πρακτέα καὶ τίμια. Sed Combefisius homo linguæ Græcæ peritissimus locum hunc emendandum censuit. Ipsum audiamus: Τὰ πρακτέα καὶ τὰ μὴ διορίζων. *Sic meo periculo legas, non ut editi et mss.*, καὶ τίμια, *decoquitque interpres.* Quæ conjectura mihi quidem perplacet: sed contra auctoritatem omnis generis librorum quidpiam innovare mihi religio est. Haud longe editi, τὸ ἐκ τοῦ ψαλμοῦ. Vocula ἐκ in nostris sex mss. deest. Subinde editi, γὰρ ἐάν. Duo mss., γὰρ ἄν. At neque ἐάν, neque ἄν in aliis quatuor legitur.

τεταγμένη· Σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι ἐνώπιόν μου, ἑδραῖος, καὶ ἀσάλευτος, καὶ ἀμετακίνητος, τῇ πίστει παριστάμενος αὐτῷ, ἵνα ἄξιος γένῃ τοῦ κατοπτεύειν τὰ τῆς ἀληθείας θεάματα. Παραστήσομαί σοι, φησὶ, καὶ ἐπόψομαι. Ἕως μὲν γὰρ ἂν θεωρητικός τις ᾖ τοῦ ἐν τοῖς ὁρατοῖς ἐμφαινομένου κάλλους, φυσικός τις ἡ φυσιολόγος προσαγορεύεται· ἐπειδὰν δὲ ταῦτά τις ὑπερβὰς αὐτῷ παραστῇ τῷ Θεῷ, μετὰ τὸ γνῶναι τίνα τρόπον τὰ πάντα ἐστὶ καλὰ λίαν, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν τούτοις κάλλους ἐπὶ τὸ ὄντως καλὸν καὶ ἐράσμιον ἀναδραμεῖν, οὗν ἡ θέα μόναις ταῖς ψυχαῖς καθαραῖς φαίνεσθαι πέφυκε· τότε ἐπὶ τὰ τῆς φυσιολογίας ἀνώτερα προκόψας, τὰ καλούμενα παρά τισι μεταφυσικὰ (62), ἐποπτικὸς γενέσθαι δύναται. Ἐπειδὰν οὖν, φησὶ, σοὶ παραστῶ, καὶ αὐτῇ τῇ περὶ σοῦ θεωρίᾳ διὰ τοῦ νοῦ προσεγγίσω, τότε τὴν ἐποπτικὴν ἐνέργειαν διὰ τοῦ κατὰ τὴν γνῶσιν φωτισμοῦ ἀναλήψομαι. Συνᾴδει δὲ τούτῳ τὸ εἰρημένον, ὅτι Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ· οὐχ ὅτι φωνὴν αἰσθητὴν ἀφιᾶσι (63) ταῖς ἀκοαῖς ἡμῶν, ἀλλ' ὅτι ὁ τοῖς λόγοις τῆς τοῦ κόσμου συστάσσως ἐγγυμνασάμενος, καὶ γνωρίσας ἁπάντων τῶν κατ' οὐρανὸν τὴν διάθεσιν, διὰ τούτων, οἱονεὶ φωνὴν ἀφιέντων, τὸ μεγαλεῖον τῆς δόξης τοῦ πεποιηκότος αὐτοὺς διδαχθήσεται. Πρὸς τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἡμᾶς διανίστησι λέγων· Ἀναβλέψατε τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, καὶ ἴδετε τίς κατέδειξε πάντα ταῦτα. Τὸ γὰρ ὑψηλῶς θεωρῆσαι, τὸ ἀναβλέψαι ἐστὶ, καὶ τὸ διὰ τῶν ὁρωμένων τῇ τοῦ πεποιηκότος ἐννοίᾳ προσαχθῆναι. Τὸ δὲ ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζειν πρὸς τὸν Θεὸν, τοιοῦτόν ἐστιν· ὅταν ἡ νὺξ προκόψῃ, ἡ δὲ ἡμέρα ἐγγίσῃ, καὶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατεῖν ἀρξώμεθα, ἀποθέμενοι τὰ ἔργα τοῦ σκότους, κώμους καὶ μέθας, κοίτας καὶ ἀσελγείας, τότε δυνάμεθα λέγειν τὸ, Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ, ὁ Θεός. Εἶτα καὶ δηλοῖ διὰ τοῦ ἐπιφερομένου, τί ἐστι τὸ ἐν αὐτῷ ποιοῦν τὸν ὄρθρον. Διότι φῶς, φησὶ, τὰ (64) προστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς. Φῶς γάρ ἐστι τὰ προστάγματα, λύοντα τὴν τῆς ἀγνοίας σκότος· διὸ καὶ Ἡ ἐντολὴ Κυρίου τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμούς.

163. Τὸ δὲ ἐν τῷ ἑκατοστῷ ψαλμῷ εἰρημένον, ὅτι Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτενον (65) πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς, παντὶ που δῆλον, ὅτι ἐν αἰνίγματι κεκαλλυμένως εἴρηται. Οὐ γὰρ, ὅτι καθ' ἑκάστην ἀρχὴν τῆς ἡμέρας αἵματι ἀνθρώπων τὰς χεῖρας ἐμολυνόμην· οὐ τοῦτό φησιν ὁ λόγος. Τοῦτο γὰρ πρὸς τῷ ἐναγεῖ ἔτι καὶ τὸ ἀπίθανον ἔχει. Πῶς γὰρ πάντων ἠδύνατο καθ' ἑκάστην πρωΐαν αὐτόχειρ γενέσθαι τῶν ἁμαρτωλῶν τῆς γῆς; Οὐ γὰρ πάντων περιγίνεσθαι δυνατὸν ἦν ἕνα, πολλῶν (66) τῶν ἐξ-

A immotus, fide astans ei, ut dignus evadas, qui veritatis contemplationem perspectam exploratamque habeas. *Astabo*, inquit, *tibi, et videbo*. Quandiu enim quis pulchritudinem in rebus visibilibus enitentem contemplatur, dicitur physicus ac naturæ explorator; sed cum quispiam isthæc transcendens, Deo ipsi astiterit, postquam cognoverit qua ratione omnia sint valde pulchra, et ex horum pulchritudine sese erexerit ad id quod vere pulchrum est et amabile; cujus visio se solis animabus puris conspicuam ac spectandam exhibere solet; tunc ad ea progrediens quæ disciplinam physicam superant, quæque a quibusdam vocantur metaphysica, jam inspector fieri potest ac speculator. Itaque ubi, inquit, astitero tibi, et mente accessero ad te contemplandum, tunc illam inspiciendi vim recipiam B per scientiæ illustrationem. Cæterum cum hoc consentiunt verba isthæc: *Cœli enarrant gloriam Dei* [2]: non quod ad aures nostras emittant vocem sensibilem, sed quod qui in iis meditandis rationibus quibus constitutus mundus est, exercitatus fuerit, et per cœlos, quasi vocem edentes, cœlestium omnium rerum dispositionem ac ornatum cognoveverit, addiscat magnificentiam gloriæ ejus, qui condidit cœlos. Propheta etiam ad id nos invitat dicens: *Sursum aspicite oculis vestris, et videte, quis ostendit hæc omnia* [3]. Etenim alte speculari, est sursum aspicere, atque per visibilia ad Conditoris cognitionem adduci. Illud autem, de nocte mane ad Deum consurgere, ejusmodi aliquid sonat: nimirum cum nox progressa fuerit, dies autem 495 appro- C pinquarit, et sicut in die composite ambulare cœperimus, operibus tenebrarum abjectis; commessationibus, ebrietatibus, cubilibus et lasciviis [4]: tunc possumus dicere: *De nocte mane consurgit spiritus meus ad te, Deus* [5]. Deinde quid in ipso diluculum efficiat, ostendit etiam verbis sequentibus: *Quia*, inquit, *præcepta tua lux sunt super terram* [6]. Quippe lux sunt præcepta, quæ ignorantiæ tenebras excutiunt; eoque *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos* [7].

163. Compertum est autem omnibus ac perspectum, quod in psalmo centesimo dictum est: *In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ*, id in ænigmate tecte dictum fuisse. Non enim unoquoque diei initio sanguine humano inquinabam manus D Hoc nequaquam significat Scriptura. Id enim, præterquam quod detestandum est, adhuc etiam incredibile est et absurdum. Quomodo namque unoquoque diluculo manu propria potuisset omnes terræ peccatores interimere? Neque enim fieri

[2] Psal. XVIII, 2. [3] Isa. XL, 26. [4] Rom. XIII, 12, 13. [5] Isa. XXVI, 9. [6] ibid. 6. [7] Psal. XVIII, 9.

(62) Editi et Reg. primus, μετὰ τὰ φυσικά. Alii tres mss., μεταφυσικά, bene. Ibidem editi, καὶ ἐποπτικός. At vocula καί in mss. non legitur.

(63) Veteres quinque libri, ἀφιᾶσι. Editi et Reg. primus, ἀφῆσι. Paulo post Combefisii codex recentior cum editis, ἁπάντων κατ' οὐρανόν. Alter Combefisii codex et alii quatuor, ἁπάντων τῶν κατ' οὐρανόν.

(64) Editi et Reg. primus, φῶς ἐστι τά. Alii tres mss., φῶς φησι τά.

(65) Editi, ἀπέκτεινον. At mss. sex, ἀπέκτενον, nec aliter scribitur apud LXX.

(66) Editi et Reg. tertius, περιγενέσθαι δυνατὸν ἦν πολλῶν. Alii quidam mss. uti in contextu. Mox editi et recentior Combefisii codex, εἰ τὸ εἰκός. Interpres: *Estne hoc veritati consentaneum*. Alter Com-

poterat, ut unus omnibus evaderet superior: quandoquidem, ut constat, multi sunt qui delinquant: et si bello eos superasset, utique diluculo uno omnes simul occidisset; sed non unoquoque diluculo ipsis sua manu intulisset mortem. Quid igitur hoc sibi vult: *In matutinis interfioiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem*? Dicta isthæc magis scite magisque opposite intelligamus; ut ne, quod nefas est, prophetica coarguamus oracula. Civitas Domini, coagmentum est et constitutio opificii humani: peccatores vero terræ non alii sunt, quam ii de quibus loquitur Servator: Ab intimis, *A corde exeunt cogitationes malæ, invidiæ*, cædes, *adulteria, furta, falsa testimonia* [8], et his similia. Qui autem se ipse expurgat, istos terræ peccatores ex terrena carne prodeuntes, per quamlibet Dei cogitationem ex sua structura fugat et ejecit. Itaque lux prima et diluculum ad unumquemque salutiferi dogmatis exortum nascuntur in anima, in qua delendæ sunt et exterminandæ omnes cogitationes iniquitatem operantes. Etenim nisi primi illi animæ ad nequitiam motus abscindantur, necesse fuerit cogitationes ad opus procedere. Verbi gratia, terræ peccator cogitatio est adulterium suggerens, quæ efficit ut quis mulierem intueatur ad eam concupiscendam [9]. Proinde nisi tollatur ex anima, veluti gladio quodam, sermone cupiditates abscindenti et exterminanti, et nisi id fiat diluculo, hoc est, ubi primum sese detexerit: post adulterium in corde conceptum, hominem detrudet in peccatum alio gravius, illum quippe ad ipsum corporis actum impellet.

164. Arbitramur his consona esse isthæc Jeremiæ verba: *Maledictus qui facit opera Domini negligenter, et qui subtrahit gladium* 498 *suum a sanguine* [10]. Quisquis enim maledicti hujus acerbitatem evitare vult, gladium suum spiritualem ab effundendo sanguine ejusmodi peccatorum nunquam cohibere debet. Tale igitur est et quod nunc dicitur de diluculo. Væ illi, qui licet post primam ætatem exactam, ratione in ipso exoriente, a tenebris et ab ignorantiæ nocte emerserit, tamen simul ut excitatus est a somno, siceram sectatur. Ex iis autem qui a turbulentis affectibus devicti sunt et dejecti, alii in cupiditatis temulentia permansere; alii expurgata mente, mundum ornatumque visibilium respiciunt;

A ἁμαρτανόντων ὄντων, ὡς τὸ εἰκός· καὶ εἰ πολέμῳ αὐτῶν κατεκράτησεν, ἐν μιᾷ πάντως ἂν ἀπέκτεινε πρωίᾳ τοὺς σύμπαντας· ἀλλ' οὐχὶ καὶ καθ' ἑκάστην πρωίαν αὐτόχειρ αὐτῶν ἐγένετο (67). Τί οὖν ἐστι τὸ, Εἰς τὰς πρωίας ἀπέκτενον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως Κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν; Συνετώτερον τῶν λεγομένων ἐπακούσωμεν, ἵνα μὴ κατηγορήσωμεν τῶν προφητικῶν λογίων, ὃ μὴ θέμις, Πόλις τοῦ Κυρίου, ἡ σύστασίς ἐστι τῆς ἀνθρωπίνης κατασκευῆς· ἁμαρτωλοὶ δὲ γῆς, οὐκ ἄλλοι τινές εἰσιν, ἢ περὶ ὧν φησιν ἡ Σωτήρ· ὅτι ἔσωθεν, Ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ, φθόνοι, φόνοι, μοιχεῖαι, κλοπαὶ, ψευδομαρτυρίαι, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Τούτους δὴ (68) τοὺς τῆς γῆς ἁμαρ-
B τωλοὺς, τοὺς ἐκ τῆς γηίνης σαρκὸς προϊόντας καθ' ἑκάστην ἔννοιαν (69) τὴν περὶ Θεοῦ ἐξαφανίζει ἐκ τῆς ἰδίας συστάσεως (70) ὁ ἑαυτὸν ἐκκαθαίρων. Ἡρωία οὖν καὶ ὄρθρος ἐν ψυχῇ καθ' ἑκάστην σωτηρίου δόγματος ἀνατολὴν γίνεται· ἐν ᾗ ἐξαφανίζεσθαι δεῖ πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν λογισμούς. Εἰ γὰρ μὴ τὰ πρῶτα πρὸς πονηρίαν κινήματα τῆς ψυχῆς ἐκτμηθείη, ἀνάγκη εἰς ἔργον προχωρεῖν τὰς ἐνθυμήσεις. Οἷον, γῆς ἁμαρτωλός ἐστιν ὁ τὴν μοιχείαν ὑποβάλλων λογισμός· ὅστις ἐνεργεῖ τὸ ἐμβλέψαι γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς. Ἐὰν οὖν μὴ ἀποκτανθῇ ἐκ τῆς ψυχῆς, οἱονεὶ ξίφει τινὶ, τῷ τμητικῷ λόγῳ καὶ ἀφανιστικῷ τῶν παθῶν, καὶ τοῦτο γένηται ἐν πρωίᾳ, τουτέστι, κατὰ τὴν εἰς τὸ φανερὸν ἀποκάλυψιν· μετὰ τὴν ἐν καρδίᾳ μοιχείαν, καὶ ἐπὶ τὴν μείζονα ταύτης ἁμαρτίαν προάξει τὸν ἄνθρωπον,
C πρὸς τὴν διὰ τοῦ σώματος ἐνέργειαν αὐτὸν ἐκκαλούμενος.

164. Τούτῳ συμφωνον ἡγούμεθα εἶναι τὸ παρὰ τοῦ Ἱερεμίου λεγόμενον, Ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν τὰ ἔργα Κυρίου ἀμελῶς καὶ ἀφαιρῶν μάχαιραν αὐτοῦ ἀφ' αἵματος. Δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντα φεύγειν τὸ τῆς κατάρας βαρὺ, μηδέποτε ἀναπαύειν τὴν πνευματικὴν μάχαιραν ἀπὸ τοῦ κατὰ τῶν τοιούτων ἁμαρτωλῶν αἵματος. Τοιοῦτον οὖν ἐστι καὶ τὸ νῦν εἰρημένον περὶ τοῦ πρωΐ. Οὐαὶ τῷ ἀπὸ σκότους καὶ τῆς ἐν ἀγνοίᾳ νυκτὸς, μετὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν, τοῦ λόγου ἐν αὐτῷ ἀνατείλαντος, ὁμοῦ τῷ διαναστῆναι ἐκ τοῦ ὕπνου, τὸ σίκερα διώκοντι. Οἱ δὲ ὑπὸ τῶν παθῶν νικηθέντες, οἱ μὲν ἔμειναν ἐν τῇ μέθῃ τοῦ πάθους. οἱ δὲ ἀποκαθηράμενοι τὸν νοῦν, ἐμβλέπουσι μὲν τῷ
D κόσμῳ τῶν ὁρατῶν, κατανοοῦσι δὲ τὰς τῶν νοητῶν

[8] Matth. xv 19. [9] Matth. v 28. [10] Jerem. XLVIII, 10.

befisii codex et alii nonnulli, ὡς τὸ εἰκός, *ut verisimile est, ut constat*. Edi dimus quidem, ὡς τὸ εἰκός, ob auctoritatem veterum quorumdam librorum: sed fatendum tamen, nobis videri potius legendum, εἰς τὸ εἰνός, uti hodieque legitur in Commentariis Eusebii, unde hæc ad verbum sumpta esse in Præfatione docebimus.

(67) Veteres duo libri, ἐγίνετο. Et hic quoque editi, ἀπέκτεινον. At mss., ἀπέκτενον.

(68) Nostri sex mss., δή, Editi, δέ.

(69) Monere non pigebit, totum illud, καθ' ἑκάστην ἔννοιαν, et reliqua usque ad has voces, τοῦ ἐπιβουλεύοντος ἡμῖν, εὐθὺς μεταβαλλομένους. in Reg. primo non legi; ob idque a Tilmanno qui eo codice usus fuerat, Latine redditum non fuisse Sed hæc mss. Anglicis cum interpretatione Richardi Montacutii editioni Parisiensi accessisse a typographis didicimus. Neque sane illud omittendum, quæ Richardus Montacutius in suis codicibus repererat, eadem et in nostris quoque, si Regium primum excipias, reperiri.

(70) Editi, συνειδήσεως, *ex sua conscientia*. At quinque mss., συστάσεως, *ex propria structura*: quam lectionem si nihil aliud verisimilem redderet, certe auctoritas Eusebii, apud quem ita legitur, eam satis confirmaret.

ὑποστάσεις καὶ οὐσίας. Τὰ μὲν γὰρ ὁρατὰ ἐνατενίσεως δεῖται· διὰ τοῦτο Ἐμβλέπουσι· τὰ δὲ νοητὰ χρήζει λόγου διεξοδικοῦ· διὸ εἴρηται, Κατανοοῦσι. Πλὴν ὅτι πρῶτον δεῖ ἐμβλέψαι τοῖς ἔργοις Κυρίου· καὶ τότε εἰς τὸ κατανοῆσαι αὐτὰ προελθεῖν. Ὁποῖος ἦν ὁ περὶ (71) ἑαυτοῦ λέγων· Αὐτὸς γὰρ μοι ἔδωκε τῶν ὄντων γνῶσιν ἀψευδῆ, εἰδέναι σύστασιν κόσμου, καὶ ἐνέργειαν στοιχείων, ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ μεσότητα χρόνων, τροπῶν ἀλλαγάς, καὶ μεταβολὰς καιρῶν, ἐνιαυτῶν κύκλους, καὶ ἀστέρων θέσεις, φύσεις ζώων, καὶ θυμοὺς θηρίων, πνευμάτων βίας, καὶ διαλογισμοὺς ἀνθρώπων, διαφορὰς φυτῶν, καὶ δυνάμεις ῥιζῶν. A

ac earum rerum quæ sola ratione capi possunt, substantias considerant et essentias. Visibilia namque indigent contenta oculorum acie; ob id *Respiciunt:* quæ vero ratione sola queunt intelligi, expansa et fusa ratiocinatione egent: quapropter dictum est: *Considerant.* Sunt tamen primum respicienda Domini opera, atque tunc ad ea consideranda progrediendum est. Ejusmodi erat, qui de se ipso dixit: *Ipse enim dedit mihi horum quæ sunt scientiam veram, ut sciam mundi dispositionem, et virtutem elementorum; initium et finem et medietatem temporum, conversionum permutationes, et mutationes temporum, annorum cursus, et stellarum situs, naturas animalium, et iros bestiarum, vim ventorum, et cogitationes hominum, differentias plantarum, et virtutes radicum* [11].

165. Τοίνυν αἰχμάλωτος ὁ λαός μου ἐγενήθη, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι αὐτοὺς (72) τὸν Κύριον· καὶ πλῆθος ἐγενήθη νεκρῶν διὰ λιπὸν ἄρτου, καὶ δίψος (73) ὕδατος. Ταῦτα καθ' ἱστορίαν δυνατὸν τυχεῖν τῆς ἐξηγήσεως ἐπὶ τῶν καιρῶν τῆς ἐσχάτης πολιορκίας τῶν Ἰουδαίων· τῶν μὲν εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαχθέντων, τῶν δὲ ἐν λιμῷ καὶ δίψει διαφθαρέντων. Καὶ ἡ αἰτία σαφὴς, δι' ἣν ταῦτα πεπόνθασιν· ὅτι ἐπιδημήσαντα αὐτοῖς τὸν Κύριον οὐκ ἐπέγνωσαν (74). Ὥστε δὲ καὶ ἡμῖν οἰκειωθῆναι τὴν ἐκ τῆς λέξεως παραίνεσιν. Ἐκεῖνα λέγομεν, ὅτι οἱ διώκοντες τὸ μέθυσμα, καὶ μετὰ τῆς ἁπηγορευμένης μουσικῆς τὸν οἶνον πίνοντες, καὶ θεάμασι μὲν ἀτόποις τὰς ὄψεις ἐνασχολοῦντες, τοῖς δὲ ἔργοις Κυρίου ἐμβλέπειν μὴ ἀνεχόμενοι, διὰ τὸ φιλήδονοι εἶναι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι, αἰχμάλωτοι γίνονται καὶ ὑποχείριοι τοῖς ὑπεναντίοις. Ἀλλὰ καὶ πλῆθος ἐν αὐτοῖς νεκρῶν ἐγενήθη διὰ λιμὸν, καὶ ὕδατος ἀπορίαν. Οἱ γὰρ τὴν ἐπιβάλλουσαν ταῖς ψυχαῖς τροφὴν μὴ προσιέμενοι, νεκροὶ γίνονται τοῖς παραπτώμασι, καὶ οἱ ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως μὴ ἐκτρεφόμενοι, μηδὲ ζητοῦντες πιεῖν ἐξ ἐκείνου τοῦ ὕδατος περὶ οὗ φησι πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν ὁ Κύριος, ὅτι Ὃς ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ (75) εἰς τὸν αἰῶνα· οὗτοι γίνονται νεκροί. Ἄκουε γὰρ, ὅτι πλῆθος νεκρῶν ἐγενήθη, οὐ διὰ λιμὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ δίψαν ὕδατος· ἐπειδὴ ἀπ' ἐκείνου ἔπινον τοῦ ὕδατος, οὗ καὶ ἡ Σαμαρεῖτις· Ὃς γὰρ ἂν πίῃ, φησὶν, ἐκ τοῦ ὕδατος ἐκείνου, διψήσει πάλιν· οὐκ ἔπιον δὲ ἐκ τοῦ ὕδατος τοῦ ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. Προτρεπτικὸν δὲ τοῦτο ἐπὶ τὴν γνῶσιν, Εἰ γὰρ διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τὸν Κύριον αἰχμάλωτοι γίνονται, ζηλωτέον ἡμῖν τὸ τῆς γνώσεως χάρισμα. Τάχα δὲ (76) ἡ ἀληθὴς νέκρωσις οὐ διὰ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ διὰ δίψαν ὕδατος τούτου τοῦ αἰσθητοῦ, ἀλλὰ διὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου ταῖς ψυχαῖς τῶν B C D

165. VERS. 13. *Igitur captivus populus meus factus est, eo quod ipsi non cognoverint Dominum: et multitudo mortuorum fuit propter famem panis, et sitim aquæ.* Hæc secundum historiam de tempore extremæ Judæorum obsidionis possunt explicari; quando aliis in captivitatem abductis, alii fame et siti interierunt. Et causa cur hæc fuerint perpessi, clara est et manifesta, quod Dominum cum ipsis diversantem non cognovere. Quare animadversio in his verbis contenta nobis etiam potest accommodari. Isthæc dicimus, quòd qui consectantur ebrietatem, vinumque ad musicos concentus interdictos bibunt, et oculos suos occupant in spectandis turpibus spectaculis, noluntque opera Domini respicere, eo quod voluptatum et deliciarum magis quam Dei sint amatores, captivi fiunt, et in servitutem rediguntur ab inimicis suis. Quin etiam inter ipsos mortuorum fuit multitudo, propter famem et aquæ penuriam. Etenim escam animabus convenientem qui non accipiunt, moriuntur per peccata: et qui ex aqua refectionis [12] non enutriuntur, neque de illa aqua bibere statagunt, de qua locutus est Dominus ad Samaritanam: *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum* [13]; hi ipsi mortui fiunt. Audi enim hanc mortuorum multitudinem contigisse non ob famem solum, sed etiam propter aquæ sitim, eo quod ab illa biberent aqua, unde et 497 mulier illa Samaritana biberat: Quisquis enim, inquit, biberit ex illa aqua, sitiet iterum [14]; de aqua autem in vitam æternam saliente [15] non biberant. Cæterum id nos invitat ad intelligentiam comparandam. Etenim si, propterea quod non cognoverunt Dominum, abducuntur captivi, nobis studio omni adnitendum est ut intelligentiæ cognitionisque donum consequamur. Fortassis autem mors vera non ob

[11] Sap. VII, 17-20. [12] Psal. XXII, 2. [13] Joan. IV, 13. [14] ibid. [15] ibid. 14.

(71) Veteres aliquot libri, ὁ περί. Vocula ὁ in editis desideratur.

(72) Editi, αὐτοῦ. At mss. quinque, αὐτούς.

(73) Antiqui tres libri, ἄρτου καὶ δίψος. Editi ἄρτου καὶ δίψαν· ubi notari potest, vocem ἄρτου neque in duobus aliis codicibus, neque apud LXX, aut apud Eusebium inveniri.

(74) Codices tres, ἔγνωσαν. Hoc ipso in loco quinque mss., Ὥστε δὲ καί. Abest δὲ ab excusis.

(75) Editi et Reg. tertius, οὐ μὴ διψήσει. Alii quidam mss., διψήσῃ. Aliquanto post antiquus Combefisii codex et alii quatuor, ἀπ' ἐκείνου ἔπιον, nec aliter legerat interpres. At editi, οὐκ ἔπιον.

(76) Editi, δὲ καί. Vocula καί in quinque mss. deest.

famem panis, neque ob hujusce sensibilis aquæ sitim, sed propter famem audiendi verbum Domini [16], in eorum qui non auscultant animas grassatur, *Non* enim *in pane solo vivet homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei* [17]. Ob hanc causam *Dominus non interficiet fame animas justorum* [18], et : *Junior fui : etenim senui, et non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panes* [19]; et : *Filii thalami nuptialis, quandiu cum illis est sponsus, non possunt jejunare* [20]. Ubi autem fames et sitis grassantur, ibi quoque mors. Quapropter ne pereamus fame, cœlestem conquiramus panem, et ne siti aduramur, inquiramus aquam illam de qua Dominus dixit : *Si quis biberit ex aqua illa quam ego dabo ei, non sitiet, in æternum* [21].

166. VERS. 14, 15. *Et dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum, ut non cesset. Et descendent inclyti, et magni, et divites, et pestilentes ejus, et qui exsultat in ea. Et humiliabitur homo, et dedecorabitur vir, et oculi sublimes humiliabuntur.* Nobis ut poneret ob oculos ingentem pereuntium multitudinem, infernum affirmavit os suum dilatare. Quemadmodum fieri solet in animalibus, quæ præ ingenti fame et inedia escam avide rapiunt, atque escæ inhiantia os dilatant : ita, inquit, et infernus os suum reddere dictus est amplius atque capacius. Fortasse autem nobis hic sermo indicat communem quemdam locum qui sit in intimis terræ visceribus collocatus, sitque obscurus ab omni parte et tenebrosus, sedem esse inferni, docetque forte, foramen quoddam ad terræ concava pertingere, per quod animabus ad gravissimam pœnam damnatis patet descensus : quod foramen, ut valeat suscipere universos, ob eorum qui intereunt multitudinem, amplius ait esse factum ac latius. Neque enim animal quoddam est infernus, neque potestas quædam mortuis præfecta, juxta fabulosum ethnicorum commentum. Hi igitur propterea quod non cognoverint Dominum, in captivitatem redacti, et fame ac siti spiritualis alimenti marcescentes, cum inclytis et magnis et divitibus et pestilentibus descendunt in infernum. Sunt autem tria quæ peccatoribus intentantur; captivitas, mors, descensus in infernum. Captivitas quidem ipse est a pristina vita lapsus, per dolum fraudemque inimici, qui nos de paradisi beatitudine deturbavit : mors vero abalienatio est a præcepto vitam largiente : descensus denique ad infernum, est a Deo separatio, quæ ob plurimam peccatorum congeriem et affectionem, **498** summo bono adversantem contingit. Nam ut justus una cum Christo jam consurrexit, atque una cum ipso sedit in cœlestibus : ita injustus jam captivus et

A ἀνηκόων ἐγγίνεται. Οὐ γὰρ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ (77) ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλὰ ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. Διὰ τοῦτο Οὐ λιμοκτονήσει Κύριος ψυχὰς δικαίων· καὶ, Νεώτερος ἐγευσάμην· καὶ γὰρ ἐγήρασα, καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον, οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους· καὶ, Οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος, οὐ δύναεται νηστεύειν. Ὅπου δὲ λιμὸς, καὶ δίψα, ἐκεῖ καὶ ἡ νεκρότης. Ἵνα οὖν μὴ λιμοκτονηθῶμεν, ζητήσωμεν τὸν ἄρτον τὸν ἐπουράνιον (78), μηδὲ τῷ δίψει καταφρυγῶμεν, ζητήσωμεν τὸ ὕδωρ περὶ οὗ εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι Ἐάν τις πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα.

B 166. Καὶ ἐπλάτυνεν ὁ ᾅδης τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καὶ διήνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ, τοῦ μὴ διαλιπεῖν. Καὶ καταβήσονται οἱ ἔνδοξοι, καὶ οἱ μεγάλοι, καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ λοιμοὶ αὐτῆς, καὶ ὁ ἀγαλλιώμενος ἐν αὐτῇ (79). Καὶ ταπεινωθήσεται ἄνθρωπος, καὶ ἀτιμασθήσεται ἀνὴρ, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ μετέωροι ταπεινωθήσονται. Ἵνα τὸ ἀδρὸν τῶν ἀπολλυμένων ὁ λόγος ἡμῖν παραστήσῃ, πλατύνειν ἔφη τὸν ᾅδην τὸ στόμα αὐτοῦ. Ὥσπερ ἐπὶ τῶν ζώων, ὅσα λάβρως ὑπὸ πολλῆς ἐνδείας τὴν τροφὴν διαρπάζει, καὶ πλατύνει τὸ στόμα περιτεινόμενον τῇ τροφῇ· οὕτω, φησὶ, καὶ ὁ ᾅδης τὸ ἑαυτοῦ στόμα εὐρυχωρότερον ποιεῖν εἴρηται. Τάχα δὲ ἡμῖν ὁ λόγος ἐνδείκνυται κοινόν τινα τόπον ἐν τῷ ἐσωτάτῳ τῆς γῆς, ἐπίσκιον παντοχόθεν, καὶ ἀλαμπῆ, τὸ τοῦ ᾅδου χωρίον εἶναι· στόμιον δέ τι ἐπὶ τὰ κοῖλα καθῆκον, C δι' οὗ τὴν κάθοδον εἶναι ταῖς πρὸς τὸ χεῖρον κατεγνωσμέναις ψυχαῖς· ὃ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀπολλυμένων, ὥστε ὑποδέξασθαι πάντας, εὐρυχωρότερόν φησι γεγενῆσθαι. Οὐ γὰρ δὴ ζῶόν τι ὁ ᾅδης, οὐδὲ δύναμίς τις ἐπιτεταγμένη (80) τοῖς ἀποθνήσκουσι, κατὰ τὴν μυθοποιΐαν τῶν ἔξωθεν. Οἱ οὖν διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τὸν Κύριον, αἰχμάλωτοι γενόμενοι, καὶ λιμῷ καὶ δίψει τῆς πνευματικῆς τροφῆς ἐκτακέντες (81), εἰς ᾅδου καταβαίνουσι, μετὰ τῶν ἐνδόξων, καὶ μεγάλων, καὶ πλουσίων, καὶ λοιμῶν. Τρία δέ ἐστι τὰ περὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἀπειλημένα· αἰχμαλωσία, καὶ νέκρωσις, καὶ εἰς ᾅδου κάθοδος. Αἰχμαλωσία μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἀπὸ τῆς προηγουμένης ζωῆς κατάπτωσις, κατὰ ἀπάτην τοῦ ἐχθροῦ ὑπεξάγοντος τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ μακαριότητος· νέκρωσις δὲ, ἡ τῆς ζωοποιοῦ D ἐντολῆς ἀλλοτρίωσις· εἰς ᾅδου δὲ κατάβασις, ὁ διὰ τὴν πολλὴν τῆς ἁμαρτίας χύσιν, καὶ τὴν ἐναντίαν τῷ ἀγαθῷ (82) διάθεσιν, ἀπὸ Θεοῦ γινόμενος χωρισμός. Ὥσπερ γὰρ ὁ δίκαιος ἤδη συνηγέρθη Χριστῷ, καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις· οὕτως ὁ ἄδικος αἰχμάλωτος ἤδη καὶ νεκρὸς, καὶ εἰς ᾅδον διὰ τῶν

[16] Amos VIII, 11. [17] Matth. IV, 4. [18] Prov. X, 3. [19] Psal. XXXVI, 25. [20] Marc. II, 19. [21] Joan. IV, 13.

(77) Antiqui tres libri, μόνον.

(78) Veteres duo libri, ἄρτον τὸν ἐπιούσιον, *panem quotidianum*. Paulo post editi, ὃ ἐγώ. At quinque mss., οὗ ἐγώ.

(79) Illud, καὶ ὁ ἀγαλλιώμενος ἐν αὐτῇ, *et qui exsultat in ea*, apud LXX nequaquam legitur.

(80) Editi cum duobus mss., ἐπιτεταγμένη. Alii tres mss., ἀποτεταγμένη.

(81) Veteres quinque libri, ἐκτακέντες. Editi, ἐντακέντες.

(82) Editi, τῶν ἀγαθῶν. At quinque mss. ut in contextu.

πρὸς θάνατον ἁμαρτημάτων καταβεβηκὼς λέγεται. Διαφορὰς δὲ ταγμάτων καταβαινόντων εἰς τὸν ᾅδην ὁ λόγος ἀπηριθμήσατο. Πρῶτον τοὺς ἐνδόξους· οὗτοι (83) δ' ἂν εἶεν οἱ ἐν ὑπολήψει τινὶ δεξιᾷ, οὐ πάντως ἔχοντες τῷ ἐπιφαινομένῳ ἐχήματι τὴν ἐκ τοῦ βίου μαρτυρίαν ἀκολουθοῦσαν· εἶτα οἱ μεγάλοι, οἱ ἐν δυνάμει τινὶ καὶ ἀρχῇ τῶν πολλῶν ὑπερέχοντες· καὶ οἱ πλούσιοι, οἱ πολὺ πλῆθος χρημάτων ἄδικον περιβεβλημένοι, ἢ οἱ ἀκόρεστον τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ πλείονος ἔχοντες· καὶ οἱ λοιποὶ αὐτῆς, ὅσοι δίκην νόσου φθοροποιοῦ κατὰ διάδοσιν ἐπινεμομένης, τοὺς προσιόντας (84) αὐτοῖς διαφθείροντες, ἤτοι ἐκ μοχθηρᾶς διδασκαλίας, ἢ ἐκ τοῦ κατὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐρεθισμοῦ, λοιμοὶ δικαίως προσαγορεύονται· οἵτινες καταβαίνουσιν εἰς τὸν ᾅδην. Καὶ ὁ ἀγαλλιώμενος, φησὶν, ἐν αὐτῇ (85). Οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ ἐν σαρκὶ Ἰουδαῖος, τῇ γηΐνῃ Ἱερουσαλὴμ ἐναγαλλιώμενος, πρὸς δὲ τὴν ἀποκειμένην τοῖς ἁγίοις τοῦ Θεοῦ (86) μακαριότητα μὴ βλέπων. Τήρει δὲ, ὅτι τὸ, Ἐν αὐτῇ, κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν εἴρηται. Ὡς καὶ ἐπὶ τῶν (87) ἰδιωτικῶν οἴκων πολλάκις τοὺς ὑπερέχοντας αὐτοὺς προσαγορεύεσθαι ὑπὸ τῶν ἐνοικούντων σύνηθες. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, Οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις. Καὶ ὁ τοίνυν ἀγαλλιώμενος ἐν αὐτῇ, εἰς ᾅδου καταβήσεται.

167. Καὶ ταπεινωθήσεται ἄνθρωπος, φησὶ, καὶ ἀτιμασθήσεται ἀνήρ. Οὐ τόπῳ (88) παθεῖν ἐστι τὴν ταπείνωσιν, ὅσον ἐν προαιρέσει. Ὑψοῦται μὲν γὰθ ὁ δίκαιος τῷ οὐρανίῳ φρονήματι, ταπεινοῦται δὲ ὁ ἀσεβὴς διὰ τὴν πρὸς τὰ κάτω συμπάθειαν. Ὁ μὲν γὰρ κοινὸς ἄνθρωπος, ὁ μόνοις (89) τοῖς κοινοῖς τῆς φύσεως πλεονεκτήμασιν ἐπηρμένος, μὴ ζῶν κατὰ τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτῷ ἐκ τῆς πρώτης κατασκευῆς δύναμιν, ταπεινοῦται· ὁ δὲ ἤδη καὶ ἐν προκοπῇ τινι γενόμενος, καὶ ἄξιος ἤδη τοῦ ἀνὴρ χρηματίζειν, ἐπειδὰν καταμαλακισθεὶς ἐνδῷ πρὸς τὰ πάθη, ἀτιμασθήσεται. Διὰ τοῦτο ὁ μὲν Ἄνθρωπος ταπεινωθήσεται, ὁ δὲ Ἀνὴρ ἀτιμασθήσεται· ὅτι ὁ μὲν τὸ (90) κοινὸν οὐκ ἐφύλαξεν, ὁ δὲ καὶ τὸ ἐξ ἀσκήσεως αὐτῷ περιγενόμενον ἀγαθὸν διὰ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον τροπῆς ἐζη-

mortuus esse, atque in infernum descendisse dicitur ob lethalia peccata. Porro varios ordines eorum qui ad inferos descendunt, recensuit Scriptura. Primum enumerat inclytos; hi autem sunt, qui quadam existimatione sibi comparata, vitæ testimonium exteriori habitudini conveniens neutiquam habent: deinde numerantur magni, qui in potestate quadam et in principatu constituti vulgo præstant: tum divites qui ingentem divitiarum copiam injuste acquisierunt, aut qui inexplebili opum majorum desiderio tenentur: postremum ejus pestilentes, qui instar mortiferi cujusdam morbi per vices serpentis, eos qui ad se accedunt corrumpentes, aut ob pravam doctrinam, aut ob quemdam fomitem et incitabulum peccati, jure ac merito nominantur pestilentes. Hi sunt qui descendunt in infernum. *Et qui*, inquit, *exsultat in ea*. Hic ille fuerit Judæus ipse secundum carnem, qui in terrestri Jerusalem exsultat, nec ad beatitudinem sanctis Dei præparatam respicit. Illud autem, *In illa*, dici observabis juxta vulgatam consuetudinem. Ita et in privatorum domibus, solent ipsi sæpe ab iis qui eas incolunt, vocari præcellentes ac superiores. Ejus generis est et illud: *Fundamenta ejus in montibus sanctis*[22]. Igitur qui etiam in ea exsultat, in infernum descendet.

167. *Et*, inquit, *humiliabitur homo, et dedecorabitur vir*. Non æque loco humiliari contingit, ac animo. Exaltatur quidem justus cœlesti animi sensu, impius vero terrenorum studio affectuque humiliatur. Homo quidem vulgaris qui de solis communibus naturæ dotibus effertur, si secundum virtutem sibi a prima conditione insitam nequaquam vivit, humiliatur: sed qui jam progressum aliquem fecerit, jamque fuerit dignus qui vir appelletur, is si emollitus et fractus cupiditatibus et vitiis sese manciparit, dedecorabitur. Quapropter *Homo humiliabitur, et vir dedecorabitur*: quippe ille communia non custodivit; hic vero utpote conversus ad improbitatem, etiam eo bono quod usu exercitioque sibi comparaverat mulctatus est. Homo qui-

[22] Psal. LXXXVI, 1.

(83) Veteres quinque libri, οὗτοι. Editi, αὐτοί.

(84) Editi, τοὺς πλησιῶντας. At mss. quinque, τοὺς προσιόντας.

(85) Editi. Καὶ ὁ ἀγαλλιώμενος οὐκ ἔστι, φησὶν, ἐν αὐτῇ, quæ interpres ita reddiderat, *Et nemo relinquetur qui in ea gloriabitur*. Sed si ita est, non cohærebit oratio. Scriptor enim, si sibi constare vult, hoc dicat oportet, fore ut, qui in terrestri Jerusalem gloriatur, is cum aliis non paucis in infernum descendat. Sed hunc locum ex quatuor mss. restituimus. Neque non etiam lectio Regii tertii probari potest, in quo ita scriptum invenimus, Καὶ ὁ ἀγαλλόμενος, φησὶν, ἐν αὐτῇ· siquidem duas has voces, ἀγαλλόμενος, ἀγαλλιώμενος, idem plane valere norunt vel infantes.

(86) Illud, τοῦ Θεοῦ, alio loco in tribus mss. ponitur, nempe post vocem μακαριότητα, *ad Dei beatitudinem*. Ibidem editi, ἐμβλέπων. At quinque mss., βλέπων.

(87) Illa, Ὡς καὶ ἐπὶ τῶν, etc., obscura cum sint et intellectu difficilia, mirum videri non debet, si diverse a viris doctissimis Montacutio et Combefisio vertantur. Ille ita interpretatus est: *Quemadmodum in familiis privatorum patres ac matres familias, ipsos sæpe nominari moris est, ab omnibus qui pertinent ad familias easdem*: hic hoc modo, *Ut eorum, qui præcelluere nomine, ab iis, qui eas colunt, appellentur*. Nos quibus neutra interpretatio placebat, aliter quidem interpretati sumus: sed fortasse non felicius.

(88) Ubi in editis et in quinque mss. legitur, Οὐ τόπῳ παθεῖν, ait vir conjecturarum amantissimus Combefisius, fortasse legendum esse, Οὐχ ὅπως παθεῖν. Utut hæc sunt, receptam lectionem retinuimus. Aliquanto post Colb. secundus, ταπεινοῦται δὲ ὁ ἀνὴρ ἀσεβής.

(89) Veteres aliquot libri, ὁ μόνον. Statim editi, κατὰ τὴν πρώην ἐνυπάρχουσαν αὐτῇ ἐκ τῆς. At quinque mss. ut in textu.

(90) Veteres quinque libri, ὁ μὲν τό. Editi, ὁ μέντοι.

dem humiliatur : *Oculi enim Domini sublimes, homo autem humilis* [23] : vir vero dedecoratur, tanquam qui Deum, violatis ejus præceptis, ducat pro nihilo. Nam qui eum nihili faciunt, afficientur ignominia, uti didicimus in primo Regnorum libro, Domino dicente : *Glorificantes me glorificabo, et qui spernunt me, ignominia ipsis inuretur* [24]. Vir igitur dedecorabitur **499** per suum ipsius peccatum : dedecus enim et infamiam infert peccatum. *Resurgent enim*, inquit, *hi in vitam æternam, et isti in opprobrium et dedecus æternum* [25]. Cum enim honor dignitatis sit remuneratio; dignitas vero, virtutis præmium; sanctis quidem tum honor, tum dignitas tribuitur, impii vero contraria recipiunt. Honorat enim dignos Deus. Nam ipse est id quod vere honorandum est, honoremque tribuit : quare qui ignominia notatur, honorem nequit assequi. Unumquemque autem dedecorant turpitudinis ac infamiæ vitia, coram omni creatura exposita. *Et oculi*, inquit, *sublimes humiliabuntur*. Quicunque animo sursum erecto, auctorem horumce omnium sunt intuiti, ii oculos habent sublimes, utpote qui super omnia corpora mentem suam attollant. Sed si postea ob falsas opiniones et ingens terrenarum rerum studium, nihil eorum quæ magna sunt, possint amplius contemplari, imo dediti sint toti corporeis deliciis voluptatibusque, jure optimo dicuntur humiliari.

68. Vers. 16. *Et exaltabitur Dominus Subaoth in judicio*. Hoc est, per æquam retributionem eorum quæ sunt prius commemorata, exaltatur Dominus Deus in judicio; adeo ut ex ii, quæ ad Dei gloriam et honorem faciunt, hoc unum sit, judicium videlicet, quod de impiis pro ratione et merito operum a judice profertur. Quare et in ipso judicio altitudo sapientiæ potestatisque Domini conspicitur. Quemadmodum enim qui sapientiam ordinis rerum cœlestium speculantur, in stellarum situ, motu, atque in mutua ipsarum habitudine effulgentem, jam intelligunt sapientiæ ejus magnificentiam, sic ut dicere valeant : *Sapientiæ ejus non est numerus* [26]; pari modo qui judicii respiciunt rationes, iis non minori futura est admirationi hæc judicii sapientia et prudentia; nec non æquitas illa, qua vel pro minimis et minutissimis unicuique meritam mercedem rependit [27]. Fortasse ergo singulis rebus bene gestis Deum exaltamus; adeo ut exaltetur per temperantiam nostram, exaltetur quoque per justitiam nostram. Cum autem hæc perficiantur Dei auxilio, ubi nos susceptos erexerit, sua nos ope suffulciens ac firmans, tum dicimus : *Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me* [28]. Sunt autem multæ Dei

μιώθη. Ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος ταπεινοῦται· Οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ὕψηλοί, ὁ δὲ ἄνθρωπος ταπεινός· ὁ δὲ ἀνὴρ ἀτιμάζεται, ὡς ἐξουθενῶν τὸν Θεὸν διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν παραβάσεως. Οἱ γὰρ ἐξουθενοῦντες αὐτὸν ἀτιμασθήσονται, ὡς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν ἠκούσαμεν τοῦ Κυρίου λέγοντος· Τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, καὶ οἱ ἐξουθενοῦντές με ἀτιμασθήσονται. Ἀτιμασθήσεται οὖν ἀνὴρ ὑπὸ τῆς ἰδίας ἁμαρτίας· ἀτιμοποιὸς γὰρ ἡ ἁμαρτία. Ἀναστήσονται γάρ, φησίν, οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς ὀνειδισμὸν καὶ (94) αἰσχύνην αἰώνιον. Ἐπειδὴ γὰρ τιμή ἐστι γέρως ἀπόδοσις, γέρας δέ ἐστιν ἄθλον ἀρετῆς· τοῖς μὲν ἁγίοις καὶ τιμὴ καὶ γέρας ἀπονέμεται, τοῖς δὲ ἀσεβέσι τὰ ἐναντία. Τιμᾷ μὲν γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς ἀξίους. Αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ ὄντως τίμιον, καὶ τιμῆς παρεκτικόν· διότι οὐ δύναται τὴν τιμὴν περιποιῆσαι ὁ ἠτιμωμένος. Ἀτιμάζει δὲ ἕκαστον τὰ πάθη τῆς αἰσχύνης, ἐπὶ τῆς κτίσεως πάσης ἀνακαλυπτόμενα. Καὶ οἱ ὀφθαλμοί, φησίν, οἱ μετέωροι ταπεινωθήσονται. Ὅσοι ἐπάραντες εἰς ὕψος ἑαυτῶν τὴν διάνοιαν, εἶδον τὸν καταδείξαντα ταῦτα πάντα, οὗτοι ἔχοντες μετεώρους τοὺς ὀφθαλμούς, τῷ ὑπεράνω πάντων (92) σωμάτων ἀγαγεῖν τὴν διάνοιαν· εἶτα διὰ ψευδοδοξίας, καὶ τῆς πολλῆς περὶ τὰ ὑλικὰ προσπαθείας, δύδεν ἔτι τῶν μεγάλων θεωρεῖς ἠνέσχοντο, ἀλλ' ὅλοι γινόμενοι τῆς σωματικῆς ἀπολαύσεως, ταπεινοῦσθαι δικαίως λέγοντα.

168. Καὶ ὑψωθήσεται Κύριος Σαβαὼθ ἐν κρίματι. Τουτέστι, κατὰ τὴν δικαίαν ἐπὶ τῶν προειρημένων ἀνταπόδοσιν, ὑψοῦται Κύριος ὁ Θεὸς ἐν κρίματι· ὡς ἓν τῶν εἰς δόξαν Θεοῦ συντεινόντων εἶναι καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς ἀσεβέσι κρῖμα κατὰ τὴν ἀξίαν τῶν ἔργων ἐγγινόμενον (93) παρὰ τοῦ κριτοῦ· ὥστε καὶ ἐν τῇ κρίσει θεωρεῖσθαι τὸ ὕψος τῆς συνέσεως καὶ τῆς δυνάμεως τοῦ Κυρίου. Ὥσπερ γὰρ οἱ θεωροῦντες τὴν σοφίαν τῆς διατάξεως τῶν οὐρανίων, κατὰ τὴν τῶν ἀστέρων θέσιν καὶ φορὰν καὶ σχέσιν ἣν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους, τῆς συνέσεως αὐτοῦ τὸ μεγαλεῖον νοοῦσιν, ὥστε ἂν δύνασθαι εἰπεῖν, ὅτι Τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός· οὕτως οἱ βλέποντες τοὺς τῆς κρίσεως λόγους, οὐχ ἧττον θαυμάσονται τὸ ἐν τῇ κρίσει σοφὸν καὶ συνετὸν, καὶ μέχρι τῶν λεπτοτάτων ἀνταποδοτικὸν ἑκάστῳ τοῦ πρὸς ἀξίαν. Τάχα οὖν καθ' ἕκαστον κατόρθωμα ὑψοῦμεν τὸν Θεόν· ὥστε ὑψοῦσθαι αὐτὸν ἐν τῇ σωφροσύνῃ ἡμῶν, καὶ ὑψοῦσθαι αὐτὸν ἐν τῇ δικαιοσύνῃ ἡμῶν. Ταῦτα δὲ ἐπειδὴ διὰ τῆς συνεργίας (94) τοῦ Θεοῦ κατορθοῦται, ὅταν ὑπολαβὼν ἡμᾶς ἀνορθώσῃ, ὑπερείδων ἡμᾶς τῇ συνεργίᾳ τῇ παρ' ἑαυτοῦ, καὶ στηρίζων, τότε λέγομεν· Ὑψώσω σε, Κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με. Πολλαὶ δὲ αἱ ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ, ἥ τε κατὰ γνῶσιν καὶ σύνεσιν· καὶ ἡ κατὰ τὴν διέξοδον τῶν μεγαλείων αὐτοῦ, καὶ

[23] Isa. II, 11. [24] I Reg. II, 30. [25] Dan. XII, 2. [26] Psal. CXLVI, 5. [27] Matth. XVI, 27. [28] Psal. XXIX, 2.

(91) Editi, καὶ εἰς. At quinque mss. καί.

(92) Ita mss. quinque. Editi vero, τῷ ὑπὲρ ἁπάντων.

(93) Codices quinque, ἐγγινόμενον. Editi, γινόμενον. Aliquanto post mss. nonnulli, δυνάμεως τοῦ Θεοῦ.

(94) Antiqui duo libri, διὰ τῆς ἐνεργείας, *per virtutem Dei efficacem*. Statim mss. quinque, ἐπορθώσῃ. Editi, ἀνορθώσῃ.

κατὰ τὴν τῶν κριμάτων αὐτοῦ θεωρίαν. Διὸ εἴρηται περὶ τοῦ δικαίου, ὅτι Αἱ ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι αὐτοῦ. Εἶτα ἐπειδὴ τῇ κατὰ θεωρίαν ὀρθότητι τὸ ἐν τῇ πράξει εὔτονον συντέτακται· Καὶ ῥομφαῖαι δίστομοι, φησὶν (95), ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, τουτέστι λόγοι ἐκτέμνοντες τῆς ψυχῆς καὶ ἐκριζοῦντες τὰ πάθη. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Κύριος Σαβαὼθ Κύριος λέγεται τῶν στρατιῶν· τότε αἱ στρατιαὶ, αἱ λειτουργοῦσαι αὐτῷ κατὰ τὸν τῆς κρίσεως καιρὸν, ὑψώσουσι καὶ δοξάσουσιν ἐπὶ τῷ δικαίῳ καὶ ἀπαραλογίστῳ κρίματι. Τοιοῦτον δέ τι ὑπονοοῦμεν, ὅτι κρινομένου τοῦ Κυρίου μετὰ τῶν ἀνθρώπων (Αὐτὸς γὰρ Κύριος ἥξει εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ λαοῦ), μόνος ὁ Κύριος ὑψωθήσεται, οὐδενὸς δικαιουμένου κατενώπιον (96) αὐτοῦ. Τίς γὰρ ὁ συνεξετάζόμενος ταῖς ἀπὸ τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς εὐεργεσίαις, καὶ ποικίλαις ὅσαις οἰκονομίαις φθανούσαις κοινῶς ἐπὶ πᾶν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ἀποδοῦναι τὰ ἴσα καὶ ἄξια τῶν εἰς αὐτὸν ἐφθακότων ἀπὸ τῆς δωρεᾶς τοῦ Κυρίου δυνήσεται; Διόπερ ἀποροῦσιν οἱ ἅγιοι, Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ, λέγοντες, περὶ (97) πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι;

A exaltationes: alia fit per cognitionem et intelligentiam, alia vero, dum enarrantur magnifica ejus opera, et dum ejus judicia contemplamur. Quapropter de justo dictum est: *Exaltationes Dei in gutture ejus* [29]. Deinde, quoniam vis actionis ac firmitas per rectam contemplationem constituitur, subjungit: *Et gladii ancipites in manibus eorum* [30], hoc est, sermones, qui cupiditates animæ ac turbulentos motus abscindant, ac radicitus evellant. Sed quia Dominus Sabaoth Dominus dicitur exercituum; tunc exercitus ei tempore judicii famulantes, ipsum sunt exaltaturi, atque affecturi gloria, ob justum et verax judicium. Aliquid tale futurum esse opinamur, cum Dominus descendet in judicium **500** cum hominibus (*Ipse enim Dominus veniet in judicium cum populo* [31]), nempe Dominum solum exaltatum iri [32], nemine justificato coram ipso. Quis enim, cujus vita exigetur ad Conditoris nostri beneficentiam, et ad varias illas dispensationes quæ ad omne genus hominum generatim pertingunt, rependere poterit quod æquum sit, et bonis a se ex Domini dono acceptis dignum? Quamobrem sancti hærent ac dubitant, dicentes: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi* [33]?

B

169. Καὶ ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος δοξασθήσεται ἐν δικαιοσύνῃ. Ἀκολουθεῖ τῷ ὑψωθῆναι ἐν κρίματι τὸ δοξασθῆναι τὸν ἅγιον ἐν δικαιοσύνῃ. Οἱ τεθεωρηκότες αὐτὸν ὑψούμενον ἐν τοῖς (98) κρίμασιν, οὗτοι καταλαμβάνουσι τὴν δόξαν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. Καὶ βοσκηθήσονται οἱ διηρπασμένοι ὡς τάῦροι, καὶ τὰς ἐρήμους τῶν ἀπειλημμένων ἄρνες φάγονται. Ὁ γινόμενος αἰχμάλωτος λαὸς διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τὸν Κύριον, καὶ τῷ περὶ τὸ μέθυσμα ἡμαρτηκέναι, τρόπον βουκολίου βοσκηθήσεται. Οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοί εἰσιν οἱ διηρπασμένοι, κατὰ τὸν τοῦ αἰχμαλωτίζεσθαι αὐτοὺς καιρόν. Δῆλον δὲ, ὅτι ἐπειδὰν ἡττηθῶμεν ἐν τῷ πολέμῳ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων ἐνεργειῶν, αἰχμαλωτιζόμενοι ὑπ' αὐτῶν, ὥσπερ λάφυρα (99) μετὰ τὴν νίκην, διαρπαζόμεθα. Διαρπασθέντες δὲ, οὐκέτι τὰ τῶν λογικῶν ἴδια εἰς τροφὴν τὴν ἑαυτῶν παραλαμβάνομεν, ἀλλ' ὑπὸ ἀλόγων κινημάτων, ὡς ἔτυχε, φερόμενοι, τρόπον ταύρων ἐν τῇ ἐρημίᾳ τοῦ βίου τούτου διάξομεν. Διὰ τοῦτο δὲ οὐκ εἶπε, βοῶν, ἀλλὰ ταύρων, ὅτι αἱ μὲν βόες ἀλλήλαις συναγελάζονται, οἱ ταῦροι δὲ διὰ τὸ θυμοειδὲς ὀργίλως ἔχοντες πρὸς ἀλλήλους, διεσπασμένοι (1) ἀπ' ἀλλήλων νέμονται. Ἐπειδὴ δὲ μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν πολλὰ εἰκὸς ἐρημοῦσθαι, τῷ ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀπῆχθαι τοὺς οἰκήτορας, διὰ τοῦτό φησι· Καὶ τὰς ἐρήμους τῶν ἀπειλημμένων ἄρνες φάγονται. Οἱονεὶ γὰρ, κατὰ ἱστορίαν, ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας ἀπολῃφθέντες κατείχοντο οἱ ἀνάστατοι ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας κατὰ τὴν

169. *Et Deus sanctus glorificabitur in justitia.* Postquam exaltatus est in judicio, consequens est ut sanctus glorificetur in justitia. Qui eum sunt contemplati in judiciis exaltatum, ii gloriam justitiæ ejus comprehendunt. VERS. 17. *Et pascentur direpti tanquam tauri: et deserta eorum, qui capti sunt, agni comedent.* Populus in captivitatem adductus, eo quod Dominum non cognoverant, et inciderant in ebrietatis peccatum, ad modum armentorum pascentur. Hi autem ipsi fuere eo tempore direpti, cum facti sunt captivi. Planum est autem nos, ubi victi fuerimus in bello, ac superati ab adversariis potestatibus, atque ab ipsis in servitutem redacti, tunc post victoriam tanquam exuvias diripi. Cum autem fuerimus direpti, ea quæ rationalium sunt propria, non amplius in nostrum cibum assumimus, sed motibus, ut fors tulerit vesanis et belluinis abrepti, instar taurorum in vitæ hujus solitudine ætatem degemus. Atque eam ob causam non dixit boves, sed tauros, quod bobus inter se gregatim viventibus, tauri ob animum ad iracundiam pronum ira in se invicem excandescentes, disjuncti et a se invicem separati pascantur. Quoniam autem verisimile erat loca plurima post captivitatem desertum iri, cum ab hostibus abducendi essent incolæ, idcirco ait: *Et deserta eorum, qui capti sunt, agni comedent.* Nam, juxta historiam [34], in Babylone veluti inclusi detine-

C

D

[29] Psal. CXLIX, 6. [30] ibid. [31] Isa. III, 14. [32] Isa. II, 11. [33] Psal. CXV, 12. [34] II Paral. XXXVI, 20; IV Reg. XXV, 11.

(95) Editi, δίστομοί φησιν. Illud φησίν in quinque mss. non invenitur.

(96) Veteres quinque libri, κατενώπιον. Editi, ἐνώπιον.

(97) Editi, ἀντί. At mss. quinque, περί, nec aliter fuit editum apud LXX.

(98) Legitur in aliquibus mss., τοις. Editi, ἐν τοῖς. Illa, quæ non ita mullo post occurrunt, καὶ βοσκηθήσονται, etc., longe diversa sunt ab iis quæ et in Hebraico exemplari, et in Vulgata leguntur.

(99) Veteres duo libri, λάφυρον.

(1) Editi, διεσπαρμένοι. At quinque mss. ut in contextu.

bantur ii, qui ob expeditionem a Nabuchodonosore adversum ee susceptam a Judæa fuerant expulsi. Terram igitur ad eos qui capti et præ belli necessitate detenti fuerant, pertinentem, jam in ovium pabulum redactam, agni, inquit, depascent, quod nullas servet antiquæ habitationis reliquias, sed profundum tenerumque gramen ex hominum penuria enutriat. Fortasse autem hic sermo etiam sensu prophetico indicat, quod cum mandatorum divinorum violatores ex antiqua sua in locis sanctis habitatione ejecti sint et expulsi; nos, qui ob peccatum eorum ad salutem per divinam dispensationem vocati sumus, agni quidam ob recentem nostrum in fide ortum appellati, in eorum qui capti sunt locis pascamur, spiritali rationalique eloquiorum Dei alimento tanquam tenero quodam gramine perfruentes. Quin et Dominus nuper per fidem natos, agnos appellavit, cum Petro dixit: *Simon Bar Jona, diligis me? Pasce agnos meos* [35].

A τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἐπιστρατείαν γενόμενοι. Τὴν οὖν χώραν τὴν διαφέρουσαν τοῖς ἀπειλημμένοις καὶ κατεχομένοις ὑπὸ τῆς τοῦ πολέμου ἀνάγκης μηλόβοτον ὑπὸ πολλῆς ἐρημίας γενομένην ἄρνες, φησὶν, ἐπινεμήσονται, διὰ τὸ μηδὲν λείψανον παλαιᾶς οἰκήσεως φέρειν, ἀλλὰ βαθεῖαν καὶ ἀπαλὴν ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐρημίας τὴν πόαν ἐκτρέφειν. Τάχα δὲ καὶ προφητικῶς ὁ λόγος αἰνίσσεται, ὅτι τῶν παραβεβηκότων τὰ θεῖα προστάγματα ἐκβληθέντων τῆς παλαιᾶς αὐτῶν ἐν τοῖς ἁγίοις διαγωγῆς, ἡμεῖς οἱ τῷ παραπτώματι αὐτῶν πρὸς τὸ σωθῆναι οἰκονομηθέντες, ἄρνες τινὲς διὰ τὸ (2) εἰς τὴν πίστιν ἀρτιγενὲς ὀνομαζόμενοι τοῖς τῶν ἀπειλημμένων τόποις ἐπινεμόμεθα, τῆς πνευματικῆς καὶ λογικῆς τροφῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ, οἷόν τινος πόας ἀπαλῆς ἀπολαύοντες. Καὶ ὁ Κύριος δὲ τοὺς ἀρτιγενεῖς κατὰ τὴν πίστιν B ἄρνας προσηγόρευσεν, ἐν τῷ λέγειν Πέτρῳ· Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ, φιλεῖς με; Βόσκε τὰ ἀρνία μου.

170. Vers. 18, 19. *Væ his, qui trahunt peccata quasi funiculo longo, et quasi jugi corrigia vitulæ, iniquitates, qui dicunt: Cito appropinquent quæ faciet, ut videamus; et veniat consilium sancti Israel ut cognoscamus.* Nobis ipsis tum cum peccamus, **501** vincula conficimus et funiculos, quibus vinciamur: quippe juxta multitudinem vel magnitudinem peccatorum, vel majora vel minora animabus nostris lora nectimus, quibus, secundum Jeremiam [36], vincti sumus ac colligati. Quicunque igitur vincuntur carnis sensu, ii terrenis vinculis constringuntur; quibus manus eorum ac pedes cum ligali fuerunt, post justam judicis sententiam, ipsi C utpote damnati ejiciuntur in tenebras exteriores [37]. Ligantur quidem manus ob facta, pedes vero, ob incessum. Nam reipsa unusquisque stringitur peccatorum suorum catenis, ita ut membra singula quæ peccatum admiserint, proprio quodam et peculiari vinculo frenentur et astringantur. *Væ* igitur, inquit, *iis, qui trahunt peccata quasi funiculo longo*, hoc est, qui delicto priori secundas, tertias, et alias gradatim impietates, injustitias, lascivias connectunt. Nam oportebat eos qui prius in peccatis fuerant deprehensi, statim post primam vitiorum implicationem sua ipsorum peccata delere, nedum malis alia adjungerent connecterentque. Fieri quidem non potest ut non peccet humana natura: quandoquidem non est justus in terra, D qui faciat bonum, et a peccato abstineat [38]. Fieri tamen potest, ut de peccato per proclivitatem vel per insidiatoris nostri impulsum commisso, confestim mutata sententia agamus pœnitentiam, nec

170. Οὐαὶ οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας (3)· οἱ λέγοντες· Τὸ τάχος ἐγγισάτω ἃ ποιήσει, ἵνα ἴδωμεν· καὶ ἐλθέτω ἡ βουλὴ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, ἵνα γνῶμεν. Οἱ ἁμαρτάνοντες δεσμοὺς ἑαυτοῖς καὶ σχοινία οἷς δεδέμεθα κατασκευάζομεν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ πλήθους ἢ μεγέθους τῶν (4) ἁμαρτημάτων, ἢ μείζονα ἢ μικρότερα ἑαυτοῖς τῶν ψυχῶν τὰ δεσμὰ πλέκοντες, ὑφ' ὧν κατὰ τὸν Ἱερεμίαν δέσμιοι ἐγενόμεθα. Οἱ οὖν κεκρατημένοι ὑπὸ τοῦ φρονήματος τῆς σαρκὸς, οὗτοι γηΐνοις δεσμοῖς εἰσι κατειλημμένοι, ὑφ' ὧν, μετὰ τὴν δικαίαν τοῦ κριτοῦ ἀπόφασιν, δεθέντες χειρῶν καὶ ποδῶν, οἱ καταδικασθέντες ἐκβάλλονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· χειρῶν μὲν, διὰ τὸ πρακτικὸν, ποδῶν δὲ, διὰ τὸ πορευτικόν. Σειραῖς γὰρ, τῷ ὄντι, τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται, ὥστε ἕκαστον τῶν ἐνεργησάντων τὴν ἁμαρτίαν μελῶν ἰδίῳ τινὶ δεσμῷ κολαζόμενον κατασφίγγεσθαι. Οὐαὶ οὖν, φησὶν, οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ· τουτέστιν, οἱ συνείροντες τῷ προτέρῳ πταίσματι δεύτερα καὶ τρίτα (5), καὶ καθεξῆς, ἀσεβήματα, καὶ ἀδικήματα, καὶ ἀκολαστήματα. Ἔδει γὰρ τοὺς προληφθέντας ἐν ταῖς ἁμαρτίαις, ἀντὶ τοῦ σωρεύειν καὶ ἐπισυνάπτειν τοῖς κακοῖς ἕτερα, εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης τῶν κακῶν πλοκῆς καταλύειν τὰ ἁμαρτήματα. Μὴ ἁμαρτεῖν μὲν γὰρ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἀμήχανον· διότι οὐκ ἔστι δίκαιος ἐπὶ τῆς γῆς, ὃς (5*) ποιήσει ἀγαθὸν, καὶ οὐχ ἁμαρτήσεται. Δυνατὸν δὲ, ἀπὸ τοῦ ἁμαρτεῖν κατὰ προπέτειαν ἢ συναρπαγὴν τοῦ ἐπιβουλεύοντος ἡμῖν, εὐθὺς μεταβαλλομένους μετανοεῖν, καὶ μὴ ἐπισωρεύειν κακὰ κακοῖς. Ὥσερ γὰρ

[35] Joan. xxi, 15. [36] Thren. iii, 34 [37] Matth. xxii. 13. [38] Psal. xiii, 3.

(2) Uterque Colb., διὰ τὸ μηδέ.

(3) Sic libri veteres. Editi vero, ἁμαρτίας αὐτῶν ὡς... δαμάλεως τὰς ἁμαρτιας.

(4) Editi, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τὸ τῆς πτώσεως τοῦ πλήθους. Uterque Colb., κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως ἢ μεγέθους τῶν, etc. Reg. secundus brevius quidem, sed satis apte, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πτώσεως ἢ μείζονα, *pro ratione casus*, etc. Denique vetus Combefisii codex et Reg. quartus ita, ut in contextu videre licet.

(5) Veteres quinque libri, τρίτα. Editi, τρία.

(5*) Ὃς. Editi, ὡς EDIT.

οἱ τὰς σχοίνους πλέκοντες, δαπανᾶσθαι λοιπὸν μέλ- A
λοντος τοῦ συγκλωθομένου, ἕτερον παρεμβάλλουσι,
μηκύνοντες αὐτὸ (6) καὶ παραύξοντες· οὕτω καὶ οἱ
τοῖς κακοῖς ἐμβαθύνοντες, πρὶν τὴν προτέραν ἁμαρ-
τίαν συντελεσθῆναι, δευτέρας ἄρχονται, κἀκείνῃ πά-
λιν ἐπισυνάπτουσιν ἑτέραν. Καὶ οὕτως ὅλος αὐτοῖς
ὁ βίος (7) δι' ἁμαρτιῶν προϊών, πλεκομένῳ τινὶ
ἔοικε σχοινίῳ μακρῷ· καὶ τὸ προλαβὸν συνδεδεμένον
ἔχων, καὶ τὸ ἀεὶ παρὸν εἰς τὴν τοῦ προάγοντος ὁμοιό-
τητα συναπτόμενον. Διὰ τοῦτο, Οὐαί, φησὶν, οἱ
ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ.
Νοήσωμεν καὶ ἀπὸ παραδείγματος τὸ λεγόμενον.
Ἔστω τις περὶ τὴν ἁμαρτίαν τῆς ἀκολασίας ἐπτερω-
μένος. Σκόπει, διὰ πόσων ἑαυτῷ τῶν ἐν τῷ μέσῳ
τὴν ἁμαρτίαν ἐπισπᾶται τῆς ἀσελγείας· πρῶτον μὲν
τὸ σῶμα ἑαυτοῦ τοιῶσδε σχηματίζων, περικειρόμε- B
νος μὲν τοιῶσδε τὰς τρίχας, περιβαλλόμενος δὲ τὴν
ἐσθῆτα τοιῶσδε, καὶ ταύτην οὐ τὴν τυχοῦσαν, ἀλλὰ
πρὸς καλλωπισμὸν ἐπιτετηδευμένην, μέχρι ζώνης,
μέχρι ὑποδημάτων τὸ περίεργον τῆς περὶ αὐτὸν φι-
λοκαλίας ἐπιδεικνύμενος· εἶτα χρήματα συμπορίζων,
ὥστε δι' αὐτῶν ἐξωνήσασθαι τὴν ὥραν τῆς ἐρωμένης·
εἶτα προμνηστρίας ἑαυτῷ (8) προαγωγοὺς περινοῶν,
ῥήματα ἐπιτηδεύων φθοροποιὰ, συντυχιῶν ἀφορμὰς
ἑαυτῷ κατασκευάζων, πότους (9) καὶ συμπόσια, ὁμι-
λίας μακράς. Διὰ τοσούτων, ὅσων τῶν ἐν τῷ μέσῳ,
τὸ κακὸν τῆς πορνείας προσάγων ἑαυτῷ· οὗτός ἐστιν
ὁ ἐπισπώμενος τὴν ἁμαρτίαν ὡς σχοινίῳ μακρῷ·
καὶ πᾶσα, ἁπαξαπλῶς εἰπεῖν, ἡ κατὰ τοῦ (10) πλη-
σίον κακία, μὴ ἐκ τοῦ περιτυχόντος ἐπιτελουμένη,
ἀλλὰ ἐκ βουλῆς καὶ ἐνίδρας διὰ μακρῶν κατασκευῶν
συντελουμένη, σχοινίον ἐστὶ μακρὸν, δι' οὗ καὶ πόῤῥω C
κειμένας ἐπισύρονται ἑαυτοῖς τὰς ἁμαρτίας οἱ ἄν-
θρωποι. Οὕτω δὲ μακρὰ ὄντα τὰ σχοινία ταῦτα,
δυσδιάλυτά εἰσι, διὰ τὸ ἐν κακίαις εὔτονον τῶν ἁμαρ-
τανόντων, καὶ σφοδρῶς ἑαυτοῖς καὶ πυκνῶς ἐπιπλε-
κόντων τὰ ἁμαρτήματα.

mala malis cumulemus. Quemadmodum enim qui funes nectunt, cum futurum est ut materia quæ netur deficiat, aliam attexunt, eam longiorem effecturi : ita etiam quicunque immerguntur in malorum profundo, priusquam peccato priori impositus finis sit, adoriuntur secundum, eique iterum aliud connectunt. Atque hoc pacto tota ipsorum vita per peccata progrediens, ad tortum quemdam et longum funiculum similitudine accedit : quippe et quod præteritum est, utpote colligatum et connexum, retinet, et quod semper præsens est, instar præcedentis annectitur. Quamobrem ait, *Væ his, qui trahunt peccata quasi funiculo longo.* Mutuemur hujus sententiæ intelligentiam etiam ab exemplo. Sit unus aliquis ad incontinentiæ peccatum propensus. Observa jam per quot media ad se pertrahat impuritatis peccatum. Primo quidem certo modo corpus suum componit ; peculiari ratione circumtondentur ipsius crines ; speciali quadam veste amicitur, eaque non vulgari, sed ad ornamentum elegantiamque concinnata ; imo vel in ipsa zona calceamentisque immodicum elegantiæ ac formæ studium ostendit. Deinde suppeditat pecunias, quibus emat amicæ pulchritudinem. Denique animum intendit ad lenas sibi conciliandas : adornat verba quæ ad corruptelam inducant : **502** congrediendi sibi parat occasiones, compotationes, convivia, prolixas confabulationes. Qui per tot modos intermedios stuprisibi malum adscíscit, hic est qui attrahit peccatum quasi funiculo longo : atque, ut uno verbo dicam, omnis malitia haud fortuito adversus proximum admissa, sed consulto et insidiose per longas molitiones consummata, funiculus longus est, quo peccata licet longe dissita ad se pertrahunt homines. Atque hoc pacto longi illi funiculi sunt solutu difficillimi, ob peccantium in mala impetum, et ob vehementem crebramque peccatorum suorum implicationem.

171. Διὰ τοῦτό φησι· Καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμά-
λεως. Οἱ γὰρ ζυγόδεσμοι οὐδὲ ὑπὸ τῶν ἰσχυροτάτων
ζευγῶν καὶ βιαίως ἐπισπωμένων τὰ βάρη εὐκόλως
διαῤῥήγνυνται. Ἐπέτεινε δὲ τὴν ἰσχὺν ὁ λόγος, τὸν
ἱμάντα τοῦ ζυγοῦ ἐκ δαμάλεως εἶναι λέγων· τουτ-
έστιν, ἀπὸ ἰσχυροτάτου ζώου, οὔτε διὰ πόνων οὔτε
διὰ χρόνων ἠσθενηκότος. Οὐαὶ οὖν οἱ καὶ μακράς τι-
νας κατασκευὰς πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν ἐπιτηδεύοντες, D

171. Eam ob rem dicit : *Et quasi jugi corrigia vitulæ.* Lora enim, quibus jugum alligatur ad temonem, ne a fortissimis quidem boum paribus, vel magna vi onera trahentibus, facile disrumpuntur. Robur autem et vim intendit Scriptura, cum jugi corrigiam affirmat e vitula fieri, hoc est, ex animali fortissimo, necdum laboribus aut ætate debilitato. Væ igitur qui prolixos quosdam appa-

(6) Unus Combef. et alii quatuor, αὐτό. Alter Combefisii codex cum editi, αὐτῷ.

(7) Editi, ὁ αὐτοῖς βίος. Veteres aliquot libri, αὐτοῖς ὁ βίος. Statim editi et Reg. secundus, καὶ τὸ προλαβών. Alii quinque mss., προλαβόν. Subinde editi, καὶ τὸ ἀεὶ παρών. At nostri sex mss., παρόν.

(8) Ita mss. nostri omnes. Editi, ἑαυτοῦ.

(9) Ea qua utimur editio et nostri sex mss. πότοι· quod cum vitiosum esse animadverterent typographi, proprio Marte in posteriori editione Parisiensi pro πότοι edidere πότους. Hos sequi non dubitavimus, tum quod sensus ita exigere videatur, tum quod hæc lectio in Colbert. secundo manu satis antiqua addita sit. Haud longe mss. nostri, προσάγων ἑαυτῷ. Editi, ἑαυτοῦ. Subinde mss., τὴν ἁμαρτίαν. Editi, τὰς ἁμαρτίας.

(10) Rursus proprio quidem Marte, sed recte tamen et accurate hunc locum emendarunt typographi. Nam ubi eorum cura integre et incorrupte in editis legitur, κατὰ τοῦ, in iis codicibus quibus usi sunt, corrupte scriptum reperitur κατὰ τόν. Hoc idem vitium inest similiter in Commentario Procopii, ubi pag. 81 sic legitur : καὶ ἅπερ δὲ κατὰ τὸν πλησίον. Velim et hæc macula quoque, si unquam opus Procopii rursus in lucem prodeat, inde a typographis tollatur.

ratus diligenter adhibent ad peccandum,et maxime si eos constanter fortiterque perficiunt. Attamen fieri potest, ut is, qui peccato vinctus est, sequatur Christum, *iis qui in vinculis sunt, dicentem: Exite,et iis qui in tenebris,ut revelentur* [39].Vincti autem e carcere exeuntes,atque ex tenebris ad lucem veram oculos per pœnitentiam attollentes,sequuntur Christum, confitentes quidem, sed manicis compediti, donec per bona opera transmutati,fiant digni qui ab ipso iis qui prius inenodabilia putabantur vinculis solvantur.Ili autem,peccatis attractis, divinoque judicio contempto, plerumque verbis suis accelerant minas, quasi nihil sint sibi nociturœ, ac dicunt: *Cito appropinquent quæ faciet, ut videamus; et veniat consilium sancti Israel, ut cognoscamus.* Atqui funiculus ille longus est, qui peccatum longe remotum attrahit. Liquet enim talia dici ab iis, qui venturo sæculo non habent fidem, sed aspernantur comminationes. Quisquis enim Christi reformidat tribunal, ac juventutis peccata revocat in memoriam, fastidiose judicium urgere non audebit. Contra, precatur utique sibi terminum longiorem ac remotiorem, quo diuturniori tempore suam ipsius animam a peccatorum sordibus expurgare possit. Porro Achitophel [40] et Judas [41,42] stultæ et inconsultæ ad futura festinationis evidens exemplum præbuere, qui quod mala præsentia futuris atrociora, et opprobria hominum cruciatu gehennæ intolerabiliora esse arbitrarentur, laqueo, quam morte sponte naturæ provenienti, vitam finire maluerunt. Etenim, si venturo sæculo adjunxissent fidem, minime sibi mortem suspendio conscivissent: imo etiam licet vitæ molestiis afficerentur; si tamen supplicia futura judicassent **503** præsentibus esse formidabiliora,vitam hanc tolerare non dubitassent. Ejusmodi erat Job, cum diceret: Utinam meipsum possem manu conficere, aut certe deprecatus alterum, et faciet mihi hoc. Nam et his verbis ostendebat gravitatem plagæ atque acerbitatem, et adversus eas ipsas quas sibi struebat insidias cavebat sibi. Etenim qui se ipsi per vim de medio tollunt, damnantur homicidii. Quia vero etiam apud Paulum invenimus dici a quibusdam: *Faciamus mala, ut veniant bona* [43], existimamus hanc etiam agendi rationem funem esse peccatum grave inducentem. Aiunt enim ejusmodi quoque sententiam animos Judæorum subiisse, ex multa morum perversitate: quippe

καὶ ταύτας εὐτόνως καὶ ἰσχυρῶς. Δυνατὸν μέντοι, γενόμενον δέσμιον ἁμαρτίας, ἀκολουθῆσαι Χριστῷ, τῷ ἐροῦντι τοῖς ἐν δεσμοῖς· Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀποκαλυφθῆναι (11). Ἐξελθόντες δὲ ἀπὸ φυλακῆς οἱ δέσμιοι, καὶ ἀπὸ τοῦ σκότους τῷ ἀληθινῷ φωτὶ διὰ τῆς μετανοίας ἐμβλέψαντες, ἕπονται Χριστῷ ἐξομολογούμενοι, δεδεμένοι ἐν χειροπέδαις, ἕως ἂν ἐκ τῆς τῶν ἀγαθῶν μεταβολῆς ἄξιοι γένωνται τοῦ λυθῆναι ὑπ' αὐτοῦ τῶν ἀφύκτων τέως νομιζομένων εἶναι δεσμῶν. Οὗτοι δὲ, οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας, καὶ καταφρονοῦντες τῆς θείας κρίσεως, ἐπείγουσι πολλάκις τῷ λόγῳ τὰ ἀπειλούμενα, ὡς μηδὲν (12) πεισόμενοι παρ' αὐτῶν, καὶ λέγουσι· Τὸ τάχος ἐγγισάτω ἃ ποιήσει, ἵνα ἴδωμεν· καὶ ἐλθέτω ἡ βουλὴ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, ἵνα γνῶμεν. Ἀλλὰ τοῦτο σχοινίον μακρὸν, τὴν πόρρω κειμένην ἁμαρτίαν ἐπισυρόμενον. Δῆλον γὰρ, ὅτι ἀπιστοῦντες περὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ καταφρονοῦντες τῶν ἀπειλουμένων, τοιαῦτα λέγουσιν. Οὐ γὰρ ὁ φοβούμενος τὸ τοῦ Χριστοῦ δικαστήριον, καὶ ἀναλαμβάνων τῇ μνήμῃ τὰ ἐκ νεότητος ἡμαρτημένα (13), τολμήσει καταφρονητικῶς ἐπισπεύδειν τὴν κρίσιν. Τὸ ἐναντίον μὲν οὖν, καὶ προθεσμίας ἑαυτῷ μακροτέρας ἐπιζητεῖ, πρὸς τὸ (14) ἐν πλείονι χρόνῳ δυνηθῆναι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀπὸ τοῦ ῥύπου τῶν ἁμαρτιῶν ἀποσμῆξαι. Τοῦ δὲ (15) ἀλόγως ἐπείγεσθαι πρὸς τὰ μέλλοντα, ἀπόδειξις Ἀχιτόφελ καὶ Ἰούδας· οἳ διὰ τὸ βαρύτερα κρίνειν τὰ παρόντα τῶν μετὰ ταῦτα, καὶ τὸν ἐν ἀνθρώποις ὀνειδισμὸν τῆς ἐν γεέννῃ κολάσεως, τὸν δι' ἀγχόνης θάνατον τοῦ αὐτομάτου προετίμησαν. Οὐκ ἂν γὰρ πιστεύοντες περὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀπηχονισαντο, ἀλλ' εἰ καὶ δυσηρεστοῦντο τῷ βίῳ, προσετίθεσαν ἂν τοῖς ἐνταῦθα, φοβερώτερα κρίνοντες τῶν παρόντων τὰ μέλλοντα. Ὁποῖος ἦν ὁ Ἰὼβ, λέγων· Ὄφελον δυναίμην (16) ἐμαυτὸν χειρώσασθαι, ἢ δεηθείς γε ἑτέρου καὶ ποιήσει μοι τοῦτο. Ἐκ τῶν τοιούτων γὰρ καὶ τὸ τῆς πληγῆς ἐώσφαρον ἐνεδείκνυτο, καὶ τὸ περὶ τὴν ἑαυτοῦ ἐπιβουλὴν εὐλαβὲς διεσάζετο. Τοῖς γὰρ βιαίως ἑαυτοὺς ὑπεξάγουσι, κατάκρισις ἀνδροφονίας ἐπίκειται. Ἐπεὶ δὲ καὶ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ εὑρήκαμεν ὡς λεγόμενον ὑπό τινων τό, Ποιήσωμεν τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθὰ, ἡγούμεθα κἀκείνην τὴν ἐπιτήδευσιν σχοινίον εἶναι ἁμαρτίας μεγάλης ἑπακτικόν. Λέγεται γὰρ γεγονέναι ἐκ τῆς πολλῆς διαστροφῆς καὶ τοιαύτη τις γνώμη παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι ἐπειδὴ ἡ φθορὰ προσδοκᾶται τῷ πλήθει τῆς ἁμαρτίας γενήσεσθαι, φέρε ποιήσωμεν τὰ κακὰ, καὶ τὸ ἔσχατον μέτρον τῆς ἀδικίας πληρώσωμεν, ὥστε ἐπελθεῖν

[39] Isa. XLIX, 9. [40] II Reg. XVII, 23. [41]. [42] Matth. XXVII, 5. [43] Rom. III, 8.

(11) Editi et tres mss., ἀποκαλυφθῆναι. Uterque Colb., ἀποκαλύφθητε. Reg. secundus, ἀνακαλύφθητε.

(12) Editio nostra, ὡς μηδέ. Veteres aliquot libri, ὡς μηδέν.

(13) Editi, τὰ νεότητος ἡμαρτημένα. At mss. nonnulli, τὰ ἐκ νεότητος ἡμαρτημένα. Alii quidam, τὰ ἐκ νεότητος ἡμαρτημένα.

(14) Antiqui duo libri, πρὸς τό. Editi, πρὸς τῷ

(15) Ita mss. omnes. Editi vero, Τὸ δέ.

(16) Editi, ἐδυνάμην. At nostri sex mss., δυναίμην. Hunc Jobi locum invenire non potui. Fortasse in mentem cuipiam venire poterit, verba quidem Jobi non esse, sed periphrasim quamdam, qua interpres significare voluerit, Jobum mortem et tumulum sibi cupidius precatum esse.

τὴν ἀλλαγὴν (17) τῶν παρόντων, καὶ ἐν τῇ βελτίονι A pe cum præ peccatorum multitudine interitus
καταστάσει γενέσθαι τὰ σύμπαντα. exspectaretur et exitium, dicebant: Agedum, fa-
ciamus mala, et extram iniquitatis adimpleamus mensuram: ita ut veniat rerum præsentium immu-
tatio, et universa in meliori statu constituantur.

172. Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρόν· οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος· οἱ τιθέντες τὸ γλυκὺ πικρὸν, καὶ τὸ πικρὸν γλυκύ. Τελείου δέ ἐστι τοῦ διὰ τὴν ἕξιν γεγυμνασμένα ἔχοντος τὰ αἰσθητήρια, διακρίνειν δύνασθαι τὴν τοῦ καλοῦ φύσιν ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· καὶ δοκίμου τραπεζίτου, τὸ καλὸν κατέχειν, ἀπὸ δὲ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθαι· διεφθαρμένον δὲ ἔχοντος τῆς ψυχῆς τὸ κριτήριον, ἐνηλλαγμένας τὰς μαρτυρίας περὶ τῆς ἑκάστου ἀξίας ἀποδιδόναι. Καὶ ἔοικε πολλή τις εὐχέρεια εἶναι τῇ ἀνθρωπείᾳ (18) φύσει πρὸς τὸ τὰ B ἐναντία δοξάζειν τῇ περὶ ἕκαστον ἀληθείᾳ. Καὶ εἴθε ἐπὶ μόνους τοὺς ἔξω τῆς κατὰ τὰς Γραφὰς πίστεως ἔφθανεν ἡ διαφωνία αὕτη· οἱ ἰσοπαλεῖς λέγοντες εἶναι τοὺς περὶ ἑκάστου πράγματος λόγους, καὶ πᾶσαν ἐνάργειαν (19), τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, εἰς ἀμφιβολίαν ἄγουσι· μέλανα εἶναι τὸν ἄργυπον, ἐκ τοῦ ἰοῦ ὄν ἀφίησι, καὶ μέλανα εἶναι τὸν ἥλιον, ἐκ τοῦ (20) μελαίνειν τὰ σώματα οἷς ἂν ἐπὶ πλέον προσομιλήσῃ, λέγοντες· καὶ ἐκ τῶν τοιούτων τὸ τῆς ἐποχῆς κατασκευάζουσι δόγμα, ὡς τῆς αἰσθήσεως παραλογισμοὺς ἐχούσης, καὶ οὐχ οἷά ἐστι τῇ φύσει καταλαμβανούσης τὰ πράγματα, ἀλλ' ὑπὸ μὲν ζωγραφίας ἀπατωμένων τῶν ὀφθαλμῶν· ἐπὶ δὲ τοῦ τραχήλου τῆς περιστερᾶς ἄλλοτε ἄλλας χρόας μεταλαμβανόντων πρὸς τὰς ἐκκλίσεις (21) τοῦ ζώου, καὶ τὰς πρὸς C τὴν ἀκτῖνα σχέσεις, συμμεταβαλλομένης τῆς ὄψεως. Διὰ τοῦτο ἐπιστήσαντες τῇ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν καταλήψει, οὔτε τῇ ἡμέρᾳ συντίθενται, οὔτε τὴν νύκτα ὁμολογοῦσιν, ἐκ δὲ τοῦ ἀκολούθου καὶ εἰς ἀθεότητα ἐκπίπτουσι (22), μήτε εἰ προνοίᾳ Θεοῦ διοικεῖται τὸ πᾶν, μήτε εἰ αὐτομάτως φέρεται συντιθέμενα. Ἴδοις δὲ ἂν πολλοὺς καὶ τῶν πεπιστευκότων τοῖς νομικοῖς καὶ προφητικοῖς γράμμασι, τῇ περὶ ἕκαστον ἐνστάσει μετὰ πιθανύτητος ἀπομαχομένους πρὸς τὴν ἐνάργειαν (23), ὥστε σαθροῦσθαι καὶ διασκλεύεσθαι τὸ ἐν τοῖς δόγμασιν ἀληθές. Ἀλλὰ πιστεύειν μὲν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ὁμολογοῦσί τινες, εὑρίσκονται δὲ

172. Vers. 20. *Væ qui dicitis malum bonum, et bonum malum: qui ponitis tenebras lucem, et lucem tenebras: qui ponitis dulce amarum, et amarum dulce.* Est autem perfecti viri, cujus sunt sensus per habitum exercitati, naturam boni a malo distinguere posse [44]; itemque solertis mensarii, quod bonum est, retinere, atque ab omni mali specie abstinere [45]: sed qui corruptam habet judicandi facultatem, ejus est de uniuscujusque meritis instabilia testimonia proferre. Atque magna quædam facilitas humanæ naturæ inesse videtur adversantia uniuscujusque rei veritati comminiscendi. Et utinam ad eos solos qui a Scripturarum fide sunt extranei, pervenisset isthæc discrepantia. Qui dum dicunt sermones de re qualibet habitos ejusdem ponderis esse ac momenti, omnem, quantum in ipsis est, evidentiam in ancipiti collocant. Aiunt videlicet argentum esse nigrum propter rubiginem, qua perfunditur, ipsumque solem nigrum esse, quod ea corpora quibus diutius immoratur, nigrescant. Atque ex hujusmodi rationibus suum de assensionis retentione dogma struunt, tanquam fallatur sensus, nec res quales natura exsistunt, apprehendat. Sed ut per picturam decipiuntur oculi; ita in columbæ collo alios et alios colores recipiunt, prout varie flectitur animal, exque radii ac lucis objectu conspectus mutatur. Quapropter cum animum intendunt ad eam quæ per oculos fit perceptionem, neque diem esse statuunt, neque confitentur noctem, atque exinde prolabuntur in impietatem: neque convenit inter illos utrum Dei providentia gubernentur omnia, an temere et fortuito ferantur. Quin et videas plurimos etiam ex iis, qui legalibus et propheticis **504** Scripturis credidere, animo quodam in rebus singulis propugnandis obstinate cum verisimilitudine perspicuitati ac evidentiæ reluctari, sic ut dogmatum labascat veritas et concutiatur. Imo nonnulli credere se quidem confiten-

[44] Hebr. v, 14. [45] I Thess. v, 22.

(17) Editi et Reg. primus, τὴν διαλλαγήν. At quinque ms., τὴν ἀλλαγήν. Statim tres mss., γενέσθαι τὰ συμπτώματα. Ibidem in editis legitur, Καὶ οἱ. Sed pro illo. Καὶ οἱ, in nostris sex codicibus scriptum invenimus. Οὐαὶ οἱ. D

(18) Editi et Reg. tertius, ἀνθρωπίνῃ. Alii quinque mss., ἀνθρωπείᾳ.

(19) Editi nostri sex mss., ἐνέργειαν, nec aliter legit interpres, cum vertat, *omnemque vim operatoriam*. Neque tamen magnus ille librorum omnium consensus facit, ut ita legi oportere putem. Imo mihi persuasissimum est mendum esse librariorum, qui, cum scribendum esset, ἐνάργειαν, incaute scripserint, ἐνέργειαν. Atque ea de re eo minus dubitari posse arbitror, quod non raro accidat, ut in duabus his vocibus exscribendis offendant librarii, et aliam alia commutent. Ejus rei cum multa sint exempla, unum duntaxat proferre libet, quod sese quasi αὐτομάτως offerre videtur Nam non ita multo post, ubi et in editis et in tribus mss. legitur, ἀπομαχομένους πρὸς τὴν ἐνέργειαν, non dubium est quin ex aliis tribus mss. legendum sit, ἀπομαχομένους πρὸς ἐνάργειαν, *pugnantes adversus evidentiam*. Sed quid plura? cum hic legi debere, πάσαν ἐνάργειαν, nemo negaturus sit, nisi qui et ipse πρὸς τὴν ἐνάργειαν ἀπομάχεσθαι voluerit.

(20) Sic antiqui aliquot libri. Nostra editio, ἐκ τῶν.

(21) Editi, ἐπικλίσεις. At quinque mss., ἐκκλίσεις. Reg. primus, ἐκκλησίας, pessime.

(22) Ita mss. omnes. Editi, ἐμπίπτουσι. Mox Reg. secundus et Colb. primus, Θεοῦ διοικεῖ.

(23) Editi et tres mss., πρὸς τὴν ἐνέργειαν, *adversus vim agendi*, pessime. At uterque Colb. et Reg. secundus, πρὸς τὴν ἐνάργειαν, *adversus evidentiam*, optime. Legas velim quæ paulo ante de simili mendo diximus.

tur in Jesum Christum, nec tamen inveniuntur *Perfecti in eodem sensu, aut in eadem sententia* [46], sed in discordias maxime inter se repugnantes dividuntur. Alii quidem ob simplicitatem, alii vero nec pauci ob principatus studium ac inanem gloriam, vulgo ostendere volunt quam sint sapientes, quamque cognitione cæteris præstent. Quapropter referta sunt omnia hominibus dissidentibus inter se dogmataque pugnantia tradentibus: quippe suo quisque dogmati tuendo præfracte insistit, atque alterius placita evertere et confutare accerrima contentione conatur. Utinam autem ii qui doctrinam apostolicam observasse, atque ab apostolis per traditionem accepisse se Evangelii prædicationem gloriantur, ostenderent per suam circa dogmata concordiam se unius Ecclesiæ Christi partes esse.

173. Nec vero ad scientiam solum et ad doctrinam, sed ad opera etiam extendit se isthæc perturbatio: siquidem *Sunt viæ viri quæ videntur esse rectæ*: *novissima tamen earum spectant in fundum inferni* [47]; et, *Est justus qui perit in justitia sua, et impius qui manet in malitia sua* [48]. Etenim, si quid contemplatu difficile est, ad id genus pertinet vera justitia. Ideo et Salomon isthæc tanquam inter se paria ac æqualia simul enumerat, his verbis: *Animadvertas et parabolam et obscurum sermonem, dictaque sapientium, et ænigmata* [49]: *intelligas justitiam veram, et judicium dirigas* [50]. Multi igitur raptim et festinanter pronuntiant judicia mutationi obnoxia; quippe qui antequam res pateant per idoneam ratiocinationem multamque investigationem, temere ac nimis properato, dogmati cuilibet assentiantur. Potest autem nativa dialectices vis ac facultas, ut opinio est, hæc præstare, nimirum distincte rerum naturas dividere: manifesta ac plana facere quæ ejusdem sunt generis: discernere quæ sunt contraria. Quamobrem qui sibi erat conscius se divina hac dialectica præditum esse, aiebat: *Jucundum sit tibi eloquium meum* [51]. Qui enim rixas et jurgia excitant atque animo contentioso aggrediuntur negotia, eorum dialectice jucunda non est, sed exasperat. Cum autem sint trium conjugationes, lucis et tenebrarum, boni et mali, amari et dulcis, hæcne unum sunt subjecto, an a se invicem genere differunt? Nam ex intelligentia simpliciore compertum est et exploratum, referri malum ad morum **505** pravitatem. Bonum autem, ut definitur, est id quod commendandum est et lau-

A μὴ Κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοι, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ, ἀλλ' εἰς τὰς ἐναντιωτάτας διαφωνίας ἀποσχιζόμενοι· οἱ μὲν διὰ ἰδιωτισμὸν, οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ οἱ διὰ φιλαρχίαν (24) καὶ κενοδοξίαν, ἐνεπιδείκνυσθαι θέλοντες τοῖς πολλοῖς ὡς ἄρα εἶεν σοφοὶ, καὶ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους τὴν γνῶσιν ἔχουσι (25). Διὰ τοῦτο πάντα μαχομένων ἀλλήλοις καὶ ἀντιδογματιζόντων πεπλήρωται· ἑκάστου φιλονείκως τῷ ἰδίῳ δόγματι παρισταμένου, καὶ μετὰ διατάσεως σφοδροτάτης τὰ τοῦ ἑτέρου ἀνατρέπειν καὶ διελέγχειν βιαζομένου. Ὄφελον δ' οἱ αὐχοῦντες (26) τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν τετηρηκέναι, καὶ κατὰ διαδοχὴν ἀπ' ἐκείνων τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου παρειληφέναι, διὰ τῆς περὶ τῶν δογμάτων ὁμοφωνίας ἐδείκνυον, ὅτι μιᾶς εἰσι μέρη (27) τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας.

B 173. Οὐκ ἐπὶ τὴν γνῶσιν δὲ μόνον φθάνει αὕτη ἡ ταραχὴ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὰς πράξεις· εἴπερ εἰσὶν ὁδοὶ ἀνδρὸς δοκοῦσαι ὀρθαὶ εἶναι, τὰ δὲ τελευταῖα αὐτῶν (28) βλέπει εἰς πυθμένα ᾅδου· καὶ, Ἔστι δίκαιος ἀπολλύμενος ἐν δικαίῳ αὐτοῦ, καὶ ἀσεβὴς μένων ἐν κακίᾳ αὐτοῦ. Εἰ γάρ τί ἐστι δυσθεώρητον, τούτου τοῦ γένους ἂν εἴη καὶ ἡ ἀληθὴς δικαιοσύνη. Διὸ καὶ ὁ Σολομὼν ὡς ὁμότιμα ταῦτα ἀλλήλοις συναριθμεῖ, λέγων· Νοῆσαί τε παραβολὰς καὶ σκοτεινὸν λόγον, ῥήσεις τε σοφῶν καὶ αἰνίγματα· νοῆσαι δικαιοσύνην ἀληθῆ καὶ κρῖμα κατευθύνειν. Πολλοὶ οὖν κατὰ συναρπαγὴν παρηλλαγμένας τὰς κρίσεις ἐκφέρουσι. πρὸ καταλήψεως τῆς ἐξ ἱκανοῦ λόγου καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐρευνηθέντος ἐγγινομένης (29), ἀδασανίστως κατὰ προπέτειαν τὰς περὶ C ἑκάστου δόγματος ῥιπτοῦντες συγκαταθέσεις. Ἡ δὲ τῆς διαλεκτικῆς φύσις μάλιστα πεπίστευται ταῦτα παρέχειν δύνασθαι· διαιρεῖν εὐκρινῶς τὰς τῶν πραγμάτων φύσεις, καὶ τὰ ὁμογενῆ γνωρίζειν, καὶ τὰ ἐναντία διακρίνειν. Διόπερ συνειδὼς (30) ἑαυτῷ τὴν θείαν διαλεκτικὴν ἔχοντι, ἔλεγε τὸ, Ἡδυνθείη σοι ἡ διαλογή μου. Ἡ γὰρ τῶν ἐριστικῶν καὶ φιλονείκως ἐπιβαινόντων τοῖς πράγμασι διαλεκτικὴ οὐχ ἡδεῖα, ἀλλὰ παραπικραίνουσά τίς ἐστι. Τριῶν δὲ συζυγιῶν οὐσῶν, φωτὸς καὶ σκότους, κακοῦ καὶ πονηροῦ, πικροῦ καὶ γλυκέος, πότερον ἓν ἐστι τῷ ὑποκειμένῳ ταῦτα, ἢ κατὰ γένος ἀλλήλων ἀποδιέστηκεν (31); Ὡς μὲν οὖν πρὸς τὸ ἁπλούστερον σαφὲς, ὅτι τὸ πονηρὸν ἐπὶ τῆς τῶν ἠθῶν μοχθηρίας τέτακται· καλὸν δὲ ὁρίζονται ἀγαθὸν ἐπαινετόν. Πάλιν, σκότος D μὲν, ἀὴρ ἐστερημένος φωτός· φῶς δὲ, οὐσία (32) διαλυτικὴ σπότους. Πάλιν, γλυκὺ μέν ἐστι λειότης

[46] I Cor. I, 10. [47] Prov. XVI, 25. [48] Eccle. VII, 16. [49] Prov. I, 6. [50] ibid. 3, [51] Psal. CIII, 34.

(24) Recentior Combefisii codex, διὰ φιλαργυρίαν, et ita legisse putandus est Tilmannus, qui verterit, *per aviditatem cumulandæ pecuniæ*. Editi tamen et alii quinque mss., διὰ φιλαρχίαν, *ob principatus studium*, rectius. Haud longe quinque mss., ἐνεπιδείκνυσθαι. Editi et Reg. quartus, ἐπιδείκνυσθαι.

(25) Antiqui sex libri, γνῶσιν ἔχουσι. Vox ἔχουσι. operarum diligentiæ intercederat. Malim tamen ἔχωσι, quam ἔχουσι.

(26) Sic mss. nostri omnes. Editi, οἱ καυχοῦντες·

(27) Vox μέλη hoc loco magis arrideret; sed cum in editis et in nostris sex mss. legatur μέρη, quidquam mutare nefas duximus.

(28) Editi, αὐτῆς, male. At mss. nonnulli, αὐτῶν.

(29) Veteres aliquot libri, ἐγγενομένης.

(30) Editi, ὁ συνειδώς. At in nostris sex mss. articulus desideratur.

(31) Ita mss. omnes. Editi, διέστηκεν.

(32) Procopius ut alia permulta, ita illa, φῶς δὲ οὐσία, etc., ab auctore nostro mutuatus est. Sed nescio quomodo contigit, ut mirifice fœdata sint verba

χυμοῦ ἢ χυλοῦ τὴν γευστικὴν ἡδύνουσα αἴσθησιν· πικρὸν δὲ ἐστι γευστὸν ἐκτραχύνον τὴν γεῦσιν. Κατὰ μὲν οὖν τὴν ἁπλουστέραν νόησιν, τοσοῦτον διέστηκε ταῦτα ἀλλήλων. Τίς οὖν οὕτως ἔκφρων, ὡς ἐν νυκτὶ βαθείᾳ ἐστὼς, φῶς ὀνομάζειν τὸ σκότος, καὶ συγκεχυμένων αὐτῷ τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τῷ σκότει, ὡς ὑπὸ φωτὸς καταλαμπόμενος διακεῖσθαι; Τίς δὲ τῇ γεύσει τῶν πικρῶν ἀλγυνόμενος, ὡς ἐπὶ (33) γλυκύτητος ἡδονῇ διάκειται; Τὸ δὲ αἰσθητὸν κάλλος τίνι τῶν ὀφθαλμοὺς ἐχόντων οὐκ εὔγνωστον; Ὅτι ἐν τῇ πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν (34) συμμετρίᾳ μετὰ τῆς ἐπιφαινομένης εὐχροίας αὐτομάτῳ τινι καὶ φυσικῇ ὁλκῇ προσοικειοῦται τοὺς ἐντυγχάνοντας· καὶ μέντοι καὶ τὸ αἰσχρὸν αὐτόθεν ποιεῖ (35) τὴν ἀποστροφὴν τοῖς ὁρῶσιν.

A dabile. Rursus; tenebræ aer est luce privatus: e diverso lux substantia est, quæ dissolvit tenebras. Iterum dulce lævitas est humoris aut succi, quæ exhilarat gustus sensum: amarum vero est id quod dum degustatur, gustum exasperat. Itaque juxta simpliciorem et magis obviam intelligentiam isthæc adeo multum inter se dissident. Quis igitur ita demens est, ut in profunda nocte constitutus, lucem vocet tenebras, et interea dum ejus oculis tenebræ offunduntur, sit perinde affectus, ac si luce illustraretur? Quis itidem de rei amarulentæ gustu dolens, ita afficitur, quasi ex dulcedine caperet voluptatem? Jam vero a quonam qui oculos habeat internosci facile non potest sensibilis pulchritudo? Nimirum pulchritudo per mutuam quamdam partium convenientem bono colori emicanti conjunctam illicio quodam ultroneo et naturali obvios sibi conciliat, et vice versa deformitas suapte natura suos a se spectatores avertit.

174. Ἀλλ' ἔοικεν οὐ περὶ τῶν κατὰ τὴν αἴσθησιν γνωρίμων ὁ λόγος εἶναι, ἀλλ' εἴπερ Ἡ ἐντολὴ Κυρίου τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμοὺς, καὶ λύχνος τοῖς ποσὶ τοῦ δικαίου ὁ λόγος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ (36), ὁ μὴ κατὰ ἀρετὴν ζῶν, ἀλλὰ τοῖς ὑλικοῖς πάθεσιν ἐγκυλιόμενος, οὗτος ἂν εἴη ὁ τὸν ἐν κακίᾳ βίον ὥσπερ τι φῶς ὑπερασπαζόμενος, τὸν δὲ κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου οἷόν τι σκότος ἀποστρεφόμενος. Καὶ ὁ τὰ γλυκέα τῷ λάρυγγι τοῦ δικαίου λόγια (37) τοῦ Θεοῦ, ὑπὲρ μέλι ὄντα τῇ νοητῇ αὐτοῦ γεύσει, διὰ τὸ ἐπίπονον τῶν προσταγμάτων ἀποστρεφόμενος, συγκατατιθέμενος δὲ τῷ λείῳ τῆς ἡδονῆς, οὕτος ἂν λέγοι τὸ πικρὸν (38) γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν. Κατὰ ταὐτὰ δὴ καὶ περὶ τοῦ καλοῦ ἔστι διανοεῖσθαι, ὅτι τό ἀληθινῶς καλὸν τὸ ἐν τῇ ψυχῇ σύμμετρόν ἐστι κατ' ἀρετὴν διακειμένη. Μεσότης γὰρ καὶ συμμετρία τις ἡ ἀρετή· αἱ δὲ ἐφ' ἑκάτερα τὴν ἀρετὴν ἐκβαίνουσαι ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις, ἀμετρία (39) καὶ αἶσχος. Οἷον, ἡ μὲν ἀνδρεία μεσότης, ὑπερβολὴ δὲ περὶ ταύτην θρασύτης, καὶ ἔνδεια ταύτης δειλία. Οὐκοῦν κάλλος μὲν ψυχῆς, τὸ κατ' ἀρετὴν σύμμετρον· αἶσχος δὲ, αἱ ἀπὸ κακίας ἐγγινόμεναι ἀμετρίαι. Τούτους οὖν ταλανίζει ὁ λόγος, τοὺς τὴν μὲν κακίαν ὡς ἀγαθὸν αἱρουμένους, τὴν δὲ ἀρετὴν ὡς πονηρίαν ἀποφεύγοντας. Ἐξεταστέον δὲ καὶ τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἐπὶ μὲν τοῦ καλοῦ τὸ, Λέγοντες, εἴρηται· ἐπὶ δὲ τοῦ φωτὸς, καὶ τοῦ γλυκέος οὐκέτι, Λέγοντες, ἀλλὰ, Τιθέντες. Οὐαὶ γὰρ οἱ λέγοντες τὸ καλὸν πονηρόν· καὶ, Οὐαὶ οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς (40)·

B 174. Et quidem non videtur esse sermo de rebus quæ sensu percipiuntur: sed cum *Præceptum Domini lucidum* sit, *illuminans oculos* [52], et *lucerna pedibus* justi verbum Dei sit [53], quisquis non vivit et virtutis præscripto, sed terrenis et corporeis volutatur affectibus, utique ille ipse fuerit qui vitam malitiosam veluti lucem aliquam amplectitur, vitam vero præceptis Domini congruentem uti tenebras quasdam aversatur. Et qui ob mandatorum difficultates eloquia Dei fastidit, licet sint justi faucibus et spirituali ejus gustui melle dulciora [54], si assentiatur voluptatis lenitati; ille dixerit amarum dulce, et dulce amarum. Sane eodem etiam modo sentiendum est de bono, cum id quod vere est bonum, sit quædam in anima erga virtutem bene affecta mediocritas: Virtus enim quiddam est medium ac mediocre. Cum autem ex alterutra parte a virtute deflectitur, sive excedendo, sive deficiendo, oritur inconcinnitas deformitasque. Exempli causa, fortitudo mediocritas quædam est: quod autem in ea redundat, audacia; quod autem defit, timiditas vocatur. Itaque animæ pulchritudo mediocritas quædam est in virtute sita: fœditas vero, excessus sunt vel defectus a malitia emergentes. Quamobrem Scriptura eos miseros prædicat, qui malitiam veluti bonum probant ac consectantur, virtutem vero tanquam improbitatem declinant. Cæterum inquirendum etiam est quam ob causam de bono dictum sit: *Qui dicitis;* de luce vero et de dulci non am-

[52] Psal. XVIII, 9. [53] Psal. CXVIII, 105. [54] ibid. 103.

Procopii, quæ hoc modo leguntur pag. 83: φῶς δὲ οὐσία διαχυτικὴ σκότους. Vitium cum perspiceret homo sagacissimus Curterius, apte quidem emendavit, cum in margine scripsit, διασχιτική, sed opinor, non vere. Dubium enim non habeo quin Procopius ut cætera, ita vocem διαλυτική ab interprete nostro sumpserit, pariterque scripserit: φῶς δὲ οὐσία διαλυτικὴ σκότους, *lux autem substantia est, quæ tenebras dissolvit.*

(33) Nostri sex mss., ὡς ἐπί. Editi, ὡς ὑπό. Mox iidem codices et totidem, ὅτι ἐν τῇ. Editi, ὃ ἐν τῇ.

(34) Editi et Reg. tertius, τῶν μελῶν. At quinque mss., τῶν μερῶν.

(35) Veteres sex libri, ποιεῖ. Editi, ἐμποιεῖ.

(36) Editi, τοῦ Κυρίου. At mss. omnes, τοῦ Θεοῦ.

(37) Ita mss. nostri. At editi paulo aliter, Καὶ εἰ γλυκέα... τὰ λόγια. Haud longe editi, ὁ συγκατατιθέμενος. Sed articulus in nullo codice legitur.

(38) Illa, τὸ πικρόν, etc., edidimus ita, uti in veteribus libris scripta invenimus. At in editis inverso ordine leguntur.

(39) Libri aliquot veteres, ἀμετρίαι.

(40) Totum illud, καὶ, Οὐαὶ οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς, ex veteribus quinque libris additum est.

plius hæc verba, *Qui dicitis*, usurpata sint, sed isthæc, *Qui ponitis. Væ* enim *qui dicitis bonum malum;* et, *Væ qui ponitis tenebras lucem;* et, *Væ qui ponitis dulce amarum.* Num igitur **506** docet Scriptura nos in primis vitæ institutis eligendis per solam rationem in errorem delabi: sed cum devenerimus ad ipsa opera, nec tamen post experientiam a malo recesserimus, tum nos nobis ipsis quasi quasdam operum metas præstituere, ac immota malitiæ opera reddere? Quisquis enim ab intemperantiam voluptateque ad temperantiam sese non convertit, amarum sibi dulce ponit. Et qui vitam quæ ex Evangelio instituenda est, fugit, imo qui belluinam et rationis expertem vitam amplectitur, sibi ponit lucem tenebras. Qui autem his patrocinatur, ac audacter impudenterque loquitur de ineptis et absurdis actionibus, ille est qui dicit bonum malum, juxta Apostolum, qui non illos solum reprehendit, qui hæc faciunt, sed eos etiam qui assentiunt facientibus [55]. Rursus is ponit lucem tenebras, qui lucernam ponit subter modium, aut occultat vase quodam, nec eam ponit super candelabrum [56]. Quamobrem verba illa *dicere bonum malum*, usurpata sunt ad designanda dogmata: hæc vero, *ponere lucem tenebras*, consuetudinem per actus acquisitam significant.

A καὶ, Οὐαὶ οἱ τιθέντες τὸ γλυκὺ πικρόν. Μήποτε οὖν ὁ λόγος ἐνδείκνυται, ὅτι παρὰ τὰς πρώτας τοῦ βίου αἱρέσεις, διὰ τοῦ λόγου μόνου σφαλλόμεθα, γενόμενοι δὲ ἐν ταῖς πράξεσι, καὶ μηδὲ μετὰ (41) τὴν πεῖραν ἀφιστάμενοι τοῦ κακοῦ, οἷον ὅρους ἑαυτοῖς τῶν ἔργων τιθέμεθα, ἀκίνητα τιθέντες τῆς κακίας τὰ ἔργα; Ὁ γὰρ ἀπὸ ἀκολασίας καὶ φιληδονίας μὴ μετατιθέμενος εἰς σωφροσύνην, τίθησιν ἑαυτῷ τὸ πικρὸν γλυκύ. Καὶ ὁ φεύγων μὲν τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ζωὴν, τὸν δὲ κτηνώδη καὶ ἄλογον βίον αἱρούμενος, τίθησιν ἑαυτῷ τὸ φῶς σκότος. Ὁ μέντοι συνηγορῶν τούτοις, καὶ ἐμπαῤῥησιαζόμενος ταῖς ἀτόποις πράξεσιν, οὗτός ἐστιν ὁ λέγων τὸ καλὸν πονηρὸν, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, μεμφόμενον τοῖς οὐ μόνον ποιοῦσιν αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράττουσι. Τίθησι δὲ τὸ φῶς σκότος ὁ τὸν λύχνον B τιθεὶς ὑπὸ τὸν μόδιον, ἢ καλύπτων τῷ σκεύει, καὶ μὴ τιθεὶς αὐτὸν ἐπὶ τὴν λυχνίαν. Τὸ μὲν οὖν, λέγειν τὸ καλὸν πονηρὸν, ἐπὶ τοῦ δογματίζειν παρείληπται· τὸ δὲ, τιθέναι φῶς σκότος (42), ἐπὶ τοῦ διὰ τῶν πράξεων ἐθισμοῦ.

175. Vers. 21. *Væ qui intelligentes estis in vobismetipsis, et coram vobis ipsis scientes.* Sane non illi solum his verbis coarguuntur qui offendunt in actionibus, sed etiam ii, qui in incredulitate et ignoratione Domini nostri Jesu Christi detinentur. Qui enim non credit veræ luci, [57] sed se ipse facit diaboli filium [58], is vocat lucem tenebras, et tenebras lucem. Quemadmodum igitur lux dominus est [59], C ita et dulcedo est iis qui ipsum solerter et scite degustant: cum ipsis delicias suaves ac omni animi jucunditate refertas præbeat. Quare qui eo degustato, expertus jam est dulcissimam hanc et suavissimam delectationem, dicit: *Gustate et Videte quoniam suavis est Dominus* [60]. Itaque qui non credit in Dominum Jesum, dicit dulce amarum. Rursus, qui non credit in Dominum, is neque cum veræ pulchritudinis natura consentit, neque admittit ipsius contemplationem. Nam ea quæ divinæ naturæ propria est pulchritudo non in concinna membrorum proportione, nec in eximio quopiam colore, qui in corpore efflorescens creet oblectamentum, sed in sola mente maxime expurgata dignoscitur, juxta psalmum, dicentem; *Specie tua, et pulchritudine tua* [61]. Quisquis igitur suis ipsius D oculis decoris divini fulgores minime excipit, hic dicit bonum malum. Hoc autem negato rejectoque, contrario utique assentitur. Etenim, si Dominus lux

173. Οὐαὶ οἱ συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον ἑαυτῶν (43) ἐπιστήμονες. Ἅπτεται δὲ ταῦτα οὐ μόνον τῶν κατὰ πράξεις σφαλλομένων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν ἀπιστίᾳ, καὶ τῇ ἀγνωσίᾳ τῇ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν κατεχομένων. Ὁ γὰρ μὴ πιστεύων εἰς τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ἀλλὰ ποιῶν ἑαυτὸν υἱὸν τοῦ διαβόλου, οὗτος λέγει τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς. Ὥσπερ οὖν φῶς ἐστιν ὁ Κύριος, οὕτω καὶ γλυκύτης ἐστὶ τοῖς ἐπιστημόνως αὐτοῦ γευομένοις· ἡδεῖαν παρέχων καὶ πάσης θυμηδίας γέμουσαν τὴν ἀπολαυσιν. Διὰ τοῦτο ὁ γευσάμενος αὐτοῦ, καὶ ἐν πείρᾳ γενόμενος τῆς ἡδίστης καὶ προσηνοῦς ἀπολαύσεως, λέγει· Γεύσασθε, καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. Ὁ τοίνυν μὴ πιστεύων εἰς τὸν Κύριον Ἰησοῦν λέγει τὸ γλυκὺ πικρόν. Ὁ δὲ μὴ πιστεύων εἰς τὸν Κύριον, οὐδὲ τῇ τοῦ (44) ἀληθινοῦ κάλλους συντίθεται φύσει, οὐδὲ καταδέχεται τὴν θεωρίαν αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ἐν τῇ εὐαρμοστίᾳ τῶν μελῶν, οὐδὲ ἐν εὐχροίᾳ τινὶ τῇ ἐπανθούσῃ τῷ σώματι, τὸ τερπνὸν ἔχοντι· ἀλλὰ μόνῃ τῇ διανοίᾳ τῇ καθ' ὑπερβολὴν κεκαθαρμένῃ τὸ κυρίως καλὸν ἐν τῇ θείᾳ φύσει γινώσκεται κατὰ τὸν ψαλμὸν, τὸν λέγοντα· Τῇ ὡραιότητί σου, καὶ τῷ κάλλει σου. Ὁ οὖν τὰς ἀστραπὰς τοῦ θείου κάλλους τῷ ἑαυτοῦ ὄμματι μὴ παραδεχόμενος, οὗτος λέγει τὸ καλὸν πονηρόν· ἐν δὲ τῇ τούτου ἀρνήσει, συντίθεται δηλονότι τῷ ἐναντίῳ. Εἰ γὰρ φῶς ὁ Κύριος· σκότος δηλονότι ὁ ἀντικείμενος· εἰ γλυκεῖα ἡ φύσις

[55] Rom. I, 32. [56] Matth. V, 15. [57] Joan. I, 9. [58] I Joan. III, 10. [59] Joan. VIII, 12. [60] Psal. XXXIII, 9. [61] Psal. XLIV, 5.

(41) Ubi ex quinque mss. edidimus, μετά, legitur in editis, κατά. non ita recte.

(42) Hæ duæ voces, φῶς σκότος, in nostris sex mss. desunt. Fortasse hic, ut alibi sæpe, ellipsi usus fuerat interpres: sed si ita est, quod deerat id adjicere typographis visum est.

(43) Editi et Reg. tertius, αὐτῶν. Alii quinque mss., ἑαυτῶν.

(44) Editi, οὐδὲ τοῦ. At quinque mss., οὐδὲ τῇ τοῦ.

τῆς ἀληθείας, πικρὸν δηλονότι τὸ ψεῦδος. Ἐν οὖν τῇ ἀρνήσει τοῦ Θεοῦ, συγκατάθεσις γίνεται τοῦ ἐναντίου. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἔστι μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀδικίᾳ (45)· οὐδὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος· οὐδὲ συμφώνης Χριστοῦ πρὸς Βελιάρ· χωριστέον ταῦτα ἀλλήλων. Μεγάλης οὖν καὶ ἀκριβοῦς τῆς προσοχῆς χρεία, πρὸς τὸ μὴ παραλογισθέντας ἡμᾶς τὸν μετασχηματιζόμενον εἰς ἄγγελον φωτὸς ὡς φῶς λογίσασθαι· μηδὲ τῇ πικρότητι τῆς κακίας ἐνευφραινόμενον (46), γλυκύτητος δόξαν τῷ φιληδόνῳ βίῳ πρεσμαρτυρῆσαι· μηδὲ σωμάτων κάλλει τὴν ψυχὴν δουλωθέντας, ἐν τούτῳ λογίζεσθαι εἶναι τοῦ ἀληθινοῦ κάλλους τὴν φύσιν.

A est, profecto qui contrarius est caligo est et tenebræ. Si dulcis est veritatis natura, amarum procul dubio fuerit mendacium. Itaque dum negatur Deus, assensus præbetur ejus adversario. Quoniam igitur nullum est consortium justitiæ cum injustitia, nulla communio luci cum tenebris, nulla concordia Christo cum Belial [62], isthæc a se invicem sunt separanda. Eam ob causam magna diligentique opus est attentione, ut ne falsis rationibus decepti, eum qui se in lucis angelum 507 transfigurat [63], lucem esse arbitremur; ne quis vitii amaritudine delectatus, dulcedinis dignitatem vitæ voluptariæ ascribat; neve animam corporeæ pulchritudinis servituti addicentes, in ea constitui existimemus veræ pulchritudinis naturam.

176. Οὐαὶ οὖν (47) οἱ συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμονες. Δύναται ταῦτα λέγεσθαι περὶ τῶν ἑαυτοὺς δεδοκηκότων (48), ὅτι εἶεν συνετοὶ καὶ ἐπιστήμονες, μὴ ὄντων δὲ τοιούτων. Δύναται δὲ καὶ περὶ τῶν ἐχόντων μὲν κατὰ ἀλήθειαν τὸ τῆς συνέσεως καὶ ἐπιστήμης χάρισμα· μὴ κοινωνούντων δὲ καὶ ἑτέροις. Σοφία γὰρ κεκρυμμένη, καὶ θησαυρὸς ἀφανὴς, τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις; Οἱ οὖν τοιοῦτοι ἐνώπιον ἑαυτῶν (49) εἰσιν ἐπιστήμονες, οὐχὶ δὲ καὶ ἐνώπιον ἑτέρων· ὡς ὁ τὸ τάλαντον κρύψας παρ' ἑαυτῷ. Ἀλλ' οὐδὲ ἐνώπιον Θεοῦ ἐπιστήμων, ὁ μὴ εἰς δόξαν Θεοῦ τῇ ἐπιστήμῃ κατακεχρημένος (50). Καὶ τρίτη δ' ἄν τις τοιαύτη εἶναι δοκοῖ ἐκδοχὴ τῶν συνετῶν, καὶ ἐπιστημόνων. Οἱ μὲν ἀπὸ Θεοῦ ὄντες τοιοῦτοι οἱ αἰσθανόμενοι τῆς παρ' αὐτοῦ δωρεᾶς· οἱ δὲ μὴ ἀναφέροντες ἐπὶ τὸν Θεὸν τὴν αἰτίαν τῆς συνέσεως, ἑαυτοῖς δὲ τὰ (51) κατορθώματα ἐπιγράφοντες, συνετοί εἰσιν ἐν ἑαυτοῖς καὶ ἐνώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμονες. Ἡ τὸς οὓς εὔκαιρον εἰπεῖν. Τί δὲ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; Εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών; καὶ τὸ, Ἐὰν μὴ ὁ Κύριος (52) οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες. Ἀέγεται τοίνυν σύνεσις οἷον εὐπαρακολουθησία ψυχῆς, ὀξέως εἰς ἓν συναγούσης τὰς τῶν πραγμάτων ἐννοίας· ἥτις κατὰ τὸν ἀπαρτισμὸν τῶν ἐν ἡμῖν λογικῶν σπερμάτων συνίστασθαι πέφυκεν. Ἤ ἐστι σύνεσις ἐντρέγεια διανοίας εὐπαρακολουθήτως τῷ ἑκάστῳ (53) πράγματι οἰκεῖον καὶ πρέπον (54) ἐξευρίσκουσα· ἐπιστήμη δὲ, ἕξις ἐν

B 176. *Væ* igitur *qui intelligentes estis in vobismetipsis, et coram vobis ipsis scientes.* Possunt hæc de iis dici, qui sibi videntur esse intelligentes ac scientes, quamvis tales non sint. Possunt autem et de iis accipi, qui vere dono intelligentiæ ac scientiæ præditi sunt, sed cæteros illius non faciunt participes: *Sapientia* enim *occulta, et thesaurus non comparens, quæ utilitas in utrisque* [64]? Itaque qui sunt ejusmodi, coram se ipsis sunt scientes, nequaquam vero coram aliis, uti erat, qui apud se absconderat talentum. [65] At neque sciens est coram Deo qui non ad gloriam Dei usus est scientia. Quinetiam videtur esse prudentium et scientium tertia quædam acceptio. Qui quidem Dei ope tales exsistunt, donum illud ab eo esse agnoscunt: qui autem intelligentiæ causam et originem in Deum non referunt,

C imo qui sibi ipsis quæ præclare gesserint, ascribunt, ii in semetipsis sunt intelligentes, et coram se ipsis scientes; adversum quos opportunum fuerit dicere: *Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis* [66]? et illud, *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant* [67]. Dicitur itaque intelligentia, veluti facilis quædam ac prompta animæ comprehensio, rerum notitias in unum statim colligentis: quæ per perfectionem seminum in nobis reconditorum et a ratione proficiscentium fieri ac conflari solet. Vel intelligentia est animi solertia et sagacitas, quæ celeriter et expedite id

[62] II Cor. VI, 14, 15. [63] II Cor. II, 14. [64] Eccli. XX, 32. [65] Matth. XXV, 25. [66] I Cor. IV, 7. [67] Psal. CXXVI, 1.

(45) Veteres aliquot libri, καὶ ἀνομίᾳ.

(46) Ait Combefisius, malle se ἐνευφραινομένους, ut cum reliquis numero consentiat hæc vox: malim et ego, sed cum et in editis et in omnibus mss. legatur, ἐνευφραινόμενον, nihil immutavi. Haud longe editi τοῦ φιληδόνου βίου. At sex mss. τῷ φιληδόνῳ βίῳ.

(47) Voculam οὖν addidimus ex tribus codicibus. Hoc ipso in loco editi et mss. nonnulli, αὐτῶν. Alii quidam mss., ἑαυτῶν.

(48) Editi, et Reg. primus, τῶν ἑαυτοὺς δοκούντων. Reg. quartus, τῶν ἑαυτοὺς οἰομένων. Reg. tertius, τῶν ἑαυτοὺς δεδωκότων. Alii tres mss. uti in contextu.

(49) Veteres aliquot libri, ἐνώπιον ἑαυτῶν. Mox editi, καὶ ἑτέρων. At voculam *καὶ* delevimus, fidem

D codicum trium secuti.

(50) Editi, τὴν ἐπιστήμην καταδεχόμενος, *qui non recipit scientiam.* At quisque mss. ita, ut in contextu legitur. Ibidem duo mss., τοιαύτη εἴη ἐκδοχή.

(51) Illud, τά, adjectum est ex quinque codicibus.

(52) Editi, ὁ Θεός. At nostri sex mss., ὁ Κύριος. Haud longe ex quisque mss. vocem οἶον addidimus. Nec illud omittendum, quod in Reg. tertio legatur, εὐπεριπολουθησία ψυχῆς.

(53) Editi et duo mss., τῷ ἑκάστου. Alii quatuor, τῷ ἑκάστῳ.

(54) Illud, καὶ πρέπον, huic nostræ editioni ex duobus mss. accessit. Nec ita multo post duo mss., τῶν τοιούτοις αἰτιῶν. Alius codex, τῶν τούτοις

quod rebus singulis proprium sit ac conveniens, inveniat. Scientia autem habitus est in se stabilis et firmus, ac ratione immutabilis. Sciens vero ille est, qui contemplationes ad consequendam beatitudinem conducentes comprehendit, quatenus eas jam habitu firmiterque in se ipso continet. Sapientia autem dicitur scientia esse divinarum et humanarum rerum, et causarum ipsarum. Quoniam autem sapientia ipsa Christus est [68], eum dicemus sapientem, qui participatione Christi quatenus sapientia est, jam exstat perfectus. Quispiam autem intelligens esse noscitur per perfectionem seminum intelligentiæ in nobis manentium. Quispiam vero sciens est, quatenus contemplationes ad beatitudinem comparandam attinentes comprehendit, cum jam illas habitu et stabiliter in seipso continet. Invenimus autem in Exodo oraculum, quod de architectis dicit : Implebo eos Spiritu **508** divino intelligentiæ et scientiæ [69]. Quapropter væ ei qui intelligentiæ et scientiæ causam et originem Deo non attribuit. Nemo igitur sibi vindicet res tantas, nec scientem, nec intelligentem, nec sapientem esse se dicat : sed cum sapientia, divinarum humanarumque rerum scientia sit, harum causam Spiritui sancto ascribat. *Egredietur* enim *virga de radice Jesse, et flos de radice ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Dei, spiritus sapientiæ, et intellectus* [70], etc.

177. Vers. 22. *Væ fortes vestri, et qui bibunt vinum, et potentes qui miscent siceram.* Lex et sacerdotibus mox sancta ingressuris usu vini ac siceræ interdicit [71], et iis quoque qui vocantur Nazaræi, ut dictum est in Numerorum libro, hoc modo : *Locutus est* enim *Dominus ad Moysem, dicens : Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Vir aut mulier qui magnopere voverit votum purificandi puritatem Domino, a vino et sicera temperabit* [72]. Et in Proverbiis Salomon ait: *Potentes iracundi sunt, vinum non bibant, ne bibentes obliviscantur sapientiæ* [73]. Nam divini verbi administros, ac eos quibus hominum concredita est cura, prorsus ab iis quæ mentem perturbant, abstinere par fuerit. Posteaquam enim multum introierit meri, quasi tyrannus quidam ad arcem ascendit, atque nihil non iniquum imperans, a summo vertice irrequietos in anima tumultus excitat. Imo ratione ipsa in servitutem primum redacta, omnem concinnitatem ex disciplina ortam confundit perturbatque, et risus indecoros, vocem turbulentam, procaces iras, cupiditates effrenatas, stimulum ac furorem ad omnem iniquam voluptatem provocantem exsusci-

A ἑαυτῇ τὸ βέβαιον ἔχουσα, ἀμετάπτωτος ὑπὸ τοῦ λόγου. Ἐπιστήμων δὲ, ὁ κατὰ τὸ ἐμπεριειλῆφέναι τὰ ἀναγκαῖα τῶν εἰς μακαριότητα θεωρημάτων, καθὸ ἤδη ἐκτικῶς καὶ βεβαίως συνέχει ἐν ἑαυτῷ. Σοφίαν δέ φησιν εἶναι ἐπιστήμην θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ τῶν τούτων αἰτιῶν. Ἐπειδὴ δὲ αὐτοσοφία ὁ Χριστὸς ἐστέ, σοφὸν ἐροῦμεν τὸν κατὰ μετοχὴν Χριστοῦ, καθὸ σοφία ἐστὶ, τετελειωμένον. Ὁ δὲ συνετὸς νοεῖται κατὰ ἀπαρτισμὸν τῶν ἐν ἡμῖν τῆς συνέσεως σπερμάτων. Ὁ δὲ ἐπιστήμων, κατὰ τὸ ἐμπεριειλῆφέναι τὰ ἀναγκαῖα εἰς μακαριότητα θεωρήματα, μετὰ τοῦ ἤδη ἐκτικῶς καὶ παγίως συνέχειν (55) ἐν ἑαυτῷ. Πῦρομεν δὲ ἐν τῇ Ἐξόδῳ τὸν χρηματισμὸν λέγοντα περὶ τῶν ἀρχιτεκτόνων, Ἐμπλήσω αὐτοὺς Πνεῦμα θεῖον συνέσεως καὶ ἐπιστήμης.
B Διὰ τοῦτο, οὐαὶ τῷ μὴ ἀνατιθέντι τὴν αἰτίαν τῆς συνέσεως καὶ τῆς ἐπιστήμης Θεῷ. Μηδεὶς οὖν ἑαυτῷ λαμβανέτω τὰ τηλικαῦτα, μήτε (56) ἐπιστήμονα ἑαυτὸν, μήτε συνετὸν λέγων, μήτε σοφόν. Ἐπειδήπερ ἡ σοφία ἐπιστήμη ἐστὶ θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων,τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὴν τούτων αἰτίαν ἀνατιθέτω. Ἐξελεύσεται γὰρ ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται. Καὶ ἀναπαύσεται (57) ἐπ' αὐτὸ Πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας, καὶ συνέσεως, καὶ τὰ ἑξῆς.

177. Οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες ὑμῶν, καὶ οἱ πίνοντες τὸν οἶνον, καὶ οἱ δυνάσται οἱ κιρνῶντες τὸ σίκερα. Καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἀπαγορεύει ὁ νόμος, εἰσερ-
C χομένοις εἰς τὰ ἅγια, οἴνῳ καὶ σίκερα κεχρῆσθαι (58)· καὶ τοῖς καλουμένοις Ναζιραίοις, ὡς εἴρηται ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς, τοῦτον τὸν τρόπον· Ἐλάλησε γὰρ Κύριος πρὸς Μωϋσῆν, λέγων· Λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Ἀνὴρ ἢ γυνὴ, ὃς ἂν μεγάλως εὔξηται εὐχὴν ἀφαγνίσασθαι ἁγνείαν Κυρίῳ, ἀπὸ οἴνου καὶ σίκερα ἁγνισθήσεται. Καὶ ἐν ταῖς Παροιμίαις ὁ Σολομὼν φησιν· Οἱ δυνάσται θυμώδεις εἰσὶν, οἶνον μὴ πινέτωσαν (59), ἵνα μὴ πιόντες ἐπιλάθωνται τῆς σοφίας. Πρέπει γὰρ τοῖς θεραπευταῖς τοῦ θείου λόγου, καὶ τοῖς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐπιμέλειαν ἐγκεχειρισμένοις, πάντη ἀπέχεσθαι τῶν ἐμποιούντων θόλωσιν τῷ ἡγεμονικῷ. Ἐπειδὰν γὰρ πολὺς εἰσπέσῃ ὁ ἄνρατος, οἷόν τις τύραννος ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἀναδραμὼν, ἀπὸ τῆς ἄκρας κορυφῆς
D ἀσιγήτους θορύβους ἐμποιεῖ τῇ ψυχῇ, οὐδενὸς παρανόμου φειδόμενος ἐπιτάγματος· ἀλλ' αὐτὸν δουλωσάμενος πρῶτον τὸν λογισμὸν, πᾶσαν τὴν τε ἐκ παιδεύσεως ἐνυπάρχουσαν διακόσμησιν συγχεῖ καὶ κατ-

[68] I Cor. I, 24. [69] Exod. xxxi, 3. [70] Isai. xi, 1, 2. [71] Lev. x, 9. [72] Num. vi, 1-3. [73] Prov. xxxi, 4, 5.

αἰτίων. Ibidem editi, ἐπεὶ δέ. At mss. sex, ἐπειδὴ δέ.

(55) Nostra editio, συνέχει. At uterque Combef. et alii quatuor mss., συνέχειν.

(56) In editis et in Reg. tertio legitur, μηδέ· in aliis vero codicibus, μήτε. Haud procul editi et unus ms., ἐπειδὴ ἡ. Alii quinque mss., ἐπειδήπερ ἡ. Subinde editi, ἀνατίθεται, haud recte. Libri antiqui, ἀνατιθέτω, et ita legit interpres.

(57) Sic codices quinque. Editi vero et unus codex ἐπαναπαύσεται. Ibidem editi, ἐπ' αὐτῷ. At veteres libri ita inter se dissentiunt, ut in tribus uti apud LXX legatur, ἐπ' αὐτόν· in aliis vero tribus ἐπ' αὐτὸ, ἄνθος videlicet.

(58) Antiqui tres libri, μὴ κεχρῆσθαι, inepte.

(59) Codex unus, πιέτωσαν. Aliquanto post mss. quatuor, τοῖς τήν. Editi, τοῖς. Subinde editi, πάντα ἀπέχεσθαι. At uterque Combef. et alii quatuor mss., πάντη.

αράσσει, γέλωτας κινῶν (60) ἀπρεπεῖς, φωνὴν θορυβώδη, ὀργὰς προπετεῖς, ἐπιθυμίας ἀχαλινώτους, οἶστρον καὶ μανίαν ἐπὶ πᾶσαν παράνομον ἡδονήν. Διὰ τοῦτο μὴ πινέτωσαν (61) οἱ δυνάσται οἶνον, εἴτε οἱ ἀρχήν τινα πεπιστευμένοι, καὶ δημοσίων πραγμάτων οἰκονομίαν· εἴτε οἱ διὰ τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλικίας ἐν δυνάμει ὄντες σωματικῇ. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι, φύσει τυγχάνοντες πρὸς τὰς ὀργὰς (62) εὐερέθιστοι, ἐπειδὰν καὶ τὸ τοῦ οἴνου προσλάβωσιν ἔξαμμα, οἷόν τινα φλόγα ἀφθόνῳ χορηγίᾳ τῆς καιομένης ὕλης ἐπὶ τὸ μέγα ἐξαίρουσιν. Ἐπεὶ δὲ Ὁ μὲν ἐλάχιστος συγγνωστός ἐστιν ἐλέους· δυνατοὶ δὲ δυνατῶς ἐτασθήσονται· διὰ τοῦτο οὐαὶ τοῖς ἰσχύουσιν ἀπὸ τῆς τοῦ οἴνου βλάβης καὶ τοῦ σίκερα. Ὧ γὰρ πολὺ παρέθεντο, περισσότερον ἀπαιτήσουσιν αὐτόν.

A tat. Quamobrem non bibant vinum potentes, neque ii quibus principatus quidam, aut rerum publicarum administratio concredita est, neque ii qui ob ætatis vigorem corporeis viribus pollent. Enimvero qui sunt ejusmodi, utpote suapte natura ad iras proni, postquam fomes etiam vini et incitamentum accessit, suppeditata abunde materia, quæ apta est ustioni et idonea, velut flammam quamdam in sublime attollunt. Quoniam autem : *Exiguo conceditur misericordia; potentes vero potenter tormenta patientur*[74]; idcirco væ fortibus ob acceptum a vino et a sicera detrimentum. Cui enim multum traditum est, amplius ab ipso reposcetur[75].

178. Εἰ οὖν ἐγκεχείρισταί σοι οἰκονομία μυστηρίων, λόγος σοφίας, δύναμις γνώσεως· σὺ δὲ οἴνῳ βεβαπτισμένην τὴν ψυχὴν περιφέρεις· πῶς οὐχὶ δικαίως ὀδύρεταί σε ὁ προφήτης; Ὅτι ἔχων ἰσχὺν πνευματικήν, ἀσθενῆ αὐτὴν ποιεῖς τῇ ἀμετρίᾳ τοῦ οἴνου. Καὶ ὁ (63) ὁποιῳδήποτε πάθει τῆς ψυχῆς κεκρατημένος, οἱονεὶ εἰς μέθην ἐναχθεὶς κατὰ τὴν ἐγγενομένην αὐτῷ ὑπὸ τοῦ πάθους ἔκστασιν, πίνειν οἶνον λέγεται, καὶ κιρνᾷν ἑαυτῷ σίκερα· ὅπερ ἑρμηνευόμενον ἔγνωμεν μέθυσμα· τὸ γὰρ ἀπαρακολούθητον ὁμοίως καὶ ἀπὸ λύπης, καὶ ἀπὸ φόβου, καὶ (64) ἡδονῆς, καὶ ἐπιθυμίας ἐγγίνεται τῇ ψυχῇ, τοῦ λογισμοῦ κεκρατημένου ὑπὸ τοῦ πάθους· ὥστε ἡμεῖς οἱ δυνάσται, οἱ τὴν προστασίαν τοῦ λαοῦ ἐγκεχειρισμένοι, κἂν ἐπὶ ποσὸν ὑπὸ τοῦ πάθους κρατώμεθα, καὶ δοκῶμεν αὐτὸ (65) κατακιρνῶντες τῷ λογισμῷ, χαλινοῦν τῷ λόγῳ καὶ ἐπέχειν, οὐκ ἔξω ἐσμὲν τοῦ ταλανίζεσθαι ἐπὶ τοῖς τοιούτοις. Μέθη γὰρ δεινή, φιλοδοξία (66), καὶ φιλαρχία. Δεινὸν μέθυσμα φθόνος, δεινὸν ἡ ὑπόκρισις, καὶ ἡ τοῦ πλησίον καταλαλιά· οἷς μεθυσθεῖσα ἡ ψυχὴ ἐπιλανθάνεται τῆς σοφίας· Οὐδὲν γὰρ οὕτω συγχεῖ τὰ ἀπὸ σοφίας θεωρήματα, ὡς τοῦτο τὸ πάθος καὶ πᾶσα ἁμαρτία. Πῶς δὲ ὁ ἔχων σοφίαν θυμώδης ἐστίν; Ὅτι οὔπω τὸν ἀπαθῆ λέγει, ἀλλὰ τέως περὶ τοῦ μετριοπαθοῦς διαλέγεται. Καθὰ καὶ ἐν ἑτέροις λέγει· Ἄφρων αὐθημερὸν ἐξαγγέλλει ὀργήν, σοφὸς δὲ ταμιεύεται κατὰ μέρος. Τεταμιευμένως οὖν τὴν ὀργὴν προφέρειν λέγει τὸν λογισμῷ (67) ἡνιοχοῦντα τὸ πάθος, καθ' ὃ εἴρηται· Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Ὁ δὲ Κύριος τὰ τελειότερα διατάσσων, φησὶν ἐκτεμεῖν καθόλου τὸ πάθος, οὐχὶ κολάζειν κελεύει. *Irascimini et nolite peccare*[76]. Dominus autem qui jubet perfectiora[79], ait vitium illud esse penitus abscindendum, non temperandum ac castigandum.

B 178. Itaque, si commissa tibi sit mysteriorum dispensatio, sermo sapientiæ, facultas scientiæ, tu tamen animum vino immersum circumferas, nonne jure optimo te deflet ac lamentatur propheta? Nam cum penes te sit vis spiritualis, eam vini intemperantia reddis imbecillem. Et qualicunque tandem succubuerit quis perturbationi animæ, is tanquam in ebrietatem inductus, per hanc mentis alienationem ex vitio ortam, bibere vinum, et sibi siceram miscere dicitur : quod nomen novimus si interpretemur ebrietatem significare. Nam ratione vitiosis affectibus **509** inserviente, pari modo et tristitia, et timor, et voluptas, et cupiditas, ineptias ac stupiditatem in anima procreant. Nos itaque potentes, qui populo sumus præfecti, si vel minimum vitio succumbamus, licet rationis temperamentum adhibentes, vitium ratione frenare ac inhibere videamur, C nihilominus tamen ob hujusmodi causas dicimur miseri. Nam gloriæ vanæ cupido et principatus studium, gravis ebrietas est. Gravis temulentia est invidia, hypocrisis et ea quæ adversus proximum fit obtrectatio : quibus malis inebriata anima obliviscitur sapientiæ. Nihil enim sic obturbat et confundit contemplationem sapientiæ, ut vitium illud, ac peccatum omne. Quo autem pacto sapiens fuerit iracundus? Quia nondum de eo loquitur, qui affectibus sit prorsus immunis, sed hactenus de eo disserit, cujus affectus exstant mediocres. Quemadmodum et alibi dicit : *Insipiens eadem die prodit iram*[77] : *sapiens vero eam reservat per partes*[78]. Itaque qui ratione cupiditatem ac vitium frenat, ab eo iram parce D et moderate proferri dicit; sicut scriptum est :

[74] Sap. VI, 7. [75] Luc. XII, 48. [76] Prov. XII, 16. [77] Prov. XIX, 11. [78] Psal. IV, 5. [79] Matth. V, 29.

(60) Illud, κινῶν, ex Reg. quarto additum est.
ἠκανθοφόρουν τρὸ τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας· ἐπειδὴ δὲ ἦλθεν εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν, καὶ ἐκάλεσε τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ· διὰ τοῦτο οἱ μὲν ἐν περιτομῇ, ἀπολέσαντες τὸ εὐθαλὲς, καὶ τὸ ἔγκαρπον, εἰς χέρσον μετέβαλον. Τὸ δὲ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν σύστημα, ὅπερ ὄρος ὠνόμασται ἀροτριώμενον, ἀροτριᾶται. ἀπαλλαγὲν πάσης δειλίας καὶ τοῦ ἀπὸ τῶν πολεμίων φόβου. Ὄρος οὖν, ἡ ὑψωθεῖσα ὑπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ψυχή. Ἐπεὶ οὖν ἦλθεν ὁ Κύριος ἐξεκλάσθη (19) μὲν ὁ Ἰσραὴλ, κατεφυτεύηη δὲ τὰ ἔθνη, ἵνα τῷ ἐκείνων παραπτώματι ἡ σωτηρία πᾶσιν οἰκονομηθῇ, καὶ ἀδεῶς τοῖς ὄρεσι τούτοις καὶ πρόβατα καὶ βόες ἐννεμόμενα (20) ἄφθονον τῆν παρ' ἑαυτῶν ὠφέλειαν· παρέχωνται. Δηλονότι πρόβατα οἱ χρηστότεροι τὰ ἤθη, βόες δὲ οἱ πρὸς τὴν ἐργασίαν τῶν ἀναγκαίων φιλοπονώτεροι.

A incultæ, idcirco sentes ac pinas ferebant; sed quia in ruinam et resurrectionem multorum venit [11] et vocavit ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret [12]: ea de causa qui erant ex circumcisione, viriditate et fertilitate amissis in terram incultam 533 degenerarunt. Illa autem multitudo ex gentibus collecta quæ vocatur aratus mons, jam formidine omni immunis, et ab hostium timore liberata, aratur. Mons igitur animus est per Christi doctrinam in sublime evectus. Postquam igitur venit Dominus, gentes fracto Israele insertæ sunt et plantatæ [13], ut eorum lapsu omnibus afferretur salus, tamque oves quam boves in hisce montibus tuto pascentes, plurimum ex sese præstarent emolumenti. Qui utique sunt bonis moribus præditi, significantur ovium nomine; qui vero strenui sunt et alacres ad res necessarias efficiendas, per boves designantur.

—

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

B

206. Καὶ εἶ τε Κύριος πρὸς μέ· Λάβε σεαυτῷ τόμον καινοῦ μεγάλου· καὶ γράψον αὐτὸν γραφίδι ἀνθρώπου, τοῦ ὀξέως προνομὴν ποιῆσαι σκύλων. Ηάρεστι γὰρ (21). Καὶ μάρτυρας ποίησαι πιστοὺς ἀνθρώπους, τὸν Οὐρίαν καὶ Ζαχαρίαν τὸν υἱὸν Βαραχίου. Καὶ προσῆλθον πρὸς τὴν προφῆτιν, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν υἱόν. Καὶ εἶπέ μοι (22) Κύριος· Κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ταχέως σκύλευσον, Ὀξέως προνόμευσον. Διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας ἐναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. Δόξει (23) ἕτερον προσταχθεὶς ὁ προφήτης, ἕτερον πεποιηκέναι. Τί γὰρ κοινὸν ἔχει τὸ, Λάβε σεαυτῷ τόμον καινοῦ μεγάλου, πρὸς τὸ ἐπιφερόμενον, ὅτι Καὶ προσῆλθον πρὸς τὴν προφῆτιν, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβεν; Εἶποι ἂν οὖν τις, ὅτι οὐχὶ ἀπόδοσίς ἐστι τοῦ προάγοντος τὸ ἐπιφερόμενον, ἀλλὰ ἀπὸ ἰδίας ἀρχῆς παραδίδοται, ἐκείνου περιγεγραμμένου. Εἰ γὰρ καὶ μὴ ῥρόσκειται ὅτι ἔλαβε τόμον τοῦ καινοῦ καὶ μεγάλου, ἀλλὰ προσυπακούεται, ὅτι ἐποίησε τὸ προστεταγμένον. Ἀπὸ ἑτέρας δὲ (24) ἀρχῆς νοεῖται τὸ, Καὶ προσῆλθον πρὸς τὴν προφῆτιν, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβεν. Εἰ μὲν γὰρ ἀντέλεγε τῷ προστάγματι ὁ προφήτης, ἐγράφη ἂν ἡ ἀντιλογία· ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰεζεκιὴλ παραιτουμένου τὸ ἐπὶ βολβίτων ἀνθρωπίνων (25) ὀπτηθέντα ἐσθίειν τὸν ἄρτον. Ἐκεῖ λὰρ ἀρνεῖται, λέγων. Μηδαμῶς, Κύριε Θεὲ τοῦ οὐρανοῦ, εἰ ἡ ψυχή μου οὐ μεμίανται ἐν ἀκαθαρσίᾳ, οὐδὲ εἰσελήλυθεν εἰς τὸ στόμα μου πᾶν κρέας βέβηλον. Διὰ τοῦτο συνεχωρήθη αὐτῷ ἐν βολβίτοις βοῶν

CAPUT VIII.

206. Vers. 1-4. *Et dixit Dominus ad me: Sume tibi tomum novi magni; et scribe ipsum stylo hominis, ut velociter direptionem faciat spoliorum. Adest enim. Et testes fac fideles homines, Uriam et Zachariam filium Barachiæ. Et accessi ad prophetissam, et in utero concepit, et peperit filium. Et dixit mihi Dominus: Voca nomen ejus, Cito spolia, Velociter deprædare. Quia antequam sciat puer vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damasci, et spolia Samariæ coram rege Assyriorum.* Propheta aliud exsequi jussus, aliud videbitur fecisse. Nam illud, *Sume tibi tomum novi magni*, quidnam habet commune cum iis quæ subsequuntur: *Et accessi ad prophetissam, et in utero concepit*? Possit igitur dicere quispiam, hanc illationem redditionem non esse superioris sententiæ: sed ea finita, proferri illationem a proprio principio pendentem. Licet enim non addatur sumpsisse tomum novi et magni: jussa tamen fecisse subauditur. At illud, *Et accessi ad prophetissam, et in utero concepit*, ex altero peti principio intelligitur. Etenim si detrectasset imperium propheta, hæc utique contradictio fuisset litteris prodita, uti contigit in Ezechiele, qui panem suum in fimo humano concoctum comedere recusavit. Enimvero illo loco negat se id facturum, dicens: *Nequaquam, Domine Deus cœli: si anima mea non est pelluta in immunditia, neque ingressa est in eos meum omnis caro impura* [14]. Quamobrem in stercore bubulo panes suos conficere concessum ei fuit [15]. Hic autem cum non reperiatur negatio, silentium utique indicat assensionem, etiamsi testa-

[11] Luc. II, 34. [12] I Cor. I, 28. [13] Rom. XI, 17. [14] Ezech. IV, 14. [15] ibid. 15.

(19) Reg. quartus, ἐξεκλεισθη, *exclusus est Israel.* Lectio non contemnenda.

(20) Editi et duo mss., ἐννεμόμενα. Alii tres ἐννεμόμεναι.

(21) Antiqui tres libri, παρίστη γάρ, *Astitit enim.* Ibidem editi, μάρτυράς μοι ποιῆσαι. At mss. nonnulli, μάρτυρας ποίησαι. Reg. primus, ποίησον. Rursus hoc ipso in loco Reg. quartus, Οὐρίαν Ιερέα, *Uriam sacerdotem.*

(22) Ita mss. nonnulli, Deest μοί· in excussis.

(23) Editi, δοκεῖ. At sex mss., δόξει.

(24) Sic mss. Editi vero, ἑτέρας γάρ.

(25) Editi, ἀνθρωπείων. Libri veteres, ἀνθρωπίνων.

tus non sit sese imperata exsecutum fuisse; quemadmodum Osee: *Vade* enim, inquit, *sume tibi uxorem fornicationis, et filios fornicationis* [16]. Dein Scriptura ipsum jussa perfecisse testificans, subjungit: *Et abiit, et accepit Gomer filiam Debelaim* [17]. Quin et alibi invenire possimus **534** præcepta fuisse expresse data, nec tamen testimonio ullo probari opus, ipsum confectum esse, sed a nobis illud ex eo intelligi, quod qui mandata excipiebant parati essent ad obediendum atque proclives, ut in Ezechiele: *Et tu dormies super latus tuum sinistrum* [18]. Et rursus, *Dormies super latus tuum dextrum* [19]. Non enim subinde additum est eum dormiisse super latus dextrum aut sinistrum; sed id prætermissum silentio est; et tamen a nobis intelligitur prophetæ obedientia. Ad hunc igitur modum etiam hic respondere possumus ad quæstionem a nobis agitatam quod non aliud jussus facere, aliud fecerit; sed mandato illo peracto, de prophetissa nobis edisserit quæ ex alio pendent principio.

207. Fortasse autem tomus ille novi et magni figura est adumbratio Novi et magni Testamenti, stylo hominis descripti, ex eo quod Evangelii verba sermone humano, qui a multis audiri potest, conscripta sint. Quo in tomo scriptum est, ut velociter fiat direptio spoliorum: quandoquidem velox et fulgure omni ocior exstitit Evangelii doctrina, quæ ad fines orbis terrarum pertingens, hujusque sæculi principem spolians, eos qui ipsius servituti erant mancipati eo adduxit, ut Christo obsequerentur. Direptio autem est spoliorum distributio quam curam angelis ceu humani generis providis tutoribus concredidit Deus ad custodiam hominum et salutem. Eam ob rem scriptum est, ut velociter direptionem faciat spoliorum. Adest enim Evangelium, quod eum qui pridem e cœlo exspectabatur, præsentem esse nobis annuntiat. Urias autem, inquit, et Zacharias, eorum quæ in Evangelio scribuntur, testes sint. Est autem Urias sacerdos, legem a Moyse promulgatam sensu allegorico designans; est vero Zacharias propheta. Viget jam Evangelium, utpote legis et prophetarum testimonio confirmatum. Cæterum. Urias, si interpreteris, sonat *Dei illustrationem:* Zacharias vero, *memoriam Dei:* filius vero Barachiæ, id est, *benedictionis Dei.* Quos tandem fideles homines ducebat esse testes? Si quis sit a Deo illustratus, Deique memoriam assiduam servet, hic ille erit.

208. Ecquid igitur sibi vult illud, *Et accessi ad*

[16] Ose. I, 2. [17] ibid. 4. [18] Ezech. IV, 4. [19] ibid. 6.

ποιῆσαι τοὺς ἄρτους. Ἐνταῦθα μέντοι ἐπειδὴ ἀπαγόρευσις οὐκ ἔστιν, ἡ σιωπὴ δηλονότι τὴν συγκατάθεσιν δείκνυσιν. εἰ δὲ οὐ μεμαρτύρηται ποιήσας (26) τὸ προστεταγμένον· ὥσπερ ὁ Ὡσηέ· Βάδιζε γὰρ, φησὶ, λάβε σεαυτῷ γυναῖκα πορνείας καὶ τέκνα πορνείας· εἶτα μαρτυρῶν αὐτῷ ὁ λόγος, ὡς πεποιηκότι τὸ προστεταγμένον, ἐπιφέρει· Καὶ ἐπορεύθη, καὶ ἔλαβε τὴν Γομὲρ θυγατέρα Δεβηλαΐμ. Ἀλλαχοῦ δὲ εὑρήσομεν προστάγματα μὲν ἐκφωνηθέντα, τὸ δὲ ἔργον μὴ μαρτυρούμενον μὲν γεγενῆσθαι, νοούμενον δὲ παρ' ἡμῶν, διὰ τὸ εὐπειθὲς τῶν ἐπιτεταγμένων, ὡς (27) ἐπὶ τοῦ Ἰεζεκιήλ· Καὶ σὺ κοιμηθήσῃ ἐπὶ τὸ πλευρόν σου τὸ ἀριστερόν· καὶ πάλιν· Κοιμηθήσῃ ἐπὶ τὸ πλευρόν σου τὸ δεξιόν. Οὐ γὰρ ἐπενήνεκται, ὅτι ἐκοιμήθη ἐπὶ τὸ δεξιὸν πλευρὸν, ἢ (28) τὸ ἀριστερὸν, ἀλλὰ παρασεσιώπηται· νοεῖται δὲ παρ' ἡμῶν ἡ ὑπακοὴ τοῦ προφήτου. Οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα δυνατὸν ἀπολογήσασθαι περὶ τοῦ ἐπαπορηθέντος ἡμῖν, ὅτι οὐχὶ ἕτερον προσταχθεὶς, ἄλλο ἐποίησεν· ἀλλ' ἐκεῖνο τελέσας, ἀπὸ ἑτέρας (29) ἀρχῆς τὰ περὶ τῆς προφήτιδος ἡμῖν διαλέγεται.

207. Μήποτε δὲ τύπος ἐστὶν ὁ τοῦ καινοῦ καὶ μεγάλου τόμος τῆς Καινῆς καὶ μεγάλης Διαθήκης, γραφὶς ἀνθρώπου γεγραμμένης· διὰ τὸ λέξει ἀνθρωπίνῃ καὶ ἀκούεσθαι δυναμένῃ παρὰ τῶν πολλῶν, γεγράφθαι τοῦ Εὐαγγελίου τὰ ῥήματα. Ἐν ᾧ γέγραπται τὸ ὀξέως προνομὴν ποιῆσαι σκύλων· διότι ταχεῖα γέγονε, καὶ ἀστραπῆς ὀξυτέρα πάσης, ἡ τοῦ Εὐαγγελίου διδασκαλία, ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης διικνουμένη, καὶ σκυλεύουσα τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ῥρὸς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ ἀντιμεθιστῶσα τοὺς αἰχμαλωτισθέντας. Προνομὴ δέ ἐστιν ἡ τῶν σκύλων διανομή· ὅπερ τοῖς ἐπιμελητοῖς τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἀγγέλοις διέδωκεν ὁ Θεὸς εἰς φυλακὴν καὶ σωτηρίαν. Διὰ τοῦτο γέγραπται (30) ὀξέως προνομὴν ποιῆσαι σκύλων. Πάρεστι γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον τὸν πάλαι προσδοκώμενον ἐξ οὐρανοῦ, τοῦτον παρόντα ἡμῖν εὐαγγελίζεται. Μάρτυρες δὲ τῶν γραφομένων ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἔστωσαν, φησὶν, Οὐρίας καὶ Ζαχαρίας. Ἔστι δὲ ὁ μὲν Οὐρίας ἱερεὺς, συμβολικῶς χαρακτηρίζων τὸν διὰ Μωσέως παραδεδομένον νόμον· ὁ δὲ Ζαχαρίας, προφήτης. Μαρτυρούμενον δὲ ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν συνίσταται τὸ Εὐαγγέλιον. Ἑρμηνεύεται δὲ ὁ μὲν Οὐρίας, φωτισμὸς Θεοῦ· ὁ δὲ Ζαχαρίας, μνήμη Θεοῦ· υἱὸς δὲ Βαραχίου, τῆς εὐλογίας τῆς τοῦ Θεοῦ. Τίνας οὖν ἔπρεπεν εἶναι πιστοὺς ἀνθρώπους (31) μάρτυρας; Εἴ τίς ἐστι πεφωτισμένος ἀπὸ Θεοῦ, καὶ μνήμην ἔχων διηνεκῆ Θεοῦ.

208. Τί οὖν ἐστι τὸ, Καὶ προσῆλθον πρὸς τὴν

(26) Antiqui sex libri, ποιήσας. Editi, ποιῆσαι.
(27) Editi, ὡς καί. Abest καί a nostris sex codicibus. Ibidem editi, Ἰεζεκιὴλ τό. Illud, τό, in nostris sex mss. deest.
(28) Uterque Colb., ἢ ἐπί.
(29) Antiqui sex libri, ἀπὸ ἑτέρας. Editi, ἀφ' ἑτέρας.
(30) Editi, γέγραπται τό. Vocula τό in nostris sex mss. non invenitur. Mox ambo Colbertini, παρέστη γάρ.
(31) Sic antiqui libri omnes. Editi, πιστοὺς ἐν ἀνθρώποις. Aliquanto post mss. nonnulli. εἴ τις ἔσται.

προφῆτιν ; Τουτέστιν, Ἤγγισα τῷ πνεύματι, καὶ τῇ προγνώσει τῶν ἐσομένων, τῇ προφητιδι. Κατέλαβον γὰρ καὶ οἱονεὶ ἐπλησίασα τῇ κατανοήσει τῇ προφητικῇ, καὶ εἶδον αὐτῆς τὴν σύλληψιν πόρρωθεν, προενατενίσας τῷ χαρίσματι τῆς προφητείας· ὅτι ἔτεκεν υἱὸν περὶ οὗ εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι Καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ταχέως σκύλευσον, Ὀξέως προνόμευσον. Ταχέως ἐσκύλευσε τὸν ἰσχυρὸν, τὸν φυλάσσοντα ἑαυτοῦ τὰ κτήματα· τοὺς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας πεπραμένους, καὶ κατεχομένους ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ θανάτου. Ἐσκύλευσε μὲν ἐκεῖνον, προενόμευσε δὲ ταῖς ἰδίαις (32) δυνάμεσι· διαδοὺς τοὺς πιστοὺς πρὸς φυλακὴν καὶ φρουρὰν τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις, περὶ ὧν καὶ αὐτὸς λέγει, ὅτι. Οἱ ἄγγελοι ὑμῶν διαπαντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου, τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ὀξέως προνομεύσας, περὶ οὗ γέγραπται· Ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔλαβε δόματα ἐν ἀνθρώποις. Ὅτι δὲ προφῆτις ἡ Μαρία, ᾗ προσῆλθε κατὰ τὸν προσεγγισμὸν τὸν διὰ τῆς γνώσεως ὁ Ἡσαΐας, οὐδεὶς ἀντερεῖ, μεμνημένος αὐτῆς τῶν (33) ῥημάτων, ἃ προφητικῶς ἀπεφθέγξατο. Τί γάρ φησι ; Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου, ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ. Ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί. Καὶ ὅλοις γε ἐπιστήσας τοῖς ῥήμασιν αὐτῆς, οὐ διστάσεις αὐτὴν εἰπεῖν καὶ προφῆτιν. Διότι Πνεῦμα Κυρίου ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὴν, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπεσκίασεν. Ὅπερ οὖν προσετάχθη γράψαι ἐν τῷ τόμῳ τούτῳ, πλησιάσας τῇ προφήτιδι, γενηθὲν (34) ἐθεώρησεν. Ἐκεῖ γὰρ εἴρηται· Γράψον γραφίδι ἀνθρώπου, ὀξέως προνομὴν ποιῆσαι σκύλων· ἐνταῦθα δὲ, μετὰ τὸ εἰπεῖν, ὅτι ἐν γαστρὶ ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν υἱὸν, γέγραπται τὸ, Καὶ εἶπε Κύριος· Κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ταχέως σκύλευσον, Ὀξέως προνόμευσον. Ὥστε διαφόροις λέξεσι καὶ ἐκείνοις τὸ αὐτὸ λέγεται· ἐν τῷ, Λάβε σεαυτῷ τόμον· καὶ ἐν τῷ, Προσῆλθον πρὸς τὴν προφῆτιν· καὶ οὐδὲν ἀκατάλληλον ἔχει ἡ ἐπαγωγὴ πρὸς τὸ προκείμενον. Οὗτος δὲ καὶ ἔλαβε δύναμιν Δαμασκοῦ, ὁ ἐκ τῆς προφήτιδος γεγεννημένος, καὶ τὰ σκῦλα τῆς Σαμαρείας. Δύναμις Δαμασκοῦ, οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πιστεύοντες· σκῦλα δὲ Σαμαρείας, οἱ ἀπὸ περιτομῆς πεπιστευκότες (35). Διότι Δαμασκὸς μὲν

A *prophetissam* ? Hoc est, Appropinquavi spiritu, et futurorum prænotione, ad prophetissam. Adveni enim, atque cognitione velut prope accessi; et intentis in antecessum per prophetiæ donum oculis, procul conspexi illius conceptum. Vidi, inquam, peperisse filium, de quo dixit Dominus : Vocabis nomen ipsius, *Cito spolia, Velociter deprædare.* Actutum spoliavit fortem, suas ipsius possessiones custodientem, eos scilicet, qui sub peccato erant venumdati [20], mortisque vinculis detinebantur. Spoliavit quidem illum : sed prædam quam fecit, virtutibus suis distribuit; quandoquidem fideles suos angelis sanctis custodiendos credidit et asservandos: de quibus ipse ait, *Angeli vestri semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est* [21]. Hic est enim, B qui cito spolia detraxit, de quo scriptum est: *Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, accepit dona in hominibus* [22]. Nemo autem 535 negaturus est Mariam esse prophetissam, ad quam accessit Isaias per cognitionis accessum; si modo ejus verba prophetico spiritu prolata revocet in memoriam. Quid enim ait? *Magnificat anima mea Dominum. Et exsultavit spiritus meus in Deo servatore meo ; quia respexit ad humilitatem ancillæ suæ. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes* [23]. Et certe omnia illius verba si expendas, nequaquam dubitabis quin eam quoque dicat prophetissam, cum Domini Spiritus supervenerit in ipsam, et virtus Altissimi ei obumbraverit [24]. Quod igitur scribere jussus est propheta in hoc tomo, simul ut appropinquavit ad prophetissam, id jam factum vidit. C Illic siquidem dictum est : *Scribe stylo hominis, ut velociter direptionem faciat spoliorum*, hic autem, postquam dixit eam in utero concepisse, ac peperisse filium, scriptum est : *Et dixit Dominus: Voca nomen ejus, Cito spolia, Velociter deprædare.* Idem itaque exprimitur diversis verbis ac sententiis, cum dicitur : *Sume tibi tomum*, et, *Accessi ad prophetissam*; illatio isthæc nihil quoque habet cum præcedenti propositione dissentaneum. Hic autem qui natus est ex prophetissa, et virtutem Damasci, et spolia Samariæ cepit. Virtus Damasci ii sunt qui ex gentibus credunt : spolia vero Samariæ, qui ex circumcisione fidem sunt amplexi. Quippe ut Syriæ metropolis Damascus est, ita Israelitarum Sama-

[20] Rom. VII, 14. [21] Matth. XVIII, 10. [22] Ephes. IV, 8. [23] Luc. I, 46-48. [24] Luc. I, 35.

(32) Veteres aliquot libri, ταῖς οἰκείαις.

(33) Editi, αὐτῆς τῆς. At mss., αὐτῆς τῶν. Ibidem Colb. primus, προφητικῶς ἀντεφθέγξατο.

(34) Recentior Combefisii codex et Reg. secundus cum editis, γεννηθέν. Alter Combefisii codex et alii tres, γενηθέν, Statim editi, ἐκεῖ γὰρ εἴρηται γράψαι. At sex mss., ἐκεῖτε, fortasse pro ἐκεῖσε,

(35) Procopius, ut alia permulta, ita illud, Δύναμις Δαμασκοῦ, etc., a nostro auctore sumpsit. Sed hic locus apud nostrum auctorem sanus est et integer: apud Procopium vero ita depravatus est, ut ex ejus verbis sententia ineptissima efficiatur. Sic enim legimus pag. 127 : Δύναμις δὲ Δαμασκοῦ οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πιστεύοντες· σκῦλα δὲ Σαμαρείας, οἱ ἐκ περιτομῆς εἶεν ἄπιστοι. id quod ita vertit Curterius : *Significat vero Damasci potentiæ nomine, eos, qui de* D *gentium numero fidem amplexi sunt ; sicut eos per Samariæ spolia, qui ex circumcisione infideles remanserunt.* Sed qui fieri potest, ut, qui ex circumcisione infideles remanserunt, ii dicantur per Samariæ spolia indicari ? Quemadmodum enim qui inter gentes in infidelitate persteterunt, ii Damasci potentiæ nomine non significantur : ita qui ex circumcisione infideles remanserunt, eos constat per Samariæ spolia indicari nullo modo posse. Quod autem dico, id, si propositum auctoris declaretur, magis patebit. Hoc igitur vult Procopius, Damasci potentiæ nomine designari eos, qui relicto gentium errore, fidei essent obtemperaturi : contra, per Samariæ spolia eos significari, qui e Synagoga ad Ecclesiam transirent. Dubium igitur non est, quin pro ἄπιστοι legi oporteat, πιστοί. *Docet non alios per*

ria [25]. Cæterum data mandata grestaque fortia ejus qui ex prophetissa natus est, vice nominum ipsi imponuntur a Domino, perinde ut et nomen Jesus eidem Domino aptatum est ob salutem nobis a Deo impertitam : *Vocabis* enim, inquit, *nomen ejus Jesum;ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum* [26].

269. VERS. 5-8. *Et adjecit Dominus loqui ad me adhuc : Quia non vult populus hic aquam Siloam, quæ quiete fluit ; sed vult habere Rasin et filium Romeliæ regem super vos : ideo ecce adducit Dominus super vos aquam fluminis fortem et multam, regem Assyriorum, et gloriam ejus : et ascendet super omnem vallem vestram, et ambulabit super omnem murum vestrum, et auferel a Judæa hominem, qui poterit caput levare, aut possit perficere aliquid. Et erunt castra ejus, ut impleant latitudinem regionis tuæ.* Quid est quod talia populo minitetur universorum Deus ob aquam Siloam? Qui etiam fit ut nolit populus aquam Siloam.cum historia eam non tradat morbum, aut aliam aliquam noxam utentibus afferre ? Deinde quomodo etiam sequitur eum qui aquam Siloam non vult,velle Rasia,et 536 filium Romeliæ ? Quæ enim cognatio affinitasque intercedit inter aquam inanimatam,et inter regem imperantem et in subjectos principatum tenentem ? Sed tropice intelligendum est nomen Siloam,quod juxta Evangelii doctrinam interpretatur *missum*. Etenim in Joannis Evangelio habetur ejusmodi interpretatio ; *Vade, lava in Siloam quod est missus* [27]. Ecquis igitur esi ille *missus*,et quiete *fluens* nisi is, de quo dictum est : *Dominus misit me, et spiritus ejus* [28] ? Et rursus : *Non contendet, neque clamabit, neque audietur vox ejus in plateis* [29]. Itaque qui non recipiunt eum qui missus e cœlis est, ii mansuetudine ejus spreta ad se adsciscunt filium Romeliæ,hoc est sermonem qui doctrinam mendacem ac falsam complectitur, et tamen pollicetur eam per divinas Scripturas demonstrari: accersunt quoque Rasin,qui si interpreteris, idem valet ac *sublimis*, qui quoque auditorem ad divinarum Scripturarum fide alienum, effert,inflatque,et a fidei fundamento abducit.Aram siquidem ab interpretibus dicitur *sublimis*.Qui igitur aspernantur firmum sermonem, nec admittunt quod stabile et tranquillum, ac sudum est,imo qui dogmata petita ab iis quæ a fide aliena sunt, cum documentis e divina Scriptura depromptis connectunt, iis isthæc sententia comminatur fore, ut in-

μητρόπολις τῆς Συρίας, Σαμάρεια δὲ τοῦ Ἰσραήλ. Πλὴν τὰ προστάγματα (36) καὶ τὰ ἀνδραγαθήματα τοῦ ἐκ τῆς προφήτιδος γεννηθέντος, ἀντὶ ὀνομάτων αὐτῷ ἐπιτίθεται παρὰ τοῦ Κυρίου, ὡς καὶ τὸ Ἰησοῦς ὄνομα παρὰ τὴν σωτηρίαν τὴν ἀπὸ Θεοῦ ἡμῖν δεδομένην ἐφηρμόσθη τῷ Κυρίῳ. Καλέσεις γάρ, φησί, τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

209. Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαί μοι ἔτι· Διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν λαὸν τοῦτον τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωὰμ, τὸ πορευόμενον ἡσυχῇ, ἀλλὰ βούλεσθαι ἔχειν Ῥασὶν, καὶ τὸν υἱὸν Ῥομελίου βασιλέα ἐφ' ὑμῶν (37). διὰ τοῦτο ἀνάγει ἰδοὺ Κύριος ἐφ' ὑμᾶς τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ τὸ ἰσχυρὸν καὶ τὸ πολὺ, τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ· καὶ ἀναβήσεται ἐπὶ πᾶσαν φάραγγα ὑμῶν, καὶ περιπατήσει ἐπὶ πᾶν τεῖχος ὑμῶν, καὶ ἀφελεῖ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας ἄνθρωπον, ὃς δυνήσεται κεφαλὴν ἄραι, ἢ δυνατὸν συντελέσασθαί τι (38). Καὶ ἔσται ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ, ὥστε πληρῶσαι τὸ πλάτος τῆς χώρας σου. Τίνα ἔχει λόγον, τὸν Θεὸν τῶν ὅλων, ἕνεκεν ὕδατος τοῦ ἐν τῷ Σιλωὰμ, τοιαῦτα ἀπειλεῖν τῷ λαῷ, Ὧς δὲ καὶ οὐ βούλεται (39) ὁ λαὸς τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωὰμ, οὔτε νοσοποιὸν ἱστορούμενον, οὔτε ἄλλην τινὰ βλάβην τοῖς χρωμένοις παρεχόμενον ; Εἶτα καὶ τίς ἡ ἀκολουθία, τὸν μὴ βουλόμενον τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωὰμ, βούλεσθαι τὸν Ῥασὶν, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Ῥομελίου ; Τίς γὰρ κοινωνία ὕδατι ἀψύχῳ πρὸς βασιλέα κρατοῦντα καὶ ἄρχοντα τῶν ὑπηκόων ; Ἀλλὰ τροπικῶς ἀκουστέον τοῦ Σιλωὰμ, ἑρμηνευομένου κατὰ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου διδασκαλίαν, ἀπεσταλμένου. Οὕτω γὰρ ἑρμηνεύεται ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ· Ὕπαγε, νίψαι ἐν τῷ Σιλωὰμ, ὅ ἐστιν Ἀπεσταλμένος. Τίς οὖν ὁ ἀπεσταλμένος, καὶ ἀφοφητὶ ῥέων, ἢ περὶ οὗ εἴρηται, Κύριος ἀπέστειλέ (40) με, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ; καὶ πάλιν· Οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκουστὴ γενήσεται ἡ φωνὴ αὐτοῦ ἐν ταῖς πλατείαις. Οἱ τοίνυν μὴ δεχόμενοι τὸν ἐξ οὐρανῶν ἀπεσταλμένον, ὁρῶντες μὲν αὐτοῦ (41) τῆς ποιότητος, ἐπισπώμενοι δὲ ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ Ῥομελίου, τουτέστι λόγον ψευδοδοξίαν περιέχοντα, ἐπαγγελλόμενον δὲ κατὰ τὰς θείας ἀποδείκνυσθαι Δραφὰς, καὶ τὸν Ῥασὶν, ὅστις ἑρμηνεύεται μετέωρος, καὶ τὸν ἔξω τῆς κατὰ τὰς θείας Ρραφὰς πίστεως μετεωρίζοντα τὸν ἀκροατὴν, καὶ φυσῶντα, καὶ ἀπάγοντα τῆς κατὰ τὴν πίστιν θεμελιώσεως. Ἀραὶμ γὰρ ὁ μετέωρος ἑρμηνεύεται. Τοὺς οὖν καταφρονητικῶς μὲν ἔχοντας πρὸς τὸν εὐσταθῆ λόγον, καὶ μὴ καταδεχομένους τὸ σταθερὸν

[25] Isa VII, 8, 9. [26] Matth. I, 21. [27] Joan. IX, 7. [28] Isa· XLVIII, 16. [29] Isa, XLII, 2 : Matth. XII, 19.

Samariæ spolia significari,quam qui ex circumcisione futuri essent fideles. Verba auctoris nostri velim in contextu legas : quarum ex lectione facile intelligetur Procopii locum eo,quo diximus,modo restituendum esse.

(36) Reg. quartus, Πλὴν τὰ πράγματα, *res*.

(37) Uterque Colb. et Reg. secundus, ἐφ' ὑμᾶς. Hæc verba, quæ non longe leguntur. καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ, in nostris sex mss. desunt.

(38) Cobl. primus. συντέλεσθαί τινι. Reg. itidem secundus, συντελέσεσθαί τινι.

(39) Sic libri veteres. Editi, οὐκ ἐβούλετο.

(40) Editi, ἀπέσταλκε. At sex mss. ut in contextu.

(41) Editi, αὐτοῦ. At Reg. quartus, μὲν αὐτοῦ. Nec ita multo post idem codex, Γραφὰς καὶ τόν. Alii quippe mss. et editi, Γραφὰς καὶ ὁ, male.

καὶ γαληνὸν καὶ εὔδιον, ἀλλὰ συμπλέκοντας τὰ ἀπὸ τῶν ἔξω τῆς πίστεως τοῖς ἀπὸ τῶν Γραφῶν παρακούσμασι, τούτοις ἀπειλεῖ ὁ λόγος ἐπάξειν τὸ ὕδωρ τὸ πολὺ καὶ ἰσχυρὸν, τὸν βασιλέα Ἀσσυρίων· τουτέστι, τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου. Ὅτι γὰρ εἰς τὸν Ἀσσύριον λαμβάνει πολλάκις ἡ Γραφὴ τὸν ἀντικείμενον, δηλοῦται ἐν τοῖς ἑξῆς τῷ αὐτῷ τούτῳ προφήτῃ· Καὶ ἔσται γὰρ, φησὶν, ὅταν συντελέσῃ Κύριος πάντα ποιῶν ἐν τῷ ὄρει Σιὼν καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἐπάξει ἐπὶ τὸν νοῦν τὸν μέγαν τὸν ἄρχοντα τῶν Ἀσσυρίων, καὶ ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς δόξης τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Εἶπε γάρ. Ἐν τῇ ἰσχύϊ ποιήσω (42), καὶ ἐν τῇ σοφίᾳ τῆς συνέσεως ἀφελῶ ὅρια ἐθνῶν, καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν προνομεύσω, καὶ σείσω πόλεις κατοικουμένας, καὶ τὴν οἰκουμένην καταλελειμμένα ὡὰ ἀρῶ· καὶ οὐκ ἔστιν (43) ὃς διαφεύξεταί με, ἢ ἀντείπῃ μοι. A

210. Τοιοῦτον οὖν καὶ νῦν ἔοικε λέγειν τὸν ἄρχοντα τῶν Ἀσσυρίων ὕδωρ (44) ὄντα πολὺ, χειμάρρου τρόπον, βιαίως καὶ ῥαγδαίως παρασύροντος τοὺς προστυγχάνοντας· οὗ οἱ καταξιωθέντες τοὺς πειρασμοὺς ἀβλαβῶς διαβῆναι λέγουσι· Χείμαρρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον. Καὶ τὸ Εὐαγγέλιον δὲ ἐπὶ τῆς παραβολῆς τοῦ αὐτοῦ τούτου ὕδατος μέμνηται, ἐν τῷ παραβαλεῖν τὸν ἀκούσαντα τοὺς λόγους, καὶ μὴ ποιοῦντα, ἀνθρώπῳ ἄνευ θεμελίου οἰκοδομήσαντι τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν· πλημμύρας δὲ γενομένης, φησὶν, οὐκ ἀντέσχεν, ἀλλ' ἔπεσεν ἡ οἰκία, καὶ ἐγένετο τὸ πτῶμα τῆς οἰκίας ἐκείνης μέγα. Τοῦτο δὲ τὸ ὕδωρ τὸ πολὺ ἀναβήσεται, φησὶν, ἐπὶ πᾶσαν φάραγγα ὑμῶν. Αἱ δὲ φάραγγες κοιλότητές εἰσι τῆς γῆς. Πῶς οὖν οὐχὶ καταβαίνειν τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ ἀναβαίνειν λέγεται; Ὅτι πᾶσα ἡ ἐν ἀνθρώποις κατὰ τὴν ἁμαρτίαν ταπείνωσις ὑψηλοτέρα ἐστὶ τῶν ἀρχιπηγῶν (45) καὶ τῶν οἱονεὶ ἀρχῶν τῆς πονηρίας. Ἐπειδὰν μέντοι παραδοθῶσι ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμεσι, περιπατήσουσιν ἐπὶ πᾶν τεῖχος τῶν ἀποστατούντων· τουτέστιν, ἐπὶ πάντα τὰ ὀχυρὰ δόγματα, καὶ ἐπὶ πάντα τὰ δοκοῦντα ἀσφαλίσματα αὐτῶν εἶναι. Διὰ δὲ τὴν ἀπὸ (46) τοῦ Σιλωὰμ ἀποστασίαν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ὀλεθρίους τῶν βασιλέων πρόσκλισιν· ἀπειλεῖ ὁ λόγος ἀφαιρεθήσεσθαι ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας πάντα ἄνθρωπον δυνάμενον ἐπαίρειν τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸν δυνατὸν συντελέσασθαί τι· τουτέστι, τόν τε ἐν τῇ κατὰ τὸν νοῦν θεωρίᾳ ὑψηλὸν, καὶ τὸν κατὰ τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν δυνατῶς ἐπιτελοῦντα τὰ δόξαντα· ἀλλὰ καὶ καταστρατοπεδεῦσαι τοῦ πλάτους τῆς χώρας τῶν μὴ καταδεχομένων τὸν B C D

ducatur aqua multa et fortis, rex Assyriorum, hoc est, sæculi hujus princeps. Planum est enim et compertum ex sequentibus ejusdem prophetæ verbis, adversarium sæpe per Assyrium a Scriptura intelligi. Ait enim : *Et erit, cum consummaverit Dominus omnia faciens in monte Sion et in Jerusalem, inducet super mentem magnam principem Assyriorum, et super altitudinem gloriæ occulorum ejus. Dixit enim: In fortitudine faciam, et in sapientia prudentiæ auferam terminos gentium, et fortitudinem earum devastabo. Et commovebo urbes habitatas, et universum orbem comprehendam manu, quasi nidum, et quasi ora derelicta tollam : et non est qui effugiat me, aut contradicat mihi* [30].

210. Videtur igitur etiamnum talem dicere Assyriorum principem, ut sit aqua multa in modum torrentis, vi et impetu quosvis obvios secum arripientis : cujus tentationis qui digni sunt qui transeant illæsi, dicunt: *Torrentem pertransivit anima nostra, aquam intolerabilem* [31]. Quin et Evangelium in parabola hujus istius aquæ commeminit, ubi sermones audientem, sed non facientem, cum homine domum suam sine fundamento ædificante comparat : Ingruente autem, inquit, inundatione, non restitit, sed cecidit domus, et facta est ruina domus illius magna [32.33]. Sed multa hæc aqua ascendet, inquit, super omnem vallem vestram. Valles autem concava sunt terræ. Quare igitur non descendere, sed ascendere aqua dicitur ? Quia omnis hominum objectio ex peccato orta, primis fontibus et veluti nequitiæ 537 scatebris sublimior est. Sed ubi traditi fuerint adversariis potestatibus, ambulabunt super omnem murum eorum qui defecerint, videlicet super omnia fortia dogmata et super omnia, quæ videbantur eorum esse præsidia. Quoniam autem defecerunt a Siloam, et voluntas eorum in pestilentissimos reges fuit propensior, nominatur Scriptura ablatum iri a Judæa hominem omnem, qui caput attollere, et aliquid perficere queat, hoc est, tum eum qui mentis contemplatione sublimis sit ; tum eum, qui virtute effectrici statuta fortiter exsequatur ; tum eum, qui in latitudine regionis populorum castrametari possit, eorum, qui Siloam non admittunt. Nam, quia latam spatiosamque viam amplexi sunt, digni efficiuntur, qui castra sint adversæ po-

[30] Isa. x, 12-14. [31] Psal. CXXIII, 5. [32.33] Luc. VI, 49,

(42) Editi, ἐν τῇ ἰσχύϊ μου ποιήσω. Abest μου a nostris sex codicibus. Uterque Colb., ἐν τῇ ἰσχύϊ ποιήσω ὄρη. *In fortitudine faciam montes.*

(43) Nostri sex mss., καὶ οὐκ ἔστιν. Editi. καὶ οὐκ ἔσται.

(44) Nostra editio, ὡς ὕδωρ, Vocula ὡς in mss. non invenitur. Subinde editi, βαγδαίως παρασύροντα. At sex mss., παρασύροντος.

(45) Veteres tres libri, τῶν γηΐνων, *Sublimior est rebus terrenis.* Aliud codex, τῶν ἀρχηγῶν *principibus.* Hoc videtur scriptor dicere, statum hominis, qui in peccatum lapsus sit, objectum quidem esse, sed ita tamen, ut quodam modo sublimis sit, si videlicet comparetur cum statu dæmonum, qui totius nequitiæ principes sunt et architecti.

(46) Editi, ὀπό. At sex mss., ἀπό. Statim editi et quinque mss., βασιλέων πρόσκλησιν, nec aliter legerat interpres, cum sic verterit : *Et accersiverint pestilentes et perniciosos reges.* Sed cum hæc lectio cum syntaxi componi non possit (scripsis set enim auctor. καὶ τὴν τῶν ὀλεθρίων βασιλέων πρόσκλησιν), eam ob causam ex Colb. secundo pro προσκλησιν edendum curavimus, πρόσκλισιν.

testatis, non quod vi ulla coacti sint ; sed quod sibi ipsi partem deteriorem delegerint. *Quoniam enim non probaverunt Deum habere in notitia : tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt* [34].

211. VERS. 9. *Nobiscum Deus. Cognoscite, gentes, et vincimini : andite usque ad extremum terræ.* Illud, *Nobiscum Deus*, refertur utique ad Servatorem. Sic enim in superioribus vocabatur is, qui natus e Virgine est, Emmanuel scilicet, juxta Hebraicæ linguæ proprietatem : quod si interpreteris, sonat, *Nobiscum Deus* [35]. *Cognoscite, gentes, et vincimini.* Crediderim hanc vocem referri ob gaudium eorum, qui cognito Christi adventu crucis virtutem gentibus metuendam esse didicerunt. Eam ob causam, *Cognoscite*, inquit, *gentes, et vincimini*, ut pulchra illa et vobis conducibili victoria victi, ad Christi obedientiam captivi deducamini, atque a lege peccati per Christi servitutem liberemini. Quomodo igitur vincuntur gentes ? Si agnoverint Deum. Adveniente enim luce, tenebræ vincuntur, vinciturque morbus sanitatis accessu. Itaque agnoveritis, gentes, veritatem duntaxat, et illico victoria vobis salutari vincemini. *Audite usque ad extremum terræ.* Quosnam audietis ? Eos qui vobis annuntiant Evangelium. *In omnem* enim, inquit, *terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum* [36]. *Fortes, vincimini ;* corporeas vires exuite, assumite carnis infirmitatem, ut virtus Dei in infirmitate perficiatur [37]. *Nam, si iterum prævalueritis, iterum* 538 *vincemini.* Si quando in te insurrexerit carnis petulantia, eam in servitutem redigere, debellare, ac spiritui subjicere studeas. VERS. 10. *Et quodcunque consilium inieris, dissipabit Dominus : et verbum quod loquemini non manebit in vobis, quia nobiscum Deus.* Nam perdet sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabit [38]. Humanum igitur consilium ille magni consilii angelus [39] irritum facit, atque hominum sermonem Deus Verbum dissipat. Quorum nihil, inquit, manebit in vobis : quia *nobiscum Deus.* Utile autem fuerit gentibus tempore persecutionis, confidenter dicere illud : *Nam si iterum prævalueritis, iterum vincemini.* Qui enim sæpe oppugnarunt Christi Ecclesiam, non raro succubuere. Quemadmodum enim flamma accessione materiæ comburendæ magis ac magis attollitur : ita ii qui Ecclesiam evertere conati sunt, semper eam per persecutiones ad majorem gloriam atque potestatem provexerunt.

212. VERS. 11-14. *Sic dicit Dominus : Forti manui non obsequuntur, itineri viæ populi hujus, di-*

Σιλωάμ. Διὰ γὰρ τὸ ἐπιδεδωκέναι ἑαυτοὺς τῇ πλατείᾳ ὁδῷ καὶ εὐρυχώρῳ, ἄξιοι γίνονται τοῦ στρατόπεδον εἶναι τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως, οὐχὶ πρὸς ἀνάγκην καταδικαζόμενοι, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἑλόμενοι τὴν μερίδα τὴν χείρονα. Καθόσον γὰρ οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα.

211. Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Γνῶτε, ἔθνη, καὶ ἡττᾶσθε · ἐπακούσατε ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Ἀναφέρεται τοίνυν ἐπὶ τὸν Σωτῆρα τὸ, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Οὕτω γὰρ ὠνομάζετο ἐν τοῖς κατόπιν ὁ ἐκ τῆς Παρθένου γεννώμενος, τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ, Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Γνῶτε, ἔθνη, καὶ ἡττᾶσθε. Ἐκ περιχαρείας δοκεῖ μοι ἡ φωνὴ ἀναφέρεσθαι τῶν ἐπεγνωκότων μὲν τὴν Χριστοῦ παρουσίαν, κατανενοηκότων δὲ τὴν δύναμιν τοῦ σταυροῦ φοβερὰν οὖσαν τοῖς ἔθνεσιν. Διὰ τοῦτο, Γνῶτε, φησὶν, ἔθνη, καὶ ἡττᾶσθε, ἵνα ἡττηθέντες, τὴν καλὴν ἧτταν καὶ συμφέρουσαν ὑμῖν, αἰχμαλωτισθῆτε εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς εἰς τὸν Χριστὸν δουλείας, ἐλεύθεροι γένησθε (47) τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας. Πῶς οὖν ἡττᾶται τὰ ἔθνη ; Ἐὰν ἐπιγνῷ τὸν Θεόν. Ἡττᾶται γὰρ σκότος τῇ τοῦ φωτὸς παρουσίᾳ · καὶ νικᾶται νόσος τῇ τῆς ὑγείας ἐπιδημίᾳ. Μόνον οὖν γνῶτε τὴν ἀλήθειαν, τὰ ἔθνη, καὶ εὐθὺς ἡττηθήσεσθε τὴν σωτήριον ὑμῖν ἧτταν. Ἐπακούσατε ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Τίνων ἐπακούσατε ; Τῶν καταγγελλόντων ὑμῖν τὸ Εὐαγγέλιον. Εἰς πᾶσαν γὰρ, φησὶ, τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Ἰσχυκότες, ἡττᾶσθε, ἀπόθεσθε τὴν ἰσχὺν τοῦ σώματος, ἀναλάβετε τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς, ἵνα ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἐν ἀσθενείᾳ τελειωθῇ. Ἐὰν γὰρ πάλιν ἰσχύσητε, πάλιν ἡττηθήσεσθε. Ἐάν σοί ποτε ἐπαναστῇ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, σπούδασον αὐτὸ δουλαγωγῆσαι, καὶ καταπαλαῖσαι, καὶ ὑποτάξαι τῷ πνεύματι. Καὶ ἣν ἂν βουλεύσησθε βουλὴν, διασκεδάσει Κύριος · καὶ λόγον ὃν ἂν λαλήσητε, οὐ μὴ ἐμμείνῃ ἐν ὑμῖν, ὅτι μεθ' ἡμῶν (48) ὁ Θεός. Διότι ἀπολεῖ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσει. Βουλὴν οὖν ἀνθρωπίνην καταργεῖ ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, καὶ λόγον ἀνθρώπινον ἀθετεῖ ὁ Θεὸς Λόγος. Ὧν οὐδὲν ὑμῖν, φησὶν, οὐ μὴ ἐμμείνῃ · διότι μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Χρήσιμον δὲ ἐν καιρῷ διωγμοῦ θαῤῥοῦντας λέγειν τοῖς ἔθνεσι τό, Ἐὰν γὰρ πάλιν ἰσχύσητε, πάλιν ἡττηθήσεσθε. Πολλάκις γὰρ ἐπαναστάντες τῇ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ, πολλάκις κατέπεσον. Ὥσπερ γὰρ οἱ τῇ προσθήκῃ τῆς ὕλης τῆς καιομένης ἐπὶ τὸ μεῖζον αἴροντες τὴν φλόγα, οὕτως ἀεὶ οἱ καθελεῖν τὴν Ἐκκλησίαν σπουδάσαντες (49), διὰ τῶν διωγμῶν αὐτὴν εἰς μείζονα δόξης προήγαγον καὶ δυνάμεως.

212. Οὕτω λέγει Κύριος · Τῇ ἰσχυρᾷ χειρὶ ἀπειθοῦσι, τῇ πορείᾳ τῆς ὁδοῦ τοῦ λαοῦ τούτου, λέ-

[34] Rom. I, 28. [35] Matth. I, 23. [36] Psal. XVIII, 5. [37] II Cor. XII, 9. [38] Isa. XXIX, 14 ; I Cor. I, 19. [39] Isa. IX, 6.

(47) Antiqui sex libri, γενήσεσθε. Editi, γένησθε.
(48) Editi et Reg. primus, μεθ' ὑμῶν. Alii mss., μεθ' ἡμῶν.
(49) Uterque Colb., σπουδάζοντες. Haud longe sex mss., εἰς μείζονα. Editi, μεῖζον.

γοντες· Μήποτε (50) εἴπητε σκληρόν· πᾶν γὰρ ὃ ἐὰν εἴπῃ ὁ λαὸς οὗτος, σκληρόν ἐστι. Τὸν δὲ φόβον αὐτοῦ οὐ μὴ φοβηθῆτε, οὐδὲ μὴ ταραχθῆτε. Κύριον αὐτὸν ἁγιάσατε, καὶ αὐτὸς ἔσται σου φόβος· κἂν (51) ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς ἧς, ἔσται σοι εἰς ἁγίασμα· καὶ οὐχ ὡς λίθου προσκόμματι συναντήσεσθε, οὐδὲ ὡς πέτρας πτώματι. Μετὰ τὸ εὐαγγελισθῆναι τὸν λόγον περὶ τῆς τοῦ Ἐμμανουὴλ παρουσίας, καὶ οἱονεὶ ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ κατὰ τῶν ἐθνῶν ἐκείνην τὴν φωνὴν ἀφεθῆναι, τὸ, Γνῶτε, ἔθνη, καὶ ἡττᾶσθε, μεθ' ἡμῶν (52) ὁ Θεός· τοῦτο ἐπάγει ὁ λόγος, κατακρίνων τὰ ἔθνη, ὅτι Ἀπειθοῦσι τῇ ἰσχυρᾷ χειρί. Χεὶρ δὲ ἰσχυρὰ, ἡ δύναμις ἡ τῶν ὄντων δημιουργικὴ, ἀφ' ἧς συνέστη πᾶσα ἡ κτίσις τῶν ὁρωμένων, καὶ τῶν ὑπὲρ τὰ ὁρώμενα. Δύο γάρ εἰσι τρόποι δι' ὧν εἰς ἐπίγνωσιν Θεοῦ καὶ ἐπιμέλειαν ἑαυτῶν ἐναχθῆναι (53) δυνάμεθα· ἢ ἐκ τῶν φυσικῶν ἐννοιῶν διὰ τῶν ὁρωμένων πρὸς τὸν Ποιητὴν ἀναβαίνοντες, ἢ ἐκ τῆς διὰ τοῦ νόμου ἡμῖν δεδομένης (54) διδασκαλίας. Οὗτοι δὲ φαίνονται καὶ τῇ ἰσχυρᾷ χειρὶ ἀπειθοῦντες, τουτέστιν ἐκ τῶν κτισμάτων μὴ ἐναγόμενοι πρὸς τὴν τοῦ ποιήσαντος κατανόησιν, καὶ τῇ πορείᾳ, τουτέστι τῇ ὁδῷ. Ὁδὸς δὲ ἦτοι ὁ Κύριος ὁ εἰπών· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. Ὁ αὐτὸς δὲ καὶ χεὶρ Θεοῦ, καὶ δεξιά· Ἡ δεξιὰ γάρ σου, φησὶ, Κύριε, δεδόξασται ἐν ἰσχύϊ· καὶ, Ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστερέωσα τὸν οὐρανόν. Οὐκοῦν κατηγοροῦνται οἱ μὴ πιστεύοντες εἰς (55) τὸν Κύριον. Ἡ πορείαν λέγει νῦν τὴν ὁδὸν τοῦ βίου τούτου τὴν κατὰ τὸν νόμον ἡμῖν διατεταγμένην. Ὅτι γὰρ ὁδὸς ἡ διδασκαλία λέγεται, πολλαχόθεν ἐστὶ γνώριμον, τοῦ Κυρίου τυφλοὺς ὁδηγοὺς τοὺς διδασκάλους τοῦ νόμου προσαγορεύοντος. Καὶ, Ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυριῶν σου ἐτέρφθην· καὶ, Ἐν τῇ ὁδῷ σου ζήσομαι (56)· καὶ, Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ. Καὶ ἁπαξαπλῶς πλήρης ἐστὶν ἡ Γραφὴ, ὁδοιπορίαν τινὰ τὴν διὰ τοῦ νόμου προκοπὴν ἐπὶ τὴν τελείωσιν τῆς ψυχῆς ὀνομάζουσα. Καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγεται τῆς ἀπειθείας. Οὐ δέχονται, φησὶ, τὰ προστάγματα τῆς ὁδοῦ, οἷς κέχρηται ὁ λόγος· ἀλλ' ἀπειθοῦσιν αὐτοῖς, τὸ σκληρὸν τῶν διατεταγμένων μὴ φέροντες.

213. Ὡς καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ οἱ Ἰουδαῖοι, μὴ ἀνασχόμενοι τῶν τοῦ Κυρίου διδαγμάτων, ἔλεγον· Σκληρός ἐστιν ὁ λόγος οὗτος· τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν; Σκληρὸν τῷ πόρνῳ τὸ σωφρονεῖν· σκληρὸν τῷ μεθύσῳ τὸ ἐγκρατεύεσθαι· σκληρὸν τῷ λοιδόρῳ τὸ εὐλογεῖν· καὶ ὅλως παντὶ τραχήλῳ ἐλευθεριάζειν ἐπιθυμοῦντι σκληρὸς ὁ ζυγὸς τοῦ νόμου φαίνεται. Διὰ τοῦτο πολλοὶ, οἱ ἐπὶ τὴν ἀπώλειαν φερόμενοι, διὰ τὸ λεῖον καὶ πλατὺ τῆς ὁδοῦ· ὀλίγοι δὲ, οἱ ἐπὶ τὴν βασιλείαν, τὸ τραχὺ καὶ ἐπίπονον τοῦ κατ' ἀρε-

A *centes: Nequando dicatis durum. Quidquid enim loquitur populus iste, durum est. Timorem autem ejus ne timueritis, neque conturbemini. Dominum ipsum sanctificate, et ipse erit timor tuus; et si in ipso confidas, erit tibi in sanctificationem: neque quasi ad lapidis offensionem accedetis, neque quasi ad petræ ruinam.* Postquam prædicatum est verbum de Emmanuelis adventu, et quodam modo ob reportatam a gentibus victoriam emissa est vox illa, *Cognoscite, gentes, et vincimini, nobiscum Deus;* Scriptura gentes condemnans, subdit illud: *Non obsequuntur manui forti.* Manus autem fortis virtus est quarumcunque rerum creatrix, per quam omnis creatura visibilis, et ea quæ visibilia transcendunt, constitere. Sunt enim modi duo, quibus possimus adduci

B ut cognoscamus Deum, suscipiamusque curam nostri ipsorum: si aut cogitationibus naturalibus per visibilia ascendamus ad Conditorem, aut per legis nobis traditæ doctrinam. Hi autem videntur etiam forti manui non obsequi, hoc est, per creaturas ad Conditoris notitiam non deduci [40]; neque itineri obsequuntur, hoc est, viæ. Hæc autem via est utique Dominus ipse, qui dixit: *Ego sum via* [41]. Quin et ipse est Dei manus et dextera. Ait enim: *Dextera tua, Domine, glorificata est in fortitudine* [42]. Et, *Ego manu mea firmavi cœlum* [43]. Qui itaque in Dominum non credunt, increpantur. Vel nunc iter appellat hujus vitæ viam ex lege nobis præscriptam. Viam enim doctrinam vocari, ex multis locis notum est ac perspectum, cum Dominus legis doctores vocet cæcos viæ duces [44]. Et, *In via testimoniorum*

C *tuorum delectatus sum* [45]; et, *In via tua vivam* [46]; et, *Beati immaculati in via* [47]. Atque uno verbo, Scriptura testimoniis ejusmodi plena est, in quibus eum progressum quo per legem ad animæ perfectionem contendimus, iter quoddam appellat. Quin etiam subjunxit contumaciæ causam. Non recipiunt, inquit, viæ præcepta, quibus usa Scriptura est, imo eis refragantur, cum asperitatem non perferant mandatorum.

213. Hunc ad modum etiam in Evangelio Judæi doctrinam Domini non ferentes, dicebant: *Durus est hic sermo; quis potest eum audire* [48]? Durum est impudico continentem esse; dura est ebrioso temperantia; durum est maledico benedicere; et in

D universum omni collo libertatis cupido jugum legis durum videtur. Quapropter multi pereunt ob lenitatem viæ et latitudinem: pauci vero ad regnum perveniunt, quippe qui acerbitatem laboremque ejus vitæ quæ ex 539 præscripto virtutis instituitur,

[40] Rom. I, 20. [41] Joan. XIV, 6. [42] Exod. XV, 6. [43] Isa. XLVIII, 13. [44] Matth. XV, 14. [45] Psal. CXVIII, 14. [46] Psal. V, 37. [47] Psal. I, 1. [48] Joan. VI, 61.

(50) Uterque Combef. λέγοντος μήποτε.

(51) Editi, καὶ ἐάν. At sex mss., κἂν Statim sex mss., εἰς ἁγίασμα. Editi, εἰς ἁγιασμόν.

(52) Colb. primus, ἡττᾶσθε, ὅτι μεθ' ἡμῶν, *Vincimini, quod nobiscum sit Deus.*

(53) Ita mss. omnes. Editi, ἀναχθῆναι.

(54) Veteres aliquot libri, διδομένης. Aliquanto post sex mss., μὴ ἐναγόμενοι. Editi, μὴ ἀναγόμενοι.

(55) Nostri sex mss., εἰς. Editi, ἐπί.

(56) Editi et quinque mss., ζήσομαι. *In via tua vivam*; nec aliter editum invenitur apud Procopium. At in Reg. tertio et apud LXX legitur, ζῆσόν με, *Vivifica me.*

haudquaquam ferant. Malitia siquidem inescat voluptatis lenitate : virtus vero austeritate disciplinæ et labore vitam eorum qui in ea se exercent, exasperat. *Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras* [49]. Tradita nobis ad nostras animas perficiendas præcepta, vias duras appellat. Quid asperius quam, ut quis ecepta in maxilla plaga, obvertat percussori et alteram [50] ? Quam ut spoliatus nihil repetat [51] ? quam ut ad tribunal tractus, tunica etiam se exuat [52] ? quam ut benedicat maledictis vexatus [53] ? quid durius quam verbis contumeliosis appetitum obsecrare, neminem odisse, precari pro persequentibus [54] ? Sed durum illud vivendi genus suavem Abrahæ patris nostri sinum pro requie nobis apparat. *Beati* enim *qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient. Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur* [55]. Et omnis fere vitæ hujus afflictatio æterna bona conciliat. Quapropter *Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua* [56]. Molestiæ siquidem quæ nunc ob Dei legem accidunt, semen erunt futurorum bonorum. *Venientes autem venient cum exsultatione, portantes manipulos suos* [57]. Itaque non obsequuntur gentes itineri populi, dicentes : *Nequando dicatis durum. Quidquid enim loquitur populus, durum est.* Interroga igitur eos, qui idolis assident, quamobrem non accedant ad prædicationis doctrinam. Certe qui inter ipsos magis sunt ingenui ac sinceri, fatentur se illius austeritatem ferre non posse.

214. Deinde subjungit : *Timorem autem ejus ne timueritis*. Hic autem locus bifariam intelligitur. Etenim dicit gentibus, Nunc timorem nequaquam timete, quem nunc inscienter metuunt, eo quod se in præstantiori vitæ instituto nequaquam exerceant, quasi diceret, Continentiam ne formides : ne metuas fortitudinem : ne pietatem timeas : ne ab ulla perterrearis virtute. Sunt enim cicures virtutes, accessu faciles, suppeditant bona, vitam largiuntur. Aut sermone converso, ad populum ita convertitur : Illi de vobis talia suspicati sunt, vobiscum in legis itinere recusantes conjungi. Vos autem insidias vobis a gentibus paratas ne timueritis : imo Domino in animo versantes, significate ipsum, *Et ipse erit tuus timor*. Hoc maxime ad perfectionem facit, scite

[49] Psal. xvi, 4. [50] Matth. v, 39. [51] Luc. vi, 30. [55] ibid. 5, 6. [56] Psal. cxxv, 6. [57] ibid.

A τὴν βίου μὴ (57) φέροντες. Ἡ μὲν γὰρ κακία δελεάζει τῷ λείῳ τῆς ἡδονῆς· ἡ δὲ ἀρετὴ σκληραγωγίαις καὶ πόνοις ἐκτραχύνει τὸν βίον τῶν ἀσκουμένων. Διὰ τοὺς λόγους τῶν χειλέων σου ἐγώ ἐφύλαξα ὁδοὺς σκληράς. Σκληρὰς (58) ὁδοὺς λέγει τὰς ἐπὶ τὸν καταρτισμὸν τῶν ψυχῶν ἡμῶν δεδομένας ἡμῖν ἐντολάς. Τί σκληρότερον τοῦ, λαβόντα πληγὴν κατὰ σιαγόνος, στρέψαι αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην ; τοῦ, ἀποστερούμενον, μὴ ἀπαιτεῖν ; τοῦ, ἑλκόμενον εἰς δικαστήριον ἐπαποδύεσθαι (59) καὶ τὸν χιτῶνα ; λοιδορούμενον εὐλογεῖν ; βλασφημούμενον παρακαλεῖν ; μηδένα μισεῖν ; ὑπὲρ τῶν διωκόντων προσεύχεσθαι ; Ἀλλὰ ταῦτα τὰ σκληρὰ τὸν ἁπαλὸν ἡμῖν κόλπον τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραὰμ εἰς ἀνάπαυσιν εὐτρεπίζει. Μακάριοι γὰρ οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. Καὶ σχεδὸν πᾶσα ἡ ἐνταῦθα κακοπάθεια πρόξενός ἐστι τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν. Διὰ τοῦτο Πορευόμενοι ἐπορεύοντο, καὶ ἔκλαιον, βάλλοντες (60) τὰ σπέρματα αὐτῶν. Σπέρμα γὰρ ἔσται τῶν μελλόνυων ἀγαθῶν αἱ νῦν διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον ἐγγινόμεναι θλίψεις. Ἐρχόμενοι δὲ ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει, αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν. Ἀπειθοῦσιτ οὖν τὰ ἔθνη τῇ πορείᾳ τοῦ λαοῦ, λέγοντες. Μήποτε εἴπητε (61) σκληρόν. Πᾶν γὰρ ὃ ἐὰν εἴπῃ ὁ λαός οὗτος, σκληρόν ἐστιν. Ἐξέτασον οὖν τοὺς τοῖς εἰδώλοις προσκαθεζομένους, τίνος ἕνεκεν οὐ προσέρχονται τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ κηρύγματος. Ὁμολογοῦσι γὰρ αὐτῶν οἱ εὐγνωμονέστεροι, ὅτι τὸ αὐστηρὸν (62) οὐχ ὑποφέρουσιν.

B

214. Εἶτα ἐπάγει· Τὸν δὲ φόβον αὐτοῦ μὴ φοβηθῆτε. Τοῦτο δὲ διχῶς νοεῖται. Καὶ γὰρ τοῖς ἔθνεσι λέγει, Μὴ φοβεῖσθε (63) τὸν φόβον, ὃν νῦν ἀπαιδεύτως φοβοῦνται, μὴ ἐπιδιδόντες ἑαυτοὺς τῇ ἀσκήσει τῶν βελτιόνων· ὡσανεὶ ἔλεγε· Μὴ φοβοῦ τὴν σοφροσύνην· Μὴ φοβοῦ τὴν ἀνδρίαν· μὴ φοβοῦ τὴν εὐσέβειαν (64)· μηδεμίαν τῶν ἀρετῶν φοβηθῆς. Ἥμεροι εἰσιν, εὐπρόσιτοι, ἀγαθῶν παρεκτικοί, ζωῆς πρόξενοι. Ἡ μεταστρέψας τὸν λόγον, πρὸς τὸν λαὸν ἀποτείνεται· ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ταῦτα περὶ ὑμῶν ὑπειλήφασι, τὴν πρὸς ὑμᾶς ἕνωσιν διὰ τῆς τοῦ νόμου πορείας μὴ καταδεχόμενοι. Ὑμεῖς δὲ μὴ φοβηθῆτε τὰς καθ' ὑμῶν ἐπιβουλὰς τῶν ἐθνῶν, ἀλλὰ νοήσαντες τὸν Κύριον, ἁγιάσατε αὐτὸν, Καὶ αὐτὸς ἔσται σου φόβος. Μέγιστον εἰς τελείωσιν, πεπαιδευμένως

C

[52] Matth. v, 40. [53] Luc. vi, 28. [54] Matth. v, 44

(57) Antiqui quatuor libri, βίου μή. Abest μή ab editis et ab aliis duobus codicibus.

(58) In quibusdam mss. legitur. Σκληρὰς δέ.

(59) Veteres aliquot libri, ἐπαποδύσασθαι.

(60) Uterque Colb., αἴροντες, *tollentes semina*. Haud procul sex mss., αἱ.... ἐγγινόμεναι θλίψεις. Editi, ἡ... ἐγγινομένη θλῖψις.

(61) Ita sex mss. At editi, εἴπωσι. Nec ita multo post Reg. tertius, ἐξετάσω οὖν τούς. Alii quidam mss., ἐξέτασον οὖν τούς. Editi, ἐξέτασον οὖν νῦν τούς.

(62) Editi, τὸ αὐστηρὸν τοῦ κηρύγματος. Sed illud, τοῦ κηρύγματος, a nostris sex mss. abest; nec exprimi necesse fuit, cum orationis series subaudiendum esse aperte ostendat. Haud longe quatuor

D

mss., φόβον αὐτῶν οὐ μή. Reg. primus, φόβον αὐτοῦ οὐ μή. Editi, φόβον αὐτοῦ μή.

(63) Editi et duo mss., φοθεῖσθαι. Alii quatuor, μὴ φοβεῖσθε. Mox editi, τοῦτον τὸν φόβον. Vox, τοῦτον, in mss. non invenitur.

(64) Uterque Colb. et Reg. secundus, τὴν εὐγένειαν, *ne timeas nobilitatem*, inepte. Aliquanto post sex mss., ἀγαθῶν παρεκτικαί. Editi vero, παρεκτικοί. Verbum ἀποτείνεσθαι, quod mox sequitur, fere quidem sumitur pro eo quod est, *invehi in aliquem* : sed hic videtur simpliciter usurpari pro eo quod est *alloqui, convertere sermonem ad aliquem*, cum ea quæ hoc loco leguntur, potius verba sint alloquentis, quam objurgantis.

φοβεῖσθαι, καὶ μὴ πάντα καταπτήσσειν, μηδὲ ψοφοδεεῖς εἶναι, τὰ ἀδεᾶ δεδοικότας (65). Καταγινώσκει γὰρ τῶν τοιούτων ὁ ψαλμὸς, λέγων· Ἐκεῖ φοβηθήσονται φόβῳ, οὗ οὐκ ἦν φόβος. Κύριον οὖν ἁγίασον, Καὶ αὐτὸς ἔσται σου φόβος. Ἐκείνου τὴν παρουσίαν ἐκδέχου, ἐκείνου φοβοῦ τὸ κριτήριον. Φοβερὸς ὁ ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· φοβερὸς ὁ ἐν φωνῇ σάλπιγγος μετὰ (66) ἀγίων ἀγγέλων ἐπιδημεῖν μέλλων ἐξ οὐρανῶν· φοβερὸς οὗ ἡ ἀπόφασις κόλασις αἰωνία. Ἐὰν οὖν ᾖς πεποιθὼς ἐπὶ Κύριον, οὐ συναντήσεις (67) αὐτῷ ὡς λίθου προσκόμματι, οὐδὲ ὡς πέτρας πτώματι. Σαφῶς ὁ λόγος εἰς τὴν πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν προσκαλεῖται πίστιν. Περὶ τούτου γὰρ εἴρηται, ὅτι Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος, καὶ πέτραν σκανδάλου. Οἱ τυφλοὶ, καὶ μὴ δυνάμενοι τὰ ἐν ποσὶ καθορᾷν, προσπταίουσι τνῖς λίθοις, καὶ οἱ μὴ ἠσφαλισμένυι τὰς βάσεις, περιολισθαίνουσι ταῖς πέτραις. Ὁ τοίνυν μηδεμίαν ἐπιμέλειαν τοῦ διορατικοῦ τῆς ψυχῆς ποιησάμενος, μηδὲ διὰ τῆς διδασκαλίας τῶν Γραφῶν γνωρίσας τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν, περιπταίει τῷ κηρύγματι τοῦ Εὐαγγελίου· καὶ ὁ κατὰ τὴν πίστιν εὐπερίτρεπτος σκανδαλίζεται ἐν τῇ πέτρᾳ, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός. Σὺ δὲ, φησὶν, ὁ λαὸς, ἐὰν ᾖς πεποιθὼς, καὶ τελείᾳ τῇ πίστει ἐρηρεισμένος ἐπὶ τὸν Κύριον· οὐχ ὡς λίθου προσκόμματι τῷ περὶ αὐτοῦ λόγῳ συναντήσῃ, οὐδὲ περισφαλήσῃ αὐτῷ, ὡς πέτρας πτώματι. Τάχα δὲ πρόσκομμά ἐστιν Ἕλλησι, τοῖς τὴν σοφίαν ζητοῦσιν, ἡ μωρία τοῦ κηρύγματος· καὶ πέτρα ἐστὶ σκανδάλου τοῖς Ἰουδαίοις, τοῖς τὰ σημεῖα αἰτοῦσι. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ Παῦλος τὸ κήρυγμα εἶναι Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρίαν. Τοῖς δὲ πεποιθόσιν ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ μὴ ἀποδείξεσι λογικαῖς ὑποβάλλουσι τοῦ κηρύγματος τὴν ἁπλότητα, μήτε διὰ σημείων ἐκπειράζουσι τὴν ἀλήθειαν, Χριστός ἐστι Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία.

215. Τότε φανεροὶ ἔσονται οἱ σφραγιζόμενοι τὸν νόμον, τοῦ μὴ μαθεῖν (68). Καὶ ἐρεῖ. Μενῶ τὸν Θεὸν τὸν ἀποστρέψαντα τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἰακὼβ, καὶ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ. Ἐπὶ (69) τῆς ἀκολουθίας τῶν προαγόντων ὁ λόγος ἥρτηται. Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Καὶ πάλιν ὑποβὰς λέγει· Μεθ'

ac perite formidare, neque omnia metuere, neque ad omnem strepitum consternari, non timenda timentes. Tales enim damnat psalmus his verbis, *Illic trepidabunt timore ubi non erat timor* [57]. Dominum igitur sanctifica, *Et ipse erit timor tuus.* Præstolare illius adventum, illius formida judicium 540. Terribilis est qui unicuique reddet juxta opera ipsius [59]; metuendus ille, qui in voce tubæ eum angelis sanctis e cœlis venturus est [60]; tremendus ille, cujus judicium supplicium æternum est [61]. *Si igitur confidas in Domino, non ad eum quasi ad lapidis offensionem accedes, neque quasi ad petræ ruinam.* Sententia hæc perspicue adhortatur ad amplectendam fidem in Dominum nostrum Jesum. De eo enim dictum est: *Ecce pono in Sion lapidem offensionis, et petram scandali* [62]. Qui cæci sunt, et ea quæ ante pedes sunt posita, videre non possunt, offendunt ad lapides; et ii, quorum plantæ non sunt solidatæ, in petras incurrentes prolabuntur. Itaque qui animi vim videndi omnino neglexit, nec Domini agnovit adventum per Scripturarum scientiam, ad Evangelii prædicationem offendit; sed et qui in fide facile subverti potest, in petra, quæ est Christus [63], scandalum patitur. Tu autem, inquit, popule, si habeas fiduciam, atque per fidem integram innitare in Domino; habito de eo sermoni non quasi lapidis offensioni occurres; neque in ipsum veluti in petræ ruinam impinges. Fortasse autem prædicationis stultitia gentibus sapientiam quærentibus est offendiculum; Judæis vero signa quærentibus petra est scandali. Eam ob causam Paulus dicebat prædicationem Judæis quidem esse scandalum, gentibus vero stultitiam [64]. Sed qui confidunt in Domino, nec logicis demonstrationibus subjiciunt prædicationis simplicitatem, neque per signa capiunt veritatis experimentum, iis Christus est Dei virtus et Dei sapientia.

215. Vers. 16, 17. *Tum manifesti erunt qui obsignant legem, ne discant. Et dicet: Exspectabo Deum qui avertit faciem suam a domo Jacob, et confidam in eo.* Sermo ex serie eorum quæ præcessere dependet. *Ecce, virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus* [65]. Et infra rursus ait: *Nobiscum Deus: cognoscite, gentes, et vincimini.* Deinde orationem ad eos convertit, qui legem ab Emma-

[58] Psal. XIII, 5. [59] Matth. XVI, 27. [60] Matth. XXIV, 31. [61] Matth. XXV, 46. [62] Rom. IX, 33. [63] I Cor. X, 4. [64] I Cor. I, 23. [65] Isa. VII, 14; Matth. I, 23.

(65) Antiqui tres libri, ἀδεᾶ δεδοικότες. Nec ita multo post iidem illi tres mss., φοοηθήσονται φόοον.

(66) Editi, μετὰ τῶν. At sex mss., μετά.

(67) Veteres quatuor libri, οὐ συναντήσῃς.

(68) Illa, Τότε φανεροὶ εσονται οἱ σφραγιζόμενοι τον νόμον, τοῦ μὴ μαθεῖν, in editione Romana sic vertuntur: *Tunc manifesti erunt, qui signantur, ut non discant legem.* Nec aliter hæc verba, ut Nobilius monet, interpretatus est Hieronymus. Imo etiam, si ei habenda est fides, ostendunt Basilius et Cyrillus hunc Isaiæ locum ita verti oportere. Sed ea in re viro doctissimo assentiri non queo. Equidem vocem σφραγιζόμενοι sumi posse vel *active* vel *passive* non negaverim, *qui signantur*, aut *qui signant:* sed, nisi valde fallor, ita disponuntur prophetæ verba, ut sensus patiendi omnino excludi videatur. Nam, ut significatio passiva admitti posset, *qui signantur, ut non discant legem*, Græca eo ordine legi deberent. Τότε φανεροὶ ἔσονται καὶ σφραγιζόμενοι, τοῦ μὴ μαθεῖν τὸν νόμον. Arbitror igitur has duas voces, σφραγιζόμενοι et νόμον, ut in Græco exemplari, ita in Latina interpretatione conjungendas esse, hoc modo: *Tunc manifesti erunt, qui obsignant legem, ut ne discant* [*eam.*]

(69) Editi, ἔσομαι ἐπ' αὐτοῦ. Ἔτι. At sex mss. ut in contextu. Mox iidem illi sex mss., καὶ καλέσουσι. Editi, καὶ καλέσεις.

nuele annuntiatam non excipiunt, imo laborem difficultatemque mandatorum illius declinant. *Tunc*, inquit, *manifesti erunt, qui obsignant legem, ne discant.* Sermone enim doctrinæ apud omnes disseminato, nonnulli corda sua emendant ad recipienda documenta, et sunt veluti terra ferax et fecunda, quippe qui amplectantur sermonem, et radicibus altius actis, eum a spinis suffocari non sinant, neque ipsum incustoditum habeant, adeo ut facile queat a diabolo diripi, sed tricesimum et sexagesimum, et centesimum fructum ferant[66]: contra, sunt qui prorsus animum suum occludunt, ut ne excipiant sermonem, imo quasi colligant se atque obsignant, ne veritatis sermo ingrediatur. Hi autem dicuntur obsignari, qui in seipsis formam adversarii ac speciem exprimentes, in seipsis nolunt Christum formari[67], quique imagine cœlestis vitiata, in sola terreni imagine oblectantur[68]. Est autem lex obsignata obscuritate, et propterea quod a quibuslibet facile **541** non potest capi: quippe quia necessario studium legis exercitatioque requiritur. Quisquis igitur animum suum non adjungit ad meditationem, nec ignorantiæ vinculum solvere cupit, is legem obsignare dicitur: qui futurus est manifestus in revelationis die. Manifesti enim erunt qui obsignant legem, ne discant. Quomodo ergo obsignant legem Judæi, de quibus dictum est: Tulistis claves et neque ipsi introitis, et eos qui possunt introire prohibetis[69]? Obsignat, ut ne discat, is qui grammaticæ observationis simulatione et nomine mysteria intus recondita non detegit. Et quid dicat, considera: num scilicet sint aperte voces Judaicæ: *Expectabo Deum, qui avertit faciem suam a domo Jacob.* Dicunt hæc Judæi: Non credo in Deum; non admitto Emmanuelem: tametsi nunc pro derelicto habeor, aliquando tamen visitationem Dei exspectabo qui avertit faciem suam a domo Jacob.

A ἡμῶν ὁ Θεός· γνῶτε, ἔθνη, καὶ ἡττᾶσθε. Εἶτα πρὸς τοὺς μὴ καταδεχομένους τὸ καταγγελλόμενον παρὰ τοῦ Ἐμμανουὴλ, ἀλλὰ τὸ ἐπίπονον τῶν παρ' αὐτοῦ διατεταγμένων ἐκκλίνοντας ἀποτείνει τὸν λόγον. Τότε, φησὶ, φανεροὶ ἔσονται οἱ σφραγιζόμενοι τὸν νόμον, τοῦ μὴ μαθεῖν. Τοῦ γὰρ λόγου τῆς διδασκαλίας κατασπειρομένου εἰς πάντας, οἱ μὲν ἀνορθοῦσιν ἑαυτῶν τὰς καρδίας εἰς ὑποδοχὴν τῶν διδαγμάτων· καὶ εἰσὶν ὥσπερ γῆ εὔκαρπος. οἱ δεχόμενοι τὸν λόγον, καὶ εἰς βάθος ῥιζοῦντες, καὶ μὴ καταπνίγοντες ὑπὸ ἀκανθῶν, μήτε ἀφύλακτον ἔχοντες, ὡς εὐδιάρπαστον εἶναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ἀλλὰ καρποφοροῦντες ἐν τριάκοντα καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν. εἰσὶ δὲ καὶ οἱ πάντη ἀπκλείοντες ἑαυτῶν τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ μὴ παραδέξασθαι τὸν λόγον, ἀλλ' οἱονεὶ ἀποδεσμοῦντες ἑαυτοὺς καὶ σφραγιζόμενοι ὑπὲρ τοῦ μὴ B ἐπεισελθεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Σφραγίζεσθαι δὲ λέγονται (70) οἱ τῇ μορφῇ τοῦ ἀντικειμένου ἑαυτοὺς ὁμοιώσαντες, καὶ μὴ καταδεχόμενοι ἐν αὐτοῖς μορφωθῆναι Χριστὸν, οἱ παραχαράξαντες τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, καὶ μόνῃ χαίροντες τῇ εἰκόνι τοῦ χοϊκοῦ. Ἐσφράγισται δὲ ὁ νόμος ἀσαφείᾳ καὶ τῷ (71) μὴ εὔληπτος εἶναι τοῖς τυχοῦσι, διὰ τὴν ἀναγκαίως ἐπιζητουμένην τοῦ νόμου γυμνασίαν. Ὁ τοίνυν μὴ ἐπιδιδοὺς ἑαυτὸν τῇ μελέτῃ, μηδὲ λύειν τὸν τῆς ἀγνοίας δεσμὸν ἐπιθυμῶν, σφραγίζειν τὸν νόμον λέγεται, ὃς φανερωθήσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀποκαλύψεως. Φανεροὶ γὰρ ἔσονται οἱ σφραγίζοντες τὸν νόμον, τοῦ μὴ μαθεῖν. Πῶς οὖν σφραγίζουσι τὸν νόμον οἱ Ἰουδαῖοι, περὶ ὧν εἴρηται, ὅτι Ἤρατε τὰς κλεῖς, καὶ οὔτε αὐτοὶ εἰσέρχεσθε, καὶ τοὺς δυναμένους εἰσελ- C θεῖν κωλύετε; Σφραγίζει, τοῦ μὴ μαθεῖν, ὁ ἐπὶ (72) προφάσει δὴ τῆς κατὰ τὸ γράμμα τηρήσεως μὴ ἀποκαλύπτων τὰ ἐν τῷ βάθει μυστήρια. Καὶ τί λέγει, σκόπει, εἰ μὴ ἀντικρυς Ἰουδαϊκαὶ αἱ φωναί. Μενῶ τὸν Θεὸν τὸν ἀποστρέψαντα τό πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἰακώβ. Ταῦτα λέγουσιν Ἰουδαῖοι· Οὐ πιστεύω εἰς τὸν Θεόν· οὐ δέχομαι τὸν Ἐμμαναυήλ· εἰ καὶ νῦν ἐγκαταλέλειμμαι, ἀλλὰ μενῶ ποτε τὴν ἐπισκοπὴν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀποστρέψαντος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἰακώβ.

216. Vers. 18. *Ecce ego et pueri quos mihi dedit Deus. Et erunt signa et portenta in domo Jacob, a Domino Sabaoth, qui habitat in monte Sion.* Posteaquam objurgati sunt inobsequentes, tum demum Dominus ipse in propria persona loquitur. Illi igitur, inquit, forti manu et itineri viæ populi hujus non obtemperant; sed Dominum, qui avertit faciem suam a domo Jacob, præstolari se simulant. Ego autem eos qui in me credunt, ceu recens regeneratos, vetere homine exuto et novo induto[70], quasi pueros modo genitos[71], tenellos moribus et mali expertes, ac tandem a primis Scripturarum elementis ceu a lacte submotos, atque ad perfectiorem my-

216. Ἰδοὺ ἐγῶ καὶ τὰ παιδία, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. Καὶ ἔσται σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ οἴκῳ Ἰακὼβ, παρὰ Κυρίου Σαβαὼθ (73), ὃς κατοικεῖ ἐν τῷ ὄρει Σιών. Μετὰ τὸ ἐλεγχθῆναι τοὺς ἀπειθοῦντας, τότε λοιπόν αὐτὸς ὁ Κύριος ἀπὸ τοῦ ἰδίου προσώπου διαλέγεται. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, φησὶν, ἀπειθοῦσι τῇ ἰσχυρᾷ χειρὶ, καὶ τῇ πορείᾳ τῆς ὁδοῦ τοῦ λαοῦ D τούτου· καὶ προσποιοῦνται ἀναμένειν τὸν Κυριον τὸν ἀποστρέψαντα τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἰακώβ. Ἐγὼ δὲ τοὺς εἰς ἐμὲ πεπιστευκότας, ἄρτι ἀναγεννηθέντας, ἐν τῷ ἀποθέσθαι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον καὶ ἀναλαβεῖν τὸν νέον, οἱονεὶ παῖδας ἀρτιγενεῖς, ἀπαλοὺς τὸν τρόπον καὶ ἀπειροκάκους, καὶ ἀπογεγα-

[66] Marc. IV, 8. [67] Gal. IV, 19. [68] I Cor. 15, 49. [69] Luc. XI, 52. [70] Coloss. III, 9. [71] I Petr. II, 2.

(70) Editi et recentior Combefisii codex, λέγομεν. Alter Combefisii codex et alii quatuor ut in contextu.

(71) Veteres aliquot libri, τῷ. Editi et Reg. quartus, τό.

(72) Uterque Colb. et Reg. secundus. ὁ ἐπί. Deest ὁ in aliis mss. et in vulgatis.

(73) Veteres aliquot libri, παρὰ Κυρίου Θεοῦ, *a Domino Deo.*

λακτισμένους λοιπὸν ἀπὸ τῶν εἰσαγωγικῶν λόγων καὶ ἐπὶ τὴν τελειοτέραν τροφὴν τῶν μυστηρίων χωροῦντας, τούτους προσλαβόμενος, καὶ θάλπων τῷ κόλπῳ τῆς εὐσπλαγχνίας, προσάγω τῷ Πατρί. Δι' ἐμοῦ γὰρ ἡ ὁδὸς τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπιγνώσεως. Ὅτι δὲ (74) ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ εἰσιν οἱ λόγοι, οὐδεὶς ἀντερεῖ τῶν μεμνημένων τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς· Ἔπρεπε γὰρ, φησὶ, δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγάγοντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας διὰ παθημάτων τελειῶσαι. Ὅ τε γὰρ ἁγιάζων, φησὶ, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι (75), ἐξ ἑνὸς πάντες. Δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς καλεῖν ἀδελφούς, λέγων· Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· καὶ πάλιν· Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός.

A steriorum escam pergentes, assumo, calefacioque in misericordiæ sinu, et Patri offero. Per me enim ad ipsum cognoscendum expedita via est. Hæc autem verba in Christi persona pronuntiari, nemo negaverit, qui meminerit Epistolæ ad Hebræos: *Decebat enim*, inquit, *eum, propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare. Qui enim*, inquit, *sanctificat et qui sanctificantur, ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. Et iterum: Ecce ego et pueri quos mihi dedit Deus* [72].

217. Καὶ ἔσται, φησὶ, σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ οἴκῳ Ἰακώβ. Παρὰ τούτων τῶν παιδίων τῶν ἀναγεννηθέντων ὑπὸ Χριστοῦ δυνατὰ σημεῖα, καὶ τέρατα ἐν τῷ οἴκῳ Ἰακὼβ (76) ἐπιτελεσθήσεται. Παιδία ἦσαν οἱ ἀπόστολοι, τῇ κακίᾳ νηπιάζοντες· οἱ πρῶτον μὲν γλώσσαις λαλοῦντες, ἰδιῶται ἄνθρωποι καὶ Γαλιλαῖοι, πᾶσι φανερὰν ἐποίησαν τὴν ἐπιδημίαν τοῦ Πνεύματος, καὶ τὴν γενομένην ἐπ' αὐτοὺς τῶν χαρισμάτων διαίρεσιν, καὶ τὸν μερισμὸν τῶν γλωσσῶν. Ἔπειτα γνωστὸν σημεῖον, ὁ ἐπὶ τῇ ὡραίᾳ πύλῃ καθεζόμενος χωλὸς, παρὰ Πέτρου καὶ Ἰωάννου, διὰ τῆς ἐπικλήσεως τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, ἀρτίπους γενόμενος, στερεωθεισῶν αὐτῷ (77) τῶν βάσεων. Ἐφ' ᾧ καὶ ἐπληρώθη ἡ παλαιὰ προφητεία, ὅτι Τότε ἁλεῖται, ὡς ἔλαφος, ὁ χωλός. Σημεῖον ἦν ἡ Δορκὰς, ἐκ νεκρῶν ἐγειρομένη. Σημεῖον ἦν αἱ σιδηραῖ πύλαι τῆς φυλακῆς, αὐτομάτως ὑπανοιγόμεναι τῇ ἐξόδῳ τοῦ Πέτρου· τὰ δεσμὰ λυόμενα· καὶ ὅσα ἄλλα διὰ τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο εἰς φανέρωσιν τῆς θεότητος τοῦ Μονογενοῦς. Ταῦτα δὲ πάντα τὰ σημεῖα καὶ τέρατα παρὰ (78) Θεοῦ ἐστι Σαβαὼθ, ὃς κατοικεῖ ἐν τῷ ὄρει Σιών. Θεὸν Σαβαὼθ τὸν Θεὸν τῶν στρατιῶν νοεῖν προσῆκε. Τίς δὲ ἄλλος τῶν στρατιῶν Κύριος, ἢ ὁ λεγόμενος ἀρχιστράτηγος (79) τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ, παρ' οὗ δέδοται τὰ σημεῖα τοῖς παιδίοις; Ὅτι δὲ παιδία οἱ εἰς Χριστὸν πεπιστευκότες, δῆλον μὲν καὶ ἐκ τοῦ εἰρηκέναι τὸν Κύριον περὶ τῶν αἰνούντων αὐτὸν, καὶ λεγόντων, Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, πρὸς τοὺς Ἰουδαίους τοὺς εἰπόντας αὐτῷ· Οὐκ ἀκούεις τί οὗτοι λέγουσιν; Ὅτι ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. Νηπίους γὰρ ἐκεῖ εἶπε τοὺς τέμνοντας τὰ βάϊα τῶν φοινίκων καὶ τὰ ἱμάτια στρωννύντας ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ τοὺς κράζοντας καὶ δο-

217. *Et erunt*, inquit, *signa et portenta in domo Jacob.* Ab hisce pueris a Christo regeneratis fortia B signa et portenta in domo Jacob edentur. Infantes erant apostoli, utpote malitia pueri [73]; qui primum quidem linguis loquentes, homines scilicet idiotæ et Galilæi, tamen Spiritus sancti adventum omnibus manifestum reddiderunt; atque donorum divisionem, linguarumque partitionem concessam sibi fuisse ostenderunt [74]. Adhæc dilucidum et notum signum est claudus ille, qui ad Speciosam portam sedens, per invocationem nominis Christi a Petro et Joanne perfectam pedum sanitatem obtinuit, firmatis ipsius 542 plantis ac roboratis [75]. In quo signo completa est vetus illa prophetia: *Tunc saliet, ut cervus, claudus* [76]. Signum erat Dorcas, a mortuis excitata [77]. Signum fuere ferreæ carceris portæ [78], ex se ipsis in Petri egressu adapertæ, vincula soluta, et quæcunque alia, quæ ab C apostolis gesta sunt ad declarandam Unigeniti divinitatem. Hæc autem signa ac prodigia omnia facta sunt a Deo Sabaoth, qui habitat in monte Sion. Par fuerit Deum Sabaoth Deum intelligere exercituum. Quis autem alius exercituum Dominus, nisi qui dicitur princeps militiæ virtutis Dei [79], a quo data sunt pueris signa? Hinc autem liquet eos qui in Christum credidere, pueros appellari, quod Dominus causa eorum qui ipsum laudabant, ac dicebant: *Hosanna in altissimis*, Judæis et dicentibus, *Non audis quid isti dicunt?* responderit: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem* [80]. Illic enim infantes vocavit eos, qui cæsis palmarum ramis, vestimentisque in via stratis, clamabant, ac eum gloriosis ac honorificis verbis proseque-

[72] Hebr. II, 10-13; Psal. XXI, 23; Isa. VIII, 18. [73] I Cor. XIV, 20. [74] Act. II, 4 sqq. [75] Act. III, 2 sqq. [76] Isa. XXXV, 5. [77] Act. IX, 40. [78] Act. XII, 10. [79] Jos. V, 14. [80] Matth. XXI, 15, 16.

(74) Codices nonnulli, ὅτι γάρ.

(75) Ita mss. omnes. Editi, ὁ ἁγιαζόμενος. Statim editi, αὐτοὺς ἀδελφοὺς λεγειν. Ἀπαγγελῶ γὰρ, φησὶ, τὸ ὄνομα. At nostri sex mss. ita, ut edidimus.

(76) Editi, τοῦ Ἰακώβ. Abest τοῦ a nostris sex codicibus.

(77) Antiqui sex libri, αὐτῷ. Editi, αὐτου.

(78) Editi καὶ τὰ τέρατα παρὰ τοῦ. Desunt in mss. articuli Haud longe editi, προσήκει. At sex mss. προσῆκεν.

(79) Hæc verba, ὁ λεγόμενος ἀρχιστράτηγος, etc., *qui dicitur princeps militiæ*, etc., sumpta sunt ex Jos. v, 14. Sed ibi, ut notat Combefisius, videtur potius angelus designari, quam ipse Dei Filius. Quod eodem illo in loco ait vir doctissimus, Eusebium voce ἀρχιστράτηγος libenter uti, id me facile adducit, ut credam hujus Commentarii auctorem, ut alia permulta, ita eam vocem ab Eusebio mutuatum esse.

bantur[80a]. Sed in alio loco ait : *Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis*[81]. Eos utique qui fuerant sermone eruditi, et revelatione mysteriorum dignati, afflatu Spiritus, appellat parvulos. Itaque per illud, *Ecce ego et pueri*, electos suos significat quia : *Quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes*[82]. Quisquis igitur deponit veterem hominem, qui juxta erroris concupiscentias corrumpitur[83], induit vero novum, qui renovatur juxta Conditoris imaginem[84], is ex mystica Christi sententia puer est.

218. Vers. 19-22. *Et si dixerint ad vos : Quærite ventriloquos, et eos qui de terra loquuntur, vana loquentes, qui de ventre vociferantur : Nonne gens ad Deum suum exquirent? Quid exquirunt de vivis mortuos? Legem enim in auxilium dedit, ut dicant : Non sicut verbum hoc, de quo non est dare munera de eo. Et veniet super vos dira fames; et eril, ut esurieritis, contristabimini, et maledicetis principi, et patriis legibus : et suspicient in cœlum sursum. Et in terram deorsum inspicient. Et ecce egestas angusta, et tenebræ, afflictio et angustia; et tenebræ; ita ut non videant. Et non deficiet, qui in angustia est usque ad tempus.* Qui non excipiunt Evangelii verbum, et quasi stultitiam spernunt illius prædicationem[85], et quibus crux est offensioni, iis cum sumus auctores ut redeant ad hanc agnitionem, vicissim consilia e suo errore deprompta nobis dant, dicentes : Quærite non Dominum, sed ventriloquos, et eos qui de terra loquuntur, vana loquentes. Atque hanc rem testatur experientia. Qui enim addicti sunt idolis, cum sint somniis, divinationibus et dæmonum oraculis attenti, ii nihili faciunt veritatem, nobisque suadent ut talia exposcamus. Nam dæmones 543 efficiunt, ut ii qui experiuntur, ad suam ipsorum perniciem errent. Et quidem nunc quasdam rerum imagines in somnis undique suscitant, quibus aut corporearum ægritudinum curatio suggeritur, aut futura prænuntiatur. Res enim hujusmodi cernere possunt dæmones. Ad corporis morbos quod attinet, eos prævident, quod perspicaciori ingenii facultate præditi sint ad agnoscendas materiæ proprietates, quodque herbarum qualitates, et earum vim morbis curandis idoneam norint. Quod vero spectat ad futuros eventus, sæpenumero quæ jam conti-

A ξολογοῦντας αὐτόν. Ἀλλὰ καὶ ἐτέρωθι· Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε, τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις· νηπίους λέγων τοὺς μαθητευθέντας τῷ λόγῳ, καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος τῆς ἀποκαλύψεως τῶν μυστηρίων ἀξιωθέντας. Ἰδοὺ οὖν ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, δείκνυσι τοὺς ἐκλεκτοὺς ἑαυτοῦ· διότι Τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφούς. Πᾶς οὖν ὁ ἀποθέμενος τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, καὶ ἐνδυσάμενος τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, παιδίον ἐστὶ κατὰ τὸ μυστικὸν τοῦ Χριστοῦ (80).

B 218. Καὶ ἐὰν εἴπωσι πρὸς ὑμᾶς· Ζητήσατε τοὺς ἐγγαστριμύθους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς γῆς φωνοῦντας, τοὺς κενολογοῦντας, οἱ ἐκ τῆς κοιλίας φωνοῦσιν· Οὐκ ἔθνος πρὸς Θεὸν αὐτοῦ ἐκζητήσουσι; Τί ἐκζητοῦσι περὶ τῶν ζώντων τοὺς νεκρούς; Νόμον γὰρ εἰς βοήθειαν ἔδωκεν, ἵνα εἴπωσιν· Οὐχ ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο, περὶ οὗ οὐκ ἔστι δῶρα δοῦναι περὶ αὐτοῦ. Καὶ ἥξει ἐφ' ὑμᾶς σκληρὰ λιμὸς, καὶ ἔσται, ὡς ἂν πεινάσητε, λυπηθήσεσθε, καὶ κακῶς ἐρεῖτε τὸν ἄρχοντα, καὶ τὰ πάτρια. Καὶ ἀναβλέψονται εἰς τὸν οὐρανόν ἄνω. Καὶ εἰς τὴν γῆν κάτω ἐμβλέψονται. Καὶ ἰδοὺ ἀπορία στενὴ, καὶ σκότος, θλῖψις (81) καὶ στενοχωρία καὶ σκότος, ὥστε μὴ βλέπειν. Καὶ οὐκ ἀπορηθήσεται ὁ ἐν στενοχωρίᾳ ὢν ἕως καιροῦ. Οἱ μὴ καταδεχόμενοι τὸν λόγον τοῦ Εὐαγγελίου. οἱ ἐξουθενοῦντες τὸ κήρυγμα (82) ὡς μωρίαν, καὶ ἐπὶ τῷ C σταυρῷ σκανδαλιζόμενοι, ὅταν αὐτοῖς συμβουλεύωμεν ἐπανελθεῖν πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν, ἀντιπροτείνονται ἡμῖν τὰς ἐκ τῆς ἰδίας πλάνης παραινέσεις, λέγοντες· Ζητήσατε μὴ τὸν Κύριον, ἀλλὰ τοὺς ἐγγαστριμύθους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς γῆς φωνοῦντας, τοὺς κενολογοῦντας. Καὶ τούτου μάρτυς ἡ πεῖρα. Οἱ γὰρ προστετηκότες τοῖς εἰδώλοις, ὀνείροις καὶ κληδόσι, καὶ μαντείαις δαιμόνων προσέχοντες, καὶ αὐτοὶ τὴν ἀλήθειαν ἐξουδενοῦσι, καὶ ἡμῖν συμβουλεύουσι τὰ τοιαῦτα ἐξαιτεῖν (84). Διότι ἐνέργειαι πλάνης ἐπὶ καταστροφῇ τῶν πεπειραμένων αὐτοῖς ἐνεργοῦνται παρὰ τῶν δαιμόνων· νῦν μὲν ἐν τοῖς ὕπνοις φαντασίας τινὰς περιιστώντων (84), ἢ συμβουλὴν ἐχούσας πάθους σωματικοῦ, ἢ προαγορευούσας τὸ μέλλον. Δύνανται δὲ τὰ τοιαῦτα συνορᾷν οἱ δαίμονες· περὶ μὲν τὰ τοῦ σώματος D πάθη, διὰ τὸ διορατικώτεροι εἶναι τῶν ὑλικῶν ἰδιωμάτων, καὶ ἐπεσκέφθαι ποιότητας βοτανῶν, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῶν πρὸς τὰ πάθη κατάλληλον. Περὶ δὲ τῶν

[80a] Matth. xxi,8. [81] Matth. xi, 25. [82] I Cor. i, 27. [83] Ephes. iv, 22. [84] Coloss. iii, 10. [85] I Cor. i, 23.

(80) Ita uterque Combef. et alii quatuor mss. At editi, κατὰ τὸν μυστικὸν Χριστοῦ λόγον.

(81) Veteres aliquot libri, καὶ θλῖψις. Hoc ipso in loco voces καὶ σκότος ex vetustiore Combefisii codice et ex aliis quatuor addidimus; nec aliter editum invenitur apud LXX. Rursus ibidem aliqui mss., ἐμβλέπειν.

(82) Editi et Reg. primus, τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου. Illud, τοῦ Εὐαγγελίου, in aliis quinque mss. deest.

(83) Antiqui sex libri, ἐξαιτεῖν. Editi, ἐκζητεῖν· Quod Curterius conjectura ductus dixerat, fortasse apud Procopium pag. 139 pro γινομένων legendum esse πειρωμένων de eo dubitari vix posse arbitramur. Nam auctor noster, quem passim compilavit Procopius, paulo post ita loquitur, διότι ἐνέργειαι πλάνης ἐπὶ καταστροφῇ τῶν πεπειραμένων, etc. *Dæmones enim efficiunt, ut ii qui experiuntur, ad suam ipsorum perniciem errent.*

(84) Editi, περιστώντων, *exhibent et repræsen-*

μελλόντων πολλάκις προλέγουσι τὰ ἤδη γενόμενα, ἡμῖν δὲ μήπω ἐγνωσμένα, ὡς ἐσόμενα ἡμῖν ἀναγγέλλουσιν. Οἷον εἴ τις καὶ παρ' ἡμῶν (85) ἀκούσας παρουσίαν τινὸς, ταύτην τῷ προσδοκῶντι ὡς μέλλουσαν ἀναγγέλλοι· τὴν ἐκ τοῦ δοκεῖν προφήτης εἶναι δόξαν δι' ἀπάτης θηρώμενος. Οὕτω καὶ οἱ δαίμονες τὰ διατετυπωμένα, τὰ ἀποφάσει Θεοῦ δημοσιευθέντα, ἀνήγγειλαν πολλάκις τοῖς πρὸς ἀπάτην εὐκόλως ἔχουσιν. Ὡς καὶ ἡ ἐγγαστρίμυθος τῷ Σαοὺλ διὰ τῶν δαιμόνων ἀνήγγειλε τὴν μέλλουσαν ἥτταν. Δαίμονες γὰρ ἦσαν οἱ κατασχηματίζοντες (86) ἑαυτοὺς εἰς τὸ τοῦ Σαμουὴλ πρόσωπον· οἳ διὰ τὸ ἀκηκοέναι τῆς ἐπὶ τῷ Σαοὺλ κατακρίσεως, ὡς ἰδίαν ἀπόφασιν τὴν ἐξενεχθεῖσαν παρὰ Θεοῦ διηγοῦνται. Ἐπὶ οὖν (87) τὰς ἐκ τῶν δαιμόνων ἀπάτας προτρέπονται ἡμὰς πολλάκις τὰ ἔθνη, λέγοντες· Ἐκζητήσατε τοὺς ἐγγαστριμύθους, τοὺς ἀπὸ τῆς γῆς φωνοῦντας. Οὐδὲ γὰρ τολμῶσιν εἰπεῖν ἐξ οὐρανῶν (88) αὐτῶν εἶναι τὰ ῥήματα. Ὡς καὶ ἡ ἐν ταῖς Βασιλείαις ἐκείνη διαλεγομένη τῷ Σαοὺλ ἔλεγεν, ὅτι Ὁρῶ ἐγὼ θεοὺς ἀναβαίνοντας ἀπὸ τῆς γῆς. Τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν ἐγγαστριμύθων ἐπίνοια· ψυχὰς ἐπαγγέλλονται τετελευτηκότων ἀνάγειν εἰς φανέρωσιν τῶν ἐπιζητουμένων. Εἶτα τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἐπιφέρει, ἣν ἔχει περὶ τῶν τοιούτων ἐπινοιῶν, καὶ ἀποφαίνεται αὐτοὺς ματαιολόγους, εἰπών· Τοὺς κενολογοῦντας, οἳ ἐκ τῆς κοιλίας φωνοῦσιν· ἤτοι ἀπὸ τοῦ θελήματος ἑαυτῶν φθεγγόμενοι. Οὐ γὰρ ἐτέρωθεν διδαχθεὶς λέγει, ἀλλὰ ἀναπλάσας ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ τὸ ψεῦδος, τοῦ θελήματος τῶν ὁρώντων παραστοχαζόμενος λέγει τὰ πρὸς ἀπάτην τῶν ἀνοήτων αὐτῷ χρησιμεύοντα.

219. Ἢ τάχα ἐκ τῆς κοιλίας φωνοῦσιν, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία· οἱ πάντα πραγματευόμενοι, τῆς ἐν τῷ ἐσθίειν καὶ πίνειν ἕνεκεν ἡδονῆς. Ὥστε οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι εἰπὼν ἐγγαστριμύθους καὶ ἐκ τῆς κοιλίας φωνοῦντας τοὺς ὑπὲρ τοῦ τὴν γαστέρα πληρῶσαι διδασκαλίαν σχηματιζομένους, καὶ εὐλαβείας ἑαυτοῖς περιτιθέντας μορφὴν· οἳ διὰ τὸ μὴ ἀπὸ διαθέσεως τοὺς λόγους προφέρεσθαι, κενολογοῦσιν. Εἰκότως. Ὁ γὰρ μὴ ποιῶν, καὶ διδάσκων, ἀναξιόπιστός ἐστιν εἰς ὠφέλειαν. Τὸ δὲ, Οὐκ ἔθνος πρὸς Θεὸν αὐτοῦ ἐκζητήσουσι; τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι ἕκαστον ἔθνος τῷ ἑαυτοῦ Θεῷ προσάγει τὴν περὶ οὗ βούλεται μαθεῖν ζήτησιν. Καὶ ἐρωτηματικῶς χρὴ τυποῦσθαι τὴν ἀνάγνωσιν πρὸς τὴν σαφήνειαν (89) τοῦ ῥητοῦ· Οὐχὶ ἔθνος πρὸς Θεὸν αὐτοῦ ἐξζητήσουσιν; Ὥστε τοὺς (90)

A gere, prædicunt; et quæ nondum ad nostram pervenere notitiam, nobis annuntiant quasi futura. Nec secus ac si quispiam qui ex nobis alicujus adventum audivisset, eum præstolanti tanquam futurum renuntiaret, ut dum propheta esse videbitur, inde gloriam per fraudem venetur. Hunc ad modum et dæmones, iis qui facile in errorem induci possunt, ea quæ jam rata sunt et Dei decreto evulgata, plerumque annuntiarunt. Sic et ventriloqua illa ope dæmonum nuntiavit Sauli futuram stragem [86]. Erant enim dæmones, qui induerant Samuelis personam : qui quod audissent damnatorium judicium id Saulem datum, latam a Deo sententiam uti propriam narrant. Itaque gentes non raro nos eo inducunt ut a dæmonibus B decipiamur, cum dicunt : Exquirite ventriloquos, qui de terra loquuntur. Neque enim dicere audent, verba sua e cœlis esse exportata. Ita in Regnorum libris illa etiam vates quæ cum Saule loquebatur, dicebat : *Video ego deos ascendentes e terra* [87]. Ejusmodi enim est artificium et fraus ventriloquorum : profitentur se mortuorum animas evocare, ut ea quæ quæruntur, detegantur. Dein propheta suam circa hujusmodi dolos ac fallacias sententiam subjungit, atque hos deceptores pronuntiat esse vaniloquos, dicens : *Vana loquentes, qui de ventre vociferantur ;* ceu qui ex sua ipsorum voluntate loquuntur. Non enim talis aliunde edoctus effatur, sed conficto in suo corde mendacio, spectatorum animum consiliumque conjectans, ea quæ ad insipientes decipiendos sibi profutura C sunt, loquitur.

219. Aut forte de ventre loquuntur ii, quorum deus venter est [88] : qui ob voluptatem ex cibo ac potu nascentem agunt omnia. Quamobrem non aberrarit qui hariolos et ventriloquos eos esse dixerit, qui ob ventrem adimplendum simulant doctrinam, pietatisque formam ac speciem sibi affingunt; qui quod non ex animo proferant sermones, vana loquuntur. Idque jure ac merito. Quisquis enim non facit, etiamsi doceat, omnem sibi adimit fidem, qua utilis esse possit. Illud autem : *Nonne gens ad Deum suum exquirent?* hoc modo intelligi debet : gens quælibet de re quam vult edoceri, Deo suo quæstionem 544 proponit. Atque sententiæ dilucidandæ causa legendum est per interrogationem, D *Nonne gens ad Deum suum exquirent?* Quare qui a

[86] I Reg. XXVIII, 19. [87] Ibid. 13. [88] Philipp. III, 19.

tant imagines. At uterque Combef. et alii quatuor mss., περιιστώντων, *undelibet ejusmodi visis quasi cingunt et circumdant.*

(85) Editi et mss. nonnulli, παρ' ἡμῖν. Alii quidam, παρ' ἡμῶν. Mox editi et aliqui mss.. τὴν ἐκ τοῦ. At in aliis quibusdam legitur, τὴν τοῦ.

(86) Veteres aliquot libri, μετασχηματίζοντες. Aliquanto post editi et duo mss,, ἐπὶ τοῦ Σαούλ. Alii quatuor, ἐπὶ τῷ.

(87) Sic mss. nonnulli. Editi, Ἐπεὶ οὖν πρός.

(88) Antiqui sex libri, ἐξ οὐρανῶν. Editi, ἐξ οὐρανοῦ.

(89) Uterque Colb. et Reg. secundus, πρὸς τὴν ἀσάφειαν, *ad amovendam verbi obscuritatem.*

(90) Editi et mss. nostri, Ὥστε τάς· quod cum corruptum esse videret Combefisius, τοὺς pro τάς legi debere affirmavit. Sed non animadvertit vir doctissimus, se suam correctionem imperfectam reliquisse. Etenim si quis τούς legerit, necesse est ut statim legat, non προσάγουσι, quemadmodum et in editis et in veteribus libris scriptum reperitur, sed προσάγειν. Nam accusandi casus, τούς, necessario postulat, ut postea infinitivus subsequatur. Supplevimus igitur quod emendandum reliquerat

nostro cultu alieni sunt, iis quos deos esse posuerunt, quæstiones etiam persolvendas congruenter diis convenienterque proponunt. Etsi enim deos mortuos constituunt, tamen eos interrogant de viventibus. Mortuos autem appellat, aut inanimata idola, puta lapides, ligna, æs et aurum : aut mortuos vocat eos, qui per apostasiam vitam veram amisere. Aut forte etiam eorum qui ventriloqui dicuntur ars omnis versatur circa sepulcra, et inde incantamentorum suorum vim ac facultatem mutuatur. Deinde Scriptura idololatrarum insipientiam ægre ferens, ait : *Quid exquirent de vivis mortuos?* Cur tu qui animatus es, adoras lapidem? cur tu qui ratione præditus es, surdum interrogas? Pro filio vivente opem ab eo imploras, qui vitam non habet, qui vita caret, qui nec respirare potest. Tametsi adieris oraculum, tametsi excogites lustrationes, abiisti ad mortuos, qui vel ipsi vitam amisere, et tibi ob contumaciam mortem sunt illaturi.

220. *Legem dedit in auxilium, ut dicant : Non sicut verbum hoc, de quo non est munera dare de eo.* Ne multum sis sollicitus de futuro : sed de præsentibus ad tuum commodum statue, et his utere. Quid enim percepturus es emolumenti ex habita prænotione? Utique si quid futurum est boni, etiamsi non prænoveris; eveniet : sin autem quid molesti, quid tibi prodest mœrore ac tristitia in antecessum confici? Legem accepisti in auxilium. Magna quidem inerat tibi opportunitas vel ab ipsa natura ad bonum : sed id perficiens Deus, tibi insuper legis quoque concessit adminiculum. Vis de rebus futuris certus esse? Ea quæ lege jubentur, exsequere, bonorumque possessionem exspectato. *Honora patrem tuum et matrem, ut bene tibi sit, et eris longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi*[89]. Concupiscis bona? Quæ præscripta sunt observa. Vatem de tua sanitate ne perconteris : sed sustine medicum, qui ad sanitatem recuperandam remedia quorum tu ipse dominus es et arbiter, præscribat. Ecquid discere poteris ab alio? Fatidicus nullus confert immortalitatem : nullus deducit ad cœlum. Securum te judici nemo sistit, nisi lex et ejus accurata observatio : qua impleta, plus æquo futurum ne cures, sed præstolare remunerationem. *Legem* igitur *dedit in auxilium, ut dicant : Non sicut verbum hoc, de quo non est munera dare de eo.* Hæc autem lex non se habet sicut hoc ventriloqui verbum. Non enim ad fucum faciendum excogitata est, uti illa ejus verba : sed veritatis est magistra. Atque illi quidem vaticinantur ob argentum. Hoc 545 namque ridiculum est, quod qui dicipiuntur, pecuniam etiam pro mendacii

[89] Exod. xx, 12.

ἕξως τῆς καθ' ἡμᾶς θεραπείας, ἀκολούθως τοῖς θεοῖς, οὓς ὑπέθεντο εἶναι θεοὺς, καὶ τὰς ἐπερωτήσεις προσάγειν. Νεκροὺς γὰρ θεοὺς ὑποθέμενοι, αὐτοὺς ἐπερωτῶσι περὶ τῶν ζώντων. Νεκροὺς δὲ λέγει, ἤτοι τὰ ἄψυχα εἴδωλα, λίθους καὶ ξύλα καὶ χαλκὸν καὶ χρυσόν· ἢ νεκροὺς λέγει τοὺς τὴν ζωὴν τὴν ἀληθινὴν διὰ τῆς ἀποστασίας ἀποβεβληκότας. Ἢ τάχα καὶ πᾶσα τῶν ἐγγαστριμύθων λεγομένων ἡ πραγματεία περὶ τὰ μνήματα στρέφεται, κἀκεῖθεν ἔχει τῆς μαγγανείας τὴν δύναμιν. Εἶτα δυσανασχετῶν ἐπὶ τῇ ἀνοίᾳ τῶν εἰδωλολατρούντων ὁ λόγος φησί· Τί ἐκζητήσουσι περὶ τῶν ζώντων τοὺς νεκρούς; Τί προσκυνεῖς τὸν λίθον, ὁ ἔμψυχος; τί ἐρωτᾷς τὸν κωφὸν, ὁ λογικός; Ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἱκετεύεις τοῦ ζῶντος τὸν (91) ζωὴν οὐκ ἔχοντα, τὸν ζωῆς ἐστερημένον, τὸν ἄπνουν. Κἂν εἰς μαντεῖον ἀπέλθῃς, κἂν καθαρμοὺς περινοῇς, πρὸς νεκροὺς ἀπῆλθες, καὶ αὐτοὺς τὴν ζωὴν ἀπολωλεκότας, καὶ σοὶ μέλλοντας διὰ τῆς παρακοῆς τὴν νέκρωσιν ἐμποιεῖν.

220. Νόμον δέδωκεν (92) εἰς βοήθειαν, ἵνα εἴπωσιν· Οὐχ ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο, περὶ οὗ οὐκ ἔστι δῶρα δοῦναι περὶ αὐτοῦ. Μὴ πολυπραγμόνει τὸ μέλλον, ἀλλὰ τὰ παρόντα πρὸς τὸ χρήσιμον διατίθεσο. Τί γὰρ ὄφελος ἐκ τοῦ προλαβεῖν σε τὴν γνῶσιν; Εἰ μὲν ἀγαθὸν ἔσται (93) τὸ ἐσόμενον, ἥξει, κἂν μὴ προγνῷς· εἰ δὲ λυπηρὸν, τί σοι τὸ κέρδος προσδαπανᾶσθαι τῇ λύπῃ; Νόμον ἔλαβες εἰς βοήθειαν. Μεγάλη μὲν ἦν σοι καὶ ἡ ἐκ φύσεως ἐνυπάρχουσα πρὸς τὸ καλὸν ἐπιτηδειότης· ἀλλὰ τοῦτο τελειῶν ὁ Θεὸς καὶ τὴν ἐκ τοῦ νόμου σοι χειραγωγίαν προσέθηκε. Βούλει περὶ τῶν μελλόντων πεπεῖσθαι; Ποίει τὰ διατεταγμένα κατὰ τὸν νόμον, καὶ ἀνάμενε τῶν ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν. Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι. Ἐπιθυμεῖς τῶν ἀγαθῶν; Ποίει τὰ διατεταγμένα. Μὴ ἐρώτα τὸν μάντιν περὶ τῆς ὑγείας, ἀλλ' ἀνάσχου τοῦ ἰατροῦ ὑποτιθεμένου τὰ πρὸς ὑγείαν, ὧν αὐτὸς εἶ κύριος. Τί παρ' ἑτέρου διδάσκῃ; Οὐδεὶς μάντις ἀθανασίαν χαρίζεται· οὐδεὶς ἀνάγει πρὸς οὐρανόν· οὐδείς σε τῷ κριτῇ ἐν παῤῥησίᾳ παρίστησιν (94), ἀλλ' ὁ νόμος καὶ ἡ τούτου ἀκριβὴς τήρησις· ὃν τηρῶν, μὴ πολυπραγμόνει τὸ μέλλον, ἀλλ' ἀνάμενε τὴν ἀντίδοσιν. Νόμον οὖν ἔδωκεν εἰς βοήθειαν, ἵνα εἴπωσιν· Οὐχ ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο περὶ οὗ οὐκ ἔστι δῶρα δοῦναι περὶ αὐτοῦ. Οὗτος δὲ ὁ νόμος οὐκ ἔστιν ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο τοῦ ἐγγαστριμύθου. Οὐ γὰρ πρὸς ἀπάτην ἐπινενόηται ὥσπερ ἐκεῖνα, ἀλλὰ ἀληθείας ἐστὶ διδάσκαλος. Κἀκεῖνοι μὲν ἐπ' ἀργυρίῳ μαντεύονται. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ καταγέλαστον, ὅτι καὶ ἀργύριον αὐτοῖς τελοῦσι μισθὸν τοῦ ψεύδους οἱ ἀπατώμενοι. Τοῦτο δὲ τὸ ῥῆμα, τουτέστι, τοῦ νόμου, οὐκ ἔστι τοιοῦτον,

Combefisius. Librariorum autem an ipsius auctoris menda hæc sint, alii judicabunt.

(91) Editi, τήν. At mss., τόν, bene. Aliquanto post mss. omnes, καθαρμούς. Editi, καθαρισμούς.

(92) Antiqui sex libri, δέδωκεν. Editi, ἔδωκεν.

(93) Veteres aliquot libri, ἐστι. Mox regii primus, tertius et quartus, κέρδος προδαπανᾶσθαι, recte. Alii mss. cum editis, προσδαπανᾶσθαι.

(94) Ita mss. nostri. Editi, παραστήσει.

ὥστε δῶρα δοῦναι περὶ αὐτοῦ. Οὐδεὶς γὰρ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἀποδίδοται. Δωρεὰν, φησὶν, ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. Ὁρᾷς πῶς ἠγανάκτησε Πέτρος ἐπὶ τῷ Σίμωνι, ἀργύριον ὑπὲρ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος προσκομίσαντι; Τὸ γὰρ ἀργύριόν σου, φησὶ, σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, ὅτι ἐνόμισας τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ διὰ χρημάτων κτᾶσθαι. Οὐκ ἔστιν οὖν ὁ τοῦ Εὐαγγελίου λόγος ὡς τὰ πωλούμενα ῥήματα παρὰ τῶν ἐγγαστριμύθων. Τί γὰρ ἂν τις δοίη (95) ἄξιον αὐτῶν ἀντάλλαγμα; Ἄκουε τοῦ Δαβὶδ ἀποροῦντος, καὶ λέγοντος· Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; Οὐκ ἔστιν οὖν δῶρα δοῦναι περὶ τούτου ἀντάξια τῆς ἀπ' αὐτοῦ χάριτος. Ἓν δῶρον ἄξιον, ἡ φυλακὴ τοῦ δωρηθέντος (96). Ὁ δούς σοι τὸν θησαυρὸν οὐχὶ τιμὴν ἀπαιτεῖ τοῦ δοθέντος, ἀλλὰ φυλακὴν ἀξίαν τοῦ δεδομένου.

221. Καὶ ἥξει ἐφ' ὑμᾶς σκληρὰ λιμὸς, φησί· καὶ ἔσται, ὡς ἂν πεινάσητε, λυπηθήσεσθε, καὶ κακῶς ἐρεῖτε τὸν ἄρχοντα καὶ τὰ πάτρια. Ὁ πάντα πρὸς σωτηρίαν οἰκονομῶν Κύριος ἐπάγει ποτὲ καὶ λιμὸν ἐπὶ συμφέροντι τῶν παιδαγωγουμένων. Ἐκάκωσα γάρ σε, φησὶ, καὶ ἐλιμαγχόνησα, ἵνα εὖ σε (97) ποιήσω. Σκληρὰν τοίνυν λιμὸν λέγει τὴν ἀπαραμύθητον, τὴν ἀνεπινόητον (98). Εἰσὶ γὰρ λιμῶν διαφοραί. Αἱ μὲν εἰσι κατὰ ἐπίλειψιν σίτου μόνον γινόμεναι· αἱ δὲ καὶ κατὰ τὴν τῶν λοιπῶν ἀπορίαν τῶν ἐσθίεσθαι δυναμένων. Αὕτη γάρ (99) ἐστιν ἡ σκληρὰ λιμὸς, ἣν ἐπάγειν ὁ λόγος ἐπαγγέλλεται, ὥστε διὰ τῆς ἐνδείας λύπην ἐμποιῆσαι, σωτηρίαν ἀμεταμέλητον ἐνεργάσασθαι δυναμένην. Ὅταν δὲ λυπηθῶσι κατὰ Θεὸν, τότε κακῶς ἐροῦσι τὸν ἄρχοντα καὶ τὰ πάτρια. Τίς ἐστιν ὁ ἄρχων, ὁ παρὰ τῶν καλῶς λυπουμένων κακηγορούμενος; Ἢ δηλονότι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, ὃν κακῶς ἐροῦσιν ἐκ (1) μετανοίας, ὅταν εἰς συναίσθησιν τῆς ἀπ' αὐτοῦ βλάβης ἔλθωσι. Κακηγοροῦσι δὲ καὶ τὰ πάτρια. Πάτρια δὲ τῶν ἐν ἁμαρτίαις ζώντων αἱ τοῦ βίου πραγματεῖαι, αἷς οἱ φιλόδοξοι πάντες ἐμπλέκονται. Πάτριά ἐστι τῷ ἁμαρτωλῷ τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς, μοιχεία, πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια, εἰδωλολατρεία, πάθος, ἐπιθυμία κακή. Πάτριά ἐστι δόλος καὶ ψεῦδος, ἐπιβουλαὶ καὶ ῥᾳδιουργίαι, καὶ ὑποκρίσεις. Ὁ τοίνυν ἀνανήψας, οἷον ἀπό τινος μέθης, τῶν τοῦ κόσμου πραγμάτων, κακῶς μὲν ἐρεῖ τὸν ἄρχοντα αὐτοῦ (2), τὸν καθηγησάμενον αὐτῷ πρὸς τὰ τῆς ἀπωλείας ἔργα. Κακῶς δὲ ἐρεῖ καὶ τὰ πάτρια, οἷς συζῶν, τὸν δεδομένον ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ νόμον εἰς βοήθειαν οὐκ ἐδέχετο. Οὐ δύνασαι ὑπὸ τὸν

A mercede eis solvant. Hoc autem verbum, legis scilicet, tale non est, ut munera dentur pro eo. Nam qui Dei gratiam vendat, nemo est. *Gratis accepistis*, inquit, *gratis date* [90]. Vides quomodo Petrus Simoni pro comparando Spiritus sancti dono pecuniam offerenti succensuerit? *Pecunia* enim *tua*, inquit, *tecum sit in perditionem, quoniam existimasti donum Dei pecuniis parari* [91]. Itaque Evangelii sermo non est sicut verba a ventriloquis vendita. Quam enim possit quis rependere remunerationem Evangelii verbis dignam? Davidem audi animi pendentem, ac dicentem : *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Non est* igitur *munera dare de eo*, quæ ejus dono possint conferri. Unum munus dignum fuerit, si id quod dat

B custodiatur. Qui tibi hunc thesaurum concessit, dati pretium haud exigit, sed custodiam re data dignam.

221. *Et veniet*, inquit, *super vos dira fames; et erit, ut esurieritis, contristabimini, et maledicetis principi et patriis legibus.* Qui omnia ad salutem ordinat Dominus, nonnunquam famem etiam ad utilitatem eorum qui castigantur inducit. Afflixi enim te, inquit [93], et fame vexavi, ut bene tibi facerem. Eam igitur famem dicit diram, quæ nec levari, nec concipi potest. Sunt enim diversæ famis species. Aliæ quidem contingunt sola frumenti inopia: aliæ vero oriuntur ex penuria reliquarum rerum, quæ edi possunt. Hæc autem fames quam inductum iri enuntiat Scriptura, dira est; sic ut per inediam inferatur mœror, qui salutem haud pœnitendam queat

C operari. Sed cum ea quæ secundum Deum est tristitia [94] fuerint affecti, tunc maledicent principi et patriis institutis. Quis iste est princeps, in quem maledicta congerunt qui bene contristantur? Princeps utique mundi hujus [95], cui sunt per pœnitentiam maledicturi tum, cum illati ab eo damni fient conscii. Quin et patriis institutis maledicunt. Patria autem instituta eorum, qui in peccatis vivunt, sunt vitæ negotia, quibus gloriæ amatores omnes implicantur. Opera carnis sunt peccatori patria instituta, puta adulterium, fornicatio, immunditia, lascivia, simulacrorum cultus, mollities, concupiscentia mala. Patria instituta sunt dolus, mendacium, insidiæ, astutiæ, hypocrisis. Itaque qui se ex mundi hujus negotiis tanquam ex quadam ebrietate ad bonam

D frugem recepit, mundi principi qui sibi ad patranda perditionis opera præfuerat, maledicit. Sed et maledicet patriis institutis, secundum quæ cum viveret,

[90] Matth. x, 8. [91] Act. VIII, 20. [92] Psal. CXV, 12. [93] Deut. VIII, 3. [94] II Cor. VII, 10. [95] Joan. XVI, 11.

(95) Colb. primus, δῴη.

(96) Editi, τοῦ δοθέντος. At sex mss., τοῦ δωρηθέντος.

(97) Veteres quinque libri, σε. Editi et Reg. tertius, σοι.

(98) Editi et nostri sex mss., τὴν ἀνεπινόητον. Sed Combefisius, homo ad emendanda ea, quæ emendatione non indigent, paratissimus, ait malle se, τὴν ἀνήκεστον· hoc est, at ipse interpretatur, *famem gravissimam, maximam, insanabilem*. Nos, quibus persuasum sit famem ἀνεπινόητον, quæ scilicet tanta est, ut vix excogitari possit (eam enim vim habet vox ἀνεπινόητον), nihil aliud esse, nisi *famem gravissimam, maximam, insanabilem*, nihil mutandum censuimus.

(99) Editi, δὲ. At sex mss., γάρ.

(1) Editi, οἱ ἐκ. Deest οἱ in nostris sex mss.

(2) Veteres quatuor libri, αὐτοῦ. Editi, ἑαυτοῦ.

legem nobis a Deo in auxilium traditam non suscipiebat. Non potes Regi 546 vero subesse, nisi maledixeris huic principi. Eam ob causam te edocuit Ecclesia dicere : *Renuntio tibi, Satana.* Hoc est maledictum, quod in principem conjicitur. Quodnam autem maledictum est, quod adhibetur adversus patrios mores? Illud, *Renuntio et operibus tuis.* Hi patrii ritus, diaboli opera. Beatus qui rite huic maledixerit principi. Jam enim ad eum qui verus est, accedit, et illuminatur. Beatus qui improbaverit patrios mores antiquos : obtinebit enim patriam Jerusalem cœlestem [96], quæ mater est eorum, qui beato Paulo sunt similes. Patria instituta sunt etiam pravi mores a parentibus ad nos transmissi. Reliquitne tibi pater opes per avaritiam partas? Redde has injuriam patienti; ne eas tibi ceu proprias vindices : est nimirum peccati hæreditas. Dereliquit tibi servum pater, injuste ab ipso in servitutem redactum? Tu eum libertate dona, et patris cruciatum reddes leviorem, et tibi ipse libertatem veram conciliabis. Sub hæc quid dicit?

A ἀληθινὸν γενέσθαι βασιλέα, ἐὰν μὴ κακῶς εἴπῃς τὸν ἄρχοντα. Διὰ τοῦτο ἐδίδαξέ σε ἡ Ἐκκλησία λέγειν· Ἀποτάσσομαί σοι, Σατανᾶ. Αὕτη τοῦ ἄρχοντος ἡ κακηγορία. Τίς δὲ ἡ τῶν πατρίων ; Ἀποτάσσομαι (3) καὶ τοῖς ἔργοις σου. Ταῦτα τὰ πάτρια, ἔργα τοῦ διαβόλου. Μακάριος ὁ γνησίως κακηγορήσας τὸν ἄρχοντα. Προσέρχεται γὰρ λοιπὸν πρὸς τὸν ἀληθινόν, καὶ φωτίζεται. Μακάριος ὁ μεμψάμενος τοῖς πάλαι πατρίοις· εὑρήσει γὰρ (4) πατρίδα τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἥτις ἐστὶ μήτηρ τῶν ὁμοίων τῷ μακαρίῳ Παύλῳ. Πάτριά ἐστι καὶ τὰ ἐκ πατέρων ἡμῖν πονηρὰ ἔθη παραδιδόμενα. Ἐκ πλεονεξίας σοι κατέλιπεν ὁ πατὴρ κτήματα ; Ἀπόδος τῷ ἠδικημένῳ· μὴ ὡς ἰδίων (5) ἀντιποιοῦ· ἁμαρτίας ἐστὶ κληρονομία. Ἀδίκως καταδουλωσάμενος ὁ πατὴρ ἀφῆκέ σοι δοῦλον ; Δὸς αὐτῷ σὺ τὴν ἐλευθερίαν, κἀκεῖνῳ (6) πουφοτέραν ποιήσεις τὴν βάσανον, καὶ σεαυτῷ τὴν ἀληθινὴν ἐλευθερίαν παρασκευάσεις. Εἶτα τί φησι ;

222. *Et respicient in cœlum sursum, et in terram deorsum inspicient : et ecce egestas angusta, et tenebræ, ita ut non videant; et non deficiet qui in angustia est usque ad tempus.* Affirmat fore, ut ii qui præ angustia adducti fuerint ad pœnitentiam agendam, sursum respiciant in cœlum. Qui prius demittebant in terram oculos, nec divinarum contemplationum sublimitatem intelligere poterant, hi a rerum terrenarum affectione et studio quasi a vinculo quodam soluti, oculorum suorum liberos obtutus figunt in cœlum, invisibilium ac intelligibilium naturam contemplantes, et locum quo reponi oporteat thesaurus, considerantes. Dein *Aspicient in terram deorsum.* Qui erant elati prius, ac de se magnifice sentiebant, naturæ suæ vilitatem ex ea quam cum terra habent cognatione agnoscent. Mirare autem quam apposite hisce verbis usa sit Scriptura : quandoquidem dictionem utrique rei convenientem excogitavit. Cœlum enim et terra nobis proponuntur contemplanda. Dicit quidem de cœlo, *Respicient in cœlum sursum;* de terra autem *Aspicient in terram deorsum.* Deinde præ admiratione tantarum rerum cognitarum inopes sunt consilii, adducenturque ad angustias, et mente obcæcabuntur; cum stupor qui ex rebus intellectis orietur, ingentem illam in ipsis perturbationem excitabit. *Cum enim,* inquit, *consummaverit homo, tunc incipit : et cum quieverit, tunc animi pendebit* [97]. Nemo novit quot et quanta ignoret, nisi scientiæ hujus habuerit gustum. Sed tamen be-

222. Καὶ ἀναβλέψονται εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ εἰς τὴν γῆν κάτω ἐμβλέψονται· καὶ ἰδοὺ ἀπορία στενὴ, καὶ σκότος, ὥστε μὴ βλέπειν· καὶ οὐκ ἀπορηθήσεται (7) ὁ ἐν στενοχωρίᾳ ὢν ἕως καιροῦ. Περὶ τούτων φησὶ, τῶν διὰ τὴν στενοχωρίαν εἰς μετάνοιαν ἐναχθέντων (8), ὅτι ἀναβλέψονται εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω. Οἱ πρότερον συγκύπτοντες, καὶ οὐ δυνάμενοι τὰ ὑψηλὰ κατανοεῖν τῶν θείων θεωρημάτων, οὗτοι, ὥσπερ ἀπὸ δεσμοῦ τινος, τῆς πρὸς τὰ γήϊνα συμπαθείας λυθέντες, ἐλεύθερον ἑαυτῶν τὸ ὄμμα πρὸς οὐρανὸν περιάξουσι, θεωροῦντες τὴν τῶν ἀοράτων καὶ νοητῶν φύσιν, καὶ κατανοοῦντες τὸν τοπον ὅπου δεήσει τὸν θησαυρὸν ἀποτίθεσθαι. Εἶτα Ἐμβλέψονται εἰς τὴν γῆν κάτω. Τὸ εὐτελὲς τῆς αὐτῶν φύσεως ἐννοήσουσιν ἐκ τῆς πρὸς τὴν γῆν συγγενείας οἱ τέως ἐπηρμένοι καὶ μέγα φρονοῦντες ἐφ' ἑαυτοῖς. Θαύμασον δὲ πῶς παρατετηρημένως ταῖς λέξεσιν ἐχρήσατο ἡ Γραφὴ, ἁρμόζουσαν ἑκατέρῳ πράγματι ἐπινοήσασα τὴν ἐκφώνησιν. Οὐρανὸς γὰρ πρόκειται εἰς θεωρίαν, καὶ γῆ. Περὶ μὲν οὖν τοῦ οὐρανοῦ λέγει· Ἀναβλέψονται εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω· περὶ δὲ τῆς γῆς· Ἐμβλέψονται (9) εἰς τὴν γῆν κάτω. Εἶτα ἐπὶ τῷ θαύματι τῆς τῶν τηλικούτων κατανοήσεως ἀποροῦνται, καὶ στενοχωρηθήσονται, καὶ σκοτωθήσονται τὴν διάνοιαν, τῆς ἐπὶ τοῖς καταληφθεῖσιν ἐκπλήξεως τὴν μεγάλην αὐτοῖς ταύτην ταραχὴν ἐμποιούσης. Ὅταν γὰρ συντελέσῃ, φησὶν, ἄνθρωπος, τότε ἄρχεται· καὶ δύαν παύσηται, τότε ἀπορηθήσεται. Οὐδεὶς οἶδεν πόσα (10) οὐκ οἶδεν, ἐὰν μὴ

B

C

D

[96] Gal. IV, 26. [97] Eccli. XVIII, 6.

(3) Editi, Ἀποτάσσομαί σοι. Vocula σοι in mss. non invenitur. Mox editi, τὰ ἔργα. Sed in nostris sex mss. non legitur articulus.

(4) Editi, γὰρ ἑαυτῷ. Illud, ἑαυτῷ, a nostris sex mss. abest. Statim editi, πατέρων ἡμῶν. At sex mss., ἡμῖν.

(5) Editi, ἰδίᾳ. Veteres quinque libri, ἰδίων.

(6) Reg. quartus, κἀκείνου.

(7) Antiqui tres libri, καὶ οὐκ ἀποστερηθήσεται, *et non privabitur.*

(8) Editi et duo mss., ἀναχθέντων. Alii quatuor mss., ἐναχθέντων.

(9) Editi, Καὶ ἐμβλέψονται. Vocula Καί in mss. non invenitur. Statim, ubi in editis legitur ἀποροῦντας, in nostris codicibus scriptum reperitur ἀποροῦνται.

(10) Codex unus cum editis, ὁπόσα. Alii quinque, mss., πόσα.

γεῦμα λάβῃ τῆς γνώσεως. Ἱλὴν ὁ ἀγαθὸς Δεσπότης ἐπαγγέλλεται αὐτοῖς τὰ χρηστότερα. Οὐκ ἀπορηθήσεται γὰρ, φησὶν, ὁ ἐν στενοχωρίᾳ ὢν ἕως καιροῦ. Οὐκ εἰς τὸ παντελὲς αὕτη ἡ ἄγνοια καθέξει τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων· ἀλλ' ὁ νῦν αὐτῆς ἐκζητῶν τὴν ἀλήθειαν (11), καὶ ὠδίνων αὐτῆς τὴν εὕρεσιν, ὄψεταί ποτε πρόσωπον (12) πρὸς πρόσωπον, καὶ ἀπολήψεται τὸ τῆς γνώσεως τέλειον, ἐπειδὰν ἐνστῇ ὁ καιρὸς τῆς τῶν ὅλων ἀποκαταστάσεως. Τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ, Ἕως καιροῦ.

A nignus Dominus istis præstantiora pollicetur. *Non* enim, inquit, *deficiet qui in angustia est usque ad tempus.* Ignorantia isthæc non perpetuo detinebit hominum genus; sed qui nunc cognitionis perquirit veritatem, eamque comparare laborat, is tunc videbit facie ad faciem [98]; ac scientiæ consequetur perfectionem, cum advenerit tempus, quo instauranda sunt universa. Hoc enim sibi vult dictio illa, *Usque ad tempus.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

223. Τοῦτο πρῶτον πίε· ταχὺ ποίει (13), χώρα Ζαβουλὼν, ἡ γῆ Νεφθαλείμ, καὶ οἱ λοιποὶ, οἱ τὴν παραλίαν, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. Ὁ λαὸς (14(ὁ πορευόμενος ἐν σκότει, ἴδετε φῶς μέγα· οἱ κατοικοῦντες ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς λάμψει ἐφ' ὑμᾶς. Τὸ πλεῖστον τοῦ λαοῦ, ὃ κατήγαγες ἐν εὐφροσύνῃ σου, καὶ εὐφρανθήσονται ἐνώπιόν σου ὡς οἱ εὐφραινόμενοι ἐν ἀμήτῳ, καὶ ὃν τρόπον οἱ διαιρούμενοι σκῦλα· ὅτι ἀφῄρηται ὁ ζυγὸς ὁ ἐπ' αὐτῶν κείμενος, καὶ ἡ ῥάβδος ἡ ἐπὶ τοῦ τραχήλου αὐτῶν. Τὴν γὰρ ῥάβδον τῶν ἀπαιτούντων διεσκέδασεν, ὡς τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἐπὶ Μαδιάμ. Ὅτι πᾶσαν στολὴν ἐπισυνηγμένην δόλῳ, καὶ ἱμάτιον μετὰ καταλλαγῆς ἀποτίσουσι, καὶ θελήσουσιν, εἰ ἐγένοντο πυρίκαυστοι. Ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. Ἄξω γὰρ εἰρήνην ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, εἰρήνην καὶ ὑγείαν αὐτῷ. Μεγάλη ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ. καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ὅριον. Ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβὶδ, καὶ ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, κατορθῶσαι αὐτὴν, καὶ ἀντέχεσθαι (15) ἐν κρίματι, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. Ὁ ζῆλος Κυρίου Σαβαὼθ ποιήσει ταῦτα. Εὐαγγελίζεσθαι μέλλων τὰ (16) τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως ὁ λόγος, ὥσπερ τινὰ πρότασιν ὀρέγων πνευματικῆς εὐφροσύνης, οὕτω δεξιοῦται τὸν εὐαγγελιζόμενον· Τοῦτο πρῶτον πίε. Ὁ πίνων πρῶτον (17) εἰς ἑαυτὸν καταδέχεται τὸ ποτὸν, μετ' ἐπιθυμίας αὐτὸ προσιέμενος. Τότε γὰρ μάλιστα καὶ ἡ ἀπ' αὐ-

547 CAPUT IX.

223. Vers. 1-7. *Hoc primum bibe: cito fac, regio Zabulon, terra Nephthalim, et cæteri qui maritima, et trans Jordanem, Galilæa gentium. Populus qui ambulabas in tenebris, videte lucem magnam, qui habitatis in regione et umbra mortis, lumen illucescet super vos. Plurima pars populi, quam deduxisti in lætitia tua: et lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, et sicut hi qui dividunt spolia: quia ablatum est jugum ipsis impositum, et virga, quæ erat super collum eorum. Virgam enim exactorum dissipavit, sicut in die quæ super Madian. Quia omnem stolam collectam dolo, et vestimentum cum commutatione restituent: et cupient, si fiant, esse igne combusti. Quia parvulus natus est nobis, filius et datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus. Et vocatur nomen ejus, Magni consilii angelus. Adducam enim pacem super principes, pacem et sanitatem ipsi. Magnus principatus illius, et pacis ejus non est finis. Super thronum David, et super regnum ejus, ut moderetur illud, et patrocinetur in judicio, et in justitia jam nunc, et in sæculum. Zelus Domini Sabaoth faciet hæc.* Scriptura jamjam ea quæ ad Domini incarnationem spectant, annuntiatura, quasi quoddam spiritualis lætitiæ specimen præbens, eum qui sit Evangelio imbuendus, alloquitur comiter hoc modo: *Hoc primum bibe.* Qui primum bibit, potum avide sumptum in seipso recipit. Tunc enim maxime effundere se solet ejus suavitas, eum nec nausea, nec vomitu laborans, imo levamen potus et solatium præ nimia siccitate appetens, hausti liquoris humore se perfundit. Ob id etiamnum qui tanquam

[98] I Cor. XIII, 12.

(11) Editi et mss. magno inter se consensu, αὐτῆς ἐκζητῶν τὴν ἀλήθειαν. Sed vox αὐτῆς ita displicuit Combefisio, ut dicat: *Meo periculo emenda,* αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν. Ego autem, quod bona ipsius venia dictum sit, vulgatam lectionem tolerari posse arbitror, si modo ex præcedentibus vox γνώσεως suppleatur. *Qui nunc inquirit ejusmodi cognitionis veritatem.*

(12) Editi et Reg. primus, ποτε πρόσωπον, καί. Alii quinque mss. uti in contextu.

(13) Vetustior Combefisii codex et alii quatuor, ταχὺ ποίει, *cito fac;* et ita quoque legitur apud LXX et apud Eusebium. Alter Combefisii liber, ταχὺ πίε, *cito bibe:* quam lectionem Basilio tribuit Nobilius. Neutram ejus esse qui dixerit, sanius, ut mihi quidem videtur, judicabit. Statim Reg. tertius, παραλίαν οἰκοῦντες καί. Sed vox οἰκοῦντες non legitur neque in editis, neque in aliis quinque mss., neque apud LXX, neque apud Eusebium.

(14) Editi et Reg. primus. ἐθνῶν καὶ λαός. Alii quinque mss., ἐθνῶν ὁ λαός.

(15) Reg. tertius, καὶ ἀντιλαβέσθαι αὐτῆς.

(16) Editi, τὰ περί. Deest περί in nostris sex codicibus. Vox πρότασις, quæ mox sequitur, cum sumi soleat pro aliqua propositione; hic tamen significare videtur præludium quoddam, seu anticipatum quemdam gaudii spiritualis gustum. Tilmannus sic verterat: *Quasi propositionem quamdam lætitiæ spiritualis obtendens:* quæ interpretatio cum non probaretur, Combefisio, ita ipse interpretatus est: *Quasi adventitium quiddam spiritualis lætitiæ porrigens.* Alii meliora.

(17) Vocem πρῶτον ex tribus mss. addidimus.

populo sitienti gratiam exspectatam annuntiat, ait: *Hoc primum bibe.* Excipe in animo lætitiam: reconde in eo salutis dogma. Alio inferius ne putaveris, nec quidquam aliud eo præstantius esse existimes. Est ante omnia: nec quidquam abs te excogitari potest, quod sit Conditore tuo prius, aut quod natura sit primogenito omnis creaturæ [99] excellentius. *Primum bibe.* Disce in principio fuisse Verbum [1]. Ante principium, nihil; nihil prius eo qui erat in principio. Ne prius ævum bibas, non intervallum, non locum Filii substantia destitutum, non tempus, non temporis aliquod momentum, non quidquam futile et vanum, quod animus imaginari valeat. *Hoc primum bibe, cito fac.* Non ignave, non segniter, non negligenter, non languide opus aggredere, sed viriliter et studiose. Cujusmodi erat Paulus, qui simul ut bibit fidem, sine ulla temporis mora ad prædicationem accessit: quippe qui carni non acquiesceret, aut sanguini [2]; sed tanquam cursor quidam, ubi primum audivit cursus signum, festinabat ad finem, juxta præfixum scopum ad præmium supernæ vocationis contendens [3].

A τοῦ χάρις ἀναδίδοσθαι πέφυκεν, ὅταν μὴ ναυτιῶν, μηδὲ ἀποβλύζων, ἀλλά δι' ὑπερβολὴν ξηρότητος ἐφιεμένος τῆς ἐκ τοῦ ποτοῦ παραμυθίας, καὶ ταῖς νοτίσι τοῦ ποθέντος (18) ἑαυτὸν διυγραίνει. Διὰ τοῦτο καὶ νῦν ὁ εὐαγγελιζόμενος ὡς δεδιψηκότι λαῷ τὴν προσδοκωμένην χάριν, φησί· Τοῦτο πρῶτον πίε. Ὑπόδεξαι τῇ ψυχῇ τὴν εὐφροσύνην· ἔνθου τὸ δόγμα τῆς σωτηρίας. Μὴ δεύτερον ἄλλου ἡγήσῃ, μηδὲ προτιμότερόν τι τούτου νομίσῃς ἕτερον. Πρὸ πάντων ἐστίν· οὔτε σοί τι πρότερον νοηθῆναι δύναται τοῦ κτίσαντός σε· οὔτε τῇ φύσει τιμιώτερόν τι, τοῦ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως. Πρῶτον πίε. Μάθε ὅτι ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος. Οὐδὲν προ ἀρχῆς· οὐδὲν πρὸ τοῦ ἐν ἀρχῇ. Μὴ αἰῶνα προπίῃς· μὴ διάστημα· μὴ τόπον ἔρημον τῆς Υἱοῦ ὑπάρξεως· μὴ χρόνον· μὴ καιρόν· μηδὲν τῶν κατὰ φαντασίαν ματαίων, δυναμένων τῇ ψυχῇ B ἐγγίνεσθαι. Τοῦτο πρῶτον πίε· ταχὺ ποίει. Μὴ χαύνως, μηδὲ καταβεβλακευμένως, μηδὲ ἀσπούδως, μηδὲ ἐκλύτως ἐπὶ τὴν τοῦ ἔργου παραδοχήν, ἀλλὰ συντόνως καὶ κατεσπευσμένως (19). Οἷος ἦν Παῦλος· ὁμοῦ τε ἔπινε τὴν πίστιν, καὶ οὐδένα καιρὸν ἀνεβάλλετο πρὸς τὸ κήρυγμα· ὅς γε οὐδὲ προσανέθετο σαρκὶ καὶ αἵματι, ἀλλ' εὐθὺς, ὥσπερ τις δρομεὺς, ὁμοῦ τε ἔλαβε τὸ τοῦ δρόμου σύνθημα, καὶ πρὸς τὸ τέλος ἐπείγετο, κατὰ σκοπὸν διώκων εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως.

224. *Regio Zabulon.* Ad hos ipsos propheta confert sermonem, apud quos moratus est Dominus, qui prius in ignorantiæ tenebris ambulantes, exoriente lumine vero, *Quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* [4], viderunt lucem magnam. Nemo autem suspicetur Matthæi et prophetæ verba esse inter se pugnantia, etsi ille quidem dixerit. *Populus qui sedebat in tenebris* [5]; Isaiam vero C constet dixisse: *Qui ambulabat in tenebris.* Nam in tenebris ambulare idem valet atque in tenebris sedere, cum uterque a proposito fine similiter aberret, tum qui non movetur, tum qui temere obambulat errabundus. Qui enim sine scopo incedit, ad nullum certum locum vadit; qui vero in otio detinetur, nequaquam finem assequitur. Hic igitur populus, qui gentium ignorantia obcæcabatur, vidit lucem, non talem, qualis ab igne, aut a stellis, aut a luna, aut a sole, aut a fulgetris oriri solet; sed vidit lucem magnam, quæ intellectu sensuque præditis affulget, quæ et cum Patre est, et homines illustrat, et angelos efficit splendidos, et sufficit omnibus, imo latius adhuc extendit suos fulgores. Sed in qua regione populus gentium habitabat? In regione tenebris mortis cooperta. Nam eis impendit D veluti nubes densa per idololatriam, donec venit lumen, quod, intercisa et excussa caligine, ipsis splendorem ostendit veritatis. Subinde ad ipsam

(26) Editi et Reg. secundus, περιφάνεια, bene. Alii tres mss. præter utrumque Combefisianum, ὑπερηφανία, aut ὑπερηφάνεια, male. Statim editi, Καὶ γάρ. Vocula γάρ in nostris sex mss. deest.

(27) Editi, ἀπὸ τῆς. At sex mss., ἀπό. Ibidem Reg. secundus, πάθη· οὐ τῇ ἐν.

(28) Editi, ὧν τοῖς. Vox ὧν, quam παρέλκειν nemo non videt, a nostris sex mss. abest.

τητι τοῦ φωτὸς, καθαρθῇ διὰ τῆς καύσεως τοῦ πυ- A
ρὸς, τῆς ἐνεργουμένης ἐπὶ καθάρσει, καὶ κατεσθιούσης ὡς χόρτον τὴν ἐνυπάρχουσαν ὕλην τῶν ἁμαρτημάτων· τότε λοιπὸν, ἀναλωθείσης τῆς ὕλης τῆς ἐξαπτούσης τὴν κολαστικὴν φλόγα, παυθήσεται, φησὶ, τὰ ὄρη καιόμενα, καὶ οἱ βουνοὶ, καὶ οἱ δρυμοὶ, καὶ λήξει τὸ πῦρ τοῦ ἐμπρησμοῦ κατεσθίον τὰ πάντα, καὶ ἐπιβοσκόμενον· τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ ψυχῆς ποιούμενον, φθάνον δὲ ἕως τῶν σαρκῶν. Οὐδενὶ δὲ ἄγνωστον (29) ἡ συνήθεια τῆς Γραφῆς, ὅτι τοὺς ἐν προτερήμασί τισι γενομένους, καὶ ὅσον ἐπὶ τῇ κατασκευῇ πλεῖόν τι τῶν πολλῶν ἔχοντας, ὄρη εἴωθε προσαγορεύειν καὶ βουνούς. Τοὺς δὲ ἀκάρπους καὶ εἰκῇ ἀλλήλοις συμπεφυρμένους (30), οἱονεὶ αὐτόματόν τινα καὶ ἀτελῆ τὴν ζωὴν ἔχοντας, ἀλλ' οὐχὶ ἐκ τῆς φυτείας τοῦ ἀληθινοῦ γεωργοῦ πεφυτευμένους, δρυμοὺς B
ὀνομάζει. Πάντων μέντοι τὸ πῦρ ἅπτεται, ἀρξάμενον ἀπὸ ψυχῆς, λῆγον δὲ ἐπὶ τὰς σάρκας. Τὰ μὲν γὰρ μέχρι ἐνθυμήσεων στάντα ἁμαρτήματα, ὁποῖόν ἐστι τὸ μοιχεῦσαι ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτοῦ, ἐν ψυχῇ ἐστιν ὕλη ἀξία τοῦ ὑπὸ πυρὸς καταβρωθῆναι. Τὰ δὲ καὶ μέχρι τῶν ἔργων φθάσαντα, νεμηθέντων τῶν ἁμαρτημάτων ἐπὶ τὰς διὰ σαρκὸς καὶ πράξεως ἐνεργείας, ταῦτα ὑπολαμβάνω ἁμαρτήματα εἶναι. Ἀρξαμενοι μὲν γὰρ ἀπὸ ψυχῆς, λήγοντες δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ, οὐδὲ (31) μέχρις αὐτῆς περιορίζονται οἱ πονηροὶ διαλογισμοὶ ἀλλ' ἐξέρχονται, καὶ οἱονεὶ διακύπτουσι, περῶντες τὴν σάρκα, καὶ ἐκφαινόμενοι πρὸς τὰ ἔξω. Εἰ γὰρ φόνον ἐνεθυμήθη μέν τις ποιῆσαι, οὐκ ἔπραξε δὲ, οὐκ ἐξῆλθεν ὁ φόνος ἀπὸ τῆς καρδίας. Καὶ ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, μὴ φθείρας δὲ C
τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, μηδὲ ποιήσας τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ πόρνης μέλη, οἱονεὶ ὅριον τῆς ἁμαρτίας ἑαυτοῦ τὴν καρδίαν ἐποίησεν· ὥστε οὐκ ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς καρδίας τοῦ τοιούτου ὁ πονηρὸς διαλογισμὸς. Οὕτω καὶ περὶ κλοπῆς ἔστιν εἰπεῖν, καὶ περὶ εἰδωλολατρείας καὶ φαρμακείας, καὶ ὅσα ἄλλα εἴδη ἁμαρτημάτων, ὅταν μὴ στέγηται ὑπὸ τοῦ σώματος, ἀλλ' ὥσπερ (32) ὑπὸ ἀγγείου ἀραιοῦ ῥέοντα, φέρηται πρὸς τὰ ἔξω.

244. Καὶ ἔσται ὁ φεύγων, ὡς ὁ φεύγων ἀπὸ φλογὸς καιομένης. Καὶ οἱ καταλειφθέντες ἀπ' αὐτῶν, ἔσονται ἀριθμός, καὶ παιδίον γράψει αὐτούς. Μετὰ (33) τὸν ἐμπρησμὸν τὸν ἀπὸ τοῦ πυρὸς, τοῖς ὄρεσι καὶ τοῖς βουνοῖς καὶ τοῖς δρυμοῖς ἐγγινόμενον, τὸ εὐαρίθμητον λέγει τῶν διασωζομένων. Καὶ οὕτω δὲ, φησὶν, εἰς ἀριθμὸν εὐσημείωτον περιστήσεται αὐ- D

purgationem, ac eam quæ aderit peccatorum materiam ac silvam velut fenum depasceret : tum demum materia illa et silva, quæ flammam ultricem accenderet, consumpta et exhausta : ait futurum esse, ut montes, collesque et nemora desinant comburi, et ille incendii ignis qui exedebat et depascebatur omnia, finem accipiat: ubi exordio ab anima ducto, ad carnes usque pertigerit. Neminem autem latet eum esse Scripturæ morem, ut montium nomen et collium iis tribuat, qui quadam gaudent prærogativa ac dignitate, quique, quod ad suppellectilem et facultates attinet, plebi præstant. At vero nemora appellat eos, qui nullos fructus edentes, et fortuito inter se permisti, veluti temerariam quamdam ac imperfectam vitam agunt, cum non sint a vero agricola plantati, nec consiti. Sed ignis pervadit omnia : siquidem incipit ab anima, et in carnes desinit. Enimvero peccata quæ cogitatione tenus consistere, ut contingit cum quis mœchatur in corde suo, in anima sunt materia ignis depastione digna. Delicta vero, quæ ad opus usque perveniunt (quippe hæc delicta carne et actione admittuntur), peccata propria esse arbitror. Nam pravæ illæ cogitationes quæ ab anima ducunt initium, et in ipso corde conquiescunt, ne in eo quidem continentur : sed egrediuntur, et veluti capite exerto aspiciunt, jamque carnem penetrantes, foras prodeunt. Si quis enim cædem patrare cogitaverit, nec tamen commiserit, cædes e corde neutiquam exiit. Et qui aspexerit mulierem ad concupiscendum eam[79], nec tamen corruperit Dei templum, neque fecerit membra Christi membra meretricis[80], is suum cor velut sui peccati limitem ac terminum effecit, sic ut cogitatio prava e corde non exsilierit. Licet autem ita loqui de furto, de idololatria, de veneficio, deque aliis id genus quibusvis peccatis; quando a corpore non occultantur, sed tanquam e vasculo laxo et fungoso effluentia, foras prorumpunt.

244. VERS. 19. *Et erit qui fugiet, quasi fugiens a flamma urente. Et qui relinquentur ex ipsis, erunt numerus, et puer scribet eos.* Post montes, colles que et saltus ab igne incensos, eos qui salvi et incolumes evaserint, facile esse numerandos dicit. Atque adeo, inquit, ad numerum qui facile assignari possit, redigetur eorum numerus : 565 ita ut puerulus

[79] Matth. v, 28, [80] I Cor. vi, 15.

(29) Antiqui sex libri, ἄγνωστον. Editi vero, ἄγνωστος. Quod quin a typographis factum sit, non valde admodum dubito. Nam, opinor, verebantur ne in his vitii aliquid subesset; ob idque eos ἄγνωστος pro ἄγνωστον edidisse suspicor : dici tamen utrumque posse, nemo paulum modo humanior negabit. Nec græcos solos, sed et Latinos quoque neutro genere, cum aliud ex grammaticorum regulis poni debuisset, usos constat, ut ex illo Virgiliano notum est, *Triste lupus stabulis.* Aliquanto post editi, πλέον τι. Veteres libri, πλεῖόν τι.

(30) Editi et quinque mss., συμπεφορημένους. At Reg. secundus, συμπεφυρμένους. Lectionem utramque recipi posse non diffiteor quidem : mihi tamen nescio quomodo magis placet scriptura posterior.

(31) Unus Ducæi codex, Ἀρξάμενα μὲν ἀπὸ ψυχῆς, λήγοντα δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ οὐδέ. Editi ut in contextu, nisi quod voculam καὶ ante particulam οὐδὲ delevimus, fidem Henriciani codicis secuti.

(32) Codex unus, ἀλλ' ὅσον. Statim quatuor mss., πρὸς τὸ ἔξω.

(33) Editi, Μετὰ γάρ. Vocula γάρ a nostris cum mss. abest. Statim editi, Καὶ δέ. Codices quinque, Καὶ οὕτω δέ.

qui prorsus nihil quidquam numerandi peritus sit, aut scribendi, eos enumerare possit. Forte autem qui fugit ab incendio, vitam pravam evitat per pœnitentiam, suaque conversione carnem, pœnas et cruciatus sibi asciscentem, refugit. Quisquis enim, posteaquam deprehensus est in peccatis, conscius est dignum se esse, qui per virgam et verbera convertatur, jam peccatum tanquam supplicii materiam declinans, fugit quasi a flamma urente. Et tunc qui fuerint derelicti, erunt numerus, non solum quod, uti exposuimus, facile queant numerari, sed etiam quod de cætero sint digni, qui in numerum referantur. Sic in Numerorum libro pueros, mulieres, senes, quotquot per ætatem ad bella obeunda erant inutiles, et promiscuum vulgus, tanquam a populo Israelitico alienum, invenimus nequaquam in numerum poni [81]; sed numerari eos qui in bello fortes erant et strenui, a vigesimo anno et supra [82]. Insuper omnes Israelis primogeniti a mense et supra annumerantur [83]. Pariter etiam Levitæ a mense et supra, et qui ministrabant sacerdotes usque ad quinquaginta annos recensentur [84]. Cæterum quis puer, non vir, neque senex, eos qui sunt ejusmodi inscribet? Indicari eos qui Ecclesiæ præfloiuntur, negaverit nemo, eo quod vitam degant in innocentia et integritate, et quod peccata occulta quorum nullus est testis nisi is qui abditos cujusque recessus scrutatur, sibi a peccatoribus concredantur. Ilic tales est inscripturus, qui fuerint veluti per peccatum oblitterati ac deleti, eos iterum scribet. Qui fugerint incendium, receperintque expurgationem pœnitentia partam quasi ignem, tales is qui inhærentem malorum materiam absumit, conscribit. Aut fortasse quia scribuntur in libro vitæ, et una cum justis inscribuntur fi, qui digni sunt, qui Altissimi dextera numerentur, operæ pretium fuerit nosse hunc salvandorum scribam, qui justis fert opem, ac nomina eorum qui a pravis operibus resipiscunt, in cœlorum libro inserit. *Gaudete* enim, inquit, *quod nomina vestra scripta sunt in cœlis* [85]. Quisnam igitur puer proborum nomina in cœlis scribere potest? Nonne ille, de quo dictum est : *Parvulus natus est nobis, filius et datus est nobis* [86]? Puer ille est, quem adoravere magi;

A τῶν τὸ πλῆθος, ὥστε καὶ ὑπὸ παιδίου, μὴ πάνυ τι μηδὲ πρὸς τὸ ἀριθμεῖν, μηδὲ (34) γράφειν ἐμπείρως ἔχοντος, δύνασθαι αὐτοὺς ἀπογραφῆναι. Τάχα δὲ ὁ φεύγων ἀπὸ τοῦ ἐμπρησμοῦ, τῇ μετανοίᾳ φεύγει τὸν πονηρὸν βίον, καὶ τῇ ἐπιστροφῇ τὴν κολάζουσαν σάρκα (35) ἀποδιδράσκει. Πᾶς γὰρ ὁ μετὰ τὸ καταληφθῆναι (36) ἐν ἁμαρτήμασι, συναισθόμενος ἑαυτοῦ ἄξιου ὄντος τῆς ἐν ῥάβδῳ καὶ μάστιγι ἐπιστροφῆς, φεύγων τὴν ἁμαρτίαν, ὡς ὕλην κολάσεως, φεύγει ὡς ἀπὸ φλογὸς καιομένης. Καὶ τότε οἱ καταλειφθέντες ἔσονται ἀριθμὸς, οὐ μόνον διὰ τὸ εὐαρίθμητον, ὡς ἀποδεδώκαμεν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ λοιπὸν ἄξιοι εἶναι εἰς ἀριθμὸν ἀναλαμβάνεσθαι. Ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ἀριθμῶν εὑρήκαμεν, παιδία καὶ γυναῖκας καὶ γέροντας, ὅσοι τὴν ἄχρηστον ἐν πολέμοις ἔχουσιν ἡλικίαν, καὶ τὸν ἐπίμικτον ὡς ἀλλότριον τοῦ Ἰσραὴλ
B ἔζω ἀφιεμένους τοῦ ἀριθμεῖσθαι, ἀριθμουμένους δὲ τοὺς ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ ἐπάνω δυνατοὺς ἐν πολέμῳ. Καὶ οἱ πρωτότοκοι τοῦ Ἰσραὴλ πάντες ἀριθμοῦνται, ἀπὸ μηνιαίου, καὶ ἐπάνω. Ὁμοίως καὶ οἱ Λευῖται, ἀπὸ μηνιαίου, καὶ ἐπάνω· καὶ οἱ λειτουργοῦντες ἱερεῖς ἕως πεντήκοντα ἐτῶν ἀριθμοῦνται. Ποῖον δὲ παιδίον γράψει τοὺς τοιούτους, οὐχ ὁ ἀνὴρ, οὐδὲ ὁ πρεσβύτης (37); Οὐδεὶς ἀντερεῖ· τοὺς προεστῶτας ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, διὰ τὸ ἐν ἀκακίᾳ διάγειν, καὶ διὰ τὸ πιστεύεσθαι (38) παρὰ τῶν ἡμαρτηκότων τὰ ἀπόῤῥητα, ὧν οὐδεὶς μάρτυς, εἰ μὴ ὁ τὰ κρυπτὰ ἑκάστου διερευνώμενος. Οὗτος γράψει τοὺς τοιούτους, οἱονεὶ ἐξαλειφθέντας διὰ τῆς ἁμαρτίας· πάλιν ἐγγράψει τοὺς τὸν ἐμπρησμὸν φυγόντας, καὶ τὴν διὰ τῆς μετανοίας κάθαρσιν, οἱονεὶ πῦρ ἀναλωτικὸν τῆς ἐνυπαρ-
C χούσης ὕλης τῶν κακῶν, δεξαμένους· γράφει τοὺς τοιούτους. Ἡ τάχα ἐπειδὴ ἐν βίβλῳ ζωῆς (39) γράφονται, καὶ τοῖς δικαίοις συνεγγράφονται οἱ ἄξιοι τοῦ ἀριθμεῖσθαι παρὰ τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου, ἄξιόν ἐστι νοῆσαι (40) γραφέα τῶν σωζομένων, συναναλαμβάνοντα τοῖς δικαίοις, καὶ ἐγκατατάσσοντα τὰ ὀνόματα τῶν ἐπιστρεφόντων ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἔργων ἐν τῇ βίβλῳ τῶν οὐρανῶν. Χαίρετε γὰρ, φησὶν, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγγέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ποῖον οὖν παιδίον ἐν τοῖς οὐρανοῖς γράφειν τὰ ὀνόματα δύναται τῶν εὐδοκίμων, ἢ περὶ οὗ ἐλέχθη, ὅτι Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, ἐκεῖνο τὸ παιδίον, ὃ οἱ μάγοι προσεκύνησαν, ἐκεῖνο,

[81] Num. I, 2, 3; XXXI, 2. [82] Num. III, 40. [83] ibid. 15. [84] Num. IV, 3. [85] Luc. X 20. [86] Isa. IX, 6.

(34) Veteres aliquot libri, μηδὲ πρὸς τό.

(35) Editi et nostri sed mss., τὴν κολάζουσαν σάρκα, *carnem castigantem*. Sed vox κολάζουσαν jure suspecta videtur Combefisio : pro qua non invitus legeret, κολακεύουσαν, *carnem blandientem*. Ego autem dubium non habeo quin hic locus ex Procopio restituendus sit, apud quem, pag. 170, ita legitur : φεύγει τὴν κολαζουσαν φλόγα, *fugit ultricem flammam*. Nostrum hoc judicium mirifice confirmant quæ non ita multo post leguntur, φεύγει ὡς ἀπὸ φλογὸς καιομένης, *fugit quasi a flamma urente*. Nam posterioribus his verbis ad priora illa, καὶ τῇ ἐπιστροφῇ τὴν κολάζουσαν, etc., scriptorem nostrum alludere obscurum non est. Ex quo effici videtur, ut pro σάρκα legi oporteat φλόγα· alioquin enim alter locus ad alterum referri non posset. Lectionem vulgatam ob veterum librorum auctoritatem retineri posse arbitrati sumus; si prius, quomodo locus corrigi debeat, moneremus.

(36) Sic codices tres. Alii totidem, καταλειφθῆναι, *derelictus est*. Editi, προκαταληφθῆναι.

(37) Antiqui tres libri, οὐδὲ ὁ πρέσβυς.

(38) Editi et tres mss., πιστεύεσθαι. Alii tres, ἐμπιστεύεσθαι. Insigne testimonium in his verbis contineri arbitramur : quo, si a præjudicata omni opinione liber sit animus, confessionis auricularis antiquitas aperte probari possit.

(39) Sic nostri mss. omnes. Editi, ἐν βίβλῳ ζώντων. Ibidem Reg. tertius, ἐγγράφονται.

(40) Editi, νοῆσαι ἡμᾶς. Sed in nullo codice reperire est vocem ἡμᾶς. Hoc ipso in loco Reg. tertius, συγγραφέα.

ὁ κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐπανῆλθε πάλιν εἰς τὴν γῆν Ἰσραήλ; Πολλῶν οὖν ἐπινοιῶν οὐσῶν τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ (41), ἓν ἐστι τῶν κατ' αὐτὸν νοουμένων καὶ τὸ παιδίον ὃ γράψει τοὺς προσεχομένους διὰ τῆς μετανοίας τῇ τοῦ Θεοῦ ἐπιγνώσει.

A ille, qui descendit in Ægyptum, et rediit iterum in terram Israel [87]. Itaque notiones de Domino nostro et Servatore Jesu Christo multæ cum sint, una earum et illa est : puer est, qui inscribit eos qui per pœnitentiam ad Dei cognitionem accedunt.

245. Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, οὐκέτι προστεθήσεται τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ οἱ σωθέντες τοῦ Ἰακὼβ οὐκέτι μὴ πεποιθότες ὦσιν ἐπὶ τοὺς ἀδικήσαντας αὐτούς, ἀλλ' ἔσονται πεποιθότες ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ τῇ ἀληθείᾳ. Καὶ ἔσται τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰακὼβ ἐπὶ Θεὸν ἰσχύοντα. Σαφῶς ταῦτα ἐπὶ τοὺς ἀφισταμένους τῆς πονηρᾶς ἐργασίας, καὶ μετατιθέντας ἐπὶ Θεὸν ζῶντα τὴν ἑαυτῶν ἐλπίδα, τὴν ἀναφορὰν ἔχει. Προστιθέμεθα δὲ (42) οἱ ἁμαρτάνοντες τοῖς πολεμίοις, καὶ πεποίθαμεν ἐπὶ τοῖς ἀδικοῦσιν ἡμᾶς. Πονηρός τις περιέρχεται δαιμόνων στρατὸς, διὰ τῶν τῆς ἡδονῆς δελεασμάτων τὰς ψυχὰς ἡμῶν καταστρεφόμενος. Τούτοις προστιθέντες, ὥσπερ παῖδες ἀνόητοι τοῖς ἀνδραποδισταῖς, οἱ πολλάκις παίγνιά τινα παιδικὰ προδείξαντες ἐξηπάτησαν τοὺς παῖδας, καὶ πόῤῥω ποιήσαντες τῶν ὀφθαλμῶν τῶν πατρικῶν, διὰ τῆς ἐν ὀλίγῳ τέρψεως πικρὰν αὐτοῖς κατεσκεύασαν δουλείαν. Προστιθέντες (43) οὖν κἀκεῖνοι τοῖς ἀδικοῦσι, καὶ ἡμεῖς τῷ δελεάσματι τῆς ἡδονῆς προσέχοντες, μακρύνομεν ἑαυτοὺς ἀπὸ Θεοῦ, καὶ τῇ βαρείᾳ τυραννίδι τοῦ ἀπαραιτήτου δαίμονος ἑαυτοὺς ὑποβάλλομεν· ὃς ἐπειδὴ κατάκριτός ἐστι τῷ αἰωνίῳ πυρὶ, πολλοὺς φιλονεικεῖ ἔχειν τοὺς συγκαταδικαζομένους αὐτῷ. Περὶ οὖν τῶν μετανοούντων φησὶν, ὅτι οὐκέτι προστεθήσονται οἱ καταλειφθέντες καὶ οἱ σωθέντες, οὐδὲ μὴ ἐπελπίσωσιν (44) ἐπὶ τοὺς ἀδικήσαντας, ἀλλ' ἔσονται πεποιθότες ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ τῇ ἀληθείᾳ. Μακάριος, ὁ πάσης ἐλπίδος τῶν κατὰ τὸν κόσμον τοῦτον ἑαυτὸν ἀποστήσας, καὶ μόνην ἔχων ἑαυτοῦ ἐλπίδα τὸν (45) Θεόν. Ὡς γὰρ Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον· οὕτως εὐλογημένος ὁ ἐπιστηριζόμενος τῷ Κυρίῳ· Μὴ μέντοι ἀργῶς παραδράμῃς τὴν προσθήκην. Ἔσονται γὰρ, φησὶ, πεποιθότες ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ τῇ ἀληθείᾳ. Οὐ γὰρ ἐπιδέχεται ἐπαμφοτερισμὸν ἡ εἰς Θεὸν ἐλπὶς, οὐδὲ καταδέχεται ὁ Κύριος ὁλόκληρον τὴν παρ' ἑαυτοῦ παρέχειν βοήθειαν τῷ ποτὲ μὲν ἐπὶ χρήμασιν ἠλπικότι, καὶ δόξῃ ἀνθρωπίνῃ καὶ δυνάμει τῇ κατὰ κόσμον, ποτὲ δὲ σὺτὸν ὡς ἐλπίδα ἑαυτοῦ (46) προβαλλομένῳ· ἀλλὰ δεῖ ἀληθινῶς ἐπαναπαύεσθαι τῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ. Καὶ ἔσται, φησὶ, τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰακὼβ ἐπὶ Θεὸν ἰσχύοντα. Σαφῶς

B C D

566 245. Vers. 20, 21. *Et erit in die illa, non ultra adjicietur residuum Israel, et qui salvi fuerint ex Jacob non ultra fiduciam habebunt in illis qui ipsos injuria affecerunt; sed fiduciam habebunt in Deo sancto Israel in veritate. Et erit residuum Jacob in Deum fortem.* Hæc liquido referuntur ad eos qui se ab opere pravo submovent et spem suam transferunt in Deum viventem. Enimvero cum peccamus, hostibus adjungimus nos ipsos, et in iis qui nobis injuriam inferunt, fiduciam reponimus. Circuit improbus quidam dæmonum exercitus, qui voluptatis illecebris animas nostras evertat. His adjungimur, perinde ut pueri rudes ac imperiti adjungunt se plagiariis, qui crepundiis quibusdam ostensis plerumque pueros decepere, et procul a parentum oculis abductos, per brevem oblectationem in amaram pertraxere servitutem. Adjunguntur igitur et illi se injuria afficientibus; nos quoque ad voluptatis illicium mentem appellentes, nosmetipsos quam longissime subducimus a Deo, ac nos acerbæ inexorabilis dæmonis tyrannidi subjicimus : qui cum sit igni æterno addictus, plures supplicii sui socios habere conatur. Itaque de iis quos pœnitet male actorum, dicit, quod ii qui relicti et salvi fuerint, non jam amplius adjungantur, nec in iis qui in se injuriam jecerint, spem suam collocent, sed Deo sancto Israel in veritate confidant. Beatus ille est, qui, omni spe rerum mundanarum a se submota, unicam spem suam in Deum confert. Quemadmodum enim *Maledictus est homo, qui spem habet in homine* [88] : ita benedictus est, qui innititur Domino. Verum ne perfunctorie transilias quæ subjunguntur verba : *Fiduciam* enim inquit, *habebunt in Deo sancto Israel in veritate.* Spes enim in Deo posita alternas vices non admittit, nec Dominus sustinet integram suam opem ei ferre, qui modo quidem in pecuniis, et in gloria humana atque in mundi potestate spem suam constituit, modo vero Deum tanquam spem sibi proponit : sed oportet ut vere in Dei auxilio conquiescat [89]. *Et erit*, inquit, *residuum Jacob in Deum fortem.* Hæc perspicue ad eas reliquias quas Apostolus reliquias secundum electionem gratiæ vocat, referuntur, uti verba sequentia declarant.

[87] Matth. II, 11 sqq. [88] Jer. XVII, 5. [89] Rom. XI, 5.

(41) Codex unus, Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Σωτῆρος Θεοῦ. Nec ita multo post tres mss., γράψει αὐτοὺς προσερχομένους. Alii tres, γράψει τοὺς προσερχομένους.

(42) Sic mss. nostri. Editi vero, γάρ.

(43) Antiqui sex libri, Προστιθέντες. Editi, Προστίθενται.

(44) Codices omnes, οὐδὲ μὴ ἐφελπίσωσιν, aut ἐπελπίσωσιν. Editi, οὐδὲ μὴ ἔτι ἐλπίσουσιν.

(45) Unus codex, ἐπὶ τόν. Ibidem editi, Ἐπικατάρατος ἀνὴρ... ἔχων. At mss. sex uti in contextu

(46) Codex quidam, ἑαυτῷ.

ταῦτα ἐπὶ τὸ παρὰ τοῦ Ἀποστόλου ὠνομασμένον λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος τὴν ἀναφορὰν ἔχει, ὡς δηλοῖ τὰ ἑφεξῆς.

246. VERS 22, 23. *Et si fuerit populus Israel quasi arena maris, reliquiæ eorum salvabuntur. Verbum enim consummans, et abrevians in justitiam : quia verbum abbreviatum faciet Dominus in toto terrarum orbe.* Paucis dictionibus immutatis, Apostolus in sua ad Romanos Epistola usus est hac sententia [90]. Quod si quispiam causam quærat, cur alia quidem prætermiserit, alia vero immutarit Apostolus; illud noverit, eum, cum Hebræus esset, se iis editionibus, quibus nos utimur, serviliter non addixisse : sed cum sententiam aliquam interpretaretur, ut sibi venit in mentem, ita reddidisse. Et quidem videntur etiam alii potius astipulari apostolicæ interpretationi. Dicti autem hujus is sensus est. Dictum est supra, futurum esse ut puer eos inscribat, **567** qui salvi et incolumes facti fuerint a peccato. Nemo, inquit, hic miretur, si ad paucos redigatur tantus Israelitici populi numerus. Multitudini ne attendas eorum, qui Dei cultores vocantur : quandoquidem Christi nomine insigniuntur multi, sed in paucis id cognominis constabilitur operum testimonio. *Si fuerit populus Israel quasi arena maris, reliquiæ eorum salvabuntur.* Dictum quidem est de priore populo, quod sita non sit salus in multitudine, sed in reliquiis, quæ secundum electionem gratiæ salutem consequuntur. Ecquis autem est salutis obtinendæ modus? *Si verbum*, inquit, *consummes et abbrevies in justitia.* Qui enim totam scripturam legalem ac prophetarum sanctiones compendio Evangelii circumscribit, ac documenta perficit sibi a Domino tradita, hic salvus erit. *Diliges* enim *Dominum Deum tuum, et diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet, et prophetæ* [91]. Qui igitur perficit verbum, et ad actum redigit, idque breviat, ac ipsius latitudinem in paucis præceptis veluti in summa comprehendit, ille ipse est residuum servatum. *Omnia*, inquit, *quæcunque vultis ut faciant vobis homines, juxta hæc et vos facite illis. Hæc est enim lex et prophetæ* [92]. Vides in hac naturali notione totum verbum consummatum et abbreviatum in justitia, *Quia verbum abbreviatum faciet Dominus in toto terrarum orbe.* Dixit quidem Apostolus : *Faciet Dominus super terram :* quocum consentiunt Symmachus et Theodotio : *In medio totius terræ.* Quidquid enim in lege est observatu difficile et arduum, ne tetigeris, neque gustaveris, neque contrectaveris [93-99] : quæ constituta sunt de festis, de diebus, de holocaustis, de purgatione ac propitiatione; omnia collecta sunt

A 246. Καὶ ἐὰν γένηται ὁ λαὸς Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα αὐτῶν σωθήσεται. Λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει Κύριος ἐν τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ. Ὀλίγας λέξεις μετατιθεὶς, τούτῳ τῷ ῥητῷ (47) ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ ὁ Ἀπόστολος συνεχρήσατο. Ἐὰν δέ τις ἐπιζητῇ τὴν αἰτίαν δι' ἣν τὰ μὲν παρῆκε, τὰ δὲ ἐνήλλαξεν ὁ Ἀπόστολος· ἐκεῖνο γινωσκέτω, ὅτι Ἑβραῖος ὢν οὐκ ἐδούλευσε ταῖς ἐκδόσεσιν, αἷς ἡμεῖς συγκεχρήμεθα, ἀλλ' ἑρμηνεύσας τὸ ῥητὸν, ὡς αὐτῷ παρέστη, οὕτως ἐκδέδωκε. Καὶ γὰρ φαίνονται καὶ οἱ ἄλλοι μᾶλλον συνδραμόντες τῇ ἀποστολικῇ διηγήσει. Ἡ μέντοι διάνοια τοῦ ῥητοῦ τοιαύτη ἐστίν. Ἄνω εἴρηται, ὅτι καὶ παιδίον γράψει τοὺς διασωζομένους ἀπὸ
B τῆς ἁμαρτίας. Ἐνταῦθα μηδεὶς θαυμαζέτω, φησὶν, εἰ εἰς ὀλίγους περιστήσεται ὁ τοσοῦτος ἀριθμὸς τοῦ Ἰσραήλ. Μὴ πρόσεχε τῷ πλήθει τῶν ὀνομαζομένων θεοσεβῶν· ἐπεὶ πολλοῖς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, ὀλίγοις δὲ ἡ τῶν ἔργων μαρτυρία βεβαίοι τὴν προσηγορίαν. Ἐὰν γένηται ὁ λαὸς Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα αὐτῶν σωθήσεται. Εἴρηται μὲν περὶ (48) τοῦ πρωτέρου λαοῦ, ὅτι οὐκ ἐν τῷ πλήθει ἐστὶν ἡ σωτηρία, ἀλλ' ἐν τῷ λείμματι τῷ κατ' ἐκλογὴν χάριτος σωζομένῳ. Τίς δὲ ὁ τρόπος τῆς σωτηρίας; Ὅτι λόγος, φησὶ, συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ. Ὁ γὰρ ὅλον τὸ χάραγμα
C τὸ (49) νομικὸν καὶ τὴν προφητικὴν διάταξιν ἐν τῇ βραχυλογίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου περιλαβὼν, καὶ ἐργαζόμενος τὸ παρὰ τοῦ Κυρίου αὐτῷ ὑποδειχθὲν, οὗτος σωθήσεται. Ἀγαπήσεις γὰρ Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος κρέμαται, καὶ οἱ προφῆται (50). Ὁ οὖν συντελῶν τὸν λόγον, ὁ εἰς ἔργον ἄγων, καὶ συντέμνων αὐτὸν, καὶ οἱονεὶ συγκεφαλαιούμενος αὐτοῦ τὸ πλάτος ἐν ταῖς βραχυτάταις ἐντολαῖς· οὗτός ἐστι τὸ κατάλειμμα τὸ σωζόμενον. Πάντα, φησὶν, ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται. Ὁρᾷς ἐν τῇ φυσικῇ ἐννοίᾳ ὅλον τὸν λόγον συντελούμενον καὶ συντεμνόμενον ἐν δικαιοσύνῃ· Ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει Κύριος ἐν τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ (51). Ὁ μέντοι Ἀπόστολος εἶπε· Ποιήσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς. Συμφώνως δὲ αὐτῷ Σύμμαχος καὶ Θεοδοτίων· Ἐν μέσῳ πάσης τῆς γῆς.
D Τὸ γὰρ δυσπαρατήρητον τοῦ νόμου μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς· αἱ περὶ ἑορτῶν διατάξεις· αἱ περὶ ἡμερῶν· αἱ περὶ ὁλοκαυτωμάτων (52)· αἱ περὶ κα-

[90] Rom. IX, 27, 28. [91] Matth. XXII, 37, 40. [92] ibid. [93-99] Matth. VII, 12.

(47) Six mss. nostri omnes. Editi, μεταθεὶς τούτου τοῦ ῥητοῦ.

(48) Antiqui sex libri, περί. Editi, ἐπί, non ita recte.

(49) Editi, χάρισμα καὶ τό. At tres mss. simpliciter, χάρισμα τό. Alii tres, τὸ χάραγμα τό.

(50) Antiqui tres libri, νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται.

(51) Editi. τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ. Sed hoc loco vox ὅλῃ in mss. nostris non invenitur.

(52) Editi, τῶν ἑορτῶν... τῶν ὁλοκαυτωμάτων. Sed vocem, τῶν, quod in nostris sex mss. non reperiretur, in utroque loco delevimus.

θάρσεως· αἱ περὶ ἱλασμοῦ· πάντα συνετμήθη εἰς ἓν κεφάλαιον βραχὺ καὶ εὐπαρατήρητον, ὡς μηδεμίαν πρόφασιν ὑπολείπεσθαι τοῖς μὴ πολιτευομένοις κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον. A in unam summam brevem facilemque observatu, ulla iis, qui ex præscripto Evangelii non vivunt, excusatio supersit.

—

ENARRATIO IN ALIQUOT LOCA XI ET XII CAPITIS ISAIÆ.

—

247. Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν. Τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ Χριστὸν εὐαγγελίζεται ἡμῖν ὁ λόγος. Ἐν γὰρ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, τουτέστιν ἐπὶ τῶν πάλαι προωρισμένων καιρῶν (53), καὶ ἐν τῷ προδιατεταγμένῳ χρόνῳ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί. Ἀλλαχοῦ μὲν ῥάβδον λέγει ἐκ τῆς ῥίζης ἀνατελεῖν, καὶ B ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης τοῦ Ἰεσσαὶ ἀναβήσεσθαι, τὴν ῥάβδον ἐπὶ τῆς ἀρχῆς λαμβάνων, τὸ δὲ ἄνθος, ἐπὶ τῆς ἐπεράστου καὶ πᾶσι κεχαρισμένης ἐπιδημίας· καὶ ὅτι ἐν βραχεῖ τὴν χάριν παρασχόμενος τῆς ἐναν-θρωπήσεως, ταχεῖαν, καὶ οἱονεὶ παροδικὴν ποιεῖται τὴν ἐπιδημίαν· ἐνταῦθα δὲ ῥίζαν λέγει τοῦ Ἰεσσαὶ ἔσεσθαι. Πρόσχες τῷ, Ἔσται. Οὐχὶ φησι, Δόξει· οὐδὲ, Δόξει (54) εἶναι, ἀλλὰ κατὰ ἀλήθειαν, Ἔσται. Οὐ γὰρ φαντασίᾳ, οὐδὲ οἰήσει τὴν σάρκα, ἀλλ' αὐτῇ ἀληθείᾳ ἀνέλαβεν. Ἔσται οὖν ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί· τουτέσαι, τὸ φύραμα τῆς σαρκὸς τὸ ἀπὸ Ἰεσσαί, ἔστι κατὰ ἀλήθειαν, καὶ ὑποστήσεται. Καὶ ὁ ἀνιστάμενος, αὐτὸς (55) καὶ ῥίζα καὶ ἀνιστάμενος. Ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί· ὅτι ἐκ βασιλικῆς διαδοχῆς ἡ θεοφόρος σὰρξ προσελήφθη. Ὁ δὲ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν. C Διὰ τοῦτο τὰ ἔθνη ἐπ' αὐτὸν ἤλπισεν, ὡς δῆλον ἀπὸ τῆς ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας. Ἀναστὰς γὰρ ἐκ νεκρῶν, ἦρξε τῶν ἐθνῶν, καταλιπὼν τὸν φονέα λαόν. Ἐκείνοις μὲν γὰρ τὸν θάνατον περιαφῆκε, τοῖς δὲ ἔθνεσι τὴν ἀνάστασιν ἐχαρίσατο. Διότι οἱ μὲν ἔκραζον· Σταυρωθήτω· καὶ, Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν· οἱ δὲ ἐδέξαντο τὸν ἐσταυρωμένον, καὶ τῷ αἵματι αὐτοῦ ἐλυτρώθησαν ἀπὸ τοῦ θανάσου. Καὶ ἔσται, φησὶν, ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. Αὕτη ἡ Χριστοῦ ἀνάπαυσις, ἡ τιμὴ (56) τῶν τιμώντων αὐτὸν ὡς Λόγον Θεοῦ, καὶ σοφίαν Θεοῦ, καὶ δύναμιν. Ὁ ἀναπαύων τὸν Χριστὸν, ὁμολογεῖ αὐτοῦ τὴν πρὸς τὸν γεγεννηκότα αὐτὸν ὁμοτιμίαν· τῆς ἀξίας τὴν κοινωνίαν· τῆς φύσεως τὴν ἐξ ἀϊδίου ὕπαρξιν. Οἱ δὲ μεριμνῶντες τι τῶν πρὸς ἀτιμίαν (57) ῥημάτων ἐξεύρωσιν, οὐ τὰ πρὸς ἀνάπαυσιν τοῦ Χριστοῦ D φθέγγονται. Δύναται μέντοιγε ἡ ἀνάπαυσις λαμβάνεσθαι, μὴ μόνον ἣν αὐτὸς ἀναπαύεται παρὰ τῶν

247. (Vers. 10.) *Et erit in die illa radix Jesse, et qui exsurgit, ut imperet gentibus.* Verba hæc nobis Christum annuntiant ex Davidis semine oriundum. Enimvero in die illa, hoc est, in tempore jam pridem præstituto ac præfinito, erit radix Jesse. Alibi quidem dicit virgam ex radice esse orituram, et florem ex radice Jesse ascensurum, sit ut accipiat virgam pro imperio, et florem pro ipsius adventu perquam amabili et omnibus gratissimo; et quia prope diem erat collaturus incarnationis beneficium, exhibet adventum celerem, et quasi tantum non præsentem : hic vero ait futuram esse radicem Jesse. Attendas velim huic voci, *Erit.* Non ait : Videbitur; neque, Videbitur esse, sed vere, *Erit.* Non enim secundum speciem aut existimationem, sed re ipsa 568 carnem assumpsit. *Erit* igitur *radix Jesse*, hoc est, conspersio carnis ex Jesse desumpta, erit vere, atque subsistet. Et qui exsurgit, ipse et radix exsurgens est. Est quidem radix Jesse, quippe quod ex regia successione caro deifera assumpta sit : exsurgit vero, ut imperet gentibus. Eam ob causam in ipso spem suam reposuere gentes, uti ex Christi Ecclesia inter gentes stabilita patet. Postquam enim a mortuis resurrexit, homicida populo derelicto, imperium obtinuit in gentes. Illis quidem reliquit mortem, gentibus vero largitus est resurrectionem : siquidem illi clamabant : Crucifigatur [1-35]; item : *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros* [36] : hic vero crucifixum suscepere, atque ipsius sanguine a peccato liberato sunt. *Et erit*, inquit, *requies ejus honor.* Hæc Christi requies honor est, ab iis delatus, qui ipsum honorant tanquam Dei Verbum, Deique sapientiam et virtutem [37]. Qui refocillat Christum, eum esse Patri honore et majestate parem, dignitatemque utriusque communem esse, et naturam utriusque ab æterno subsistere confitetur. E diverso qui plus æquo solliciti, aliqua verba excogitarint ad ignominiam inurendam, iidem ea quæ ad Christi requiem spectant, non loquuntur. Requies autem

[1-35] Matth. XXVII, 23. [36] ibid. 25. [37] I Cor. I, 24.

(53) Sic veteres quinque libri. Editi vero, ἐπὶ τῷ πάλαι προωρισμένῳ καιρῷ. Mox editi, μὲν οὖν. Vocula οὖν in mss. non invenitur. Subinde quinque mss., ῥίζης ἀνατέλλειν. Editi, ἀνατελεῖν.

(54) Ita mss. omnes. Editi, Οὐχὶ, φασὶ, δόξα, οὐδὲ δόξῃ, haud emendate. Statim Reg. primus et editi, αὐτῇ ἀληθείᾳ. Alii quinque mss., αὐτήν

(55) Editi, ὁ αὐτός. Sed in nostris sex mss. deest articulus. Hunc locum interpunximus ita, uti in mss. interpunctum invenimus. Alia erat in editis interpunctio.

(56) Sic mss. omnes. Editi, Αὕτη ἐστὶν ἡ Χριστοῦ ἀνάπαυσις ἐν τιμῇ.

(57) Editi, ἀτιμίαν φερόντων. Vox posterior a nostris sex mss. abest.

potest accipi non modo pro ea requie, qua ipse Dominus refovetur ab iis, qui ipsum gloria afficiunt, verum etiam pro ea, qua diligentes se est recreaturus, sicut scriptum est : Quoniam ego diligentes me glorifico [39]. Requies siquidem quia refovebit Dominus, honor est qui, juxta justum Dei judicium, pro actorum merito impertietur. Alios enim majori honore dignabitur, alios vero minori : quippe stella a stella differt in gloria [39]. Et quia multæ sunt apud Patrem mansiones [40], alios in statu præstantiore et altiore, alios in inferiore refocillabit. Sed fruentur omnes requie in honore.

248. (Vers. 11.) *Et erit in die illa, adjiciet Dominus ostendere manum suam.* Manus Domini se singulis ætatibus diverse ostendit per eos, qui mirabilium efficiendorum vim et facultatem capere potuerunt. Primum quidem edidit prodigia in Ægypto, deinde in eremo, tum ætate Jesu filii Nave, denique tempore judicum et prophetarum, qui magnarum rerum ministri exstiterunt. Nunc autem manus Domini ostendi dicitur in adventu nostri Servatoris, morbum omnem, omnemque populi languorem et infirmitatem curantis, ac ea quæ in Evangelio prædicata sunt, perficientis. Nam Dominus insuper hanc virtutem ostendit, quod signa priora inobsequenti populo ad Dei cognitionem deducendo satis fuisse visa non sint. *Ut zelet relictum residuum populi.* Eam ob rem adjiciet, ut manum ostendat, ut ad zelum perducat residuum populi; quas reliquias ait ab hostibus incolumes permansisse. Quin et multitudinem eorum, qui ipsis bellum intulere, recenset, Assyriam, Ægyptum, Babylonem, Æthiopas 569, Elamitas, populos solis orientis plagam incolentes, et Arabas. Historia autem his conferta est. Ait quidem de Æthiopibus : *Exivit Zarai Æthiops in virtute, et in mille millibus, et curribus trecentis. Et egressus est Asa in occursum, et clamavit ad Dominum, et dixit : Domine, non est impossible apud te salvare in multis et in paucis. Corrobora nos, Domine Deus noster, quoniam in te confidimus : et in nomine tuo venimus adversus multitudinem plurimam hanc. Domine Deus noster, non prævaleat adversum te homo* [41]. Assyrii vero eos abduxere in captivitatem [42]; ab initio in servitutem eos addixere Ægyptii [43], et Nabuchodonosor rex Babylonis captivos eos duxit [44]. Elamitæ autem sunt genus Parthicum, quod cum incolis Mesopotamiæ Syriæ in Israelem non raro invasit. Arabes tandem gens bellica, nullo non tempore Israelis hostes fuere. His igitur omnibus generoso semini bellum facientibus, alii vincuntur, vincunt alii. Et quia exstitere victores, nullisque laboribus exer-

δοξαζόντων αὐτὸν ὁ Κύριος, ἀλλὰ καὶ ἣν ἀναπαύσει τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι Ἐγὼ τοὺς ἐμὲ ἀγαπῶντας δοξάζω. Ἔστι γὰρ ἡ ἀνάπαυσις, ἣν ἀναπαύσει ὁ Κύριος, τιμὴ, ἥτις μετὰ τὴν δικαιοκρισίαν τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν τῶν πεπραγμένων ἀξίαν διανεμηθήσεται. Τιμήσει γὰρ τοὺς μὲν μείζοσι τιμαῖς, τοὺς δὲ ὑποδεεστέραις, ἐπειδὴ ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. Καὶ ἐπειδὴ πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρὶ, τοὺς μὲν ἐν ὑπερεχούσαις καὶ ὑψηλοτέραις καταστάσεσι, τοὺς δὲ ἐν ὑποδεεστέραις ἀναπαύσει. Πάντες μέντοι διὰ τιμῆς τὴν ἀνάπαυσιν ἕξουσιν.

248. Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, προσθήσει Κύριος τοῦ δεῖξαι τὴν χεῖρα αὐτοῦ. Χεὶρ Κυρίου διαφόρως ἐδείχθη καθ' ἑκάστην γενεὰν διὰ τῶν δυναμένων χωρῆσαι τὴν ἐνέργειαν τῶν θαυμασίων. Πρότερον μὲν γὰρ τὰ τεράστια ἔδειξεν ἐν Αἰγύπτῳ· εἶτα ἐν τῇ ἐρήμῳ· εἶτα κατὰ τοὺς τοῦ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ χρόνους· εἶτα κατὰ τοὺς Κριτὰς, καὶ τὰ μεγάλα διακονησαμένους προφήνας. Νῦν δὲ χεὶρ Κυρίου δείκνυσθαι λέγεται κατὰ τὴν ἐπιδημίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν θεραπεύοντος ἐν τῷ λαῷ, καὶ ποιοῦντος τὰ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κεκηρυγμένα. Ταύτην γὰρ τὴν δύναμιν προσέθηκεν ὁ Κύριος δεῖξαι, ἐπειδὴ τὰ προλαβόντα οὐκ ἐφάνη αὐτάρκη πρὸς τὸ ἐναγαγεῖν εἰς τὴν θεογνωσίαν τὸν ἀπειθοῦντα λαόν. Τοῦ ζηλῶσαι τὸ καταλειφθὲν ὑπόλοιπον τοῦ λαοῦ. Διὰ τοῦτο προσθήσει τὴν χεῖρα δεῖξαι, ἵνα εἰς ζῆλον ἀγάγῃ (58) τὸ ὑπόλοιπον τοῦ λαοῦ· ὅπερ λείψανον λέγειν εἶναι ἀπὸ τῶν πολεμίων περισωθέν. Καὶ ἀπαριθμεῖται τὸ πλῆθος τῶν πολεμησάντων, Ἀσσυρίαν (59), καὶ Αἴγυπτον, καὶ Βαβυλωνίαν, Αἰθίοπας, καὶ Ἐλαμίτας καὶ τοὺς ἀπὸ ἡλίου ἀνατολῶν, καὶ Ἄραβας. Πλήρης ἡ ἱστορία, περὶ μὲν Αἰθιόπων λέγουσα, ὅτι Ἐξῆλθε Ζαραὶ ὁ Αἰθίοψ ἐν δυνάμει, καὶ χιλίαις χιλιάσι, καὶ ἅρμασι τριακοσίοις. Καὶ ἐξῆλθεν Ἀσὰ εἰς συνάντησιν, καὶ ἐβόησε πρὸς Κύριον, καὶ εἶπε· Κύριε, οὐκ ἀδυνατεῖ παρὰ σοὶ σώζειν ἐν πολλοῖς καὶ ἐν ὀλίγοις. Κατίσχυσον ἡμᾶς, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὅτι ἐπὶ σοὶ πεποίθαμεν, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου ἤλθομεν ἐπὶ τὸ πλῆθος τὸ πολὺ τοῦτο. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, μὴ κατισχυσάτω πρὸς σὲ ἄνθρωπος. Ἀσσύριοι δὲ ἦσαν οἱ αἰχμαλωτεύσαντες· καὶ Αἰγύπτιοι οἱ ἐξ ἀρχῆς καταδουλωσάμενοι, καὶ Ναβουχοδονόσορ ἀπὸ τῆς Βαβυλωνίας. Ἐλαμῖται δέ εἰσι τὸ γένος τῶν Ἁρβυαίων, ὃ (60) μετὰ τῶν ἀπὸ τῆς Μεσοποταμίας Συρίας πολλάκις ἐπέθετο τῷ Ἰσραήλ. Ἄραβες δὲ ἔθνος πολέμιον, πάντα τὸν χρόνον ἐκπολεμώμενον τῷ Ἰσραήλ. Πάντων οὖν τούτων πολεμούντων τῷ εὐγενεῖ σπέρματι, οἱ μὲν ἡττῶνται, οἱ δὲ περιγί-

[39] I Reg. II, 30. [39] I Cor. XV, 44. [40] Joan. XIV, 2. [41] II Paral. XIV, 9-11. [42] IV Reg. XV, 29; XVII, 6. [43] Exod. I, 14. [44] IV Reg. XXIV, 14.

(58) Editi et Reg. primus, ἀναγάγῃ. Alii quinque mss., ἀγάγῃ.

(59) Codex Fr. 1, πολεμησάντων Ἀσσυρίων quam tam malam lectionem secutum fuisse Tilmannum ægre fert Combefisius. Alii quinque mss. et editi, Ἀσσυρίαν, bene. Mox veteres tres libri, Βαβυλωνίαν, Αἰθιοπίαν.

(60) Editi et Reg. primus, οἵ. Alii quinque mss., ὁ, recte. Aliquanto post editi, τὸν Ἰσραήλ. Ai mss. sex, τῷ Ἰσραήλ.

νονται, καὶ διὰ τὸ περιγενέσθαι, καὶ ἐν πολλοῖς πόνοις γεγυμνάσθαι, οἷόν τι ἆθλον λαμβάνουσι τὴν προσθήκην θεωρῆσαι τῆς δεικνυμένης χειρὸς τοῦ Θεοῦ. Διὸ καὶ ζηλωτοὶ ἔσονται μετὰ τὰς ἀριστείας καὶ τοὺς πόνους.

249. Καὶ ἀρεῖ, φησὶ, σημεῖον εἰς τὰ ἔθνη, καὶ συνάξει τοὺς ἀπολομένους Ἰσραὴλ, καὶ τοὺς διεσπαρμένους τοῦ Ἰούδα συνάξει ἐκ τῶν τεσσάρων πτερύγων τῆς γῆς. Ἡ οὖν ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, ὁ ἀναστὰς ἐπὶ τῷ (61) ἄρχειν τῶν ἐθνῶν, οὗτος ἀρεῖ σημεῖον εἰς τὰ ἔθνη, ἵνα συναχθῶσιν οἱ ἀπολλύμενοι (62) τοῦ Ἰσραήλ. Ἦλθε γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ σημεῖον, ὃ ἦρεν εἰς τὰ ἔθνη, τὸ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις λεγόμενον· Ὄψονται τὸ σημεῖον τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου· ὅπερ φήσεις εἶναι τὸν σταυρὸν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ τοῖς ἁγίοις ὁ κόσμος ἐσταύρωται, καὶ αὐτοὶ τῷ κόσμῳ· ἐν ᾧ καὶ λέγει τοῦ σημείου τὴν δύναμιν. Διὰ τί (63) διὰ σταυροῦ ἡ οἰκονομία τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐτελέσθη; Ἵνα ἐκ τῶν τεσσάρων πτερύγων τῆς γῆς συναχθῶσιν οἱ σωζόμενοι. Τετραχῇ γὰρ διαιρεῖται τοῦ σταυροῦ τὰ μέρη, ὥστε ἕκαστον ἀπονεύειν πρὸς τὰ τεσσαρα μέρη τοῦ κόσμου. Εἴτε οὖν ἵνα πάντα τὰ μέρη διὰ τῶν μερῶν τοῦ σταυροῦ οἰκονομηθῇ πρὸς σωτηρίαν, διὰ τοῦτο προετιμήθη ὁ διὰ τοῦ σταυροῦ θάνατος· ἢ ὅτι πρὸ τοῦ (64) ξυλίνου σταυροῦ νοητός τις τῷ κόσμῳ παντὶ συνεσταύρωται, τῶν τεσσάρων μερῶν τοῦ παντὸς εἰς τὸ μέσον συναπτομένων, καὶ τῆς ἐν τῷ μέσῳ δυνάμεως πρὸς τὰ τέσσαρα μέρη περατουμένης. Ἀρθέντος οὖν τοῦ σημείου τούτου, συναχθήσονται οἱ ἀπολόμενοι τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ οἱ διεσκορπισμένοι τοῦ Ἰούδα συναχθήσονται ἐκ τῶν τεσσάρων πτερύγων τῆς γῆς. Τούτου ἀρθέντος τοῦ σημείου, ἔχοντος δύναμιν καθαιρετικὴν ἀρχῶν καὶ ἐξουσιῶν, ἄστινας ἐθριάμβευσεν ἐν τῷ ξύλῳ, ἀπεκδυσάμενος αὐτὰς, καὶ οἷονεὶ ἀπορρίψας ὃ εἴχομεν ἀπ' αὐτῶν ὑφασμένον ἡμῖν ἔνδυμα, ἐξεδύσατο τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ ἐδειγμάτισεν ἐν (65) παῤῥησίᾳ θριαμβεύσας ἐν τῷ ξύλῳ. Διὰ τοῦτο Παῦλος ἐκ τῶν ἀπολωλότων τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ διεσκορπισμένων τοῦ Ἰούδα ὑπάρχων, νοήσας τὸ ἀρθὲν ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ εἰς τὰ ἔθνη σημεῖον, προσέδραμε τῷ σταυρῷ, καὶ ἔλεγεν· Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀκολουθεῖ δὲ τῷ συναχθῆναι τοὺς ἀπολομένους τοῦ Ἰσραὴλ, οἵτινες ἐβασιλεύοντο ὑπὸ τοῦ Ἐφραὶμ, καὶ τοὺς διεσπαρμένους τοῦ Ἰούδα, οἵτινες ὑπὸ τῶν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἐπολιτεύοντο, τὸ μηκέτι εἶναι ζῆλον τοῦ Ἐφραὶμ κατὰ τοῦ Ἰούδα, μηδὲ ἀνύειν ἔτι τοὺς τοῦ Ἰούδα ἐχθρούς. Μετὰ γὰρ τὸ ἀρθῆναι τὸ

A citati fuere, velut cujusdam præmii loco id accipiunt additamenti, ut manum Dei conspicuam ac manifestam conspiciant. Quapropter etiam post res fortiter gestas et labores exantlatos invidia digni erunt atque æmulatione.

249. (Vers. 12.) *Et levabit*, inquit, *signum in gentes, et congregabit perditos Israel, et dispersos Juda congregabit ex quatuor alis terræ*. Itaque radix Jesse, seu qui exsurgit ad imperandum gentibus, hic ille tollet signum inter gentes, ut ii qui perierunt ex Israel, in unum aggregentur. *Venit* enim *Filius hominis quærere, et salvum facere quod perierat*[45]. Signum autem quod levavit in gentibus, hoc ipsum est, cujus fit mentio in Evangeliis : *Videbunt signum Filii hominis*[46] : quod dixeris esse B crucem Domini nostri Jesu Christi, per quam sanctis crucifixus mundus est, et ipsi mundo[47] : quibus verbis enuntiat etiam vim signi atque virtutem. Quare per crucem œconomia Incarnationis perfecta est et absoluta? Ut qui erant salute donandi ii ex quatuor alis terræ colligerentur. Nam quadrifariam dividuntur crucis partes; adeo ut unaquæque vergat in quatuor mundi partes. Sive igitur ut singulæ mundi partes ad salutem perducerentur per crucis partes, ob id mors crucis est honorata : sive quod ante ligneam illam crucem crucis cujudam intelligibilis imago ac figura in toto mundo haberetur; cum quatuor universi partes coirent in medium, et virtus medii ad quatuor partes pertingeret. Itaque hoc signo surrecto, congregabuntur perditi Israel, et dispersi Juda e quatuor alis terræ C colligentur. Erecto signo hoc, cui inest facultas destruendi principatus et potestates, de quibus triumphavit in ligno, spoliatis illis, ac vestimento, quod ipsi nobis texuerant, veluti dejecto; exuit nimirum principatus et potestates, eosque traduxit confidenter palam triumphans in ligno[48]. Ob id Paulus, licet inter perditos Israel, et dispersos Juda numeraretur, simul atque intellexit signum in nationibus ab Jesu fuisse erectum, 570 accurrit ad crucem, et dicebat : *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi*[49]. Jam vero ex eo quod ut perditi Israel, in quos imperium habuit Ephraim, ita dispersi ex tribu Juda, quos reges ex semine David oriundi gubernavere, collecti sunt, sequitur non amplius futurum esse ullum ze- D lum Ephraim contra Juda, nec amplius eos, qui ex Juda sunt, hostes se præstituros. Postquam enim erectum fuerit signum collectique fuerint perditi Israel, qui dicitur Ephraim, congregati itidem fue-

[45] Luc. XIX, 10. [46] Matth. XXIV, 30. [47] Galat. VI, 14. [48] Coloss. II, 15. [49] Galat. VI, 11.

(61) Veteres aliquot libri, το.

(62) Editi, οἱ ἀπολόμενοι. At mss., οἱ ἀπολλύμενοι.

(63) Unus codex cum editis, Διότι. Alii quinque mss., Διατί.

(64) His verbis, ἢ ὅτι πρὸ τοῦ, etc., *sive quoniam ante ligneam crucem*, etc., sua inest obscuritas. Sensum eorum in nostra interpretatione exprimere conati sumus. Hoc enim, ut nobis videtur, dicit scriptor, ante ligneam crucem fuisse aliam crucem mysticam, quæ per quatuor mundi partes repræsentata sit et adumbrata. Sed, ut verum fatear, mysticam hanc interpretandi rationem suspicor non multis probatum iri.

(65) Voculam ἐν ex aliquot mss. addidimus.

rint dispersi Juda (VERS. 13) : *Auferetur zelus Ephraim, et inimici Juda peribunt.*

διεσκορπισμένους τοῦ Ἰούδα· Ἀφαιρεθήσεται ὁ ζῆλος τοῦ Ἐφραΐμ, καὶ οἱ ἐχθροὶ τοῦ Ἰούδα ἀπολοῦνται.

250. Noveris autem Israelem dici perditum, Judam vero dispersum. Attamen perturbationes prius ob contentionem et seditionem in vita invalescentes, auferuntur per concordiam a Christo allatam : qui quæ in terra, et quæ in cœlo sunt, pacificat, atque in se ipso omnia reconciliat [50]. Ob hoc igitur *Ephraim non æmulabitur Judam, et Judas non amplius tribulabit Ephraim* : quoniam odium, quo se invicem prosequebantur, disperibit. Zelus enim videtur maxime occasionem multis præbere inimicitias inter se gerendi. Nunc autem zelus non bonorum æmulatio, sed invidia, quæ ob aliorum res secundas nata est, a Scriptura vocatur. Tunc igitur concordes facti (VERS. 14), *Volabunt in navibus alienigenarum, mare simul prædabuntur.* Pulchre nomine maris expressit eos, qui navigant celeriter, motu eorum cum ala collato; cum scilicet velo pleno per mare advehuntur, vento congruenter ad puppim aspirante. Prædantur autem mare, draconis et aliorum ei subjectorum victores effecti : quos Christi Apostoli ad veritatis agnitionem translatos jure optimo deprædari ac diripere dicantur : quippe qui spolia prius possessa ab eo qui hominem captivum abduxerat, veluti sua faciunt. Sed maris nomine par est intelligi locum afflictationis et miseriarum, quem alibi didicimus vocari etiam lacrymarum vallem [51]. Fortasse autem alienigenarum naves, corpora nostra dicuntur, quod cum animæ constitutione nequaquam consentiant. Caro enim legi Dei non subjicitur [52], sed concupiscit adversus spiritum [53]. Quinetiam hi dicuntur Idumæam prædaturi, hoc est, rerum terrenarum potituri, et in Moab manus injecturi. Moab, si interpreteris, sonat, *de patre.* Quare ad ipsos dixit Dominus : *Vos ex patre diabolo estis : et desideria patris vestri vultis facere* [54]. Injiciunt in eos suas manus, ut bonis suis operibus ipsos sibi subjiciant. Deinde *Filii Ammon primi obedient.* Ammon, quod a nominis interpretationem attinet, idem valet ac *populus nobiscum.* Forte qui minori malitiæ sunt obnoxii præ iis qui nequitiæ majoris et latius effusæ rei sunt, parebunt verbo primi.

250. Κατάμαθε δὲ, ὅτι ὁ μὲν Ἰσραὴλ ἀπολωλέναι λέγεται, ὁ δὲ Ἰούδας διεσπάρθαι. Πλὴν ἀλλὰ τῇ κατὰ Χριστὸν συμφωνίᾳ τοῦ εἰρηνοποιοῦντος τὰ (66) ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐν αὐτῷ τὰ πάντα ἀποκαταλλάσσοντος, ἀναιρεῖται τὰ πάθη τὰ πρότερον ἐκ φιλονεικίας καὶ διαστάσεως ἐνδυναστεύοντα τῷ βίῳ. Διὰ τοῦτο οὖν Ἐφραΐμ οὐ ζηλώσει τὸν Ἰούδαν, καὶ ὁ Ἰούδας οὐκέτι θλίψει Ἐφραΐμ· ἐπεὶ ἡ ἐν αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους ἔχθρα ἀπολεῖται. Ἔοικε γὰρ μάλιστα (67) ὁ ζῆλος γίνεσθαι τοῦ ἐχθραίνειν ἀφορμὴ τοῖς πολλοῖς. Ζῆλος δὲ νῦν οὐχ ἡ τῶν καλῶν μίμησις, ἀλλ' ἡ ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις βασκανία παρὰ τῆς Γραφῆς εἴρηται. Τότε οὖν ἐν συμφωνίᾳ γενόμενοι. Πετασθήσονται ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων, θάλασσαν ἅμα προνομεύσουσι. Διὰ τῆς θαλάσσης καλῶς παρέστησε τοὺς ταχυναυτοῦντας, πτερῷ παρεικάσας τὴν κίνησιν· ὅταν πλήρει τῷ ἱστίῳ, συμμέτρως τοῦ πνεύματος κατὰ πρύμναν ἱσταμένου, ὑπὲρ θαλάσσης φέρωνται. Προνομεύουσι δὲ (68) θάλασσαν, τοῦ δράκοντος περιγινόμενοι, καὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ τελουμένων, οὓς οἱ ἀπόστολοι τοῦ Χριστοῦ εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας μετατιθέντες, δικαίως ἂν λέγοιντο προνομεύειν, οἱονεὶ σκῦλα ἑαυτῶν ποιούμενοι τὰ προκατεχόμενα ὑπὸ τοῦ αἰχμαλώτου (69) ἀπαγαγόντος τὸν ἄνθρωπον. Θάλασσαν δὲ ἀκουστέον νῦν τὸν τῆς κακώσεως τόπον, ὃν καὶ κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος ἀλλαχοῦ μεμαθήκαμεν. Πλοῖα δὲ ἀλλοφύλων λέγεται τάχα τὰ σώματα ἡμῶν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν οἰκείως πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς κατασκευήν. Ἡ γὰρ σὰρξ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται, ἀλλ' ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος. Οὗτοι δὲ καὶ τὴν Ἰδουμαίαν προνομεύειν λέγονται· τουτέστι, τῶν γηΐνων πραγμάτων ἐπικρατεῖν, καὶ ἐπὶ Μωὰβ ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας. Μωὰβ ἑρμηνεύεται, ἐκ πατρός. Ἡρὸς οὖν αὐτοὺς εἴρηκεν ὁ Κύριος, ὅτι Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. Τοότοις τὰς ἑαυτῶν χεῖρας ἐπιβάλλουσιν, ἵνα διὰ τῆς ἑαυτῶν ἀγαθῆς πράξεως ὑποχειρίους αὐτοὺς λάβωσιν. Εἶτα Υἱοὶ Ἀμμὼν πρῶτοι ὑπακούσονται. Ἀμμὼν (70) ἑρμηνεύεται, λαὸς μεθ' ἡμῶν. Τάχα πρῶτοι ὑπακούσονται τῷ λόγῳ οἱ ἐλάττονα τὴν κακίαν ἔχοντες, παρὰ τοὺς πλείονα αὐτὴν καὶ ἐπὶ πλεῖον κεχυμένην ἔχοντας.

[50] Coloss. I, 20. [51] Psal. LXXXIII, 7. [52] Rom. VIII, 7. [53] Galat. V, 17. [54] Joan. VIII, 44.

(66) Veteres aliquot libri, καὶ τά. Statim editi, ἐν ἑαυτῷ. At mss., ἐν αὐτῷ.

(67) Editi, Ἔοικέ γε μᾶλλον. Veteres duo libri, Ἔοικε γὰρ μᾶλλον. Alii tres, Ἔοικε γὰρ μάλιστα. Nec ita multo post editi et Reg. primus, νῦν οὐχὶ τῶν. Alii quinque mss., νῦν οὐχ ἡ τῶν.

(68) Addita est vocula δέ ex nostris sex codicibus. Mox editi et recentior Combefisii codex, ὑπ' αὐτῶν· quæ mala lectio, ut fieri solet, interpreti tantas tenebras offudit, ut quidvis potius quam ejus loci sensum expresserit. Sic enim vertit : *Et iis salutari baptismo initialis, quos apostoli,* etc. Alter Combefisii codex, ὑπ' αὐτῷ. Alii quatuor, ὑπ' αὐτόν. Hæc apud Procopium, pag. 189, non multo aliter leguntur, hoc videlicet modo : τοῦ δράκοντος καὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ τελούντων περιγενόμενοι, *draconis simul et eorum qui ejus imperio parebant, victores effecti.*

(69) In editis corrupte legitur, αἰχμαλώτου. At in nostris sex codicibus integre et incorrupte scriptum reperitur. αἰχμάλωτον.

(70) Alii aliter nomen Ἀμμὼν interpretantur. Quod si quispiam harum rerum studiosus est, varias ejus nominis interpretationes in Ducæi notis legere poterit.

254. Εἶτα ἐπιφέρει· Καὶ ἐρημώσει Κύριος τὴν θάλασσαν Αἰγύπτου. Ὥσπερ ὁ Ἰεζεκιὴλ Αἰγύπτου ποταμοὺς εἶναι λέγει, οὓς Φαραὼ πεποιηκέναι ἀλαζονεύεται· οὕτως ὁ Ἡσαΐας θάλασσον Αἰγύπτου ὀνομάζει, ἥντινα ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἐρημώσει· Εὐεργεσία γὰρ ἡ ἀπὸ μοχθηρῶν πραγμάτων ἐν καιρῷ δεκτῷ (71) ἐπαγομένη ἐρήμωσις. Ὥσπερ δὲ Ἐρημώσει Κύριος τὴν θάλασσαν Αἰγύπτου, καὶ ἐπιβαλεῖ (72) ἐπὶ τὸν ποταμὸν πνεύματι βιαίῳ· οὕτω Καὶ πατάξει τὰς ἑπτὰ τῆς Αἰγύπτου φάραγγας· καὶ τότε διαπορεύσεταί τις τὸν Αἰγύπτου ποταμὸν ὑποδεδεμένος. Τὸ πενιχρὸν σημαίνει τοῦ ὕδατος τοῦ ὑπολειφθέντος τῷ ὕδατι τῷ ποταμίῳ. Οὕτω γὰρ ὀλίγον ἔσται, ἢ καὶ παντελῶς ἀποξηρανθήσεται, ὡς μηδὲ ἰκμάδα ὑπολειφθῆναι, δι' ἣν ἀναγκασθήσεταί τις ὑπολυσάμενος ἐμβῆναι τὸν ποταμόν. Ἡ τάχα δὲ, ἐπειδὴ Μωϋσεῖ καὶ Ἰησοῦ ἐλέχθη λῦσαι τὸ ὑπόδημα τοῦ ποδὸς, διὰ τὸ τὴν γῆν, ἐφ' ᾗ (73) εἱστήκεισαν, ἁγίαν εἶναι· μήτοι αὐτὴν δὲ εἶναι τὴν Αἴγυπτον, ἀλλὰ βέβηλον, κελεύονται ὑποδεδεμένοι καταπατεῖν τὸν ποταμὸν, καὶ μὴ ἀποτίθεσθαι τὰ ὑποδήματα. Ξηραίνεται δὲ βιαίῳ Θεοῦ κεκρατημένος πνεύματι. Διὰ τοῦτο ἀνάξιόν ἐστι τὸ ἔδαφος Αἰγύπτου γυμνὸν δέξασθαι τὸ ἴχνος τῶν διαπορευομένων ἁγίων. Ὅθεν καὶ οἱ τὸ πάσχα ἐσθίοντες, τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν ἔχειν ἐκελεύοντο. Ὅπου γὰρ ὄφις δάκνων, καὶ σκορπίος· ἔστω τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν, ἀσφαλιζόμενα τοὺς πόδας οἷς περιβέβληται· ἐπειδὰν δέ τις φθάσῃ ἤδη ἐπὶ τὸν ἅγιον τόπον, τότε ὑπολυέσθω ὡς οἱ ἀπόστολοι τοῦ Χριστοῦ, πρὸς οὓς εἴρηται, μηδὲ ὑποδήματα αἴρειν. Καὶ ἔσται τῷ Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἡμέρα, ὅτε ἐξῆλθεν ἐκ γῆς (74) Αἰγύπτου. Καὶ γὰρ τότε μετὰ ὑποδημάτων παρῆλθε τὴν θάλασσαν τὴν Ἐρυθρὰν, ἐπειδὴ ἐπετίμησεν αὐτῇ ὁ δυνατὸς, καὶ ἐξηράνθη. Καὶ τὸν Ἰορδάνην παρῆλθον ποδὶ, ἄβροχον τὸ ἴχνος διαφυλάξαντες, τῷ πᾶσαν ἰκμάδα ὑποφεύγειν αὐτῶν τὴν βάσιν.

252. Τότε οὖν ἐρεῖ ὁ λαός· Εὐλογήσω σε, Κύριε, διότι ὠργίσθης μοι, καὶ ἀπέστρεψας τὸν θυμόν σου, καὶ ἠλέησάς με (75). Ἀφίεταί τις πολλάκις, καὶ ἐγκαταλείπεται, διὰ τὸ ἅπαξ ὑποσυρῆναι εἰς τὰ Αἰγύπτια κακὰ, καὶ χρόνον τινὰ ἀπολαῦσαι τῆς ἰδίας ἀβουλίας, ἵνα θερίσῃ ἃ ἔσπειρε κακῶς· ὃς ἐπειδὰν μὴ εἰς τὸ παντελὲς ἐγκαταλειφθῇ, ἀλλὰ τύχῃ τινὸς εὐεργεσίας ἐρεῖ τὸ, Εὐλογήσω σε, Κύριε, διότι ὠργίσθης μοι (76), καὶ ἀπέστρεψας τὸν θυμόν σου, καὶ ἠλέησάς με. Ὅμοιόν ἐστι τούτῳ τὸ, Ὀργὴν Κυρίου ὑποίσω, ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ, τοῦ δικαιῶσαι αὐτὸν τὴν δίκην μου. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐξ-

251. Postea subjungit (Vers. 15) **571**: *Et desolabit Dominus mare Ægypti.* Quemadmodum Ezechiel ait esse Ægypti fluvios, quos confecisse se gloriatur Pharao [55]: ita Isaias de mari Ægypti a bono Deo desolando nominatim mentionem facit. Vastitas enim quæ post prava facinora tempore accepto inducitur, beneficii loco habenda est. Sicut autem *Desolabit Dominus mare Ægypti, invadetque in fluvium cum valido et vehementi spiritu:* Sic *Et percutiet septem Ægypti valles;* tuncque quivis, vel calceatus, transibit Ægypti fluvium. Significat parum aquæ in aqua fluviali relictum iri. Tanta enim erit aquæ penuria, aut etiam ita omnino exsiccabitur, ut nullus remansurus sit humor, qui quempiam cogat calceos ad fluvium trajiciendum detrahere. Aut fortasse etiam cum dictum sit Moysi [56] et Jesu [57], ut pedis calceamentum solverent, quod terra in qua stabant, sancta esset, contra cum non esset ejusmodi Ægyptus, sed profana, ideo jubentur calceati conculcare fluvium, nec calceos deponere. Jam vero siccatur violento Dei spiritu retentus ac cohibitus. Quapropter solum Ægypti indignum est, quod nuda excipiat sanctorum transeuntium vestigia. Quare etiam pascha esuri, jubebantur calceamenta habere in pedibus [58]. Ubi enim serpens mordax et scorpius, sint oportet in pedibus calceamenta, ut pedes, quibus circumposita sunt, tueantur ac communiant. Cum autem quispiam jam pervenerit ad locum sanctum calceos solvat, Christi apostolos imitatus : quibus dictum est, ut ne calceamenta quidem gestarent [59]. Vers. 16. *Et erit Israeli quasi dies, quando exivit ex Ægypto.* Tunc enim cum calceamenti transiit mare Rubrum, cum illud increpavit qui potens est, et exaruit [60]. Jordanem insuper pedibus trajecere, vestigiis siccis remanentibus; quippe quod humor omnis pedibus eorum sese subduxisset [61].

252. Tunc igitur dicet populus (Cap. xii, Vers. 1): *Benedicam tibi, Domine, quoniam iratus es mihi, et avertisti furorem tuum, et misertus es mei.* Derelinquitur quis sæpenumero, et deseritur, quod semel ad Ægyptiaca mala allectus sit, suaque per aliquod tempus fruitus sit stultitia; ut ea quæ male sevit, metat : qui cum omnino derelictus non sit, imo beneficium aliquod acceperit, dicet : *Benedicam tibi, Domine, quoniam iratus es mihi, et avertisti furorem tuum, et misertus es mei.* Sententiæ huic hæc consimilis est : *Iram Domini sustinebo, quia peccavi ei; ut et ipse justificet causam meam* [62]. Et post hoc

[55] Ezech. xxix, 3. [56] Exod. iii, 5. [57] Jos. v, 16. [58] Exod. xii, 11. [59] Luc. x, 4. [60] Exod. xiv, 21. [61] Jos. iii, 17. [62] Mich. vii, 9.

(71) In utroque Colb. et in Reg. secundo, pro δεκτῷ vitiose scribitur, δεκτικῷ. Illud autem δεκτῷ, nisi fallamur opinione, bifariam interpretari possumus, *rato tempore :* aut, *propitio et opportuno tempore.*

(72) Editio Romana fusius, καὶ ἐπιβαλεῖ τὴν χεῖρα αὐτοῦ, *Et injiciet manum suam super fluvium.*

(73) Editi, ἐφ' ἧς. Codex unus, ἐφ' ἣν. Alii quinque mss., ἐφ' ᾗ.

(74) Editi, ἐκ τοῦ. Veteres quinque libri, ἐκ γῆς.

(75) Uterque Colb. et Reg. secundus, καὶ ἠγάπησάς με. *Et amasti me.* Statim editi, καὶ χρόνον. Conjunctio καί in quinque mss. deest.

(76) Editi, μου. At mss. sex, μοι. Hoc loco uterque Colb. et Reg. secundus habent, καὶ ἠλέησάς με. *Et misertus es mei.* Statim editi et duo mss., τοῦτο τῷ. Alii quatuor mss., τούτῳ τό.

educet in finem judicium. *Non* enim *in finem irascetur, neque in æternum succensebit*[63]. Qui autem dicit : *Benedicam tibi, Domine, quoniam iratus es mihi, et misertus es mihi;* is beneficii a Deo accepti conscius, de eo gloriabitur, ac dicit (VERS. 2) ; *Ecce* 572 *Deus meus Salvator meus, fiduciam habeo in illo, et non timebo : quia gloria mea, et laus mea Dominus.* Qui ob oculos hominum erogant eleemosynam, nequaquam dicent hæc, neque hi qui a se mutuo captant gloriam, nec gloriam quæ a solo Deo est, requirunt[64], neque in universum ii qui violant præceptum ejus, qui dicit : *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi*[65]. Sed cum Dominus faciat id promissi : *Glorificantes me glorificabo*[66] ; nimirum ei qui Deum rite afficit gloria, gloriam quoque dat Deus. Sic et Moysis facies aspersa gloria est[67], quod recte dare Deo gloriam nosset. Est autem convenientia gloriam inter et laudem, adeo ut qui probe tribuit gloriam, is etiam recte laudem deferat. Et nemo eorum qui falsas de Deo opiniones conceperunt, suas laudes in psalmis canendis acceptas esse existimet. Verumenimvero ejusdem cordis est et gloria apposite afficere, et laudibus recte ornare. Quoniam igitur populus qui in Ægypto fuerat derelictus, aiebat : *Benedicam tibi, Domine, quoniam iratus es mihi, et avertisti furorem tuum, et misertus es mei;* hi trajecta Ægypto sunt dicturi : *Non timebo, quoniam gloria mea et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem.*

253. Memineris quoque ejus cantici quod cecinit populus Israel in exitu ab Ægypto, inchoante Maria ac dicente : *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est*[68]. Itaque veterem illam laudem nunc renovant qui dicunt : *Gloria mea et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem.* Cæterum apte ac convenienter post impertitam Domino laudem (VERS. 3) aquam cum gaudio e fontibus Salutaris haurit quisquis eum recte adorat. Quod si populus idololatriæ arguitur his verbis : *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ*[69] : utique in Deum qui credit, et per eam quæ in ipsum est fidem animam potat dogmatis salutaribus, is haurit aquam cum gaudio e fontibus Salutaris. Quanta autem lætitia fruantur quotquot digni habiti sunt qui inde hauriant, ex similitudine a Da-

ἄξει (77) εἰς τέλος κρίμα. Οὐ γὰρ εἰς τέλος ὀργισθήσεται, οὐδὲ εἰς τὸν αἰῶνα μηνιεῖ. Ὁ δὲ λέγων, Εὐλογήτω σε, Κύριε, ὅτι ὠργίσθης μοι, καὶ ἠλέησάς με· αἰσθανόμενος τῆς εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ, καυχήσεται ἐπ' αὐτῇ, καὶ φησιν· Ἰδοὺ ὁ Θεός μου, Σωτήρ μου, πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτὸν, καὶ οὐ φοβηθήσομαι, διότι ἡ δόξα μου καὶ ἡ αἴνεσίς μου Κύριος. Ταῦτα (78) οὐκ ἐροῦσιν οἱ ποιοῦντες τὴν ἐλεημοσύνην ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲ οἱ δόξαν παρ' ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητοῦντες, καὶ ὅλως οἱ παραβαίνοντες τὴν ἐντολὴν τοῦ λέγοντος· Μὴ γινώμεθα (79) κενόδοξοι. Ἐπειδὴ δὲ ἐπαγγέλλεται ὁ Κύριος, ὅτι Τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω· δηλονότι ὁ καλῶς δοξάζων τὸν Θεὸν, δεδοξασμένος ἐστὶ παρ' αὐτῷ. Οὕτω καὶ Μωϋσέως ἐδοξάσθη τὸ πρόσωπον, ἐπειδὴ καλῶς ἤδει δοξάζειν τὸν Θεόν. Συμφωνεῖ δὲ τῇ δόξῃ καὶ ἡ αἴνεσις· ὥστε ὁ καλῶς δοξάζων, καὶ ὑγιῶς αἰνέσει. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω τῶν ἐσφαλμένας περὶ Θεοῦ ἐχόντων ὑπολήψεις, ὅτι δεκταί αὐτοῦ εἰσιν αἱ ἐν ψαλμῳδίαις αἰνέσεις· Τῆς γὰρ αὐτῆς καρδίας ἐστὶ δοξάζειν τε ἐπιτετευγμένως (80), καὶ αἰνεῖν ὑγιῶς. Ἐπεὶ οὖν ἔλεγε τὸ καταλειφθὲν τοῦ λαοῦ ἐν Αἰγύπτῳ τὸ, Εὐλογήσω σε, Κύριε, διότι (81) ὠργίσθης μοι, καὶ ἀπέστρεψας τὸν θυμόν σου, καὶ ἠλέησάς με· οὗτοι διαβάντες τὴν Αἴγυπτον ἐροῦσι τὸ, Οὐ φοβηθήσομαι, διότι ἡ δόξα μου καὶ ἡ αἴνεσις μου Κύριος, καὶ ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν.

253. Μνήσθητι δὲ καὶ τῆς ᾠδῆς ἣν ἐν τῇ ἐξόδῳ ᾖσεν ὁ λαὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ἐξαρχούσης τῆς Μαριὰμ, καὶ λεγούσης· Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται. Ὥστε (82) τὴν παλαιὰν αἴνεσιν ἀνανεοῦνται νῦν οἱ λέγοντες· Ἡ δόξα μου καὶ ἡ αἴνεσίς μου Κύριος, καὶ ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν. Ἀκολούθως δὲ τῇ αἰνέσει Κυρίου ἀντλεῖ ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν τοῦ σωτηρίου πηγῶν ὁ καλῶς αὐτὸν προσκυνῶν. Εἰ ἐγκαλεῖται (83) ὁ λαὸς ὁ εἰδωλολατρήσας, τὸ, Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος· δηλονότι ὁ πιστεύων εἰς Θεὸν, καὶ ἐν τῇς εἰς αὐτὸν πίστεως τοῖς σωτηρίοις δόγμασι τὴν ψυχὴν ποτιζόμενος, οὗτος ἀντλεῖ ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου. Τὴν δὲ εὐφροσύνην, ἡλίκη ἐγγίνεται τοῖς καταξιουμένοις ἐκεῖθεν ἀρύεσθαι (84),

[63] Psal. CII, 9. [64] Joan. V, 44. [65] Galat. V, 26. [66] I Reg. II, 30. [67] Exod. XXXIV, 29. [68] Exod. XV, 1. [69] Jer. II, 13.

(77) Antiqui duo libri, ἐξάξω, *educam.* Aliquanto post editi, λέγων ὅτι εὐλογήσω σε, Κύριε, καὶ ὅτι. At nostri sex mss. ut in contextu.

(78) Editi, Ταῦτα δέ. Abest δέ ab omnibus nostris codicibus. Mox codices tres Regii, παρ' ἀλλήλων ζητοῦντες. Ibidem editi, παρὰ μόνου τοῦ Θεοῦ μὴ ζητοῦντες. At quinque mss. ut in textu.

(79) Editi, γενώμεθα. At nostri sex mss., γινώμεθα. Mox editi, δῆλον δὲ ὅτι. Antiqui duo libri, δῆλον ὅτι. Alii mss., δηλονότι.

(80) Antiqui nostri libri et ille ipse Henricianus, in quo ἐπιτεταγμένως legere sibi visus est Ducæus, habent omnes, ἐπιτετευγμένως. Sed is, quem dixi, vir eruditissimus de suo ita correxit, ut pro ἐπιτετευγμένως edendum curaverit, ἐπιτεταμένως, *summa animi contentione.* Nos autem, Combefisium secuti, vocem ἐπιτετευγμένως retinendam censuimus, tum quod fide codicum omnium nitatur, tum quod satis huic loco conveniat. Tilmannus, qui fortasse ἐπιτεταγμένως legisse se putabat, ita interpretatus est : *Ut glorificet Deum obnoxie ac servorum ritu.*

(81) Editi, ὅτι. At sex mss., διότι.

(82) Veteres sex libri, Ὥστε. Editi, Ὡς. Mox editi, ὁ Κύριος. Deest in nostris sex mss. articulus.

(83) Editi, ἐγκαλεῖται δέ. Sed vocula δέ in nullo libro veteri invenitur. Aliquanto post mss. nonnulli, εἰς τὸν Θεόν.

(84) Nostri sex mss., ἀρύεσθαι. Editi, ἀρύσασθαι.

νοήσεις ἐκ τῆς εἰκόνος τῆς ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ παρειλημμένης, ὅτι Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα. Τὸ γὰρ ὑπερδάλλον τῆς ἐπιθυμίας ἀμήχανόν τινα τὴν εὐφροσύνην ἐμποιεῖ τοῖς ἐπιτυγχάνουσι τῶν περισπουδάστων. Καὶ ὁ μελετῶν τὸν νόμον Κυρίου ἡμέρας καὶ νυκτὸς, περὶ οὗ εἴρηται, ὅτι Στόμα δικαίου μελετήσει σοφίαν, ἐρευνῶν τὰς Γραφὰς, καὶ διὰ τοῦ ὀρθῶς ζητεῖν εὑρίσκων τὸν Κύριον, διὰ τὴν ἐπὶ τῇ εὑρέσει εὐφροσύνην συνιεὶς τὸ πνευματικὸν βούλημα τῶν Γραφῶν, ἀντλήσει ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης. Ὅταν οὖν αὐτοὶ ἐμπλησθῶμεν τοῦ πόματος τῶν ἐκ τοῦ σωτηρίου (85) πηγῶν, τότε καὶ ἑτέρους προσλαμβάνομεν, ἐγκελευόμενοι αὐτοῖς καὶ λέγοντες· Ὑμνεῖτε τὸν Κύριον, βοᾶτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἡ δὲ βοὴ φωνή ἐστι μέγεθος ἔχουσα, δυνάμενον διϊκνεῖσθαι καὶ πρὸς τοὺς πόρρω (86). Βοᾶτε οὖν· ἀντὶ τοῦ, Μὴ μικρὰ περὶ Θεοῦ φρονεῖτε, ἀλλὰ μεγάλῃ τῇ διανοίᾳ τὰ περὶ αὐτοῦ ἐννοοῦντες, οὕτω θεολογεῖτε, ὥστε καὶ τοῖς μακρὰν οὖσι τῆς σωτηρίας δυνηθῆναι ἐξάκουστον ὑμῶν τὸν λόγον, διὰ τὸ τρανὸν τῆς διδασκαλίας, γενέσθαι (87). Δηλοῖ δὲ τὸν νοῦν τοῦτον τὰ ἑφεξῆς. Ἀναγγείλατε γὰρ, φησὶν, ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔνδοξα αὐτοῦ, εἴπατε αὐτοῦ τὰ θαυμάσια. Δείξατε τοῖς ἀνοήτοις τὴν περὶ τὸν πόσμον (88) διάταξιν, ἵνα προσαχθῶσι τῇ ἀγάπῃ τοῦ κτίσαντος τὰ ὅλα Θεοῦ. Ὑμνήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὅτι ὑψηλὰ ἐποίησέν. Ἢ περὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ θαυμάτων διηγήσασθε, ὅτι ὑψηλὰ καὶ ἀπρόσιτα· ἢ περὶ τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς δυνάμενων, ὅτι αὐτὸς ἐποίησε τὰ ἐκεῖ ὑψηλά· ἢ περὶ τῆς ἐν ἡμῖν χρηστότητος, ὅτι ὑψοῖ τοὺς τεταπεινωμένους καὶ συντετριμμένους τὴν καρδίαν. Κύριος γάρ ὑψοῖ δικαίους· Ὑψηλὸν οὖν ἐποίησε, καὶ ταπεινωθέντα τῇ ἁμαρτίᾳ, τῇ ἰδίᾳ δόξῃ (89) ὑπερύψωσεν.

A vide assumpta intelliges. Nimirum, *Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum* [80]. Nam desiderium immodicum immensam quamdam lætitiam iis qui res desideratissimas consequuntur, creat. Quinetiam is qui meditatur legem Domini die ac nocte [81], de quo dictum est: *Os justi meditabitur sapientiam* [72], scrutans Scripturas, et recte quærendo Dominum reperiens, ob perceptam de invento lætitiam, spiritalem Scripturarum sensum intelligens, hauriet aquam cum gaudio. Cum igitur nos potu fontium e Salutari scaturientium fuerimus exsatiati, tum et alios nobis adjungemus, et exhortabimur, ipsis dicentes (VERS. 4): *Hymnis celebrate Dominum, clamate nomen ejus.* Est autem clamor sonus cum 573 contentione magna editus, qui etiam ad eos qui B procul absunt, pertingere potest. Clamate igitur, hoc est, Non humilia de Deo sentite: imo vero ingenti animo ea quæ ad eum pertinent, cogitantes, sic de rebus divinis disserite, ut vel iis qui longe sunt a salute remoti, sermo vester audiri queat, ob doctrinæ perspicuitatem. Cæterum quæ sequuntur, hunc exhibent sensum. *Annuntiate* enim, inquit, *in gentibus gloriosa ejus, dicite ipsius mira* Rudibus et intelligentia minime præditis ostendite apparatum mundi ac ordinem, ut amore Dei universorum conditoris pelliciantur. (VERS. 5) *Hymnis celebrate nomen ejus, quonium excelsa fecit.* Aut de mundi miraculis hoc narrate, quod excelsa sint et inaccessa: aut de cœlorum virtutibus, quod Dominus illic excelsa egerit: aut de ejus in nos benignitate, quod humiles et contritos corde at- C tollat. Dominus enim exaltat justos [73]. Altum igitur effecit, atque eum qui peccato humiliatus fuerat ac depressus, sua ipsius gloria valde sublimem reddidit.

—

(90) ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ.

254. Ὅρασις κατὰ Βαβυλῶνος, ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμώς. Οὐκ αἰσθητή τίς ἐστιν, οὐδὲ διὰ σωματικῶν ὀφθαλμῶν θεωρουμένη αὕτη ἡ ὅρασις, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ νοῦ κατανοουμένη, τοῦ Θεοῦ φωτίζοντος αὐτὸν, καὶ χαριζομένου ὁρᾷν αὐτόν. Τίς ἡ Βαβυλὼν, καὶ τίνα τὰ ἀπαντησόμενα αὐτῇ; Δῆλον δὲ, ὅτι οὐ D κατ' ἔκστασιν ἐλάλου νοὶ προφῆται. Οἱ μὲν γὰρ πονηροῖς πνεύμασι κάτοχοι, παραφερόμενοι τὸν νοῦν, τὰς ἐκ τῶν δαιμόνων αὐτοῖς ἐγγινομένας φαντασίας οὐχ ὁρῶσιν, ἀλλὰ παρορῶσιν. Ὥσπερ οἱ δαιμονῶντες (91) ποταμοὺς βλέπουσι, καὶ ὄρη, καὶ θηρία τὰ μὴ παρόντα. Καὶ χρώματα δοκεῖ τινα αὐτοῖς παρεῖναι, καὶ

CAPUT XIII.

254. *Visio contra Babylonem, quam vidit Isaias filius Amos.* Visio hæc sub sensus non cecidit, neque fuit conspecta corporeis oculis, sed intellecta a mente, Deo eam illustrante, eique videndi vim ac facultatem tribuente. Ecqua est hæc Babylon, et quæ erant ei obventura? Palam est autem prophetas non locutos fuisse tanquam a mente alienos. Nonnulli quidem spiritibus malignis correpti et afflati, de statu mentis dejecti, species sibi a dæmonibus objectas neutiquam vident, sed videre se falso arbitrantur. Quemadmodum qui corripiuntur dæmone, fluvios, montes et belluas licet absentes conspi-

[70] Psal. XLI, 3. [71] Psal. I, 2. [72] Psal. XXXVI, 30. [73] Psal. LXXIV, 11.

(85) Pro σωτηρίου, habet uterque Colb., ποτηρίου.

(86) Veteres aliquot libri, ποῤῥωτέρω.

(87) Codices nonnulli, γίνεσθαι. Mox editi cum aliquibus mss., νοῦν τούτων. Uterque Combef., τοῦτον·

(88) Ita mss. omnes. Editi, περὶ τοῦ κόσμου.

(89) Vocem δόξῃ ex nostris sex codicibus addidimus.

(90) Librarii prius titulum nullum posuerunt: sed ipsis hic apponere visum est. Habent igitur quinque mss.: Ὅρασις γ'· Antiquior Combefisii codex totidem syllabis: Ὅρασις τρίτη. Alius codex Reg.: Ὅρασις γ', λόγος ιβ'.

(91) Veteres aliquot libri, οἱ δαιμονιῶντες. Statim tres mss., ὄψις ἀνθρώπων.

ciunt existimantque colores quosdam sibi præsentes adesse et hominum amicorum aut ignotorum species sibi exhiberi : quorum conspectus nihil est nisi error, et mentis pertarbatæ ac vi et facultate sua destitutæ alienatio quædam. Sed non ita se res habet in sanctis. Ait enim Deus ipse : *Ego visiones multiplicavi* [74]. Cum autem Dominus largitur visionem, animum a se aptatum minime obcæcat, imo vero eum illustrat ac Spiritus sancti adventu perspicaciorem efficit. Idcirco enim prophetæ vocabantur *Videntes* [75], quod per Spiritus se illustrantis præsentiam obtuitus mentis in illis quasi augeretur. *Quis* igitur *fecit videntem et cæcum* [76] ? Videntem, nimirum prophetam, quod perspicaci mentis acie futura prospicere valeat; cæcum vero eum intelligit qui sua ipsius nequitia cæcutit, ut ne profani oculi spectacula beatorum intueantur. Quare et Dominus ait : *In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant, et qui vident, cæci fiant* [77].

255. Quæ demum ista Babylon, adversus quam 574 visa est visio? Sane juxta historiam is locus Babylon vocatus fuisse videtur, in quo lingua confusa est eorum, qui dicebant : *Venite, ædificemus nobis ipsis civitatem et turrim, cujus caput erit usque ad cælum* [78]. Deus igitur illuc descendens, confudit linguas; quocirca illius nomen dictum est confusio [79]. Itaque Babylonis locus regio est confusionis, non linguæ solum, sed dogmatum etiam et consiliorum et ejus mentis, quæ hæc videre sibi videtur. Hæc igitur visio adversus Babylonem, Israeli qui a Babylonis divexabatur, veluti consolationem affert. Nam animo pusillo ne essent, et ne de providentia Dei tanquam quæ eos desereret, desperarent, Isaias in antecessum in prophetia calamitates et molestias Babyloni eventuras narrat, ut ne præsentium tristitia absorberentur, sed futurorum exspectatione fierent lætiores. Enimvero vindicta quæ brevi exspectatur, afflictis et oppressis non parum affert levamenti. Adjicitur autem patris nomen in hac prophetia, non ut hoc in nomine cognosceremus patrem, qui in generatione hujus beati minister fuit, sed quia vaticinari ipsum docuit, cum eum sanctiore et puriore ac singulari præ cæteris disciplina instituendum erudiendumque curaverit. Ea de causa Amos quoque veluti prophetiæ socius describitur.

256. (Vers. 2, 3.) *Super montem campestrem le-*

[74] Ose. XII, 10. [75] 1 Reg. IX, 19. [76] Exod. IV, 11. [77] Joan. IX, 39. [78] Gen. XI, 4. [79] ibid. 9.

(92) Codex unus, χαριζόμενος Θεός.
(93) Colb. primus ἐπιπέτασθαι.
(94) Codices nonnulli, ὁρᾶται.
(95) Editi, Βαβυλώνιος. At mss. sex, Βαβυλῶνος.
(96) Libri aliquot veteres, ἐγκαταλειπούσης. Nec ita multo infra in utroque Colb. et in Reg. secundo legitur, σκυθρωπὰ τῆς Βαβυλωνίας διηγήματα.

ὄψεις ἀνθρώπων φίλων ἢ ἀγνοουμένων ἐμφαντάζεσθαι, ὧν οὐδέν ἐστιν ὅρασις, ἀλλὰ παραφορὰ καὶ ἔκστασις τοῦ νοῦ τεθολωμένου, καὶ τὴν ἰδίαν ἐνέργειαν ἀπολωλεκότος. Ἐπὶ μέντοι τῶν ἁγίων οὐχ οὕτως. Λύτὸς γάρ φησιν ὁ Θεός· Ἐγὼ ὁράφεις ἐπλήθυνα. Ὅρασιν δὲ χαριζόμενος ὁ Κύριος (92) οὐκ ἀποτυφλοῖ τὸν νοῦν ὃν αὐτὸς κατεσκεύασεν, ἀλλὰ φωτίζει αὐτὸν καὶ διαυγέστερον ποιεῖ τῇ παρουσίᾳ τοῦ Πνεύματος. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ οἱ προφῆται ἐχρημάτιζον ὁρῶντες, διὰ τὸ οἱονεὶ ἐπιτετάσθαι (93) αὐτοῖς τὴν τοῦ νοῦ διάβλεψιν ἐκ τῆς τοῦ φωτίζοντος αὐτοὺς Πνεύματος παρουσίας. Τίς οὖν ἐπόίησε βλέποντα καὶ τυφλόν ; Βλέποντα δηλονοτι τὸν προφήτην, διὰ τὸ δύνασθαι αὐτὸν κῇ ὀξυωπίᾳ τῆς διανοίας προενατενίζειν τῷ μέλλοντι· τυφλὸν δὲ, τὸν διὰ τὴν κακίαν ἀποτυφλωθέντα, ἵνα μὴ ὀφθαλμοὶ βάβηλοι τὰ τῶν μακαρίων ἴδωσι θεάματα. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος, Εἰς κρίμα ἐγὼ, φησὶν, εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται.

255. Τίς οὖν ἡ Βαβυλὼν, καθ' ἧς ἡ ὅρασις ἐώραται (94) ; Κατὰ μὲν οὖν τὴν ἱστορίαν δοκεῖ Βαβυλὼν κεκλῆσθαι ὁ τόπος, ἔνθα συνεχύθη ἡ διάλεκτος τῶν εἰπόντων · Δεῦτε, οἰκοδομήσωμεν ἑαυτοῖς πόλιν καὶ πύργον, οὗ ἡ κεφαλὴ ἔσται ἕως τοῦ οὐρανοῦ. Ἐκεῖ τοίνυν κατελθὼν ὁ Θεὸς, συνέχεε τὰς γλώσσας· διὰ τοῦτο ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτῆς σύγχυσις. Χωρίον οὖν συγχύσεώς ἐστιν ὁ Βαβυλῶνος (95) τόπος, οὐ διαλέκτου μόνον, ἀλλὰ καὶ δογμάτων καὶ νοημάτων, καὶ τοῦ δοκοῦντος ταῦτα βλέπειν νοῦ. Ἡ μὲν οὖν ὅρασις κατὰ Βαβυλῶνος, οἱονεὶ παραμυθίαν φέρουσα τῷ Ἰσραὴλ, τῷ κακωθέντι ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων. Ὥστε γὰρ μὴ ὀλιγοψυχῆσαι αὐτοὺς, μήτε ἀπογνῶναι τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας, ὡς ἐγκαταλιποῦσης (96) αὐτοὺς, προλαβὼν τῇ προφητείᾳ ὁ Ἡσαΐας τὰ μέλλοντα ἀκαντήσεσθαι, σκυθρωπὰ τῇ Βαβυλῶνι διηγεῖται, ἵνα μὴ κατακοθῶσιν ὑπὸ τῆς λύπης τῶν παρόντων, ἀλλὰ ῥᾴους γένωνται τῇ προσδοκίᾳ τῶν ἐπερχομένων. Καὶ λὰρ οὐ μικρὰν φέρει ῥᾳστώνην τοῖς θλιβομένοις ἡ μετ' ὀλίγον προσδοκωμένη ἐκδίκησις. Ἱρόσκειτσι δὲ τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς τῇ προφητείᾳ, οὐχ ἵνα αὐτὸ τοῦτο γνῶμεν τὸν τῇ γενέσει τοῦ μακαρίου ὑπηρετησάμενον πατέρα· ἀλλ' ὅτι καὶ προφητείας αὐτῷ (97) διδάσκαλος γέγονε, φροντίσας αὐτὸν ἁγιωτέρας καὶ καθαρωτέρας καὶ ἐξαιρέτου παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνατροφῆς (98) καὶ παιδεύσεως τυχεῖν. Διὰ τοῦτο, ὥσπερ κοινωνὸς τῆς προφητείας συμπαραγράφεται ὁ Ἀμώς.

256. Ἐπ' ὄρους πεδινοῦ ἄρατε σημεῖον, ὑψώ-

(97) Sic mss. omnes. Editi, αὐτοῦ.
(98) Henricianus codex et alii quatuor, ἀναστροφῆς. At codex F. et A, ἀνατροφῆς· quæ lectio si non aliunde, at satis tamen ex Procopio probaretur : apud quem pag. 200 ita legitur : ἁγίας αὐτοῦ φροντίσας ἀνατρυφῆς καὶ παιδεύσεως, *quem non parum de sancta sua educatione sollicitum habuisset.* Mox mss. nonnulli, συμπεριγράφεται ὁ.

σατε τὴν φωνὴν ἑαυτοῖς (99) παρακαλεῖτε τῇ χειρὶ, ἀνοίξατε, οἱ ἄρχοντες. Ἐγὼ συντάσσω, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς. Δείκνυσι πῶς Βαβυλὼν ἀναιρεῖται καὶ καταστρέφεται, καὶ αἰχμάλωτος γίνεται ἡ δυναστεία τῶν τὴν σύγχυσιν ἐργαζομένων. Ἐπειδὰν ἐπ' ὄρος τις ἀνέλθῃ μὴ ἀπόκρημνον, μηδὲν ὀχθῶδες, ἀλλὰ πεδινὸν καὶ ὕπτιον, ὥστε ὕψος μὲν ἔχειν διὰ τὸ ἀνάστημα καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γῆς ἐπὶ τὸν ἀέρα δίαρμα, ἀσφάλειαν δὲ παρέχειν τοῖς ἐφισταμένοις, διὰ τὴν ὑπτιότητα. Τὸ γὰρ πανταχόθεν περιερρῳγὸς καὶ ἀποτετμημένον ἀκροσφαλεῖς ποιεῖται τὰς στάσεις (1) τῶν ἐπιβαινόντων. Ἵνα οὖν καὶ τὰ ὑψηλὰ περὶ Θεοῦ νοῆτε, καὶ ἀσφαλῶς ταῦτα διηγῆσθε (2), διὰ μὲν τὸ ὕψος, ἐπ' ὄρους τις ᾖ βεβηκώς· διὰ δὲ τὴν ἀσφάλειαν ἀπερίτρεπτος διαμένει. Ἐπὶ δὲ τοῦ ὄρους τοῦ πεδινοῦ ἄρατε σημεῖον, καὶ ὕψώσατε τὴν φωνήν. παρακαλεῖτε τῇ χειρί. Ὁ τὰ περὶ τοῦ σταυροῦ κηρύσσων μεγλοφώνως (3) αὐτός ἐστιν ὁ ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῦ πεδινοῦ ἄρων τὸ σημεῖον Ὁ τὸν περὶ τοῦ πάθους λόγον μεγαλῦναι δυνάμενος, οὗτος πληροῖ τὸ πρόσταγμα τὸ προφητικόν· οὐκ ἐν κοιλάσι καὶ φάραγξι εἰστρίβων, ἀλλ' ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ τοῦ λόγου ὕψος, καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν σοφίαν μετὰ ἐξομαλισμοῦ καὶ σαφηνείας τῶν ἐπαγγελλομένων (4) τὸ κήρυγμα παραδιδούς. Ἐπειδὴ δὲ καθ' ἑτέραν ἔκδοσιν ἀναγινώσκομεν, Ἐπ' ὄρους νεφώδους, δηλονότι τὸ ὕψος ἑτέρῳ λόγῳ παρίστησι. Νεφῶδες γὰρ τὸ τὴν κορυφὴν ἔχον νέφεσιν ἀεὶ κεκαλυμμένην. Τὸ δὲ νοιοῦτον, ὑψηλὸν καὶ ὑπὲρ πάντα ἀνεστηκός. Ὑψώσατε, φησὶ, τὴν φωνὴν ἑαυτοῖς (5)· τουτέστιν, ἐξ ἑαυτῶν λάβετε τὸ ὕψος τῆς φωνῆς. Τὰς ἐνυπαρχούσας ὑμῖν ἀφορμὰς πρὸς Θεοῦ δοξολογίαν ἐκ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, ταῦτας ἀνακινήσατε (6). Μὴ κάτω βλέπετε, μητὲ τὰ γήϊνα σκοπεῖτε. Οὕτω γὰρ ταπεινὴ γίνεται ἡ φωνὴ τῶν ἐκ τῆς γῆς φωνούντων, τῶν κενολογούντων. Ὁ ἀπὸ τῆς ταπεινοποιοῦ λύπης, καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ ἀπηγορευμένου φόβου φθεγγόμενος, οὐχ ὑψοῖ τὴν ἑαυτοῦ φωνήν. Καὶ ὁ ἐπιθυμίαις (7) σαρκὸς ἐν τῷ ἀπαγγέλλειν τὸν λόγον κεκρατημένος, ταπεινὴν ἔχει καὶ μὴ δυναμένην ἐπὶ τὸ ἄνω διακύπτειν τὴν ἑαυτοῦ φωνήν. Πῶς οὖν ὑψοῦται φωνὴ (8); Ἐὰν μεγαλοπρεπὴς ᾖς, κατεξανιστάμενος τῶν παθῶν, καὶ κατ' αὐτοὺς τοὺς καιροὺς τῶν πειρασμῶν μὴ ὑποκύπτων

A *vate signum, exaltate vocem vobis ipsis : consolamini manu, aperite, principes. Ego ordino, et ego duco eos.* Ostendit quomodo evertenda Babylon esset atque diruenda, et quomodo imperium eorum qui confusionis fuerant auctores, esset in captivitatem redigendum : nempe ubi primum ascenderit quis in montem non præruptum, non prominentem, sed campestrem et planum, sic ut altitudinem quidem ex eo habeat, quod sursum attollatur, et a terra in aerem assurgat, sed iis tamen qui in eo collocantur, securitatem præstet ob æquatam suam planitiem. Quod enim ex omni parte circumscissum est et præruptum, id statum eorum qui conscenderint, lubricum et instabilem reddit. Proinde ut excelsa de Deo cogitentur, et eadem tuto enarrentur, stet quis in monte firmus propter altitudinem, per-
B manealque immobilis propter securitatem. Cæterum *Super montem campestrem levate signum, et exaltate vocem, consolomini manu.* Qui magna vocis contentione prædicat crucem, ille est qui in monte campestri erigit signum. Qui sermonem ad passionem attinentem magnificare potest; hic adimplet propheticum præceptum, cum in speluncis 575 et convallibus non commoretur, sed ad sermonis sublimitatem et ad ipsam sapientiam ascendat : siquidem cum æquabilitate atque perspicuitate res annuntiadas prædicat. Sed quia juxta alteram editionem legimus : *Super montem nebulosum,* utique alia loquendi ratione indicat altitudinem. Nebulosum est enim quidquid habet verticem nubibus semper coopertum. Quod autem est ejusmodi, est
C excelsum, et supereminet omnia. *Exaltate,* inquit, *vocem vobis ipsis;* hoc est; assumite a vobismetipsis altam et contentam vocem. Quæ ex communibus notitiis insita vobis est Dei glorificandi facultas, hanc suscitate. Deorsum ne aspicite, neque terrena intueamini. Vox enim eorum qui ex terra clamant, et vana loquuntur, hoc pacto humilis fit ac demissa. Qui ex tristitia animum demittente, et ex vetito timore loquitur, is suam vocem non exaltat. Item qui in annuntiando verbo a carnis cupiditatibus vincitur, habet humilem et submissam vocem quæ ad superna penetrare non potest. Quomodo igitur at-

(99) Veteres tres libri, ἑαυτοῖς. Alii tres et editi, αὐτοῖς.

(1) Antiqui duo libri pro στάσεις corrupte habent τάσεις. Alii quatuor mss, et editi totidem syllabis, στάσεις. Sed et hic quoque Combefisius emendat, aitque confidenter, suo periculo legi oportere non στάσεις, sed βάσεις. Ego autem, qui librorum veterum auctoritatem libens sequor, facile crediderim Commentarii scriptorem, hominem omnis elegantiæ imperitum, improprie locutum fuisse; et parum apte στάσεις scripsisse, cum gradum, aut vestigium significare vellet.

(2) Editi et Reg. primus, νοῆτε... διηγῆσθε. At Henricianus codex et alii quatuor, νοεῖν... διηγεῖσθαι.

(3) Codex unus, μεγαλοφρόνως.

(4) In recentiori Combefisii codice et in Reg. quarto perinde atque apud Procopium, pag. 202, τῶν ἐπαγγελλομένων, *promissa prædicat.* Alter Combefisii codex cum aliis tribus, τῶν ἀπαγγελλομένων, *res annuntiandas prædicat.* Potest quidem utraque lectio probari : sed ita tamen, ut prior
D anteponenda esse videatur. Editionem alteram, quam interpres hoc loco citat, auctor Vulgatæ ob oculos habebat, dum ita vertit : *Super montem caliginosum.*

(5) Editi et tres mss., αὐτοῖς· nec aliter apud LXX aut apud Eusebium legitur. Alii tres mss., ἑαυτοῖς. Statim editi, ἐξ αὐτῶν. At mss. sex, ἑαυτῶν.

(6) Veteres aliquot libri, ἀνακινήσαντες. Statim editi, καὶ ἀπό. Antiqui tres libri, καὶ ὁ ἀπό.

(7) Pro ἐπιθυμίαις in aliquot mss. legitur, ἐπιθυμίᾳ. Ibidem Reg. primus cum editis, ἐν τῷ ἐπαγγέλλειν. Alii quinque mss., ἐν τῷ ἀπαγγέλλειν, rectius.

(8) Ita veteres aliquot libri. Editi, τῇ φωνῇ, haud recte.

tollitur vox? Si magno et generoso animo insurgas adversus turbulentas animi affectiones, nec ipso tentationum tempore succumbas tentationibus : imo si serves animi elationem et constantiam, tunc exaltabis vocem. Consolatur autem manu is, qui afflictis et oppressis per bona opera affert consolationem, et animo hilari stipem largitur. Si videris quempiam egestate laborantem, pauperem solare benefica et liberali manu. Enimvero apud animum pusillum et infirmum, erogatio quæ re ipsa fit, consolari potest magis, quam si verbis ad paupertatem fortiter et generose perferendam adhorteris.

257. *Et aperite*, inquit, *principes*. Solatium manu exhibitum sequitur manus apertio; quam pro munifica et liberali actione usurpare solet Scriptura, ceu cum dicit : *Aperiente autem te manum tuam, omnia implebuntur bonitate* [80]. Aperite igitur domos vestras, et divitiarum vestrarum thesauros aperite hospitibus et egenis· Ne retineatis quæ vobis suppetunt ad afflictorum levamen. Et hoc facite primum, principes, ut exemplo vestro populum etiam pelliciatis. Potest autem illud intelligi etiam de Scripturarum apertione, deque locorum quorumdam clausorum et obscuriorum explanatione; ut ne quis judicio adversus Pharisæos et Scribas prolato fiat obnoxius : qui cum claves regni habeant, neque ipsi ingrediuntur, et eos qui ingredi possunt, prohibent [81]. Itaque principes quibus scientiæ claves concreditæ sunt, compellat. Paulus sententiæ huic obtemperans aiebat : *Os nostrum patet ad vos, o Corinthii* [82].

258. (Vers. 3.) *Ego ordino, et ego duco eos*. Agendum nobis est pro virili. Dominus autem est qui eos, ducit, et qui unumquemque in Ecclesiæ corpore pro sua dignitate ordinat. *Gigantes veniunt ad implendum furorem meum, gaudentes simul et* 576 *contumeliis afficientes*. Hæc sententia interminatur fore, ut scelerati quidem et Dei hostes qui ad peccatores ulciscendos missi sunt, adveniant. Ob hoc timentibus se providens, ducit eos in tutam montis altitudinem, atque eos æquata verticis planitie communit. Imo etiam eis signum quo custodiantur, tradit ; quippe qui eos submoneat ut instruant se per bona opera, consolenturque manu afflictos, et os aperiant erudiendis discipulis, ut gigantum excursionem effugiant. Gigantes enim ut plurimum accipiuntur in malam partem [83]. Fortasse autem qui hic gigantes appellantur, eos dilucidius vocat Psalmus angelos malos, dicens : *Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, et iram, et tribu-*

A τοῖς πειρασμοῖς, ἀλλὰ τὸ γαῦρον φρόνημα τῆς ψυχῆς διασωζούσης, τότε ὑψοῖς τὴν φωνήν. Παρακαλεῖ δὲ (9) τῇ χειρὶ ὁ τὴν παράκλησιν τοῖς θλιβομένοις δι' ἔργων ἀγαθῶν προφέρων, καὶ ἐν ἱλαρότητι τὴν ἐλεημοσύνην ἀποπληρῶν. Ἐὰν ἴδῃς τινὰ ἐπὶ πενίᾳ καταπονούμενον, τῇ μεταδοτικῇ χειρὶ παρακάλει τὸν πένητα. Ἱλεῖον γὰρ παρὰ ἀσθενεῖ (10) τῇ ψυχῇ ἡ δι' ἔργων μετάδοσις παρακαλεῖν δύναται. ἢ ἡ διὰ λόγων προροπὴ τοῦ φέρειν πενίαν εὐγενῶς καὶ ἀταπεινώτως.

257. Καὶ ἀνοίξατε, φησὶν, οἱ ἄρχοντες. Ἕπεται τῷ παρακαλεῖν τῇ χειρὶ τὸ ἀνοίγειν τὴν χεῖρα· ὅπερ ἐπὶ τῆς μεταδοτικῆς ἐνεργείας ἔθος ἐστὶ τῇ Γραφῇ λαμβάνειν, ὅταν (11) λέγῃ· Ἀνοίξαντος δέ σου B τὴν χεῖρα, τὰ σύμπαντα πλησθήσονται χρηστότητος. Ἀνοίξατε οὖν τοὺς οἴκους ὑμῶν, καὶ τοὺς θησαυροὺς τῆς κτήσεως ἀνοίξατε ξένοις καὶ πένησι. Μὴ συνέχετε τὰ προσόντα ὑμῖν εἰς παραμυθίαν τῶν κατυπονουμένων. Καὶ τοῦτο ποιεῖτε πρῶτον (12), οἱ ἄρχοντες, ἵνα διὰ τοῦ ὑποδείγματος καὶ τὸν λαὸν ἀναγάγητε. Δύναται δὲ νοηθῆναι καὶ ἐπὶ τοῦ διανοίγειν τὰς Γραφὰς, καὶ τὰ κεκλεισμένα ὑποδεικνύναι. Ἵνα μή τις γένηται τῷ κρίματι τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων ὑπόδικος, οἵτινες ἔχοντες τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας, οὔτε αὐτοὶ εἰσέρχονται, καὶ τοὺς δυναμένους εἰσελθεῖν κωλύουσι. Ἱρὸς οὖν τοὺς ἄρχοντας διαλέγεται, τοὺς ἔχοντας τὰς κλεῖς τῆς γνώσεως. Τούτου κατακούσας τοῦ ῥητοῦ ὁ Παῦλος ἔλεγε· Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίν- C θιοι.

258. Ἐγὼ συντάσσω, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς Ἡμᾶς χρὴ ἐνεργεῖν τὸ ἡμῖν δυνατόν. Ὁ δὲ ἄγων αὐτοὺς Κύριός ἐστι, καὶ ὁ κατατάσσων ἕκαστον ἐν τῷ σώματι τῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὴν ἰδίαν ἀξίαν. Γίγαντες ἔρχονται πληρῶσαι τὸν θυμόν μου χαίροντες ἅμα καὶ ὑβρίζοντες. Ἀπειλεῖ ὁ λόγος πονηρῶν τινων καὶ θεομάχων ἐπιδημίαν εἰς ἐκδίκησιν ἀποστελλομένων κατὰ τῶν ἡμαρτηκότων. Διὰ τοῦτο προνοούμενος τῶν φοβουμένων αὐτὸν, ἀνάγει μὲν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ καρτερὸν ὕψος τοῦ ὄρους, ἐνασφαλίζεται δὲ αὐτοὺς τῇ ὁμαλότητι τῆς κορυφῆς. Δίδωσι δὲ αὐτοῖς φυλακτήριον τὸ σημεῖον, ὑποτιθεὶς (13) αὐτοῖς τὴν διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων παρασκευὴν, παρακαλεῖν τῇ χειρὶ τοὺς θλιβομένους, ἀνοίγειν τὸ στόμα πρὸς D διδασκαλίαν τῶν μαθητευομένων, ἵνα φύγωσι τὴν ἐπιδρομὴν τῶν γιγάντων. Γίγαντες γὰρ, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἐπὶ τοῦ χείρονός εἰσι τεταγμένοι. Τάχα δὲ τοὺς ἐνταῦθα γίγαντας ὠνόμασε σαφέστερον ὁ ψαλμὸς ἀγγέλους πονηροὺς, λέγων· Ἐξαπέστειλεν (14) εἰς

[80] Psal. cxi, 28. [81] Luc. xi, 52. [82] II Cor. vi, 11. [83] Gen. vi, 4; Sap. xiv, 6.

(9) Codices tres, Παρακαλεῖτε, *consolamini*.

(10) Sic Regii primus, tertius et quartus. Editi vero, γὰρ τὸν ἀσθενῆ. Rectius quidem : sed in nullo veteri libro ita scriptum invenimus.

(11) Uterque Colb. et Reg. secundus, ὅταν τῷ Θεῷ.

(12) Sic mss. omnes. Editi, πρῶτοι. Mox nostri sex mss., ἐναγάγητε. Editi, ἐπανάγητε.

(13) Veteres aliquot libri, ὑποτίθεται.

(14) Editi, Ἐξαπέστειλε γάρ. At voculam γάρ expunximus, fide codicum quorumdam innixi.

αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ, θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλῖψιν, ἀποστολὴν δι' ἀγγέλων πονηρῶν. Διὰ τοῦτο δὲ τοιοῦτοι διάκονοι τοῖς ἄξια κολάσεως (15) πεποιηκόσιν ἐπινενόηνται, ἐπείπερ ἀπὸ πολλῆς ὠμότητος μηδεμίαν ἔχοντες πρὸς τους κολαζομένους συμπάθειαν, μηδὲ οἰκτιρμοῦ σπλάγχνα ἀναλαβεῖν δυνάμενοι ἐπιχαίρουσι τοῖς ἀνθρώποις μαστιζομένοις, καὶ καθυβρίζουσιν αὐτοὺς, οἰκείαν ἀπόλαυσιν ποιούμενοι τὸν πόνον καὶ τὴν ὀδύνην καὶ τὴν λύπην τῶν μαστιγουμένων.

A *lationem, immissionem per angelos malos*[84]. Ideo autem plectendis iis, quorum actiones pœnis dignæ sunt, ministri ejusmodi destinati fuere, quod cum eorum qui torquentur, nullo modo commiserescant, nec misericordiæ viscera induere queant, insultant hominibus qui puniuntur, eosque conviciis insectantur, et in eorum qui plectuntur supplicio, dolore et molestia suam ipsorum voluptatem reponunt.

259. Φωνὴ ἐθνῶν πολλῶν ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὁμοία ἐθνῶν πολλῶν, φωνὴ βασιλέων καὶ ἐθνῶν συνηγμένων. Τάχα τῶν ἐθνῶν τῶν πολλῶν τῶν ἐπὶ τῶν ὀρέων φωνή ἐστιν Ἐκκλησίας. Διὰ τοῦτο καὶ πεδινὸν ὄρος αὐτὴ (16) ἐξελέχθη, ἵνα εὐρυχωρίαν ἔχῃ πρὸς τὴν συλλογὴν τοῦ πλήθους τῶν ἀναβαινόντων ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. Εἶδεν οὖν ἐν τῷ ὄρει τῷ πεδινῷ πολὺ τὸ πλῆθος πολλαχόθεν συνειλεγμένων, καὶ φωνὴν μίαν ἀφιέντων τῆς πίστεως. Καί φησι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ προφήτου· Φωνὴ ἐθνῶν πολλῶν ἐπὶ τῶν ὀρέων, ἐφ' ὧν ἤρθη τὸ σημεῖον, Ὁμοία ἐθνῶν πολλῶν. Καὶ μία ἐστὶν ἡ φωνὴ, καὶ ἔοικε φωναῖς πολλαῖς ἐθνῶν. Μία μὲν, κατὰ τὴν συμφωνίαν τῆς πίστεως· πολλαῖς δὲ φωναῖς ἔοικε διὰ τὸ μερισθῆναι γλώσσαις (17) πυρὸς παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ἕκαστον τῶν ἀποστόλων τῶν μελλόντων τοῖς ἐν τῇ οἰκουμένῃ ἔθνεσιν ἐπισπείρειν τὸ Εὐαγγέλιον. Φωνὴ βασιλέων, φησὶ, καὶ ἐθνῶν συνηγμένων. Τάχα δεῖ τὰ μὲν ἔθνη νοῆσαι ἡμᾶς τοὺς πανταχόθεν συνδραμόντας ἐπὶ τὴν κλῆσιν· βασιλεῖς δὲ, τοὺς ἐκλεκτοὺς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, οὓς καὶ υἱοὺς βασιλείας ὠνόμασεν ὁ Κύριος. Ἢ τάχα τὸ πλῆθος ἐμφαίνει τῶν γιγάντων, ὅτι φωνή ἐστι πολλῶν ἐθνῶν, καὶ φωνὴ βασιλέων. Διὰ γὰρ τὸ χαίροντας αὐτοὺς καὶ ὀβρίζοντος τρέχειν ἐπὶ τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ θυμοῦ Κυρίου, τεταγμένοι εἰς τὴν διακονίαν, μιμοῦνται πολλῶν ἐθνῶν ἦχον, καὶ βασιλέων τινῶν ἐπηρμένων (18) τῷ φρονήματι, ἀγνοοῦντες ὅτι ὑπηρέται κολάσεώς εἰσι, βασανισταὶ τῶν ἁμαρτανόντων· οὐχὶ δὲ οἰκείᾳ ἐξουσίᾳ, οὐδὲ τῷ προσόντι αὐτοῖς ἀξιώματι ταῦτα ἐπάγουσι τοῖς ἀξίοις.

B C

259. (Vers. 4.) *Vox gentium multarum in montibus, similis gentium multarum, vox regum et gentium congregatarum.* Forte hæc gentium multarum vox super montes effusa, vox est Ecclesiæ. Quapropter ipsa electa est ceu mons campestris, ut ei ad colligendam multitudinem eorum qui ad sublimitatem cognitionis Dei ascendunt, esset locus amplissimus. Itaque multitudinem magnam in monte campestri vidit, eorum videlicet, qui undique aggregantur, unamque fidei vocem emittunt. Atque dicit Spiritus sanctus per prophetam: *Vox gentium multarum super montes*, super quos erectum est signum. *Similis gentium multarum.* Et vox una est, et tamen similis est multis gentium vocibus. Una quidem per fidei consensionem: sed tamen vocibus multis consimilis est, quod cuilibet apostolorum qui Evangelium in gentes totius orbis dispersuri erant, a Spiritu sancto in igneis linguis distributa sit[85]. *Vox regum*, inquit, *et gentium congregatarum.* Forte per gentes quidem eos qui undelibet ad vocationem concurrunt, a nobis oportet intelligi: per reges vero eos qui sunt in Ecclesia electi, quos et regni filios nominavit Dominus[86]. Aut forte gigantium indicat multitudinem, quod vox sit multarum gentium, et vox regum. Nam quoniam gaudentes et conviciantes currunt ad implendum Domini furorem, utpote destinati ad ministerium, idcirco gentium plurimarum et regum quorumdam mente elatorum sonum imitantur; quanquam esse se supplicii ministros ac peccatorum tortores ignorent; non enim isthæc merentibus irrogant sua ipsorum auctoritate, aut dignitate quapiam sibi suppetente.

260. Κύριος Σαβαὼθ ἐντέταλται ἔθνει ὁπλομάχῳ, ἔρχεσθαι ἐκ γῆς πόρρωθεν, ἀπ' ἄκρου θεμελίου τοῦ οὐρανοῦ Κύριος καὶ οἱ ὁπλομάχοι αὐτοῦ, καταφθεῖραι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Κύριος Σαβαὼθ ἐντέταλται ἔθνει ὁπλομάχῳ. Μὴ φοβηθῇς τὸν τύπτοντα, ἀλλὰ παρακάλει τὸν ἐπιτάσσοντα. Διδασκέσθωσαν οἱ εἰδολωλάτραι, οἱ λέγοντες θυσίας προσάγειν (19) δαίμοσι πονηροῖς, ἐκμειλισσόμενοι

260. (Vers. 5.) *Dominus Sabaoth præcepit genti bellicosæ, ut veniret de terra longinqua, a summo fundamento cœli Dominus et bellatores ejus, ad perdendum totum orbem. Dominus exercituum præcepit genti bellicosæ.* Percussorem ne timueris, sed obsecra præcipientem. Erudiantur idololatræ, qui affirmant offerre se dæmonibus malignis sacrificia, ut eorum mitigent ac demulceant malitiam.

D

[84] Psal. LXXVII, 49. [85] Act. II, 3. [86] Matth. XIII, 38.

(15) Codices nonnulli, ἄξια τῶν κολάσεων.

(16) Editi et tres mss., αὐτῇ, *mons ei selectus est.* Alii tres mss., αὐτή, *ea electa est.* Monere juvat, ubi paulo post corrupte et in editis et in mss. legitur, συνειλεγμένον, legi debere, συνειλεγμένων· ut hæc vox voci ἀφιέντων respondere possit.

(17) Sic Regii primus, tertius et quartus et editi; sicque apud Procopium legitur, pag. 204. Alii tres mss., γλώσσας, *quod dispertitæ essent igneæ linguæ.* Ibidem mss. omnes, παρὰ τοῦ. Editi, διὰ τοῦ.

(18) Uterque Colb., ἐπηρμένοι, *mente elati.* Statim codices nonnulli, ὑπηρέται κολάσεων.

(19) Veteres aliquot libri, θυσίαν προσαγαγεῖν. Nec ita multo post Colb. secundus manu recentiore, προστεταγμένον ποιεῖ. Subinde duo mss., τῷ ἐνδιδομένῳ.

Dominus eis præcepit. Sive obsequiis tuis illos co- A las, sive non, quod jussum fuit, id dæmon exsequetur : nequaquam fas illi est præscriptos sibi fines prætergredi. Neque remittit de amaritudine, neque a se ei quidquam addit : sed datam mensuram immisericorditer implet. *Dominus* igitur *præcepit genti bellicosæ*. Arma habent dæmones pravi, apparatui armorum justi adversantia. Etenim suppetit justo fidei clypeus; at maligni illius clypeus, clypeus est incredulitatis; illi inest rationis gladius, huic dementiæ ac temeritatis gladius; [ille munitur justitiæ lorica, hic injustitiæ lorica accingitur; illius caput adstringit galea salutis, huic galea perditionis circumponitur; illius pedes prompti sunt et parati ad promulgandum pacis Evangelium [87], hujus pedes a detegenda mala festinant. B Itaque bellicosæ genti hisce armis instructæ præcepit Dominus. Illi autem sunt a terra longinqua acciti, ut scias eos esse ab hac vita alienos. Hi quidem qui nos juvant in salute comparanda, contubernales sunt et vicini, atque e propinquo impendunt auxilium, angeli videlicet pacis; illi vero ad pœnas infligendas assumpti, e longinquo accersuntur : quippe Deus benignus crudelitate eorum ad nostram medelam utitur eo modo, quo medicus sapiens venenum viperæ adhibet ad ægros sanandos. Traditur talibus non spiritus, sed caro in interitum, ut spiritus salvus fiat [88]. Quare et Phygellus et Hermogenes [89]. Satanæ a Paulo sunt traditi, non in perditionem, sed ut discerent non blasphemare [90]. Quomodo igitur a terra longinqua et a summo cœlo bellicosa ista gens advenit? C A terra quidem, quod elegerit locum terræ circumjacentem, terrenisque affectibus commisceatur : a summo vero cæli quod ipsâ illinc initio exciderit [91].

261. (Vers. 6, 7.) *Ululate. Prope enim dies Domini, et contritio a Domino veniet. Propter hoc omnis manus dissolvetur, et omnis anima hominis formidabit.* Quoniam interminatur futurum esse, ut Dominus ipse cum bellatoribus suis veniat ad disperdendum universum orbem, ideo ululatus et lamentum præscripta sunt, ut Dominus his placatus iram inferendam avertat. Efficit enim utrumque benignus Dominus, et minitatur formidanda et mala intentata non irrogat pœnitentibus. Lugeatis igitur unusquisque, et propria plangatis peccata, ne- D quando quæ fuerunt prænuntiata, 578 vobis eve-

αὐτῶν τὴν κακίαν. Κύριος αὐτοῖς ἐντέταλται. Κἂν θεραπεύσῃς, κἂν μή, τὸ προστεταγμένον ποιήσειν ὑπερβαίνειν τὰς ὁροθεσίας οὐχ οἷόν τε. Οὔτε ὑφαιρεῖ τῆς πικρίας, οὔτε προστίθησί τι παρ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τῷ ἐνδιδομένῳ μέτρῳ κέχρηται ἀπαραιτήτως. Κύριος οὖν ἐντέταλται ἔθνει ὁπλομάχῳ· Ὅπλα ἔχουσιν οἱ πονηροὶ δαίμονες, ἀπεναντίως διακείμενα τῇ κατασκευῇ τῶν ὅπλων τοῦ δικαίου. Ὁ μὲν γὰρ δίκαιος θυρεὸν ἔχει πίστεως· τοῦ δὲ πονηροῦ ὁ θυρεὸς θυρεός ἐστιν ἀπιστίας (20)· οὗτος μάχαιραν λόγου, ἐκεῖνος μάχαιραν ἀλογίας· οὗτος θώρακι δικαιοσύνης ἠσφάλισται· ἐκεῖνος θώρακι ἀδικίας ἠμφίεσται· τούτου τὴν κεφαλὴν περισφίγγει περικεφαλαία σωτηρίας· ἐκείνῳ περίκειται περικεφαλαία ἀπωλείας· οὗτος τοὺς πόδας ἑτοίμους ἔχει πρὸς τὸ Εὐαγγέλιον τῆς εἰρήνης, ἐκείνου οἱ πόδες τρέχουσι πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν τῶν (21) κακῶν. Ὁπλομάχῳ οὖν ἔθνει τούτοις τοῖς ὅπλοις ὡπλισμένῳ ἐντέταλται Κύριος. Οὗτοι δὲ καὶ ἀπὸ γῆς εἰσι πόρρωθεν, ἵνα εἰδῇς, ὅτι ἀλλότριοί εἰσι τοῦ βίου τούτου. Οἱ μὲν γὰρ συμπονοῦντες ἡμῖν τὰ πρὸς σωτηρίαν, σύνοικοι καὶ γείτονες, ἐγγύθεν παρεχόμενοι τὴν βοήθειαν, ἄγγελοι εἰρηνικοί· οἱ δὲ πρὸς κόλασιν παραλαμβανόμενοι, πόρρωθεν ἄγονται, κατακεχρημένου τῇ ὠμότητι αὐτῶν εἰς θεραπείαν ἡμετέραν τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, ὡς κατακέχρηται ὁ σοφὸς ἰατρὸς τῷ ἰῷ τῆς ἐχίδνης εἰς τὴν τῶν ἀσθενούντων ἴασιν. Τοῖς μὲν τοιούτοις παραδίδοται οὐ τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἡ σὰρξ εἰς ὄλεθρον, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ. Ἀλλὰ καὶ Φύγελλος καὶ Ἑρμογένης ὑπὸ τοῦ Παύλου παρεδόθησαν τῷ Σατανᾷ, οὐκ εἰς ἀπώλειαν, ἀλλ' ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. Πῶς οὖν ἀπὸ γῆς πόρρωθεν καὶ ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ τὸ ὁπλομάχον τοῦτο ἔθνος ἔρχεται; Ἀπὸ γῆς μέν, ὅτι εἵλετο τὸν περίγειον τόπον, καὶ τοῖς γηΐνοις πάθεσι συναναφύρεται· ἀπ' ἄκρου δὲ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι ἐκεῖθεν αὐτῷ ἡ ἐξ ἀρχῆς πτῶσις γέγονεν.

261. Ὀλολύξατε (22). Ἐγγὺς γὰρ ἡ ἡμέρα Κυρίου, καὶ συντριβὴ παρὰ Κυρίου ἥξει. Διὰ τοῦτο πᾶσα χεὶρ ἐκλυθήσεται, καὶ πᾶσα ψυχὴ ἀνθρώπου δειλιάσει. Ἐπειδὴ ἀπειλὴ πρόκειται, αὐτὸν τὸν Κύριον ἥξειν μετὰ τῶν ὁπλομάχων αὐτοῦ, καταφθεῖραι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, διὰ τοῦτο προστέτακται ὀλολυγμὸς καὶ θρῆνος, ἵνα διὰ τούτων δυσωπηθῇ ὁ Κύριος ἀποστρέψαι τὴν ἐπανομένην ὀργήν. Ἀμφότερα γὰρ ποιεῖ ὁ φιλάνθρωπος Κύριος (23), καὶ τὰ φοβερὰ ἀπειλεῖ, καὶ τοῖς μετανοοῦσιν οὐκ ἐπάγει τὰ ἠπειλημένα Κλαύσατε καὶ θρηνήσατε ἕκαστος τὰ ἴδια ἁμαρτήματα, μή ποτε πάθητε τὰ κεκηρυγμένα.

[87] Ephes. VI, 15 et seqq. [88] I Cor. V, 5. [89] II Tim. I, 15. [90] I Tim. I. 20. [91] Apoc. XII, 9.

(20) Tilmannus cum in Francisc. codice legisset, τοῦ δὲ πονηροῦ ὁ θυρεός ἐστιν ἀπιστία, ita verterat : *reprobi clypeus infidelitas est.* Sed hunc locum recte emendavit Ducæus ex Henriciano : quæ emendatio eo certior videri debet, quod auctoritate etiam utriusque Colbertini possit confirmari. Velim legas contextum. Fortasse mirari quispiam poterit, dæmones hic infidelitatis argui, cum Jacobus Apostolus, II, 10, dicat eos credere et contremiscere. Sed de ea fide, quæ nihil saluti prosit, loquitur Jacobus : interpres voro eam fidem intelligit, quæ per spem credentes ad salutem perducat.

(21) Codex F., ἐπαγγελίαν, *malorum pollicitationem.* Alter Ducæi codex et alii quidam mss., ἀπαγγελίαν, *denuntiationem.*

(22) Codices nonnulli, ὀλολύζετε· et ita quoque editum reperitur apud LXX. Mox editi et Reg. primus, τοῦ καταφθεῖραι. Illud, τοῦ, in aliis quinque mss. non invenimus. Notandum præterea, in tribus mss., pro καταφθεῖραι, legi, διαφθεῖραι.

(23) Vox Κύριος ex Colb. primo addita est.

Εἰ μὴ ἐβούλετο ὁ Θεὸς (24) τοῦ ἁμαρτωλοῦ τὴν μετάνοιαν, διὰ τί ἐκηρύσσετο ἐν Νινευῆ ἡ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀπώλεια; Ἀλλ' ἐπειδὴ εἶδεν αὐτῶν τὸν συντριμμὸν ὁ ἐλεήμων, παρήγαγε τὴν ὀργὴν, καὶ διεσκέδασεν ὥσπερ νέφος. Παρ' αὐτεῦ οὖν τοῦ Κυρίου ἥξει ἡ συντριβὴ, χρησίμως συντρίβοντος τὰ ἀφανισμοῦ ἄξια, ὡς (25) συντρίβει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας τοῦ δικαίου, καὶ συντρίβει πολέμους. Κύριος γὰρ συντρίβων πολέμους, Κύριος ὄνομα αὐτῷ· καὶ, Συντρίβει Κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· τοὺς μεγαλαυχοῦντας καὶ ἀλαζονευομένους καὶ ὑπεραιρομένους κατὰ τῆς ἀληθείας, Λιβάνου κέδρους προσαγορεύων. Ἐπειδὴ οὖν ἔρχεται συντριβὴ παρὰ Κυρίου, προλαμβάνοντας ἑαυτῶν τὴν μεγαλόφρονα καρδίαν δεῖ (26) συντρίβειν, ἵνα γένηται θυσία τῷ Θεῷ ἡ ταπείνωσις αὐτῆς. Πᾶσα οὖν χεὶρ καὶ ἡ πρακτικωτάτη καὶ ἡ δραστικωτάτη, ὡς πρὸς Θεὸν καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἐκλυθήσεται· διὸ λέγει· Ἰσχύσατε, χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα. Μηδεὶς πεποιθέτω δυνάμει πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι (27) τοὺς ἐπερχομένους ὁπλομάχους· μηδεὶς ἐπελπιζέτω ταχύτητι ποδῶν, ὡς ἀποδρᾶναι δυνάμενος τὴν ἡμέραν τῆς συντριβῆς, ἐν ᾗ ἔρχονται καταφθεῖραι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.

A niant. Etenim si Deus nolit peccatoris pœnitentiam, quare in Ninive nuntiabatur futurum post tres dies exitium [92]? Verum simul ut misericors vidit eorum contritionem, amovit iram, et veluti nubem dissipavit. Veniet igitur contritio ab ipso Domino, qui utiliter conterit quæ excidio sunt digna, sicut conterit Satanam sub pedibus justi, aut conterit bella. *Dominus* enim *conterens bella : Dominus nomen illi* [93]; et : *Confringet Dominus cedros Libani* [94]; arrogantes, superbos, et eos qui adversus veritatem efferuntur, cedros Libani appellans. Proinde cum veniat contritio a Domino, oportet ut priores superbum nostrum cor conteramus, ut ejus humilitas Deo fiat hostia et sacrificium. Itaque omnis manus et operosissima et B efficacissima, si cum Deo et cum operibus ejus conferatur, dissolvetur; quapropter dicit : *Confortamini, manus remissæ, et genua dissoluta* [95]. Nemo invadentes bellatores ulturus, suis viribus confidat; nemo in pedum pernicitate spem reponat suam, quasi illum contritionis diem, in qua accessuri sunt ad disperdendam omnem terram, effugere possit.

262. Πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἀνθρώπου δειλιάσει. Καλῶς πρόσκειται, Ἀνθρώπου. Οὔτε γὰρ ἀγγέλων ψυχὴ δειλίᾳ ὑπόκειται, διὰ τὸ ἀνωτέραν (28) εἶναι τοῦ πάθους τούτου, οὔτε δὲ ἡ τῶν ἀλόγων. Οὐ γὰρ ἅπτεται ἡ δειλία τῶν ἀλόγων, πάθος οὖσα τοῦ λογιστικοῦ, καὶ ἐλλειψις τῶν τῆς ἀνδρείας δογμάτων. Ἠτοήσει μὲν γὰρ ὑπόκειται τὰ ἄλογα· οἱ δὲ λογικοὶ, ἐπειδὰν τὰ μὴ ἄξια φόβου καταπλαγῶσι, τῷ (29) C ἐκπλείπειν ἐν αὐτοῖς τὸν λόγον, τὸν τὴν εὐτονίαν τῇ ψυχῇ ἐμποιοῦντα πρὸς τὰ δεινὰ, τῷ πάθει τῆς δειλίας ἁλίσκονται. Πολὺς δὲ ὁ χρόνος, ἀφ' οὗ ἡ ἡμέρα Κυρίου ἐγγίζειν λέγεται, πάντων τῶν προφητῶν διαμαρτυρουμένων (30) αὐτῆς τὴν ἐγγύτητα, ἵνα μηδεὶς ἀναπεπτωκὼς, ὡς χρονιζούσης αὐτῆς, ἀνέτοιμος καταληφθῇ. Ταῦτα καὶ ὁ Σοφονίας διαμαρτύρεται, Εὐλαβεῖσθε, λέγων, ἀπὸ (31) προσώπου τοῦ φόβου Κυρίου, διότι ἐγγὺς ἡ ἡμέρα Κυρίου. Καὶ μετ' ὀλίγα· Ἐγγὺς ἡ ἡμέρα Κυρίου ἡ μεγάλη· ἐγγὺς, καὶ ταχεῖα σφόδρα. Φωνὴ ἡμέρας Κυρίου πικρὰ καὶ σκληρά· ἡ ἡμέρα ἐκείνη, ἡμέρα θλίψεως καὶ ἀνάγκης· ἡμέρα ὠρίας καὶ ἀφανισμοῦ, ἡμέρα σκότους (32) καὶ γνόφου, ἡμέρα νεφέλης

262. *Omnis* enim *anima hominis formidabit.* Vox, *Hominis*, apposite adjicitur. Neque enim angelorum anima obnoxia est formidini, cum affectione ista longe sit superior : neque brutorum animalium anima. Non enim bruta animalia attingit formido, cum affectio sit ad aliquid rationale pertinens, sitque consiliorum quæ a fortitudine petuntur, inopia defectusque. Stupori quidem bellua subjacent; sed qui rationis compotes sunt, cum ea quæ non sunt digna timore, expaverint, timiditatis corripiuntur affectu, quod ratio quæ animam adversus mala corroborabat, in eis deficiat. Jam pridem est, ex quo dies Domini appropinquare dicitur, prophetis omnibus ejus appropinquationem obtestantibus, ut ne quis ob ejus dilationem deses et iners manens, deprehenderetur imparatus. Hæc et attestatur Sophonias, cum ait : *Trepidate a facie timoris Domini, quia prope est dies Domini* [96]. Et Paulo post : *Prope est dies Domini magnus; prope, et velox nimis. Vox diei Domini amara et dura; dies illa dies tribulationis et necessitatis; dies immaturitatis et perditionis*; *dies tenebrarum et caliginis,*

[92] Jon. III, 5. [93] Judith. XVI, 3. [94] Psal. XXVIII, 5. [95] Isa. XXXV, 3. [96] Soph. I, 7.

(24) Codices nonnulli, pro Θεός, habent, Κύριος. Statim editi et nostri mss., μετὰ τρεῖς ἡμέρας, *post tres dies*; et ita quoque hodie apud LXX legitur. Sed, teste Theodoreto, Aquila Symmachusque et Theodotio, pro τρεῖς scripserunt, τεσσαράκοντα, *quadraginta*. Notas Nobilii legas velim, aut Hexapla. D

(25) Veteres aliquot libri, δς. Subinde tres mss., πόδας τῶν δικαίων.

(26) Editi et Reg. secundus, προλαμβάνοντας δι' ἑαυτῶν τὴν μεγαλόφρονα καρδίαν χρὴ. *Necesse est ut nostra ipsorum opera cor superbiens conteramus priores.* At uterque Combef. cum aliis duobus mss. ut in contextu.

(27) Codices nonnulli, πρὸς τὸ ἀμύνασθαι.

(28) Sic Regii primus, tertius et quartus; et ita quoque habent alii tres mss., nisi quod in eis ἀνώτερα legatur. Editi, ψυχαὶ δειλίᾳ ὑπόκεινται διὰ τὸ ἀνωτέρας. Ibidem sex mss., αὐτοῦ πάθους τούτου. Editi, πάθους αὐτοῦ.

(29) Veteres aliquot libri, τοῦ.

(30) Codices aliquot, διαμαρτυραμένων. Alius ms., δεαμαρτυρουμένων.

(31) Antiqui tres libri, Εὐλαβεῖσθε λέγων ἀπό. Alii tres mss., Εὐλαβεῖσθε ἀπό, etc. Editi, Εὐλαβεῖσθαι ἀπό, etc.

(32) Codices duo, σκότου.

dies nubis et nebulæ; dies tubæ et clamoris[97]. Jam vero etiamsi dies illa qua consummandus est mundus universus, procul abesset : nihilominus tamen peculiaris illa dies exitus uniuscujusque, quæ cujuslibet hominis consummatio est, prope adest : qua ob oculos posita, observandum nobis est, quod ab Isaia dicitur, *Ululate; prope enim dies Domini;* atque habenda fides est ei, qui dicit : *Beati qui* 579 *lugent*[98]; item : *Beati qui flent*[99]. Multi vitæ hujus negotia ægre ferentes, accelerant suum exitum, mortemque invocant; ad quos illud Amos non inepte dicas : *Væ desiderantibus diem Domini, et ea est tenebræ, et non lux. Quemadmodum si quis homo fugiat a facie leonis, et incidat in eum ursus, et insiliat in domum, et applicet manus suas ad parietem, et mordeat eum coluber. Num tenebræ dies Domini, et non lux, et caligo non habens splendorem*[1]? Proinde si quis super vitæ suæ ædificium non exstruxerit ligna, aut fenum, aut stipulam, is desideret diem Domini, in qua uniuscujusque opus, quale sit, ignis probabit[2]. Quod si nemo purus sit ac liber ab interdictis operibus, timeat illum diem. Ait enim : *Si cujus opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet : si cujus opus arserit detrimentum patietur : ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem*[3].

263. (Vers. 8.) *Turbabuntur legati : et dolores ipsos occupabunt, quasi mulieris parturientis. Et commiserescent alter alterius, et stupebunt; et faciem suam, quasi flamma, mutabunt.* Quinam sunt legati qui turbabuntur tum cum dies Domini institerit? Nimirum illi, quos Dominus indicat in parabola quam, cum Jerusalem appropinquasset, retulit iis qui regnum Domini jam esse manifestandum existimabant. *Homo* enim, inquit, *nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum, et reverti*[4]. Deinde loquens de decem mnis, quas decem servis ad negotiandum distribuit, subjunxit : *Cives autem ejus oderant eum : et miserunt post illum legatos, dicentes : Nolumus hunc regnare super nos*[5]. Homo quidem nobilis, ille est cujus genus nihil habet commune cum ullo alio, nisi cum eo qui est super omnia Deus[6]. Quemadmodum nobiles dicimus eos, qui regio sanguine sunt prognati : ita vere nobilis

καὶ ὁμίχλης, ἡμέρα σάλπιγγος καὶ κραυγῆς. Κἂν ἡ καινὴ δὲ ἡμέρα τῆς τοῦ παντὸς κόσμου συντελείας μακρὰν ᾖ, ἀλλ' ἡ ἰδία ἑκάστου τῆς ἐξόδου ἥτις ἐστὶ τοῦ καθ' ἕνα ἀνθρώπου συντέλεια, ἐγγὺς πάρεστιν· ἣν χρὴ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντας, τηρεῖν τὸ παρὰ τοῦ Ἡσαΐου λεγόμενον· Ὀλολύξατε (33) ἐγγὺς γὰρ ἡ ἡμέρα Κυρίου· καὶ πείθεσθε τῷ λέγοντι· Μακάριοι οἱ πενθοῦντες· καὶ, Μακάριοι οἱ κλαίοντες. Πολλοὶ πρὸς τὰ τοῦ βίου δυσχεραίνοντες πράγματα, ἐπτίγουσιν ἑαυτῶν τὴν ἔξοδον, καὶ ἐπικαλοῦνται τὸν θάνατον· πρὸς οὓς καλῶς ἔχει τὸ τοῦ Ἀμὼς λέγειν· Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν Κυρίου, καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος, καὶ οὐ φῶς. Ὃν τρόπον ἂν τις ἐκφύγῃ ἄνθρωπος ἐκ προσώπου τοῦ λέοντος, καὶ ἐμπέσῃ αὐτῷ ἡ ἄρκτος, καὶ εἰσπηδήσῃ εἰς τὸν οἶκον, καὶ ἀπερείσῃ τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἰς τὸν τοῖχον, καὶ δάκῃ αὐτὸν ὁ ὄφις. Οὐχὶ σκότος ἡ ἡμέρα Κυρίου καὶ οὐ φῶς, καὶ γνόφος οὐκ ἔχων φέγγος; Εἴ τις οὖν μὴ ἐπῳκοδόμησε (34) τῇ οἰκοδομῇ τοῦ ἑαυτοῦ βίου ξύλα, ἢ χόρτον, ἢ καλάμην, ἐπιθυμείτω τὴν ἡμέραν Κυρίου, ἐν ᾗ ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ δοκιμάσει. Εἰ δὲ οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ἔργων τῶν ἀπηγορευμένων, φοβείσθω τὴν ἡμέραν ἐκείνην, Εἴ τινος γὰρ, φησὶ, τὸ ἔργον μένει, ὃ ἐπῳκοδόμησεν, μισθὸν λήψεται εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται (35), ζημιωθήσεται. Λύτοὺς δὲ σωθήσεται, οὕτω δὲ ὡς διὰ πυρός.

263. Ταραχθήσονται οἱ πρέσβεις, καὶ ὠδῖνες αὐτοὺς ἕξουσιν ὡς γυναικὸς τικτούσης. Καὶ συμφοράσουσιν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον (36), καὶ ἐκστήσονται· καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῶν ὡς φλὸξ μεταβαλοῦσι. Τίνες οἱ πρέσβεις ταρασσόμενοι (37), ἡνίκα ἂν συνεπίστῃ ἡ τοῦ Κυρίου ἡμέρα; Ἢ δηλονότι ἐκεῖνοι, οὓς ὁ Κύριος διὰ παραβολῶν αἰνίσσεται, ἣν εἶπεν ἐγγὺς γενόμενος τῆς Ἱερουσαλὴμ πρὸς τοὺς δοκοῦντας, ὅτι μέλλει ἡ βασιλεία τοῦ Κυρίου ἀναφαίνεσθαι. Ἄνθρωπος γὰρ, φησὶν, εὐγενὴς ἐπορεύθη εἰς χώραν μακρὰν, λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν, καὶ ὑποστρέψαι. Εἶτα εἰπὼν περὶ τῶν δέκα μνῶν, ἃς ἔδωκε τοῖς δέκα δούλοις εἰς τὸ πραγματεύσεσθαι (38) ἐπήγαγεν. Οἱ δὲ πολῖται αὐτοῦ ἐμίσουν αὐτὸν, καὶ ἔπεμψαν ὀπίσω αὐτοῦ πρέσβεις, λέγοντες, ὅτι Οὐ θέλομεν τοῦτον βασιλεῦσαι, ἐφ' ἡμᾶς. Εὐγενὴς μὲν οὖν ἄνθρωπος, ὁ πρὸς νόδένα ἄλλον τὴν κοινωνίαν τοῦ γένους. ἢ πρὸς

[97] Soph. xiv, 15. [98] Matth. v, 5. [99] Luc. vi, 21. [1] Amos. v, 18-20. [2] I Cor. iii, 12, 13. [3] ibid. 14, 15. [4] Luc. xix, 12. [5] ibid. 14. [6] Rom. ix, 5.

(33) Editi et Reg. primus, Ὀλολύξατε. Alii quinque mss., Ὀλολύζετε. Mox editi et mss. quatuor, καὶ πεισθῆτε. Sed vir linguæ Græcæ peritissimus Combefisius optime conjecerat πείθεσθαι legi oportere : ita enim habet Colb. primus, cui consentit et alter Colb. prima manu. Vox χρὴ post verbum πείθεσθαι suppleri debet.

(34) Codices aliquot, ἐποικοδόμησε.

(35) Sic Reg. secundus et uterque Colbertinus, Alii tres mss. et editi, ἐκείνην. Εἴτινος γὰρ, φησὶ, τὸ ἔργον κατακαήσεται· quod mutilum erat et decurtatum.

(36) Sic vetustior Combefisii codex et Reg. quartus : nec aliter apud LXX legitur. Editi et Reg. primus, συμφράσουσιν pro συμφοράσουσιν. Alii tres mss., Καὶ συμφοράσουσιν ἕκαστος πρὸς τὸν ἑταῖρον. *Et commiserescet unusquisque sui sodalis.*

(37) Sic mss. Editi mutile, Τίνες οἱ ταρασσόμενοι.

(38) Codices nonnulli, πραγματεύσασθαι. Alii et editi, πραγματεύεσθαι. Nec ita multo post tres mss., πολῖται αὐτοῦ. Deest αὐτοῦ in aliis mss., perinde ut in vulgatis. Subinde veteres aliquot libri. βασιλεύειν ἐφ' ἡμᾶς. Ibidem aliqui mss., μὲν οὖν. Deest οὖν in excusis.

τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν κεκτημένος. Ὡς γὰρ εὐγενεῖς λέγομεν τοὺς ἀπὸ αἵματος βασιλικοῦ, οὕτως ἀληθινῶς εὐγενὴς, ὁ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τὴν ὕπαρξιν ἔχων. Καὶ ὁ κατὰ τὸν Σωτῆρα (39) ἄνθρωπος εὐγενὴς ἂν λέγοιτο. Οὐ μόνον γὰρ κατὰ τὴν θεότητα νοούμενος ὁ Κύριος εὐγενὴς, τὸ καθαρὸν καὶ εἰλικρινὲς καὶ ἀμιγὲς τῇ φύσει ἐν ἑαυτῷ κεκτημένος· ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον πάντως, γένος ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα. Πορεύεται οὖν εἰς χώραν μακρὰν, οὐ τοσοῦτον τῷ τόπῳ διεστῶσαν, ὅσον τῇ καταστάσει τῶν πραγμάτων. Καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς Θεὸς καὶ ἐγγύς ἐστιν ἑκάστῳ ἡμῶν, ὅταν αἱ ἀγαθαὶ πράξεις τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκείωσιν ἡμῖν προξενωσι· καὶ μακρὰν γίνεται, ὅταν ἡμεῖς ἑαυτοὺς διὰ τὸ προσεγγίζειν τῇ ἀπωλείᾳ μακρύνωμεν ἀπ' αὐτοῦ. Οὗτος ὁ εὐγενὴς, θεασάμενος τὸν κόσμον ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας βασιλευόμενον, καὶ τῇ πικρᾷ τυραννίδι τοῦ ἐχθροῦ ὑποκείμενον, ἐλεήσας τὴν ἀναρχίαν, κατεδέξατο αὐτῶν βασιλεῦσαι. Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρις οὗ ἂν (40) θῇ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ἐπεὶ οὖν ἦλθεν εἰς τὸν περίγειον τόπον τοῦτον, τὴν χώραν τὴν μακρὰν οὖσαν τοῦ Θεοῦ, ὥστε λαβεῖν τὴν ἐπὶ τὰ ἔθνη βασιλείαν, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν ψαλμῷ· Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου· οἱ ὑπὸ τὸν ἄρχοντα (41) τοῦ αἰῶνος τούτου τεταγμένοι, οὐ μόνον ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ δυνάμεις αἱ ὑπ' αὐτοῦ στρατευόμεναι, οὐ κατεδέξαντο αὐτοῦ τὴν βασιλείαν· ἀλλὰ δόντος αὐτοῦ τὰς ἐντολὰς καὶ τὴν ἐργασίαν αὐτῶν, καὶ μὴ ἀργὰς ταύτας κελεύσαντος ἐπ' αὐτοῖς κατακεῖσθαι, ἀλλὰ τὴν ἐργασίαν αὐτῶν ἐπιζητοῦντος, ἔπεμψαν πρέσβεις ὀπίσω αὐτοῦ, ἀρνούμενοι αὐτοῦ τὴν βασιλείαν.

264. Τίνες οὖν πρέσβεις, ἀλλ' (42) ἢ οἱ τὸν θάνατον ἐνεργήσαντες τοῦ Σωτῆρος; Οἱ νομίσαντες διὰ τοῦ σταυροῦ διακόπτειν αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τόν κόσμον βασιλείαν, οἱ λέγοντες τῷ Πιλάτῳ· Μὴ γράφε, ὅτι Ὁ (43) βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, ἀλλ' ὅτι Ἐκεῖνος εἶπε, βασιλεύς εἰμι τῶν Ἰουδαίων. Ἀλλ' ὅμως ἡ πονηρία τῶν κωλυόντων αὐτοὺς μὲν κατέκρινε, τῇ δὲ οἰκονομίᾳ οὐκ ἐνεπόδισε. Κρατήσας γὰρ τῆς βασιλείας, καὶ διανείμας τοῖς δούλοις κατὰ τὴν ἀξίαν τῆς ἑκάστου αὐτῶν ἐργασίας, ἐκέλευσεν αὐτοὺς φωνηθῆναι, ἵνα γνῷ τί ἐπραγματεύσαντο. Καὶ τῷ μὲν πρώτῳ, δέκα μνᾶς προσεμηγασαμένῳ, ἔδωκεν ἐξουσίαν ἐπάνω δέκα πόλεων· τῷ δὲ δευτέρῳ, πέντε μνᾶς προσπορίσαντι, λέγει· Γίνου (44) ἐπάνω πέντε πόλεων. Τὸν δὲ ἐν σουδαρίῳ ἄπρακτον αὐτὴν ἀποδήσαντα ἀφαιρεθῆναι προσέταξεν. Ὅτε δὲ τὰ περὶ τοὺς

est, qui ex Patris essentia suam habet substantiam. Sed et Salvator homo nobilis dici potest. Non enim solum secundum divinitatem Dominus nobilis intelligitur, quippe qui in semetipso suapte natura puritatem, sinceritatem et simplicitatem omnis admistionis expertem possideat : sed nobilis etiam est omnino secundum humanitatem, cum sit secundum carnem ex Davidis semine oriundus. Abit igitur in longinquam regionem, non tam loco, quam rerum statu dissitam et remotam. Etenim Deus ipse unicuique nostrum prope adest, cum familiaritatem ejus nobis conciliant actiones bonæ : et longe abest tum, cum perditione appropinquantes, nosmetipsos ab eo elongamus. Nobilis ille mundum peccati imperio subjectum et amarulentæ inimici tyrannidi subditum videns, et statum principe carentem miseratus, rex eorum fieri non recusavit. *Oportet enim illum regnare, donec ponat inimicos ejus sub pedibus ejus*[7]. Postquam igitur venit in locum hunc terrenum, in regionem videlicet procul a Deo remotam ; ut 580 imperium in gentes accipiat, juxta illud psalmi dictum : *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam*[8] ; ii qui hujus sæculi principi subjiciebantur, non homines solum, sed et potestates sub eo militantes, regnum ipsius non admiserunt. Nam cum dedisset præcepta, ac jussisset ut ea perficerentur, nec apud se otiosa manerent : imo vero cum eorum quæstum requireret, legatos post illum miserunt, qui ejus negarent imperium ac detrectarent.

264. Quinam igitur legati, nisi ii qui mortis Servatoris fuere auctores? Qui per crucem imperium quod in mundum habet, exscindere se posse arbitrabantur, ac dicebant Pilato : *Noli scribere : Rex Judæorum, sed quia ille dixit, Rex sum Judæorum*[9]. Attamen eorum qui prohibebant nequitia ipsos quidem condemnavit, sed Dei consilio non obstitit. Postquam enim potitus fuisset regno, servisque pro cujusque merito negotia ac munia obeunda distribuisset, vocari illos jussit, ut quem quæstum fecissent, agnosceret. Et primo quidem, qui fuerat mnas decem lucratus, dedit potestatem super decem civitates : alteri vero qui mnas quinque comparaverat, ait : *Esto super quinque civitates*[10]. At vero mnam jussit auferri ab eo, qui ipsam otiosam in sudario alligarat. Postquam

[7] I Cor. xv, 25. [8] Psal. II, 8. [9] Joan. XIX, 21. [10] Luc. XIX, 15 sqq.

(39) Codex Henricianus et alii quinque mss. cum editis, Καὶ ὁ κατὰ τὸν Σωτῆρα, et ita quoque apud Procopium sub finem paginæ 208 legitur. Sed Curterius de suo, ut mihi quidem videtur, emendavit, scripsitque, κατὰ σάρκα· id quod ita interpretatur, *Ipse, præterea secundum carnem homo*, etc. Hanc conjecturam amplecti poterit qui volet : sed existimo magnam diligentiam quæri non debere, neque in hoc, neque in Procopii Commentario.

(40) Addita est vocula ἄν ex tribus codicibus.

(41) Antiqui tres libri, τοῦ ἄρχοντος.

(42) Editi et mss. nonnulli, πρέσβεις ἄλλοι. Alii quidam, ἄλλοι πρέσβεις. Reg. tertius ut in contextu.

(43) Veteres aliquot libri cum sacro textu, γράφε ὁ.

(44) Editi, Γίνου, φησίν. Vocem ultimam delevimus, aliquorum librorum fidem secuti. Statim editi, Τῷ δὲ... ἀποδήσαντι. At quinque mss., Τὸν δέ... ἀποδήσαντα.

autem res quæ ad Judæos spectabant, ordinasset (*Tempus est* enim, inquit, *ut incipiat judicium a domo Dei* [11]), tunc inimicos qui ejus recusarant imperium jussit in medium adductos jugulari [12]. Sunt certe non pauci, qui nolint in hac vita regnare super se Christum. Qui enim mancipantur impuritati, et ab ira vincuntur, et serviunt [avaritiæ, hi super se Dominum regnare nolunt, atque quod attinet ad ipsorum voluntatem, detrectant ac deprecantur ipsius regnum. Dicit de iis Isaias quod sint turbandi. Dominum enim in secundo adventu cum viderint ii qui vitam transegere in peccatis, et evangelicos illos regni mores pro nihilo duxere, *Turbabuntur* utique, *et dolores ipsos occupabunt quasi mulieris parturientis.* Significavit per partus dolores doloris illius acerbitatem, qui per peccatorum conscientiam cor eorum pungit ac sauciat. Etenim partus dolor, acutus quidam dolor est, qui in præcipuis partibus tempore partus corripit parturientes. *Et faciem suam, quasi flamma, mutabunt.* Proprium est eorum qui pudore suffunduntur, et in discrimen aliquod impingunt inexspectatum, immutare vultus colorem, quippe qui superficie tenus rubore perfundantur, animique affectionem per apparentem illam immutationem indicent.

265 (Vers. 9.) *Ecce enim dies Domini venit immedicabilis, furoris et iræ; ut ponat orbem terræ desertum, et peccatores disperdat ex eo.* Superius quidem dixit : *Prope est dies Domini :* hic vero, *Dies Domini venit, ut ponat orbem terræ desertum.* Si quis jam tradita diligenter observet, deprehensurus est non de eadem die fieri sermonem in utroque prophetiæ fragmento. Nam in primo sermo fit de propria cujusque consummatione, 581 quæ prope adest : in altero, quod est in manibus, de universali. Hæc enim ponet orbem terræ desertum, propter quod infertur (Vers. 10) : *Et stellæ cœli et Orion non dabunt lucem.* Forte autem dies illa peculiariter dicitur dies, quod ipsius status unus sit et idem. Non enim nocte interdicitur, nec eam circumscribit vespera. Et quia ea quæ in tenebris latitant, in ipsa die detegentur, dies illa dies proprie dicitur. At vero hæc vita nox est, in qua occultantur turpitudinis opera. Unde et ait : *Nox progressa est, dies autem appropinquavit* [13]. Quin et dies illa dicitur etiam immedicabilis, quod dies furoris sit et iræ, in qua locus non relinquitur placationi, nec medela ulla pœnis in ea inflictis afferri potest. Itaque ne in illum diem differamus confessiones, sed

Ἰουδαίους διετάξατο (Καιρὸς γὰρ, φησὶ (45), τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρίμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ), τότε καὶ τοὺς ἐχθροὺς, τοὺς ἀρνησαμένους αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, ἐκέλευσεν ἀχθέντας εἰς τὸ μέσον κατασφαγῆναι. Πολλοὶ γοῦν εἰσιν οἱ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ μὴ θέλοντες βασιλεύειν ἐφ' ἑαυτῶν τὸν Χριστόν. Οἱ γὰρ ὑπὸ τὴν πορνείαν τεταγμένοι, καὶ οἱ ὑπὸ τοῦ θυμοῦ κατσκρατούμενοι, καὶ ὑπὸ τῆς πλεονεξίας δεδουλωμένοι, οὐ θέλουσιν ἐφ' ἑαυτοὺς βασιλεύειν τὸν Κύριον, καὶ ὅσον ἐπὶ τῇ ἑαυτῶν προαιρέσει, παραιτοῦνται αὐτοῦ τὴν βασιλείαν. Περὶ τούτων ὁ Ἡσαΐας λέγει, ὅτι Ταραχθήσονται. Ἐπειδὰν (46) γὰρ ἴδωσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιδημίᾳ τὸν Κύριον οἱ ἐν ἁμαρτίαις ζήσαντες, καὶ τὸν εὐαγγελικὸν τρύπον τῆς βασιλείας ἐξουδενώσαντες, Ταραχθήσονται δηλονότι, καὶ ὠδῖνες αὐτοὺς ἕξουσιν ὡς γυναικὸς τικτούσης· Τὸ ὀξὺ τῆς ἀλγηδόνος νυσσούσης αὐτῶν τὴν καρδίαν, καὶ κατατιτρωσκούσης ὑπὸ τοῦ συνειδότος τῶν ἁμαρτημάτων, διὰ τῆς ὠδῖνος παρίστησε. Καὶ γὰρ ἡ ὠδὶς δριμεῖά τίς ἐστιν ἀλγηδὼν τοῖς καιριωτάτοις μέρεσιν, ἐν τῷ καιρῷ τῆς κυήσεως ταῖς τικτούσαις ἐγγινομένη. Καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῶν ὡς φλὸξ μεταβαλοῦσιν. Ἴδιον τῶν διατρεπομένων, καὶ ἀπροσδοκήτῳ δεινῷ περιπεσόντων, τὸ μεταβαλεῖν τὸ χρῶμα τοῦ προσώπου, ἐρυθραινόμενοι κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς πάθος διὰ τῆς ἐπιφαινομένης μεταβολῆς ἐπισημαίνοντες (47).

265. Ἰδοὺ γὰρ ἡμέρᾳ Κυρίου ἔρχεται ἀνίατος, θυμοῦ καὶ ὀργῆς· θεῖναι τὴν οἰκουμένην ἔρημον, καὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἀπολέσαι ἐξ αὐτῆς· Ἄνω μὲν εἶπεν· Ἐγγὺς ἡ ἡμέρα Κυρίου· ἐνταῦθα δέ· Ἡμέρα Κυρίου ἔρχεται, θεῖναι τὴν οἰκουμένην (48) ἔρημον. Οὐ ἀκριβῶς τηρῶν τὰ ἀποδεδομένα, εὑρήσει ὅτι οὐ περὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἀμφότεραι αἱ τῆς προφητείας περικοπαὶ διηγοῦνται. Ἡ μὲν γὰρ προτέρα περὶ τῆς ἰδίας ἑκάστου συντελείας ἥτις ἐγγὺς πάρεστιν· ἡ δὲ ἐν χερσὶ, περὶ τῆς καθολικῆς. Θήσει γὰρ αὕτη τὴν οἰκουμένην ἔρημον, διὰ τὸ ἐπάγεσθαι, ὅτι Καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ καὶ ὁ Ὠρίων οὐ δώσουσι φῶς. Τάχα δὲ ἡμέρα λέγεται κυρίως ἐκείνη, διὰ τὸ ἠνωμένον τῆς καταστάσεως· Οὐ γὰρ διακόπτεται νυκτὶ, οὐδὲ περιγράφει αὐτὴν ἑσπέρα. Καὶ διὰ τὸ φανεροῦσθαι ἐν αὐτῇ τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, ἡμέρα μὲν ἐκείνη κυρίως προσαγορεύεται. Νὺξ δὲ ὁ βίος οὗτος, ἐν ᾧ συγκεκάλυπται τὰ τῆς αἰσχύνης ἔργα ὅθεν καὶ, Ἡ νὺξ (49), φησὶ, προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν, Ἐκείνη δὲ ἡ ἡμέρα καὶ ἀνίατος λέγεται, θυμοῦ οὖσα καὶ ὀργῆς, ἐν ᾗ οὐκ ἔστιν ἐξιλάσασθαι, οὐδὲ οἷον ἰάσασθαι τοὺς προσαγομένους ἐπ' αὐτῇ (50) πόνους. Μὴ οὖν ταμιευώμεθα εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν τὰς ἐξομολογήσεις, ἀλλὰ νοήσωμεν

[11] I Petr. IV, 17. [12] Luc. XIX, 27. [13] Rom. XIII, 12.

(45) Hic vocem φησι addidimus ex codicibus quibusdam.

(46) Veteres quinque libri, Ἐπειδάν. Editi. Ἐπάν. Mox editi, τρόπον τῆς πολιτείας. At tres mss., τρόπον τῆς βασιλείας.

(47) Codices tres, τοῦ προσώπου ἐρυθραινομένου... ἐπισημαίνοντος.

(48) Codices tres, οἰκουμένην ὅλην.

(49) Nostri sex mss., ἡ νύξ. Deest articulus in vulgatis.

(50) Editi et mss. nonnulli, ἐπ' αὐτῆς. Alii mss., ἐπ' αὐτῇ. Mox mss., ταμιευώμεθα. Editi, ταμιευόμεθα.

τὸ οἰκονομικὸν τῆς Γραφῆς, φόβον Θεοῦ γεννῆσαι βουλομένης, καὶ παιδαγωγῆσαι τοὺς ἐντευξομένους, ἐργάζεσθαι (51), ἕως ἡμέρα ἐστίν. Ἔρχεται νύξ, ὅτε οὐκέτι οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι. Ὁ ἐν τῷ φωτὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ περιπατῶν, ἐν ἡμέρᾳ ἐστίν· ὁ παραδεδομένος τῷ σκότῳ τῷ αἰωνίῳ, ἐν νυκτὶ γενήσεται. Ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ οὐκέτι ἔργον, οὐκέτι ἐξομολόγησις· ἀλλ' αἱ μὲν χεῖρες δεδεμέναι καὶ οἱ πόδες τοῖς δεσμοῖς τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων. Δήσαντες γὰρ αὐτὸν χειρῶν καὶ ποδῶν, ἐκβάλλετε (52) εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. Γλῶσσα δὲ οὐκέτι ἐξομολόγησιν οὐδὲ αἴνεσιν Θεοῦ λαλήσει, ἀσχολουμένη περὶ τὸν στεναγμὸν τὸν ἐκ τῶν πόνων αὐτῇ ἐγγινόμενον. Διὰ τοῦτο ἔρχεται ἡ ἡμέρα ἐκείνη ἀνίατος (53).

266. Οἱ γὰρ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὁ Ὠρίων, καὶ πᾶς ὁ κόσμος τοῦ οὐρανοῦ τὸ φῶς οὐ δώσουσι, καὶ σκοτισθήσεται τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φῶς αὐτῆς. Καὶ ἐντελοῦμαι τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ κακὰ, καὶ τοῖς ἀσεβέσι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Φανερῶς τὴν συντέλειαν διαγράφει καὶ τὴν τοῦ παντὸς μεταποίησιν ὁ προφήτης. Τότε γὰρ ἡλιακὸν φῶς ἐπιλείψει, καὶ ἡ σελήνη σῶμα ἔσται ἀλαμπὲς, καὶ ὁ Ὠρίων, ὁ φανότατος τῶν ἀστέρων, τὸ φῶς οὐ δώσει· Οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ καὶ ὁ Ὠρίων τὸ φῶς οὐ δώσουσιν, οὐχὶ σκοτιζόμενοι διὰ τὸ καταυγάζεσθαι ὑπὸ τῶν τοῦ ἡλίου ἀνατολῶν· τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τῇ νῦν ἡμέρᾳ γίνεται, καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς ἐξετάσασι τὰ κατ' οὐρανὸν φαινόμενα ὁμολογεῖται (54), ὅτι οὐχὶ ἀποσβέννυνται οἱ ἀστέρες ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν ἡμισφαιρίῳ κείμενοι· ἀλλὰ τῷ ὑπεραυγάζεσθαι ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσιν ἐξαμαυροῦνται. Ὅπερ καὶ ἐν ταῖς νυξὶ γίνεται ταῖς πανσελήνοις, περιλαμπούσης τῆς κατὰ τὴν σελήνην λαμπρότητος τοὺς ἀστέρας, καὶ οὐκ ἐώσης αὐτῶν τὰς αὐγὰς διαφαίνεσθαι. Οὐδὲν οὖν τούτων τῶν κατὰ φύσιν συμβαινόντων ὁ λόγος παρίστησιν, ἀλλὰ παντελῆ τῶν ἀστέρων σκότωσιν, καὶ τοῦ παντὸς μετακόσμησιν (55). Δῆλον δὲ ὅτι Ὠρίωνα λέγει ἡ Γραφὴ τὸ σύστημα τῶν εἴκοσι καὶ δύο ἀστέρων, ὅν τινες (56) ὀνομάζουσι Βοώτην· οὓς οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ καταμερίζουσι, καί φάσι τοὺς μὲν τέσσαρας εἶναι τρίτου μεγέθους, ἐννέα δὲ ἐν αὐτοῖς τετάρτου, καὶ τοὺς ἄλλους ἐννέα τοῦ πέμπτου. Κεῖται δὲ τοῦτο τὸ τῶν ἀστέρων (57) ἄθροισμα ἐν τῷ βορείῳ μέρει, ὅπερ καὶ ὑπὸ τῆς Γραφῆς, ὡς ἓν σῶμα, Ὠρίων ὠνόμασται. Ἄστρα δὲ ταῦτα λέγουσι, καὶ οὐχὶ ἀστέρας· ὡς τῶν μὲν ἄστρων πλήθους σύστασιν ἐμφαινόντων, ἀστέρος δὲ τοῦ καθ' ἕκαστον λεγομένου. Καὶ τοῦ Ἀρκτούρου δὲ μέμνηται ἡ Γραφὴ, ὃν μεταξὺ τῶν

A reputemus nobiscum prudens illud Scripturæ consilium, quæ vult parere nobis et incutere Dei timorem, eosque, qui hæc lecturi erant, donec dies est, ad operandum erudire. *Venit nox, quando* amplius *nemo potest operari* [14]. Quisquis in lumine mandatorum Christi ambulat, versatur in die : qui æternis tenebris addictus est, in nocte erit. In nocte illa non amplius opus, non amplius confessio : sed manus ac pedes vinculis peccatorum suorum ligabuntur. Etenim manibus ejus et pedibus ligatis, ejicite in tenebras exteriores [15]. Nec amplius loquetur lingua confessionem, aut Dei laudem : quippe in luctu quem irrogata sibi supplicia afferent, occupabitur. Eam ob rem venit insanabilis illa dies.

B 266. Vers. 10, 11. *Nam stellæ cœli et Orion, et omnis ornatus cœli lucem non dabunt, et obtenebrabitur sole oriente, et luna non dabit splendorem suum. Et mandabo orbi universo mala, et impiis peccata eorum.* Consummationem ac totius orbis immutationem aperte describit propheta. Tunc enim deficiet lumen solare, lunaque erit corpus splendoris expers, et Orion stellarum splendidissima lucem non dabit : *Stellæ cœli et Orion non dabunt lumen.* Non ideo tamen obscurabuntur, quod sint solis ortu illustrandi. Hoc enim etiam in præsenti die accidit, atque in confesso est apud omnes qui res in cœlo apparentes observarunt, stellas in eo hemisphærio quod terra superius est collocatas nequaquam exstingui; sed eas, utpote a radiis solaribus admodum illuminatas, obscurari. Quod itidem contingit in C noctibus, cum plena est luna, lunari lumine undelibet stellas illustrante, nec earum splendorem conspici sinente. Itaque nihil eorum quæ naturaliter eveniunt, Scriptura significat, sed integram stellarum obscurationem, et mundi universi transformationem. Liquet autem illam duarum et viginti stellarum collectionem dici a Scriptura Oriona, quem nonnulli appellant Booten; quas qui harum rerum periti sunt, dividunt, dicuntque quatuor esse tertiæ magnitudinis, 582 novem vero ex eis, quartæ, novem autem reliquas, quintæ. Hic autem stellarum globus in boreali parte locatus est, quem Scriptura tanquam unum corpus Oriona vocavit. Aiunt autem hæc esse astra, non stellas, quod astra indicent multitudinis cujusdam congeriem : contra unaquæ- D que stella privatim, dicatur stella. Quin etiam Arcturi commeminit Scriptura [16], quem inter Orionis partes positum cernimus. Est autem stella subrufa.

[14] Joan. IX, 14. [15] Matth. XXII, 13. [16] Job IX, 9.

(51) Antiqui duo libri, ἐργάσασθαι. Alii duo, ἐργάζεσθε, *operamini*. Statim Reg. secundus, δύναται ἐργάσασθαι. Subinde editi, τῷ σκότει. At mss., τῷ σκότῳ.

(52) Antiqui duo libri, ἐκβάλλετε. Alius codex, ἐμβάλετε. Editi, ἐκβάλετε.

(53) Editi, ἡ ἀνίατος. At in nostris sex mss. deest articulus.

(54) Codices nonnulli, ὡμολόγηται.

(55) Veteres quidam libri cum editis, μετακόσμησιν. Alii, μεταποίησιν.

(56) Ὅν τινες, etc. Hoc loco Ducæus de siderum discrimine docte disserit. Ibidem editi et tres mss., ὡς οἱ περί. Alii tres quoque, οὓς οἱ περί.

(57) Codices aliquot, Κεῖται δὲ τούτων τῶν ἀστέρων τό.

Similiter quoque et Pleias nominatur a Scriptura [17], perinde atque a gentibus, qui utique hæc arcana ab Hebræis curiose quæsierunt. In Pleiade autem stellæ septem apparent, sibi cohærentes ot inter sese addensatæ, non sex, uti arbitrantur nonnulli. Cæterum collocantur in triangulari forma. Quemadmodum igitur hic Orionis : ita Arcturi, Hesperi et Pleiadis nomen deprehendimus in Job, qui ait : *Qui facit Pleaiada, et Hesperum, et Arcturum, et cellaria Austri* [18]. *Qui igitur numerat multitudines stellarum, et omnibus eis nomina vocat* [19], tum harum omnium numerum, tum appellationes tenet. Sed paucæ nomen accepere, quarum usum admiserunt quoque gentiles; atque nomina reliqua suopte ingenio attexuerunt, et innumeris nominibus appellant tam fixas quam errantes stellas. Et alias quidem dividunt in duodecim partes; alias vero quæ inhærescunt circulo signifero, per quem suum sol iter conficit, alias itidem, quæ boreali et austrinæ parti infiguntur, uti libuit, vocaverunt.

A μερῶν τοῦ Ὡρίωνος ὁρῶμεν κείμενον ἀστέρα ὑπόκιβδον (58). Παραπλησίως δὲ καὶ ἡ Πλειὰς ὀνομάζεται ὑπὸ τῆς Γραφῆς, ὡς καὶ ὑπὸ τῶν ἔξωθεν, τῶν (59) δηλονότι παρ' Ἑβραίων πολυπραγμονησάντων τὰ ἀπόῤῥητα. Φαίνονται δὲ καὶ ἐν Πλειάδι ἑπτὰ ἀστέρες συνεγεῖς καὶ καταπεπυκνωμένοι πρὸς ἀλλήλους, οὐχὶ δὲ ἓξ, ὅπερ τινὲς οἴονται· κεῖνται δὲ ἐν τριγωνοειδεῖ σχήματι. Ὡς οὖν ἐνταῦθα εὕρομεν τὸ ὄνομα τοῦ Ὡρίωνος, οὕτω τὸ ὄνομα τοῦ Ἀρκτούρου καὶ τοῦ Ἑσπέρου καὶ τῆς Πλειάδος ἐν τῷ Ἰὼβ, ὅς (60) φησιν· Ὁ ποιῶν Πλειάδα, καὶ Ἕσπερον, καὶ Ἀρκτοῦρον, καὶ ταμεῖα Νότου. Ὁ οὖν ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν, καὶ τὸν ἀριθμὸν ἔχει πάντων αὐτῶν, καὶ τὰς προσηγορίας. Ὀλίγαι δέ εἰσιν αἱ ἐκφωνηθεῖσαι, αἷς οἱ Ἕλληνες συγχρησάμενοι, καὶ τὰ λοιπὰ προσύφηναν παρ' ἑαυτῶν, καὶ μυρίαις ὀνομασίαις προσαγορεύουσι τούς τε ἀπλανεῖς ἀστέρας καὶ τοὺς πλανωμένους. Καὶ τοὺς μὲν διαιροῦσιν εἰς δώδεκα μέρη, τοὺς δὲ κατὰ τὸν ζωοφόρον κύκλον, δι' οὗ ὁ ἥλιος τὴν πορείαν ποιεῖται, τοὺς δὲ κατὰ τὸ βόρειον καὶ νότιον μέρος παραπεπηγότας κατωνόμασαν ὡς ἠβουλήθησαν (61).

B

267. *Et perdam*, inquit, *injuriam iniquorum, et contumeliam superborum humiliabo.* Est Dei optimi opus mala penitus delere, ut suum opificium restauret, reddatque purum ab omni malitia, atque ab omni infirmitate et vitio liberum ad naturalem statum reducat. Dicitur quidem alio in loco : *Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo* [20] : nimirum quod mundi hujus sapientia dum eos qui se excipiunt, decipit, creditiurque esse vera, dogmatum ad salutem necessariorum ignorantiam gignit. Interit igitur hæc sapientia, eversa a veritate, si sophismata ac suasoria ejus argumenta solvantur, ut quem ipsa præoccupavit, is ab errore et a falsa opinione liberetur. Quamobrem ut morbus a medico profligatur, et tenebræ discutiuntur a sole, ita a Deo optimo destruitur iniquorum injuria, et superborum contumelia deprimitur. Eam ob causam Jacob cum fausta filiis suis Symeoni et Levi precaretur : *Maledictus*, inquit, *furor eorum, quia pervicax : et ira eorum, quia indurata est* [21]. Vitiosum illum habitum per hanc maledictionem amputat, ut quod in eis residuum esset, id patriarchæ benedictione dignum evaderet. Eumdem ad modum et Noe ubi rescivit quid sibi fecisset filius suus junior, dixit : **583** *Maledictus Chanaan* [22]. Etsi Cham exhibuisset

C

267. Καὶ ἀπολῶ, φησὶν, ὕβριν ἀνόμων, καὶ ὕβριν ὑπερηφάνων ταπεινώσω. Ἀγαθοῦ ἔργον ἐστὶ Θεοῦ τὰ φαῦλα ἐξαφανίζειν, ἵνα καθαρὸν ἀπὸ πάσης κακίας τὸ ἑαυτοῦ δημιούργημα ἀποκαταστήσῃ, καὶ ἀπαλλαγὲν ἀπὸ παντὸς ἀῤῥωστήματος εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπαναγάγῃ. Ἀλλαχοῦ μὲν γὰρ λέγεται. Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω· καὶ ὅτι ἡ τοῦ κόσμου σοφία, ἀπατῶσα τοὺς παραδεξαμένους αὐτὴν, καὶ νομισθεῖσα εἶναι ἀληθινὴ, ἄγνοιαν ἐμποιεῖ τῶν πρὸς σωτηρίαν δογμάτων. Ἀφανίζεται οὖν ἡ σοφία ἀνατρεπομένη ὑπὸ τῆς ἀληθείας, λυομένων τῶν σοφισμάτων καὶ τῶν πιθανοτήτων αὐτῆς, ἵνα ῥυσθῇ ἀπὸ ἀπάτης καὶ ψευδοδοξίας ὁ ὑπ' αὐτῆς προειλημμένος (62). Ὡς οὖν ἀπόλλυται νόσος ὑπὸ ἰατροῦ, καὶ ἀπόλλυται σκότος ὑπὸ ἡλίου· οὕτως ἀπόλλυται ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ ὕβρις ἀνόμων, καὶ ὕβρις ὑπερηφάνων ταπεινοῦται. Διὸ καὶ ὁ Ἰακὼβ εὐλογῶν τοὺς υἱοὺς Συμεὼν καὶ Λευὶ, Ἐπικατάρατος, φησὶν, ὁ θυμὸς αὐτῶν, ὅτι αὐθάδης· καὶ ἡ μῆνις αὐτῶν, ὅτι ἐσκληρύνθη (63). Τὴν πονηρὰν ἕξιν τῆς κατάρας ἐξαναλίσκει, ἵνα τὸ καταλειπόμενον ἐν αὐτοῖς ἄξιον τῆς εὐλογίας τοῦ πατριάρχου γένηται. Οὕτω δὲ καὶ Νῶε, γνοὺς ὃ ἐποίησεν αὐτῷ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος, εἶπεν· Ἐπικατάρατος Χαναάν. Καίτοι Χὰμ ἦν ὁ λελυπηκὼς, ἀλλ'

[17] Job. IX, 9. [18] ibid. 9. [19] Psal. CXLVI, 4. [20] Isa. XXIX, 14; I Cor. I, 19. [21] Gen. XLIX, 7. [22] Gen. IX, 25.

(58) Editi et Reg. quartus, ὑπόκιβδον. Henricianus codex et duo Colbertini, ὑπόκειρον. Alter Ducæi codex, ὑπόκηρον. Reg. tertius, ὑπόκιρνον· quas lectiones omnes pro mendosis habent Ducæus et Combefisius. Putat igitur uterque, pro ὑπόκιβδον legi debere ὑπόπυῤῥον, *stella subrufa* : in quo mirari subit viros linguæ Græcæ pertissimos non animadvertisse, nihil esse causæ cur quidquam mutaretur, cum speciem rufi coloris voce κιῤῥός significari constet vel ex lexicis vulgatioribus.

(59) Codex F., τῶν ἐξωθεν. At in Henriciano et in Anglic. æque ac in duobus Colbertinis repetitur articulus, τῶν ἔξωθεν, τῶν, recte.

(60) Codices nonnulli cum editis, ὥς. Alii duo mss., ὅς.

(61) Veteres aliquot libri, ὡς ἠθέλησαν. Aliquanto post editi, ἀγαθὸν ἔργον. At mss. omnes, ἀγαθοῦ.

(62) Editi, προσειλημμένος. Melius in utroque Combef. et in aliis qualuor, προειλημμένος. Mox tres mss., ἀπὸ ἰατροῦ καὶ διαπόλλυται.

(63) Veteres quinque libri, ἐσκληρύνθη. Editi, ἐσκληρώθη.

ξμως οὐκ αὐτῷ καταρᾶται, ἀλλὰ τῷ γεννήματι αὐτοῦ, καὶ τῷ ἔργῳ αὐτοῦ, ὅπερ συμβολικῶς ὀνομάζεται Χαναάν· διότι ἑρμηνεύεται Χαναὰν, ὡς σάλος. Διὰ τὸ οὖν ἐν κινήσει (64) τὴν ἕξιν γινομένην τὸ πάθος ἐπιτελεῖν, οὐ τῇ διαθέσει κατηρᾶται, ἀλλὰ τῷ ἔργῳ τῷ ἀπ' αὐτῆς. Δύσκολον γὰρ τὸ ἐν καρδίᾳ καθαρὸν ἐν ἀνθρώπου φύσει διασωθῆναι. Δῆλον δὲ, ὅτι ἀφανίζων τὴν ὕβριν τῶν ὑπερηφάνων, οὐχ ἓν μόνον τῶν κακῶν ἐξαναλίσκει, ἀλλ' ἀπὸ ἑνὸς ἁμαρτήματος διατατικῶς (65) ἐφ' ὅλα τὰ εἴδη τῆς κακίας ἐξακούειν προσήκει τῆς ὕβρεως. Οἱ γὰρ ἄνομοι ἐξυβρίζουσι μὲν εἰς τὸν ναὸν (66), ἐξυβρίζουσι δὲ εἰς τὸν πλησίον, ἐξυβρίζουσι δὲ εἰς τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, καὶ διὰ τῆς εἰκόνος ἡ ὕβρις ἀναβαίνει ἐπὶ τόν κτίσαντα. Ὥσπερ γὰρ ὁ βασιλικὴν εἰκόνα καθυβρίσας, ὡς εἰς αὐτὸν ἐξαμαρτήσας (67) τὸν βασιλέα κρίνεται· οὕτω δηλονότι ὑπόδικός ἐστι τῇ ἁμαρτίᾳ ὁ τὸν κατ' εἰκόνα γεγενημένον καθυβρίζων. Ὑβρίζει δὲ πρὸ πάντων καὶ ἑαυτὸν ὁ πόρνος. διὰ τῆς φθορᾶς· ὁ μοιχὸς, διὰ τοῦ ἔργου τῆς αἰσχύνης· ὁ κλέπτης, διὰ τῆς ταπεινῆς καὶ αἰσχρᾶς καὶ ἀνελευθέρου πράξεως· ὁ ψεύστης, διὰ τοῦ ἀρνήσασθαι τὴν ἀλήθειαν· ὁ ἐπίορκος, διὰ τῆς ἀπὸ Θεοῦ ἀλλοτριώσεως. Ὥστε πᾶσα ἁμαρτία ὕβρις ἐστὶ, καὶ ὕβρεώς ἐστι βλάστημα (68), πρώτου ἀπτομένη τοῦ ὑβριστοῦ. Ταπεινώσει δὲ καὶ τὴν ὕβριν τῶν ὑπερηφάνων, διότι καὶ ἡ ὑπερηφανία ἀδελφὴ τῆς ἀνομίας ἐστίν. Ὁ γὰρ ἄδικος ὑπερηφανεῖ τὴν δικαιοσύνην, καὶ κατεπαίρεται αὐτῆς· καὶ ὁ ἀκόλαστος κατὰ τῆν σωφροσύνης λαλεῖ, ὅταν διαπτύῃ (69) τὸν ἀκριβῆ ἐν πᾶσι παρατετηρημένον, καὶ τὴν μέχρις ὀφθαλμῶν κίνησιν παιδαγωγοῦντα. Ὁ ἄσωτος τὸν ἐν διαίτῃ μέτριον· ὁ ἄφρων καταχλευάζει τοὺς περιττοὺς ἐν σοφίᾳ, καὶ φιλοπόνως (70) πανταχόθεν ἑαυτοῖς συλλέγοντας τὰ μαθήματα. Ὁ οὖν ἀντιτασσόμενος ὑπερηφάνοις Κύριος, καὶ ταπεινῶν ἁμαρτωλοὺς ἕως γῆς, οὗτος ἐπαγγέλλεται τὴν ὕβριν τῶν ὑπερηφάνων ταπεινώσειν. Ὁ οὖν ταπεινῶν τοὺς ὑπερηφάνους, ῥύεται μὲν αὐτοὺς ἐκ τῆς πρὸς τὸν διάβολον ὁμοιότητος, ὅστις ἐστὶ πατὴρ τῆς ὑπερηφανίας, ἐνάγει δὲ αὐτοὺς πρὸς τὸ μαθητεύεσθαι τῷ εἰπόντι· Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πραός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.

molestiam; non tamen ei maledicit, sed ejus germini, ipsiusque operi, quod symbolice nominatur Chanaan : quippe Chanaan, si interpreteris, idem valet ac *quasi commotio*. Quia igitur habitus commotus et exsuscitatus vitium parit, non affectui, sed operi eo prodeunti maledicit. Nam in humana natura difficile servatur cordis puritas. Compertum est autem, eum qui exterminat superborum contumeliam, non unum duntaxat vitium rescindere; sed par est contumeliam ita interpretari, ut ab uno peccato ad omnia nequitiæ genera extendatur sensus. Etenim iniqui contumeliam jaciunt in templum, conviciis consectantur proximum et quod ad imaginem Conditoris factum est, id contumelia vexant, atque contumelia ab imagine ad opificem ascendit. Quemadmodum enim qui contumeliam intorquet in regiam imaginem, perinde condemnatur, ac si pecasset in ipsum regem : ita sane quisquis homini ad Dei imaginem condito facit contumeliam obnoxius est peccato. Præ omnibus vero se ipse contumelia afficit fornicator per corruptionem, adulter per operis turpitudinem, fur per vilem fœdamque et illiberalem actionem, mendax quod veritatem inficiatur, perjurus, quod recedit a Deo. Quare peccatum omne contumelia est, contumeliæque germen, et in conviciatorem primum recidit. Quin et humiliabit superborum contumeliam, quod superbia soror sit iniquitatis. Iniquus enim justitiam superbe et arroganter despicit, et adversus eam oxtollitur. Atque impudicus adversus pudicitiam loquitur, cum spernat eum qui se observat in omnibus, et vel ipsum oculorum motum moderatur. Luxuriosus eum contemnit, qui modice et moderate vivit : insipiens eos irridet, qui excellunt sapientia, ac studio magno doctrinam ac scientiam undecunque sibi comparant. Dominus itaque qui superbis resistit [23], et humiliat peccatores usque ad terram [24], hic ipse superborum contumeliam depressurum se pollicetur. Qui igitur humiliat superbos, idem illos ab ea similitudine quam cum diabolo superbiæ parente habent, liberat, et eos inducit, ut fiant discipuli ejus, qui ait : *Discite a me quia mitis sum et humilis corde* [25].

268. Καὶ ἔσονται οἱ ἐγκαταλελειμμένοι ἔντι-

268. VERS. 12. *Et erunt qui derelicti fuerint, hono-*

[23] Jac. IV, 6. [24] Psal. CLXVI, 6. [25] Matth. XI, 29.

(64) Διὰ τὸ οὖν ἐν κινήσει, etc. *Quoniam igitur habitus commotus*, etc. Hoc interpres dicit; Deum soboli Chami, non Chamo maledixisse, quod ejus animus esset commotus, ob idque minus liber, nec ita sui compos.

(65) Editi, διατακτικως, male. Unus e Combefisianis διαστατικῶς, haud melius. Alii quinque mss., διατατικῶς, bene. Statim editi, ἐξακούειν προσθήκη τῆς ὕβρεως. Veteres libri omnes, ἐξακούειν προσήκει τῆς ὕβρεως. Quid autem hæc sibi velint, vix intelligi potest. Combefisius legit quidem, τὸ τῆς ὕβρεως· sed præterquam quod hæc emendatio aut nihil aut parum afferat lucis, vocula τό in mss. nequaquam legitur.

(66) Sic uterque Combef. et alii quatuor mss. Editi vero, εἰς τὸν λαόν, *in populum*. Hoc ipso in loco editi et aliquot mss., εἰς τοὺς πλησίον. Alii mss., εἰς τόν. Ibidem rursus editi, εἰς τὸν κατ' εἰκόνα. At nostri sex mss., εἰς τὸ κατ' εἰκόνα. Conjunctionem καί ante vocem διά e Reg. tertio adjecimus.

(67) Codices aliquot, ἐξαμαρτών. Statim mss. nonnulli, ὑπόδικος ἔσται. Subinde editi, et recentior Combefisii codex, γεγεννημένον. Alter illius codex et alii quatuor, γεγενημένον, rectius.

(68) Antiqui duo libri, βλαστήματα. Ibidem quatuor mss., πρώτου ἁπτομένου τοῦ ὑβριστοῦ. Alii duo mss. et editi, πρώτου ἁπτομένη τοῦ ὑβριστοῦ, haud dissimili sensu.

(69) Editi et mss. nonnulli, διαπτύῃ. At Regii primus et quartus, ὅταν εἴδῃ, *quando videt*.

(70) Libri aliquot veteres, καὶ φιλοπονίᾳ. Statim editi, ὁ Κύριος. Deest articulus in nostris sex codicibus.

rati magis quam aurum non coctum : et homo honoratus erit magis quam lapis qui ex Suphir. Postquam inductæ fuerint tentationes magnæ, venerintque bellatores, qui sunt totum terrarum orbem disperditurі, et ubi depressa fuerit superbia omnis, homines qui e multis tunc invenientur, nihilque læserint animam per initam cum iniquis societatem, sed qui discrimina innumera ac tentamina experti, animi **584** specimen eximium dederint, hi auro omni quod concoctum non fuit, ac omni pretiosissimo lapide qui existimatur in Suphir, reperiri, honoratiores futuri sunt. Cæterum nomine Suphir regionem quamdam in Indorum gente sitam videtur indicare, in qua solent lapides pretiosissimi gigni. Aurum vero non coctum, illud est, quod nihil in se materiæ ambiguæ et alienæ continet, sed quod simul, ut conspectum est, fidem facit intuentium oculis, probum se esse, et ab ære, aut ab alia quavis admistione purum.

A μοι (71) μᾶλλον ἢ τὸ χρυσίον τὸ ἄπυρον· καὶ ἄνθρωπος ἔντιμος ἔσται μᾶλλον ἢ ὁ λίθος ὁ ἐκ Σουφείρ. Μετὰ τὸ ἐπαχθῆναι τοὺς μεγάλους πειρασμοὺς, καὶ ἐλθεῖν τοὺς ὁπλομάχους τοὺς ἐξαφανίζοντας τὴν οἰκουμένην, καὶ μετὰ τὸ ταπεινωθῆναι πᾶσαν ὑπερηφανίαν, τότε οἱ εὑρισκόμενοι ἄνθρωποι ἐκ πολλῶν, μηδὲν βλαβέντες τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς πρὸς τοὺς ἀνόμους κοινωνίας, ἀλλὰ διὰ μυρίων πειρασμῶν καὶ δοκιμαστηρίων ἐξετασθέντες, βάσανον τῆς ἑαυτῶν προαιρέσεως ἀκριβῆ (72) δεδωκότες, παντὸς ἀπύρου χρυσίου ἔσονται τιμιώτεροι, καὶ παντὸς λίθου τιμιωτάτου, ὃς δοκεῖ ἐν τῇ Σουφεὶρ εὑρίσκεσθαι. Ἔοικε δὲ χώραν τινὰ λέγειν ἐν τῷ ἔθνει τῷ Ἰνδικῷ τὴν Σουφεὶρ, περὶ ἣν οἱ πολυτίμητοι τῶν λίθων πεφύκασι γίνεσθαι. Ἄπυρον δὲ χρυσίον, τὸ μηδεμίαν ἀμφιβολίαν ὕλης ἀλλοτρίας ἔχον ἐν ἑαυτῷ, ἀλλ', ὁμοῦ τῷ (73) B φανῆναι, πεῖθον τὴν ὄψιν τῶν ὁρώντων, ὅτι δόκιμόν ἐστι καὶ ἀμιγὲς χαλκοῦ, ἢ τινος ἄλλης ἐπιπλοκῆς.

269. Vers. 13. *Nam cœlum iudignabitur, et terra concutietur a fundamentis suis, propter furorem iræ Domini Sabaoth in die illa, qua venerit furor ejus.* Creatura omnis cum Domino movetur ad ultionem de iis qui in ipsum peccavere, expetendam [26]. Quemadmodum enim cœlum obstupescit et inhorret ob inopinatas iniquitates populi, cum Dominum derelinquit [27]; ita cum delicta eorum qui defecerint, fuerint completa, veneritque retributionis tempus, indignari dicitur, et una cum Dei ira insurgere. Par autem fuerit per cœli indignationem intelligi horrenda illa mala, quæ ab eo puniendis infligentur. Nimirum cum offundentur stellis tenebræ, deficietque lux solis, nec luna amplius illustrabitur [28]; cum fulminibus percurrentibus, horrendo cum fragore ruent tonitrua; cum aer capiti imminens obscurabitur, ita ut cruciatus eorum qui iræ fuerint traditi, nulla ex parte solatium aut levamen admittat. Creatura enim Conditoris administra, vehementer ad iniquos plectendos exasperatur [29], mitigatur vero et demulcetur, ad eos qui suam in ipsos fiduciam reposuerint, afficiendos beneficio. Hæc autem contingunt ob furorem iræ Domini. Obtinuit autem mos Scripturæ, ut furorem iræ dicat æstum quemdam, et pœnarum pravis operibus ulciscendis idonearum veluti inflammationem.

269. Ὁ γὰρ οὐρανὸς θυμωθήσεται, καὶ ἡ γῆ σεισθήσεται ἐκ τῶν θεμελίων αὐτῆς, διὰ θυμὸν ὀργῆς Κυρίου Σαβαὼθ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἂν ἐπέλθῃ ὁ θυμὸς αὐτοῦ. Πᾶσα ἡ κτίσις συγκινεῖται τῷ Δεσπότῃ ἐπὶ τὴν ἐκδίκησιν τῶν εἰς αὐτὸν ἡμαρτηκότων. Ὥσπερ γὰρ ἐξίσταται ὁ οὐρανὸς, καὶ φρίσσει ἐπὶ ταῖς ἀπροσδοκήτοις παρανομίαις τοῦ λαοῦ, ὅταν ἐγκαταλείπωσι τὸν Κύριον· οὕτως ἐπειδὰν (74) συμπληρωθῶσιν αἱ ἁμαρτίαι τῶν ἀποστατησάντων, καὶ ἔλθῃ ὁ καιρὸς τῆς ἀνταποδόσεως, θυμοῦσθαι λέγεται καὶ συνδιανίστασθαι τῇ ὀργῇ τοῦ Θεοῦ. Θυμὸν δὲ οὐρανοῦ νοεῖν χρὴ τὰ ἀπ' αὐτοῦ φοβερὰ ἐπιπίπτοντα C τοῖς κολαζομένοις, ὅταν σκότωσις μὲν γένηται τῶν ἀστέρων, ἀφεγγὴς δὲ ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη οὐκέτι πεφωτισμένη· ὅταν σκηπτοὶ διατρέχοντες, καὶ βρονταὶ φοβεραὶ καταβρηγνύμεναι· ὅταν ὁ ὑπὲρ κεφαλῆς ἀὴρ ἐσκοτισμένος ὑπάρχῃ, ὡς πανταχόθεν ἀπαραμύθητον εἶναι τοῖς τῇ ὀργῇ παραδεδομένοις τὴν βάσανον. Ἡ γὰρ κτίσις, τῷ ποιήσαντι ὑπηρετοῦσα, ἐπιτείνεται μὲν εἰς κόλασιν κατὰ τῶν ἀδίκων, ἐνίεται δὲ εἰς εὐεργεσίαν ὑπὲρ τῶν ἐπ' αὐτῷ (75) πεποιθότων. Ταῦτα δὲ γίνεται διὰ θυμὸν ὀργῆς Κυρίου. Θυμὸν δὲ ὀργῆς λέγειν τῇ Γραφῇ σύνηθες τὴν ἀναθυμίασιν, καὶ οἱονεὶ ἕψεσιν τῆς ἐπὶ τῇ ἀνταποδόσει τῶν πονηρῶν ἔργων γινομένης κολάσεως.

270. *Terra autem concutietur a fundamentis suis.* Declarat, motum illum non futurum esse levem aut D vulgarem, adeo ut superficie tenus fiat concussio : sed terræ fundamentum eversum iri, et concussum illum ad omnes terræ partes perventurum. Terræ

270. Ἡ δὲ γῆ σεισθήσεται ἐκ τῶν θεμελίων αὐτῆς. Δείκνυσιν, ὅτι οὐκ ἐπιπόλαιος, οὐδὲ συνήθης ὁ σεισμὸς ἔσται, περὶ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ βρασμοῦ γινομένου, ἀλλ' αὐτὴν τὴν ἕδραν αὐτῆς ἀναστρέφει, καὶ ὁ κλόνος αὐτῆς διόλου ἄψεται. Θεμέλια δὲ γῆς

[26] Sap. v, 18. [27] Jer. II, 12. [28] Matth. XXIV, 29. [29] Sap. v, 18-21.

(71) Vox ἔντιμοι addita est ex antiquis tribus libris.

(72) Editi, ὡς ἀκριβῆ. Vocula ὡς in nostris sex mss. deest.

(73) Editi et quatuor mss., τό. Alii duo mss., τῳ. Infra codices duo cum editis, ἐὰν ἐπέλθῃ. Alii quatuor, ἂν ἐπέλθῃ.

(74) Codices aliquot, ἐπειδὰν οὖν. Ibidem editi, τῶν ἀποστησάντων. At mss. omnes, τῶν ἀποστατησάντων.

(75) Antiqui duo libri, ὑπ' αὐτῷ. Alii tres, εἰς αὐτόν.

ἄγνωστα ἀνθρώπου φύσει, ὡς μεμαθήκαμεν ἐν τῷ (76) Ἰὼβ, τοῦ Κυρίου λέγοντος· Ποῦ ἦς ἐν τῷ θεμελιοῦν με τὴν γῆν ; Ἀπάγγειλον δέ μοι, εἰ ἐπίστασαι σύνεσιν. Τίς ἔθετο τὰ μέτρα αὐτῆς, εἰ οἶδας ; Ἢ τίς ὁ ἐπαγαγὼν σπαρτίον ἐπ' αὐτῆς ; Ἐπὶ τίνος οἱ κρίκοι αὐτῆς πεπήγασι ; Τίς δέ ἐστιν ὁ βαλὼν λίθον γωνιαῖον ἐπ' αὐτῆς ; Ἅπου (77) κατὰ τὴν τῶν ἔξωθεν ὑπόληψιν ἐθεμελίωσεν ὁ Κύριος τὴν γῆν, ἐν τῷ κέντρῳ τῆς περιεχούσης τὸν κόσμον σφαίρας, ὡς διὰ τὴν ἰσορροπίαν αὐτῆς ἴσον ἀπεχούσης πανταχόθεν τοῦ (78) οὐρανοῦ, βεβηκέναι ἀσφαλῶς καὶ ἐρηρεῖσθαι ἀκλινῶς. Εἰ δὲ οὕτως ἐστήρικται βεβαίως ἡ γῆ, δηλονότι ἐκ θεμελίων κινουμένη, ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης αὐτῇ (79) βάσεως μετατεθήσεται. Ἐπειδὴ δὲ τὸ θυμοῦσθαι ἴδιόν ἐστι τῶν λογικῶν καὶ ἐμψύχων, ἤδη τινὲς ἐφαντάσθησαν καὶ τὸν οὐρανὸν ἔμψυχον εἶναι, καὶ λόγῳ κεχρῆσθαι, ὡς δύνασθαι καὶ εἰς ἀγανάκτησιν τῷ Δεσπότῃ συνδιαναστῆναι. Ἔστι δὲ μυθικὸν ἀνάπλασμα τὸ τοιοῦτον. Πολλάκις γὰρ ἡ Γραφὴ μετωνυμικῶς οὐρανὸν ὀνομάζει τὰ ἐπουράνια ζῶα (80), ὡς ἔθος καὶ παρ' ἡμῖν λέγειν· Ἡ (81) πόλις ἐκβέβηκε πᾶσα· καὶ, Ἡ πόλις ἤτησε παρὰ τοῦ ἄρχοντος τόδε· ἀντὶ γὰρ τῶν ἐνοικούντων τὴν πόλιν λέγομεν. Οὕτως οὖν καὶ ὁ οὐρανὸς θυμοῦται, τῶν οὐρανίων δυνάμεων συντιθεμένων τῇ δικαίᾳ ὀργῇ τοῦ Θεοῦ. Ὡς γὰρ χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανοῖς ἐπὶ ἑνὶ (82) ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, οὕτω καὶ παροξυσμὸς καὶ λύπη ἐπὶ τοῖς ἀποστατοῦσι διὰ τῆς ἁμαρτίας τοῦ κτίσαντος.

271. Καὶ ἔσονται οἱ καταλελειμμένοι ὡς δορκάδιον φεῦγον, καὶ ὡς πρόβατον πλανώμενον, καὶ οὐκ ἔσται ὁ συνάγων, ὥστε ἄνθρωπον εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀποστραφῆναι, καὶ ἄνθρωπον εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ διῶξαι (83). Ὃς γὰρ ἂν ἁλῷ, ἠττηθήσεται, καὶ οἵτινες (84) συνηγμένοι εἰσὶ, μαχαίρᾳ πεσοῦνται. Καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν ῥάξουσιν ἐνώπιον αὐτῶν, καὶ τὰς οἰκίας αὐτῶν προνομεύσουσι, καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἕξουσιν. Ἐν τῇ ἐφόδῳ τῶν πολεμίων οἱ μὲν εἰς χεῖρας ἐλθόντες, ἐπ' αὐτῆς τῆς παρατάξεως ἔπεσον (85)· οἱ δὲ διαφυγόντες, ὡς δορκάδιόν εἰσι φεύγοντες. Εὔπυθητον δὲ τὸ ζῶόν ἐστι καὶ δειλὸν, καὶ δι' ὀξύτητα τῶν ποδῶν ἐπιπολὺ φεῦγον, καὶ οὐχ ἱστάμενον. Ἔσονται οὖν ὡς δορκάδιον,

autem fundamenta humanæ naturæ ignota sunt; uti apud Job didicimus, Domino dicente : *Ubi eras dum jacerem fundamenta terræ? Indica autem mihi si nosti scientium. Quis posuit mensuras ejus, si nosti? Aut quis induxit funiculum super eam? Super quo circuli ejus compacti sunt? Quis est autem, qui misit lapidem angularem ejus*[30]? Num juxta gentilium opinionem, fundamenta terræ locavit Dominus in centro globi mundum circumcingentis, ut ob æquilibrium ejus, distantis scilicet undecunque a cœlo, tuto staret, stabilisque maneret et immota? Quod si tam firmiter fixa terra est, utique a suis fundamentis emota, ab ipsa 585 sua sede basique transmovebitur. Sed quia indignatio iis qui ratione et animo præditi sunt, competit; nonnulli olim cœlum et animatum esse, et ratione usum esse opinati sunt, sic ut simul cum Domino exaltari posset ad indignationem. At commentum ejusmodi est fabulosum. Nam plerumque Scriptura per metonymiam cœlestia animalia cœlum vocat, uti et nos dicere solemus : Civitas omnis egressa est; et : Civitas a principe hanc rem petivit; quippe civitatem loco incolarum nominamus. Itaque ad hunc modum indignatur etiam cœlum, cum justæ Dei iræ assentiuntur cœlestes potestates. Quemadmodum enim gaudium est in cœlis super uno peccatore pœnitentiam agente[31] : ita quoque indignatio et tristitia est super iis, qui per peccatum a Conditore deficiunt.

271. Vers. 14-16. *Et erunt residui quasi damula fugiens, et quasi ovis errans, et non erit qui congreget, ita ut homo ad populum suum convertatur, et homo in regionem suam currat. Nam qui captus fuerit opprimetur; et qui congregati fuerint, gladio cadent. Et filios eorum discerpent in conspectu eorum, et domos eorum diripient, et uxores ipsorum habebunt.* Qui in manus hostium irrumpentium venerint, in ipsa acie cadunt; qui vero fuga sibi consuluerint, hi quasi damula fugiunt. Animal autem illud pavidum est valde et meticulosum, et ob pedum velocitatem procul fugit, nec gradum sistit. *Erunt* igitur *quasi damula et quasi ovis errabunda.* Ovis enim ex se nullo modo novit ad pascua pinguia

[30] Job. xxxviii, 4-6. [31] Luc. xv, 10.

(76) Ita mss. omnes. Editi, ἐπὶ τοῦ.

(77) Editi et tres mss., Ἢ ποῦ, *aut ubi*. Alii tres mss. conjuncte, Ἵπου pro Ὅπου.

(78) Editi, τοῦ οὖν. Vocula οὖν in mss. deest.

(79) Editi, ὑπαρχούσης αὐτῷ, haud emendate. At antiqui tres libri, ὑπαρχούσης αὐτῇ. Alii itidem tres, ἐνυπαρχούσης αὐτῇ.

(80) Veteres tres libri et editi quoque ζῶα· ubi tamen videtur interpres legisse, ζώδια, cum verterit, *Scriptura enim plerumque nomen hoc cœlum figurate accipit pro cœlestibus signis.* Scriptor autem Commentarii, quisquis est, nomine cœlestium animalium nihil aliud nisi cœlestes virtutes intelligit.

(81) Editi et mss. nonnulli, ὅτι ἡ. Sed vox ὅτι in aliis mss. deest.

(82) Editi, ἐφ' ἑνί. At mss., ἐπὶ ἑνί. Nec ita multo infra copulam καί ante vocem παροξυσμός ex nostris sex mss. addidimus.

(83) Antiqui tres libri, καὶ ἄνθρωπον εἰς τὴν χώραν ἑαυτοῦ διῶξαι, *et homo in regionem suam currat*. Alii tres, καὶ ἄνθρωπον εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ διασωθῆναι, *et homo in regionem suam salvum se recipiat*. In editis vero et apud LXX legitur, καὶ ἄνθρωπος εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ διώξεται, *Et homo ad regionem suam expelletur*. Mihi autem verisimile fit, typographos de suo emendare voluisse : quod ut tutius facerent, ita ediderunt, uti in Bibliis legebatur.

(84) Uterque Colbertinus et Reg. secundus, καὶ εἴ τινες, *et si qui sint*, etc. Aliquanto post iidem mss., καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν προνομεύσουσι, *et opes eorum diripient*.

(85) Codices quatuor, ἔπεσαν. Paulo infra uterque Colbertinus et Reg. secundus. ζῶόν ἐστι καὶ δειλόν. Vox ἐστι in editis desiderabatur.

pergere, nec tutioribus in locis commorari, aut sibi potum quærere, nisi quis adfuerit pastor, qui eam deducat. Itaque qui tunc erunt, fugient quidem perinde atque damæ : destituentur vero auxilio omni, tanquam oves errabundæ; quod nemo sit qui eas ducat. *Et non erit qui congreget.* Imo timidi quidem dispergentur a persequentibus : ii vero qui residui fuerint, vincentur, opprimenturque ab hostibus : quamvis coire, et auxiliarem quamdam societatem inire possint, tamen gladio interibunt. Deinde miserandas calamitates et ærumnas eorum qui in servitutem fuerint abstracti, in medium profert. Filios eorum discerpent in parentum oculis, diripientque eorum domos, et uxores eorum sibi ipsis contumeliose vindicabunt.

A καὶ ὡς πρόβατον πλανώμενον . Καὶ γὰρ οὐδεμίαν οἰκείαν σύνεσιν ἔχει τὸ πρόβατον πρὸς τὸ ὁρμῆσαι μὲν ἐπὶ τὰς τροφίμους νομὰς, αὐλισθῆναι δὲ ἐν τόποις ἀσφαλεστέροις, ἢ ποτὸν ἑαυτοῖς ἐκζητῆσαι, ἐὰν μή τις ᾖ ὁ ποιμαίνων, καὶ ἐπὶ ταῦτα καθηγούμενος. Ἔσονται οὖν οἱ τότε, διαφεύγοντες μὲν ὡς (86) δορκάδες, ἀβοήθητοι δὲ ὡς τὰ πρόβατα τὰ πλανώμενα, τῷ μὴ εἶναι αὐτῶν ἄρχοντα. Καὶ οὐκ ἔσται ὁ συνάγων, ἀλλ' οἱ μὲν δειλοὶ σπαρήσονται (87) ὑπὸ τῶν διωκόντων, οἱ δὲ καταλειφθέντες ἡττηθήσονται ὑπὸ τῶν πολεμίων· κἂν δυνηθῶσι συστῆναι , καὶ κοινωνίαν τινὰ βοηθείας ποιήσασθαι· ἀλλ' οὖν μαχαίρᾳ πεσοῦνται. Εἶτα λέγει τὰ ἐλεεινὰ πάθη τῶν ἐξανδραποδιζομένων . Τὰ τέκνα αὐτῶν ῥάξουσιν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν γονέων, καὶ τὰς οἰκίας αὐτῶν διαρπάσονται, καὶ τὰς γυναῖκας ἐφ' ὕβρει πρὸς ἑαυτοὺς μεταστήσουσιν.

B

272. Vers. 17, 18. *Ecce suscitabo vobis Medos qui argentum non reputant, nec auro opus habent. Arcus juvenum conterent, et filiorum vestrorum non miserebuntur : neque super filiis tuis parcent oculi eorum.* Longo temporis intervallo interjecto, uti tradit historia, Medi in Assyriorum imperium invasere, Babylonemque evertere. Proinde Isaiæ prophetia ætatibus multis **586** præcessit Israelitici populi captivitatem. Rursus autem post abductum Israelem multis post annis comperiuntur Medi Assyriis bellum intulisse. Itaque captivorum solamen exspectatio est vindictæ populum Israelis vexatorem brevi apprehensuræ. *Suscitabo*, inquit, *vobis Medos*, qui neque argento, neque auro flectentur. Neque vos, Babylonii, divitiarum vestrarum copia immunitatem malorum ab ipsis emere poteritis. Neque enim eis pecuniæ sunt admirationi, quod et ipsi sint opulentissimi. Quapropter neque in præliis distrahuntur mortuorum exuviis, neque detinentur in præda agenda, imo ab iis qui capti sunt aliquid accipere, sordidum putant et ignavum. Sed sagittariam artem adolescentium vestrorum conterent, neque ullo modo miserebuntur infantium, neque eis parcent. Medorum autem nomen transumptum significat, *a sufficienti*. Qui igitur sufficiens est in omnibus, ac pro merito vicem reddere potest, hic ciet et accersit Medos. Aut forte quoniam Madai Mediæ conditor est [82] (hic autem si interpreteris, sonat *dimensionem*), ideo dici possint Medi accit[1]

272. Ἰδοὺ ἐπεγερῶ (88) ὑμῖν τοὺς Μήδους, οἱ οὐ λογίζονται ἀργύριον , οὐδὲ χρυσίου χρείαν ἔχουσι . Τοξεύματα νεανίσκων συντρίψουσι , καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν οὐ μὴ ἐλεήσωσιν· οὐδὲ ἐπὶ τοῖς τέκνοις σου φείσονται οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν. Ἱολλοῖς ὕστερον χρόνοις, ὡς ἡ ἱστορία παραδέδωκεν, οἱ Μῆδοι τῇ ἀρχῇ τῇ τῶν Ἀσσυρίων ἐπέθεντο, καὶ κατεστρέψαντο Βαβυλῶνα. Ἔστι μὲν οὖν ἡ προφητεία τοῦ Ἡσαΐου πρὸ πολλῶν γενεῶν (89) τῆς τοῦ Ἰσραὴλ αἰχμαλωσίας. Πάλιν δὲ μετὰ τὸν Ἰσραὴλ πολλοῖς ὕστερον ἔτεσι φαίνονται οἱ Μῆδοι ἐπιστρατεύσαντες τοῖς Ἀσσυρίοις.Παραμυθία οὖν τῶν αἰχμαλωτιζομένων ἡ προσδοκία τῆς ἐκδικήσεως μετ' οὐ πολὺ (90) καταληψομένης τὸν λαὸν τὸν κακώσαντα τὸν Ἰσραήλ. Ἐπεγερῶ,φησὶν, ὑμῖν τοὺς Μήδους , οἵτινες οὔτε ἀργυρίῳ παραπεισθήσονται, οὔτε χρυσίῳ. Οὐδὲ δυνήσεσθε ὑμεῖς, οἱ Βαβυλώνιοι , τῇ περιουσίᾳ τοῦ πλούτου ἐξωνήσασθαι παρ' αὐτῶν τὸ μηδὲν παθεῖν. Οὐδὲ γὰρ εἰσιν ἐπτοημένοι περὶ χρήματα, τῷ καὶ αὐτοὶ ὑπερπλουτεῖν. Διόπερ οὐδὲ ἐν τοῖς πολέμοις (91) περισπῶνται ὑπὸ τῆς νεκροσυλίας, οὐδὲ ἀσχολοῦνται περὶ τὴν λείαν, καὶ τὸ λαμβάνειν παρὰ τῶν ἁλωκότων ἀγενὲς οἴονται. Ἀλλὰ τὴν τοξείαν τῶν παρ' ὑμῖν νεανίσκων συντρίψουσι, καὶ οὐδένα οἰκτον, οὐδὲ φειδῶ ποιήσονται τῶν νηπίων. Τὸ δὲ Μήδων ὄνομα μεταλαμβανόμενον σημαίνει ἀπὸ ἱκανοῦ . Οὐκοῦν ὁ ἱκανὸς ἐν πᾶσι καὶ δυνατὸς ἐπάγειν τὰ πρὸς ἀξίαν, οὗτος κινεῖ τοὺς Μήδους. Ἡ τάχα ἐπειδὴ ὁ Μαδαεὶ κτίστης ἐστὶ τῆς Μηδείας, ἑρμηνεύεται δὲ οὗτος ἐκμέτρησις (92), λέ-

C

D

[82] Gen. x, 2.

(86) Sic mss. quatuor. Alii duo, ὡς ἄν. Editi, διαφεύγοντες, φεύγοντες μὲν ὡς αἱ.

(87) Editi et tres mss., ἀλλ' οἱ μὲν διασπαρήσονται. At Colb. secundus uti in contextu.

(88) In mss. quibusdam æque ae in Bibliis legitur, ἰδοὺ ἐπεγείρω, *ecce suscito*. Infra codices duo cum editis, ἐλεήσουσιν. Alii quatuor, ἐλεήσωσιν.

(89) Πρὸ πολλῶν γενεῶν, *multis ætatibus præcessit*, etc. Hic Basilium indiligentiæ accusat Combefisius. Ejus hæc sunt: *Non satis advertisse videtur Basilius. Nam ipsa Isaiæ ætate translatus est Israel, Achaz rege Juda; ipse quoque Judas non multo post, exstincto Ezechia.* At si non aliunde, at ex ejusmodi tamen erratis discere poterat vir doctus, hunc Commentarium Basilio Magno tribuendum non esse.

(90) Codices quinque, οὐ μετ' οὐ πολύ. Editi et Reg. primus, τῆς μετ' οὐ πολύ.

(91) Recentior Combefisii codex et duo Colbertini cum editis, ἐν τοῖς πολεμίοις, *inter hostes*. Alter ejus codex et Reg. quartus, ἐν τοῖς πολέμοις, *in bellis*, sive *in præliis*.

(92) Veteres quatuor libri præter Combefisianos, ἐκμέτρησις. Editi, ἐμμέτρησις. Statim codex Fr. et alii duo Regii quoque, εἰς τὸ κολάζειν ἐν μέτρῳ. At Henricianus et duo Colbertini, εἰς τὸ κολάζεσθαι ἐμμέτρως.

γοιντο ἂν οἱ Μῆδοι ἐπάγεσθαι εἰς τὸ κολάζειν ἐμμέτρως τοὺς κακῶς βεβιωκότας. Διότι ᾧ μέτρῳ ἕκαστος ἡμῶν μεμέτρηκεν, ἤτοι ἐν τῷ κατορθοῦν, ἢ ἐν τῷ ἁμαρτάνειν, ἐν τούτῳ ἢ τὰ τῆς ἀμοιβῆς, ἢ τὰ τῆς κολάσεως ἀπολήψεται. Τοιοῦτοι δὲ οἱ Μῆδοι· οὐκ ἐλεήσουσι τὰ τέκνα τῶν Βαβυλωνίων, οὐδὲ περιποιήσασθαι καταδέξονται (93). Τάχα δὲ τέκνα τοὺς καρποὺς καὶ τὰ γεννήματα τῆς Βαβυλωνίων ψυχῆς νῦν φησιν ἡ Γραφή. Τοιαῦτα νομίξω εἶναι καὶ τὰ τοῦ μακαριζομένου παρὰ τῷ ψαλμῷ τέκνα, ἐν ᾧ ἡ μὲν γυνὴ ἡ (94) σοφία ἐστὶν, ἥντινα ἐκζητήσας νύμφην ἠγάγετο καὶ σύνοικον ἑαυτῷ ὁ Κύριος (95), γενόμενος ἐραστὴς τοῦ κάλλους αὐτῆς· οἱ δὲ υἱοὶ, τὰ γεννήματα τοῦ νοῦ καὶ τῆς σοφίας ἅμα συνελθόντα. Περὶ τούτων οἶμαι τῶν τέκνων εἰρῆσθαι ἐν τῷ ρλς' ψαλμῷ· Θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος, μακάριος ὃς ἀνταποδώσει σοι τὸ ἀνταπόδομά σου, ὃ ἀνταπέδωκας ἡμῖν. Μακάριος ὃς κρατήσει, καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν. Ταύτην γὰρ προβλέπει τὴν ἡμέραν τῆς ἀνταποδόσεως, καθ' ἣν οἱ Μῆδοι κρατήσαντες τῶν Βαβυλωνίων, οὐκ ἐλεήσουσιν, οὐδὲ ἐπὶ τοῖς τέκνοις αὐτῶν φείσονται οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν. Σκόπει δὲ, ὅτι ὁ ψαλμὸς μακαρίζει οὐ τὸν ὁπωσδήποτε τέκνον Βαβυλώνιον ἀνελόντα (96), ἀλλ' ὅτι πρῶτον μὲν θέλει τὰ νήπια αὐτῶν ἀφανίζεσθαι, τὰ ἀρτιγενῆ, μὴ ἐπιτραπέντα ἐλθεῖν εἰς αὔξησιν, ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον χωρήσῃ τῆς πονηρίας· δεύτερον δὲ, ὅτι οὐχ οἱῳδήποτε τρόπῳ ἀναιρεθῆναι. Μακαρίζει γὰρ τὸν κρατήσαντα (97) καὶ περιγενόμενον τῇ ἑαυτοῦ σοφίᾳ τῆς τεκνογονίας τοῦ συγκεχυμένου νοῦ, ὅστις ὀνομάζεται Βαβυλώνιος· ἔπειτα δὲ προσαράσσων αὐτὰ τῇ πέτρᾳ. Ἡ πέτρα δὲ καὶ ἐν τούτῳ ὁ Χριστός ἐστιν. Ὁ γὰρ συγκρούων τὰ φαῦλα δόγματα τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας, οὗτός ἐστιν ὁ τὰ Βαβυλώνια νήπια τῇ πέτρᾳ προσεδαφίζων (98). Εἰ οὖν τέκνα Βαβυλῶνος, τὰ τῶν ἑτεροδόξων δόγματα συγχέοντα τὴν ψυχὴν τοῦ παραδεχομένου κακῶς τὸ Βαβυλώνιον τέκνον κρατηθὲν, ἐδαφίζοιτο πρὸς τὴν πέτραν.

273. Καὶ ἔσται Βαβυλὼν, ἡ καλεῖται ἔνδοξος ὑπὸ βασιλέης Χαλδαίων, ὃν τρόπον κατέστρεψεν ὁ Θεὸς Σόδομα καὶ Γόμορρα· οὐ κατοικηθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, οὐδὲ μὴ εἰσέλθωσιν εἰς αὐτὴν διὰ πολλῶν γενεῶν, οὐδὲ μὴ διέλθωσιν αὐτὴν Ἄραβες, οὐδὲ ποιμένες οὐ μὴ ἀναπαύσωνται (99) ἐν αὐτῇ. Καὶ ἀναπαύσονται ἐκεῖ θηρία, καὶ ἐμπλησθήσονται αἱ οἰκίαι ἤχου, καὶ ἀναπαύσονται ἐκεῖ

A fuisse, ut pœnas de iis qui nequiter et perperam vixerant, exigerent cum mensura : quoniam qua in mensura quisque nostrum dimensus fuerit, sive bene agendo, sive peccando, in hac aut præmium aut supplicium recipiet[33]. Tales autem sunt Medi; non miserebuntur filios Babyloniorum, neque eos salvos et incolumes servari patientur. Forte autem fructus fetusque animæ Babyloniorum nunc Scriptura filios appellat. Quin etiam filios ejus qui in psalmo prædicatur beatus, tales esse arbitror : in quo mulier quidem sapientia est, quam ambivit, quamque uxorem duxit, et sibi contubernalem elegit Dominus, pulchritudinis ejus amore captus[34] : filii vero sunt mentis et sapientiæ fetus simul coeuntes. De his, puto, in psalmo cxxxvi dictum est : *Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit, et allidet parvulos tuos ad petram*[35]. Prævidet siquidem illam vicis rependendæ diem in qua Medi, Babyloniis superatis, misericordia nulla commovebuntur, neque ipsorum filiis oculi eorum parcent. Attendas autem velim psalmum prædicare beatum, non eum qui quoquo modo prolem Babyloniorum interfecerit : sed primum quidem velle, ut parvuli eorum recens geniti trucidentur, nec adolescere permittantur, ne ad majorem nequitiam perveniant; deinde vero, ut 587 non quoquo modo interimantur. Etenim eum dicit beatum, qui sobolem mentis confusæ, quæ Babylonia dicitur, tenuerit, et pro sua sapientia in potestatem suam redegerit, ac deinceps eos ad petram alliserit. Jam vero hic etiam petræ nomine intelligendus est Christus. Qui enim dogmata prava cum verbo veritatis collidit, is Babylonis infantes allidit ad petram. Proinde si per Babylonis filios significentur hæreticorum dogmata, quæ animum excipientis perturbant : jure optimo filius Babylonius apprehensus, ad petram allidetur.

273. Vers. 19-22. *Et erit Babylon, quæ vocatur inclyta a rege Chaldæorum, quemadmodum subvertit Deus Sodomam et Gomorrham : non habitabitur in æternum tempus, neque ingredientur in eam per multas generationes, neque transibunt per eam Arabes, neque pastores requiescent in ea. Et accubabunt ibi bestiæ; et replebuntur domus sonitu. Et requiescent ibi sirenes, et dæmonia ibi saltabunt; et ono-*

[33] Marc. IV, 24. [34] Psal. XLIV, 12. [35] Psal. CXXXVI, 8, 9.

(93) Antiqui sex libri, καταδίχονται. Editi, καταδέξονται, melius.

(94) Articulus additus est ante vocem σοφία ex libris veteribus.

(95) Editi et tres mss., ὁ δίκαιος, *justus pulchritudinis ejus amore captus*. At uterque Colb. et Reg. secundus, ὁ Κύριος, *Dominus pulchritudinis ejus amore captus*, ut in textu. Procopius quidem lectioni priori favet pag. 216, sed tamen posteriorem præstare censuimus, quod scriptor respicere videatur ad versum 12 psalmi XLIV : *Et concupiscet rex decorem tuum : quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum.*

(96) Sic codices quinque. Editi et Reg. primus, τέκνα ἀνελόντα Βαβυλώνια.

(97) Ita mss. omnes. Editi, τὸν κρατήσοντα. Mox tres mss., ἔπειτα δέ. Deest vocula δέ in vulgatis. Ibidem editi, προσαράσσων αὐτόν. Reg. primus, contra ac dixit Combefisius, αὐτῶν. Reg. quartus, αὐτῷ, Alii quatuor mss., αὐτά, bene.

(98) Veteres aliquot libri, ἐδαφίζεται.

(99) Codices quinque, ἀναπαύσωνται. Editi et Reg. tertius, ἀναπαύσονται.

11. Εἰ δὲ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν, καὶ διὰ ταύτην τὴν ἐντολὴν τῷ εἰπόντι, Γυμνὸς ἤμην, καὶ περιεβάλετέ με, πεινῶντα καὶ ἐθρέψατε, ἀσθενοῦντα καὶ ἐπεσκέψασθε (11), μετὰ σπουδῆς παριστάμεθα. Ὑποκρίνεται τὴν ἐντολὴν ὁ ἑτέρῳ μὲν παρίστασθαι προνοούμενος, ἑαυτὸν δὲ ἀσθενοῦντα ἀνηλεῶς λυμαινόμενος. Φανερὸν γάρ, ὡς ἐσφαλμένως ἀγαπᾷ τὸν πλησίον, οὗ προνοεῖν προθυμεῖται, ὁ ἑαυτὸν μὴ εἰδὼς ἀγαπᾷν. Καὶ πῶς τὴν ἐντολὴν δικαίως πληροῖ ὁ τὴν πρὸς τὸ δοῦλον σῶμα δίκην ὑγιῶς μὴ δικάσας, ἀλλὰ προφάσει μὲν δουλαγωγίας ὑπωπιάζειν ἐπαγγειλάμενος, τῇ δὲ ἀκρίτῳ ὁρμῇ τοῦτο κακῶς ἀναλώσας; Πῶς γὰρ ἔτι δοῦλον ἔσται τοῦτο τοῦ δεσποτεύοντος, αὐτὸν τὸν δεσπότην εἰς ὑπηρεσίαν τῆς βίας, ἧς (12) παρ' αὐτοῦ ὑπέμεινεν, εἰλῆφός; Πῶς δὲ δουλεύσει τῷ δεσπότῃ εἰς τὴν τῶν ἀδελφῶν εὐποιΐαν, πάντας τοὺς εὖ ποιεῖν δυναμένους εἰς τὴν ἑαυτοῦ θεραπείαν δούλους παρειληφός; Οὐκέτι γὰρ πρὸς τὰ τῆς ἀρετῆς κινήματα τῷ δεσπότῃ ὑπηρετήσει· ἐν ἀσθενείᾳ δὲ κείμενον, τοῖς λοιποῖς ἅπασιν εὐποιΐας ἔσται ὑπόθεσις· οἰκτιζόμενον τὸν δεσπότην ὑπὸ πάντων ἔχον, διὰ τὴν περὶ τοῦτο (13) ταλαιπωρίαν, ἐλεούμενον δὲ τὸν δοῦλον, διὰ τὴν ἀνίατον τούτου αἰκίαν. Οὔτε γὰρ ὁ δεσπότης τῶν ἑαυτοῦ ἔργων ἐπιλαβέσθαι λοιπὸν, διὰ τὴν περὶ τοῦτο ἀσχολίαν, ἀλλ' οὔτε ἀναγκασθεὶς διὰ τῆς πρὸς αὐτὸ συνδέσεως, ἐλεύθερος ἀφεθῆναι ἐπίνοιαν ἔχει· οὔτε ὁ δοῦλος ἔτι ἐλέους τυχὼν, ἀνακτήσασθαι τὴν πρέπουσαν πρὸς τὸν δεσπότην δουλείαν· ἀλλ' ὁ ἕτερος τῷ ἑτέρῳ ὑπόθεσις ἀνιάτου κολαστηρίου γενόμενος, τὴν ἀλογίαν ἔχουσι, τοῦ εἰς τὸ δεσμωτήριον τοῦτο ἀμφο-

A corporis debilitas in eo curando has pennas detinens et premens, impedimento est quominus ad cœlestia pro votis avolet ; nec eam solum bonorum acquisitione ob imbecillitatem privat ; sed et jam partorum, ob ortam ex imbecillitate desidiam, pulchritudinem deprædatur. Quemadmodum enim pinguis venter (non constitutione et natura pinguis, sed in quem pinguedo ciborum ob gulam abunde fluit, obturbans mentem et pinguofaciens) tenuem non gignit intellectum : sic qui nimium gracilis est, quasi emortuum illum ob infirmitatem redigens, in imbecillitate corporis etiam eum, qui jam tenuis genitus erat, exstinguit. Illud etiam ostendimus non satis esse alios quidem cibos rejicere, aliis vero simpliciter satiari; sed in his etiam non modo quantitatem, quæ ob copiam idem potest ac non convenientes cibi efficere, temperantia metiendam esse, B sed etiam qualitatem, quæ sæpe idem valet ac noxii manifeste cibi, discernendam esse; ac omnino Verbi cultores rationem in ascetica vita ducem sequi debere. non impetum a ratione alienum.

11. Quod si diliges proximum tuum ut temetipsum, et propter hoc præceptum ei qui dixit : 625 *Nudus eram et operuistis me, esurientemque nutrivistis, et infirmum visitastis* [590a], studiose opitulamur. Is simulat observationem præcepti, qui alteri quidem opitulari studet, semetipsum autem infirmum crudeliter perdit. Nam qui semetipsum amare nescit, liquet ab eo proximum falso diligi, cui stadet providere. Et quomodo præceptum legitime impleat, qui servi corporis causam non recte judicat, sed C illud castigare professus per causam redigendi in servitutem, inconsiderato impetu male consumit et perimit ? Quomodo enim adhuc servum erit domini ipsum dominum ad solatium violentiæ, quam ab eo passum est, servum accipiens ? Quomodo serviet domino ad bene aliis faciendum, omnes qui bene facere possunt, ad suam ipsius curam servos accipiens ? Non enim jam ad virtutis opera domino ministrabit ; sed in infirmitate jacens, cæteris omnibus erit beneficii materia, dominum habens omnium miseratione dignum, ob ærumnosam circa illud operam, ac ipsum etiam servum miserabilem, ob acceptas a domino insanabiles plagas. Nam nec suis jam officiis dominus perfungi potest, circa illud occupatus, nec necessario colligatus cum eo, libere D evadendi consilium invenire potest; nec servus, dum adhuc benigne curatur, congruam domino servitutem recuperare : sed cum alter alteri materia insanabilis sit supplicii, probrum dementiæ sustinent, et a magistro certaminis, qui ambos huic carceri illigavit, et a spectatoribus inustum, eo quod ad

[590a] Matth. xxv, 36.

(9) Ἀποσυλῶσα. Regiis cod. 2879, ἀποσυλοῦσα, et paulo post, τίκτει νοῦν.

(10) Σωφροσύνῃ. Sic Colbertinus et unus ex Regiis. Editi, σωφροσύνην.

(11) Πεινῶνται, ἐπεσκέψασθε. Duo veteres libri, πεινῶν, καὶ ἐθρέψατέ με, ἀσθενῶν, καὶ ἐπεσκέψασθέ με.

(12) Ἧς. Cod. Reg. 2879, ἣν.

(13) Περὶ τοῦτο. Idem codex, περι ταυτὸ περικειμένην αὐτῷ. Et paulo post, τούτου ἀδικίαν.

cœlestem cursum iste adscriptus, imprudens ob consilium rationis expers, non modo nihil eorum, quæ ad stadium pertinent, prudenter exercuerit, sed etiam eum, qui ipsi ad cursum servire debuerat, inique oppresserit, ac semetipsum simul cum eo stulte everterit. Quapropter necessario his qui ad virtutem comparandam corpus castigant, iterum clamanus : *Ne declines ad dexteram aut ad sinistram* [60]. Quemadmodum enim ad ingluviem deflectere periculosum est, ita vehementi inedia corpus eo redigere, ut ob imbecillitatem inutile sit, vere est a ratione alienissimum. Non enim ipsa per se abstinentia a ventris voluptatibus bonum est, sed quia ad virtutem comparandam confert. Quod si cujus causa abstinentiam ciborum eligimus, illud vehementiori abstinentia negligimus, in contrarium nobis, ob animum rationis expertem, instituti forma vertetur : siquidem non jam ob tabefactum et eversum instrumentum per lectiones et preces assidue versari cum Deo poterimus, aut in fratribus juvandis officium virtutis adimplere. Oportet ergo etiam corporis curam gerere. non propter corpus, sed ut ministerium ad philosophiam habeamus. Fieri enim non potest, ut qui ministerium corporis promptum et expeditum ad philosophiam non habent, hi vel lectionibus philosophiæ comparandæ idoneis pares sint, vel animum in corpore languentem **628** ad precandum convenienter intendant, vel omnino quidquam eorum quæ ad philosophiam attinent, ad suam ipsorum, aut ad eorum, quibuscum vita communis est, utilitatem operentur. Idcirco inquit : *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo* [61]. Insurgere enim volens in dominum ob carnium vigorem, abstinentiæ plagis in servitutem redigo, dominatum cogens agnoscere. Non enim sic illud ferio, inquit, ut immoderatis plagis inutile ad servitutem efficiam, sed id mihi in castigando propositum, ut in servitutem redigam ad ministerium domino exhibendum. Qui autem adeo inediis servum verberat, ut non solum inutilis ad domini ministerium, sed et sibi ipse opem ferre non possit; quid aliud semetipsum, nisi servum servi facit; Necesse est enim ut cum jam corpus servire non possit, sed ob debilitatem resolutum sit, dominus ei serviat, quippe qui semper in ministerio illius infirmitati exhibendo laboret, nec jam suorum ipsius munerum meminisse possit, ac totam vitam in eo curando consumat.

12. Carnis igitur curam gerere non simpliciter prohibuit, sed ad concupiscentias inquit. Quare quod in carnibus concupiscit et voluptates appetit,

A τέρους βαλόντος (14), καὶ παρὰ τοῦ ἀγωνοθέτου καὶ παρὰ τῶν θεατῶν στιζομένην· ὅτι πρὸς δρόμον οὐράνιον οὗτος ἀπογραψάμενος, ἔλαθε δι' ἀλογίαν, οὐ μόνον οὐδὲν τῶν πρὸς τὸ στάδιον φρονίμως ἀσκήσας, ἀλλὰ καὶ τὸν πρὸς δρόμον αὐτῷ δουλεῦσαι ὀφείλοντα ἀδίκως κπαβαλὼν, καὶ ἔτι ἑαυτὸν τούτῳ ἀνοήτως συγκαταστρέψας. Διὸ ἀναγκαίως τοῖς διὰ τὴν τοῦ (15) καλοῦ κτῆσιν ὑπωπιάζοτσι τὸ σῶμα πάλιν ὑποφωνοῦμεν· Μὴ ἐκκλίνῃς εἰς τὰ δεξιὰ ἢ εἰς τὰ ἀριστερά. Ὡς γὰρ τὸ εἰς γαστριμαργίαν ἐκκλῖναί ἐστι χαλεπὸν, οὕτω τὸ διὰ ἐπιτεταμένης κακουχίας (16) εἰς ἀχρηστίαν δι' ἀσθενείας τὸ σῶμα καταβαλεῖν, ὡς ἀληθῶς ἀλογώτατον. Οὐ γὰρ δι' ἑαυτὴν ἡ ἀποχὴ τῶν τῆς γαστρὸς ἡδονῶν ἐστι καλὸν, ἀλλ' ὅτι πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ κτῆσιν συμβάλλεται. Εἰ δὲ δι' ὃ τὴν ἀποχὴν τῶν βρωμάτων ἐγκρίνομεν, τούτου διὰ τῆς ἐπι- B τεταμένης ἀποχῆς ἀμελήσομεν, εἰς τὸ ἐναντίον ἡμῖν, ὑπὸ ἀλογίας, τῆς ἀγωγῆς ὁ τύπος περιτραπήσεται· οὐκέτι μὲν διὰ τὴν σύντηξιν καὶ παρατροπὴν τοῦ ὀργάνου δι' ἀναγνωσμάτων τε καὶ εὐχῶν ὁμιλεῖν τῷ Θεῷ δυναμένοις, οὔτε πρὸς τὴν (17) τῶν ἀδελφῶν εὐποιίαν τῷ καλῷ ὑπακυύειν. Χρὴ οὖν καὶ σωματος ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, οὐ διὰ τὸ σῶμα, ἀλλ' ὑπηρεσίαν, φημὶ, φιλοσοφία κτωμένους. Ἀδύνατον γὰρ τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ σώματος εὐήνιον πρὸς φιλοσοφίαν μὴ ἔχοντας, ἢ ἀναγνώσμασι φιλοσόφοις ἀρκέσαι, ἢ τὸν νοῦν ἐνατονοῦντα τῷ σώματι πρὸς εὐχὴν δεόντως συντεῖναι, ἢ συνόλως τι τῶν φιλοσοφίᾳ ἐπιβαλλόντων εἰς ἑαυτοῦ καὶ τῶν κοινωνούντων τῷ βίῳ ὠφέλειαν ἐργάσασθαι. Διὸ Ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, φησὶ, καὶ δουλαγωγῶ. Κατεξανίστασθαι γὰρ δι' ἀκμὴν τῶν σαρκῶν C τοῦ δεσπότου βουλόμενον τοῖς τῆς ἐγκρατείας ὑπωπίοις δουλαγωγῶ, ἐπιγινώσκειν τὴν δεσποτείαν συναναγκάζων. Οὐ γὰρ οὕτως αὐτὸ παίω, φησὶν, ὥστε ταῖς ἀμέτροις πληγαῖς ἄχρηστον πρὸς τὴν δουλείαν ποιῆσαι, ἀλλ' ὁ σκοπός μοι τοῦ ὑπωπιάζειν ἐστὶν, ἵνα δουλαγωγήσω τοῦτο πρὸς ὑπηρεσίαν τῆς δεσποτείας. Ὁ δὲ εἰς τοσοῦτον κύπτων ταῖς ἐνδείαις τὸν δοῦλον, ὥστε μὴ μόνον ἄχρηστον πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ δεσπότου γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ ἑαυτῷ ἀδυνατεῖν ἐπαρκεῖν, τί ἄλλο, ἢ δοῦλον ἑαυτὸν τοῦ δούλου (18) πεποίηκεν; Ἀνάγκη γὰρ μηκέτι μὲν δυναμένου δουλεύειν τοῦ σώματος, ὑπ' ἀσθενείας δὲ παρειμένου, τὸν δεσπότην τούτῳ δουλεύειν, ἀεὶ περὶ τὴν ὑπηρεσίαν αὐτοῦ τῆς ἀσθενείας πονούμενον, καὶ οὐκέτι μὲν τῶν καθ' ἑαυτὸν ἔργων μνήμην ποιήσασθαι D συγχωρούμενον, πάντα δὲ τὸν βίον τούτου προσδαπανῶντα.

12. Τῆς οὖν σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθαι οὐχ ἁπλῶς ἀπεφήνατο· ἀλλ' εἰς ἐπιθυμίας, φησίν. Ὥστε τὸ μὲν ἐπιθυμητικὸν καὶ φιλήδονον τῶν σαρκῶν διὰ

[60] Deut. v, 32. [61] I Cor. IX, 27.

(14) Βαλόντος. Sic tres mss. quibus favet Colbertinus, in quo legitur, ἐμοαλόντος. Editi, βάλλοντος. Videntur autem hæc verba suo excidisse loco : nec ullus erit sensus, nisi legamus, παρὰ τοῦ ἀγωνοθέτου τοῦ... βαλόντος.

(15) Τοῦ. Codex Reg, 2879, τοῦ ὄντως. Non multo post idem cod., δεξιὰ, μηδὲ εἰς τά.

(16) Διὰ ἐπιτεταμένης κακουχίας. Idem codex, τῇ ἐπιτεταμένῃ κακουχίᾳ.

(17) Οὔτε πρὸς τήν. Deest prima vox in editione Veneta. Legitur in duobus mss., καὶ πρὸς τήν, quod eodem redit.

(18) Τοῦ δούλου. Unus cod., τῷ δούλῳ. Infra legendum, βίον τούτῳ.

τῆς ἀσκήσεως δεῖ ὑποτέμνειν· τὸ δὲ χρειῶδες, εἰς τὴν τοῦ καλοῦ κτῆσιν προνοούμενον, συντηρεῖν. Βρῶμα γὰρ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ Θεῷ. Οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη καὶ χαρὰ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Δι' ἃ καὶ ἡ τῶν βρωμάτων ἀποχὴ μετὰ λόγου παραλαμβάνεται. Ἐπεὶ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὴν ἀποχὴν τῶν βρωμάτων ἂν ἐξετάζῃς, φησίν· Οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα, οὔτε ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν. Οὔτε γὰρ οἱ μὴ ἐσθίοντες πλέον τι ἔχουσι τῶν ἐσθιόντων ἐν ἀρετῇ, κατ' αὐτὸ μόνον τὸ μὴ ἐσθίειν· οὔτε οἱ ἐσθίοντες ἔλαττον τῶν μὴ ἐσθιόντων, κατ' αὐτὸ μόνον τὸ ἐσθίειν, ἐὰν ἡ ἔνδον αὐτῶν ἀρετὴ ἐξισάζηται. Οὐκοῦν πρὸς τὴν ἐν ψυχῇ ἀρετὴν ἀφορῶντας δεῖ τὰ περὶ σῶμα πάντα μετιέναι. Οὐ γὰρ ὄντα καλὰ καθ' ἑαυτὰ, διὰ τὴν τοῦ καλοῦ ὑπηρεσίαν καλὰ κοσμούμενα γίνεται. Ἵνα γοῦν μὴ ἐμποδίζηται ἡ πρὸς τὸ καλὸν ὑπηρεσία τῇ ἀσθενείᾳ τοῦ σώματος, Οἴνῳ, φησὶν, ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας. Ὡς γὰρ ζέοντι δι' ἀκμὴν καὶ σφριγῶντι τῷ σώματι οὐ δεῖ, καθάπερ ἤδη προείρηται, πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν· οὕτως οὔτε καταψυχομένῳ τῇ ἀσθενείᾳ, τὸ ψυχρὸν ἔτι καὶ μᾶλλον ἐπιβλαβῶς ἐπαντλεῖν. Ἀλλ' ὡς ἐκεῖ τὸ κατὰ φύσιν θερμὸν τῷ ὑφαιρεῖν τὰς ἔξωθεν ὕλας ἐκδαπανῶμεν, οὕτω δαπανηθὲν τοῦτο τοῖς πόνοις, καὶ λοιπὸν δι' ἡλικίαν ἢ νόσον σβεννύμενον, ἔξωθεν ἐναύσμασι (19) βοηθοῦντες ἀναληψόμεθα. Εἰρήνης γὰρ δεῖ καὶ ἐν τῷ σώματι προνοεῖν τῷ ἀσθενοῦντι, τῶν τεττάρων μερῶν ἐξ ὧν ἡρμόσμεθα (20) ἁπανταχοῦ παρισταμένων, ἵνα μὴ ἐκνικῆσάν ποτε τὸ ἐν ἡμῖν θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἢ ἓν ὅλως τι τῶν τεττάρων, πολέμου καὶ ἐναρμοστίας, καὶ τοῦ ἐξ ἀσθενείας οἴστρου (21) τὴν ψυχὴν ἀναπλήσῃ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τὴν μίαν τῶν αἰσθήσεων, τὴν γεῦσιν μόνον, ὑπὲρ τῆς κατὰ σῶμα παρθενίας, συμμέτρως εἰρήσθω. Μεταβατέον δὲ λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις, τὴν ἀληθῆ παρθένον ἰδεῖν προκείμενον ἔχοντας.

13. Ἰστέον (22) οὖν τοῖς τὴν θεράπαιναν τῆς ὄντως παρθενίας, διὰ τῆς ἀποχῆς τῶν τροφῶν, καὶ τῆς ἄλλης σκληραγωγίας παρθένον φυλάττουσιν, ὅτι δυνατὸν παρθένον ἔχοντα σῶμα, μὴ παρθένον ἔχειν τὴν ψυχήν. Ἱκανὸν γὰρ καὶ (23) βλέμμα τύπους ἐμποιῆσαι τῶν αἰσχρῶν τῇ ψυχῇ, καὶ λόγος πεφαρμακωμένος (24) πρὸς ἡδονὴν ἐμπεσὼν τῇ ἀκοῇ φθεῖραι πρὸς ἀκολασίαν τὸν νοῦν. Εὐλαβεῖται γοῦν ὁ νυμφαγωγὸς, μήπως φθαρῇ οὐ τὸ σῶμα, ἀλλὰ τὰ νοήματα τῶν νυμφευομένων Χριστῷ. Διὸ δεῖ τὴν παρθένον πρὸ τοῦ σώματος μάλιστα τηρεῖν τὴν ψυχήν, οὐ τινὶ μὲν φυλακῇ ταύτην τηροῦσαν, τινὶ δὲ ἁπλῶς ἀφιεῖσαν,

A id vita ascetica resecari debet : quod autem utile, id virtutis acquisitionem sibi proponenti conservandum. *Esca enim nos Deo non commendat*[62]. *Non est enim regnum Dei esca et potus, sed justitia et pax et gaudium in Spiritu sancto*[63]. Propter quæ ipsa ciborum abstinentia cum ratione adhibetur. Siquidem ipsam per se abstinentiam ciborum si consideres, inquit : *Neque si non manducaverimus, deficimus : neque si manducaverimus, abundamus*[64]. Nam nec qui non comedunt, præstant virtute comedentibus, quatenus non comedunt; nec qui comedunt, inferiores sunt non comedentibus, quatenus comedunt, si intus eorum virtus adæquetur. Oportet igitur, ut ad animæ virtutem respicientes, omnia quæ corporis sunt exsequamur. Cum enim per se bona non sint, per ministerium, quod virtuti præstant, B consequuntur ut bona fiant. Ne igitur impediatur debitum virtuti ministerium infirmitate corporis, *Vino*, inquit, *modico utere propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates*[65]. Quemadmodum enim effervescenti per ætatem et valido vegetoque corpori non oportet, ut jam prædiximus, ignem igni addere; ita nec frigescenti præ infirmitate frigidum, quod etiam magis perniciosum foret, infundere. Sed quemadmodum illic id quod natura calidum est, subtrahendo extrinsecus materias, consumimus : ita consumptum laboribus, et jam ætate aut morbo fere exstinctum, externis fomentis opem ferendo, recreabimus. Paci enim in corpore providendum est etiam infirmo, cum quatuor partes, ex quibus compacti sumus, ubique circumstent, ne si quando 629 superaverit quod in nobis calidum est aut frigidum aut C omnino unum aliquod ex quatuor, bello et discordia et orto ex infirmitate œstro animam impleat. Atque hæc quidem de uno ex sensibus, nempe gustu solo, super corporis virginitate satis dicta sint. Jam transeundum et ad alios sensus, cum veram virginem videre nobis propositum sit.

13. Sciendum est his, qui famulam veræ virginitatis, per abstinentiam ciborum et reliquam austeritatem virginem custodiunt, fieri posse, ut virginem corpus habeat, qui virginem animam non habet. Potest enim vel aspectus species imprimere turpium rerum in anima, vel sermo ad voluptatem conditus in aures incidens, animum impudicitia corrumpere. Cavet igitur pronubus ne corrumpatur non D modo corpus, sed etiam cogitatio eorum qui Christo desponsati sunt. Quapropter oportet ut virgo ante corpus maxime animam servet, non custodia aliqua illam servans, aliquo vero incustoditam dimittens,

[62] I Cor. VIII, 8. [63] Rom. XIV, 17. [64] I Cor. VIII, 8. [65] I Tim. V, 23.

(19) Ἐναύσμασι. Sic ope Regii codicis 2879 emendavimus quod legebatur in editis, νάμασι.

(20) Ἡρμόσμεθα. Codices nonnulli, συνηρμόσμεθα. Unus codex, ἡρμόσθη, supplendo σῶμα. Paulo post editi, παριστάμενον. Mss. ut in textu.

(21) Πολέμου... οἴστρου. Sic editio Veneta et codices mss. Parisiensis editio, πόλεμον... οἶστρον.

(22) Ἰστέον. Sic mss. codices omnes. Editi, ἴστε.

Mox unus ex Regiis, ἔχοντι σῶμα.

(23) Καί. Conjunctio addita ex mss. et editione Veneta

(24) Πεφαρμακωμένος. Quatuor mss., πεφαρμαγμένος. Tres alii cum editis consentiunt, quorum tamen duo utramque lectionem exhibent. Mox unus ex Regiis, τοῦ νυμφευομένου.

sed omni custodia cor suum servans, ita ut nec voce illius profluens sermo voluptate auditorem sermonis inficiat : nec rursus extrinsecus ad aures ab aliquo perveniens sermo, cor illius ad cupiditatem exagitet. Idem enim et in aspectu facere convenit, nec aspicientem molliter, ne ejusmodi aspectu voluptatis imagines contra se immittat videntibus : nec extrinsecus misso aspectu contingi se patientem, ne eo, velut igníto quodam jaculo, in corde percussa, ad voluptatis imagines inflammata uratur. *Eris enim*, inquit, *velut servus jaculo percussus in jecore* [66]. Sed externum quidem ipsius obtutui respondentem aspectum debet ab anima repellere, suum autem aspectum pudicitiæ indicem videntibus exhibere. Potest enim vel palpebrarum curiosior motus stimulare et œstro concitare ad voluptatem, per quam hæc animam concutiunt. Ubi enim visæ ipsius oculis pulchritudini obtutum acriter defigens, velut in cera, ita in anima voluptate emollita imagines visæ formæ impresserit; recedit quidem ac seorsum est is a quo imagines profectæ; impressa autem animo forma illius, qui visus est, ad opera ipsi convenientia urgens semper, animam imaginibus ludit. Idcirco virgini principio quidem summopere cavendum est, ne cuiquam acriorem infigat obtutum, aut si infixerit, contraria vi nitentes imprimi imagines a se repellat, ita ut nulla species corporea diuturnis stimulis imprimatur. Quod si aliquando contigerit, ut imprudens rerum corporearum imagines suscipiat; eas continuis bonarum rerum recordationibus in seipsa delere debet; species a corporea forma, velut in cera, impressas, animi ad divina conversione abolendo, rerum autem sanctarum species assiduis meditationibus inscribendo. Quod si susceptas species permanere integras in animo, tanquam in sigillo, siverit; necesse est, ut animo circa 630 impressam formam occupato, cætera omnia bona virgo despiciat, et ad inhærentem speciem semper suspensa, libidinose ad perfruendum incitetur. Nec tali quidquam prodest, corpus a cogitationibus incorruptum servare, cum anima immissis in eam per oculos corporeis amoris voluptatibus semper corrumpatur. Metu enim vel pudore nec sine simulatione retinens præconceptam de se exterioris virginitatis opinionem, eaque nudari indecorum existimans, illam colit et conservat : sed incorporeis cogitationis manibus inseparabiliter complexa eum, quem sibi impressum et insculptum amat, semper illum secum circumfert; et quæ corpore peragere

[66] Prov. VII, 22.

ἀλλὰ πάσῃ φυλακῇ νὴν ἑαυτῆς καρδίαν τηροῦσαν. ὡς ἂν μήτε διὰ φωνῆς ταύτης λόγος ῥυεὶς, πρὸς ἡδονὴν τὸν ἀκουστὴν τοῦ λόγου φαρμάξειε, μήτ' ἔξωθεν αὖθις διὰ τῆς ἀκοῆς λόγος παρά τινος ἐμπεσὼν, τὴν καρδίαν αὐτῆς πρὸς ἐπιθυμίαν κυμήνῃ. Οὕτω γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ βλέμματος προσήκει ποιεῖν, μήτ' ἐμβλέπουσαν μαλακῶς, ἵνα μὴ ἡδονῆς ἰνδάλματα διὰ τούτου τοῖς ὁρῶσι καθ' ἑαυτῆς ἀποστέλλῃ · μήτε τὸ ἔξωθεν πεμπόμενον βλέμμα ἅπτεσθαι αὐτῆς συγχωροῦσαν, ὡς ἂν μὴ καθάπερ τινὶ πεπυρακτωμένῳ βέλει τούτῳ τὴν καρδίαν βληθεῖσα, πρὸς τοὺς τῆς ἡδονῆς τύπους διακαιομένη ἀνάπτηται. Ἔσῃ (25) γὰρ, φησὶν, ὡς ἔλαφος τοξεύματι πεπληγὼς εἰς τὸ ἧπαρ. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἔξωθεν ἀντίτυπον τῇ παρ' ἑαυτῆς θέᾳ δεῖ τῆς ψυχῆς ἀποκρούεσθαι, τὸ δὲ αὐτῆς σωφροσύνης μήνυμα τοῖς ὁρῶσι παρέχειν. Ἱκανὸν (26) γὰρ καὶ βλεφάρων περίεργος κίνησις, μυωπίσαι τε καὶ (27) παροιστρῆσαι πρὸς ἡδονὴν, ὑφ' ἧς ταῦτα σοβεῖ τὴν (28) ψυχήν. Ὅταν γὰρ τῷ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῆς ὀφθέντι καλῷ τὸ ὄμμα ἐμπαθῶς ἐπερείσασα, καθάπερ ἐν κηρῷ, τῇ ὑπὸ τῆς ἡδονῆς μαλαχθείσῃ ψυχῇ, τοὺς τύπους τῆς ὀφθείσης ἰδέας ἐν ἑαυτῇ ἀπομάξηται, ἀνακέχωρηκε μὲν, καὶ καθ' ἑαυτόν ἐστιν ὁ ποιήσας (29) τοὺς τύπους, ἐναποσφραγισθεῖσα δὲ τῇ διανοίᾳ τοῦ ὀφθέντος ἡ ἰδέα, πρὸς τὰ ἑαυτῆς ἔργα ἐγκειμένη ἀεὶ φαντασιοῖ τὴν ψυχήν. Διὸ δεῖ μάλιστα μὲν τὴν ἀρχὴν, μηδενὶ ἀτενὲς τὴν παρθένον ἐπιβάλλειν τὸ ὄμμα, ἢ ἐπιβάλλουσαν, ἀντιτύπῳ δυνάμει τοὺς βιαζομένους ἐντυπωθῆναι χαρακτῆρας ἑαυτῆς ἀποκρούεσθαι, ὡς ἂν μηδεμίαν σωματικὴν ἰδέαν χρονίαις τῆς συνηθείας ἐπιβολαῖς ἐντυπώσηται. Ἐὰν δὲ που συμβῇ λαθόντας τῶν σωματικῶν (30) ἐγγενέσθαι τοὺς τύπους, ταῖς τῶν καλῶν συνεχέσι μνήμαις τούτους ἐξ αὐτῆς ἀφανίζειν· τοὺς μὲν παρὰ τῆς σωματικῆς ἰδέας ἐγγραφέντας, καθάπερ ἐν κηρῷ, τῇ ἐπὶ τὰ θεῖα μεταθέσει τοῦ νοῦ ἀπαλείφουσαν, τοὺς δὲ τῶν ἁγίων ταῖς περὶ αὐτὰ πεπονημέναις θεωρίαις ἐγγράφουσαν. Ἐὰν δὲ τοὺς ἐγγενομένους αὐτῇ τύπους ἐμμένειν (31) ἀθραύστους καθάπερ ἐν σφραγῖδι τῇ διανοίᾳ ἰάσῃ, ἀνάγκη περὶ τὴν ἐκσφραγισθεῖσαν ἰδέαν τὸν νοῦν ἀσχολούμενον, τὰ μὲν ἄλλα πάντα καλὰ παρορᾷν, πρὸς δὲ τὴν τῆς ἐνούσης ἰδέας φαντασίαν ἐπτοημένον ἀεὶ, περὶ τὴν ἀπόλαυσιν αὐτοῦ (32) ἐμπαθῶς καταγίνεσθαι. Καὶ οὐδὲν ὤνησε τὴν τοιαύτην, τὸ σῶμα ἀδιάφθορον ταῖς ἐπινοίαις φυλάσσουσαν, τὴν δὲ ψυχὴν πρὸς τὰς ἀποσταλείσας ἐπ' αὐτὴν διὰ τοῦ βλέμματος τοῦ σωματικοῦ ἔρωτος ἡδονὰς ἀεὶ φθειρομένην. Φόβῳ γὰρ ἢ αἰδοῖ τῆς προειληφυίας κατὰ τὴν ἔξωθεν παρθενίαν δόξης μεθ' ὑποκρίσεως ἐχομένη, καὶ τὸ γυμνω-

(25) Ἔσῃ. Sic mss. et editio Veneta. Parisiensis, ἔστι.

(26) Ἱκανόν. Sic reperimus in quinque veteribus libris. Editi, ἱκανή.

(27) Καί. Sic mss. et editio Veneta. Editio Parisiensis, διά.

(28) Σοβεῖ τήν. Sic mss. Editi, σοβεῖται.

(29) Καθ' ἑαυτόν ἐστιν ὁ ποιήσας. Sic editio Veneta et plerique mss. Rarisiensis editio, καθ' ἑαυτό ἐστιν ὅ τε τὸ ποιῆσαν.

(30) Τῶν σωματικῶν. Unus ex Regiis codicibus juvit ad emendandum quod prave in editis legebatur, τῷ σωματικῷ. Idem codex habet, εἰ δέ που. Mox quatuor mss. pro ἐξ αὐτῆς habent, ἐν ἑαυτῇ. Colbertinus, ἐξ αὐτῆς αὐτήν.

(31) Ἐμμένειν. Nonnulli codices, μένειν. et mox, ἐνσφραγισθεῖσαν.

(32) Αὐτοῦ. Et editio Veneta et veteres libri consentiunt in hac voce. Editi, αὐτῆς.

θῆναι ταύτης αἰσχύνης ἄξιον κρίνουσα, ταύτην μὲν ἀσκοῦσα διασυντηρεῖ, ἀσωμάτοις δὲ χερσὶ περιλαμβάνουσι κατὰ διάνοιαν τὸν ἐρώμενον ἐντετυπωμένον αὐτῇ, μεθ' ἑαυτῆς ἀεὶ περιφέρει, καὶ ἃ διὰ σώματος πράττειν, ἕνεκα τοῦ φωραθῆναι, αἰσχύνεται, ταῦτα ταῖς ἐννοίαις ποιεῖν οὐκ αἰδεῖται. Ἦν οὐκέτι λοιπὸν οὐδὲ σώματι ἄν τις ὑγιῶς λέγοι (33) παρθένον. Ἀνάγκη γὰρ τοῦ ἐρωμένου ἀχωρίστως αὐτῇ μιγνυμένου κατὰ διάνοιαν, καὶ τὸ σῶμα τοῖς τῆς ψυχῆς πάθεσι συμμορφοῦσθαι, καὶ συνδιατιθέμενον τοῖς ἐν διανοίᾳ κινήμασι, φθειρομένῃ τῇ δεσποίνῃ συνδιαφθείρεσθαι, καὶ ὕπαρ καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους τὰ ἐρωτικὰ ὀνειρωττούσῃ, καὶ αὐτὸ ταύτῃ συνονειρώττειν. Τοιούτου δὲ πάθους τὴν ψυχὴν κατασχόντος, περιττὴ λοιπὸν καὶ ἡ τῶν βρωμάτων ἐγκράτεια, καὶ ἡ λοιπὴ τοῦ σώματος σκληραγωγία· οὐ τοῦ ἵππου τὸν ἱππέα πρὸς τὰ ἑαυτοῦ σκιρτήματα φέροντος, αὐτοῦ δὲ τοῦ ἱππέως τῷ ἐνόντι πάθει κακῶς τὸν ἵππον οἰστροῦντος. Ὡς γὰρ ἐπί τινων ὑπὸ γήρως παρεθέντων τὸ σῶμα ὁ νοῦς, ἐκ τῆς προκατασχούσης ἀκολασίας νοσῶν, παρὰ δύναμιν πρὸς τὴν τῆς ἡδονῆς φαντασίαν μοχλεύει τὸ σῶμα· οὕτως ἐπὶ τῶν ἐμπαθῶς (34) πρὸς ἔρωνα τὴν ψυχὴν γενομένων, καὶ παρειμένον τῇ ἀσκήσει τὸ σῶμα, πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας ἡ ψυχὴ ἐρεθίζει· οὐκ ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος ἀκμῆς ἐπὶ τὴν ψυχὴν διαβεβηκότος τοῦ πάθους, ἀπὸ δὲ τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὰ τοῦ σώματος ἴδια κακῶς κινουμένου. Εἰ οὖν ὀλέμμα τοσούτου πυρὸς ἔναυσμα γίνεται, ἀκούωμεν τοῦ ὑποφωνοῦντος· Οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν, καὶ τὰ βλέφαρά σου νευέτωσαν (35) δίκαια, καὶ μὴ συναρπασθῇς σοῖς βλεφάροις, μηδὲ ἀγρευθῇς σοῖς ὀφθαλμοῖς.

A pudet, ne deprehendatur, ea animo facere non pudet. Hanc non jam amplius, ne corpore quidem, recte virginem quisquam dixerit. Necesse est enim, cum is quem amat inseparabiliter cum illa misceatur in animo, ipsum etiam corpus ad animæ perturbationes effingi, et cogitationis motibus congruens, cum domina corrupta corrumpi, et cum ea per visum et in somnis amatoria somniante, ipsum etiam somniare. Tali autem morbo animam detinente, inutilis jam et ciborum abstinentia, et reliqua corporis austeritas; cum non equus equitem impetu suo abripiat, sed ipse eques interno œstro prave equum stimulet. Quemadmodum enim in nonnullis, quorum corpus senectute debilitatum, mens ex præcedenti intemperantia ægrotans, ultra vires ad voluptatis B imaginem corpus sollicitat; ita in iis, quorum anima amoris morbo laborat, etiam debilitatum vita ascetica corpus ad proprias cupiditates anima exstimulat; non a corporis vigore in animam transeunte morbo, sed ab anima ad ea, quæ corporis propria sunt, prave commoto. Si ergo aspectus tanti incendii fax est, audiamus eum qui clamat: *Oculi tui recta videant, et palpebræ tuæ annuant justa, et ne abripiaris simul cum palpebris tuis, neque capiaris oculis tuis*[67].

14. Εἰ δὲ κατὰ τὸν ἀνωτέρω τῆς φύσεως λόγον ἁφή τίς ἐστιν ἡ τοῦ βλέμματος κατὰ τῶν σωμάτων (36) ἐπιβολή· καὶ ὥσπερ τοῖς ὀφθαλμιῶσιν ἐπὶ πλέον ἐνατενίσαντες, τῆς νόσου μεταλαμβάνομεν, καὶ ἄλλοις φυσικῶς ὠφέλοῦσιν ἐπιβάλλοντες τοὺς ὀφθαλμοὺς κατὰ τὸ λελῃθὸς ὠφελούμεθα· καὶ τοῖς τῆς ἡδονῆς ἄρα συμβόλοις (37) ἐπιβάλλοντες τοὺς ὀφθαλμούς, τῆς κατὰ τὴν ἡδονὴν νόσου τὸν νοῦν ἀναπίμπλαμεν, ὥσπερ οὖν καὶ τοῖς ὄντως καλοῖς ἐπιβάλλοντες τούτους, διὰ τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν τὴν ὠφέλειαν δεχόμεθα· καὶ (38) ἄτοπον μετὰ τοῦ βλάπτεσθαι πρὸς νόσον διὰ τῶν ὀφθαλμῶν τὴν παρθένον, ὧν μὴ θαρσεῖ τῇ χειρί ποτε ἅψασθαι, τούτων τῇ τοῦ ὄμματος ἁφῇ ἀδιαφόρως ἐφάπτεσθαι. Προαγωγὸς γὰρ, ὡς ἂν εἴποι τις, καὶ προμνήστρια ἡ μὲν διὰ τοῦ ὄμματος ἁφὴ, τῆς διὰ χειρῶν προλαμβάνουσα πόρρωθεν γίνεται. Αὕτη δὲ αὖτη, ἡ διὰ χειρῶν φημι, τῆς κατὰ τὴν συμπλοκὴν θερμοτέρα θεράπαινα· καὶ ἡ τὴν πρώτην ἁφὴν τοῦ ὄμματος μὴ φυγουσα, οὐκ ἂν τὸ ἐπ' αὐτῇ, οὐδὲ τὴν τῶν χειρῶν ἀποφύγοι. Ἡ δὲ τῇ τοιαύτῃ αὖθις ἐρωτικῶς ἐμπλακεῖσα, οὐκ ἂν μολυ-

14. Quod si, secundum supra expositam naturæ C rationem, tactus quidam est oculorum in corpora conjectus; si quemadmodum, dum lippientes diutius intuemur, morbi participes fimus, in ea autem, quæ natura commoda sunt, oculos defigentes latenter juvamur; ita etiam cum in voluptatis signa oculos conjicimus, voluptatis morbo mens oppletur; ac pariter in ea, quæ vere bona sunt, oculos conjicientes, per oculos in anima utilitatem percipimus; si hæc ita se habent, præterquam quod per oculos morbum virgo concipit, absurdum est ut quæ nunquam manu tangere audeat, ea oculorum tactu 699 indiscriminatim tangat. Ille enim per oculos factus, leno est, ut ita dicam, et pronubus illius, qui per manus perficitur, eumque procul antevertit. Atque ipse ille qui per manus fit, illius, qui per complexum, calidior est famulus; et quæ primum ocu- D lorum tactum non fugit, ea quantum in ipsa est, ne manuum quidem tactum effugiet. Rursus autem quæ ejusmodi tactu libidinose implicata fuerit, non sane ab iniquinamentis pura deprehendatur. Quem-

[67] Prov. VI, 25; IV, 25.

(33) Λέγοι. Sic nonnulli veteres libri melius quam in editis, λέγει.

(34) Ἐμπαθῶς. Sic Colbertinus et duo alii a Combefisio citati. Ediii, ἐμπαθῶν.

(35) Νευέτωσαν. Plures mss., νευέτω. Colbertinus, νεύματά σου νευέτω.

(36) Σωμάτων. Sic ope nonnullorum codicum emendavimus quod in editis legebatur, ὁμμάτων.

(37) Συμβόλοις. Ita codex Regius, jam sæpe ad contextus emendationem adhibitus. Sic etiam legisse videtur Ambrosius, qui reddit: *Cum voluptatis indiciis oculos injicimus.* Editi, ταῖς συμβολαῖς, *voluptatis congressibus*, ut vertit Combefisius.

(38) Καί. Redundat hic conjunctio, et ideo prætermissa in interpretatione.

admodum enim cum ignem tangimus, signa ignis per impressas nobis adustiones accipimus, nec fieri potest, ut qui ignem manu tetigit, puram ab illius vi urendi manum ostendat; sed pustulæ statim post tactum surgentes, ac non sine dolore ferventes ac micantes, ulcera mox eruptura denuntiant, aut jam impressa manui dira cernuntur ulcera: sic fieri non potest, ut qui libidinosum ignem attigerit, purum ab illius signis manum ostendat; sed vel eodem modo ac in manus tactu, pustulæ clam in corde surgentes, diræ amoris perturbationes, fervent et micant, ac intolerabilibus motibus æstuantes, peccati ulcera protinus eruptura minitantur, aut jam totum cor intus exulceratum ostendunt. Ignis enim accensus est, inquit, in omnibus membris: quodcunque autem invaserit, radicitus perdit. Quare cum in omnibus membris ignis ille accendatur, his qui volunt purum ab exustionibus corpus exhibere, cavendum est a cujusvis membri tactu, ne accensam in membro vim ignis, per tactum non solum in membro quod tetigerint, sed in toto corpore, ac in ipsa anima suscipiant. Nam si caudam aliquo tantummodo serpentis tangente, caput, etsi in medio positum tantopere distat, tamen ad factum in cauda tactum statim convertitur: et si pedis nostri digito impingente, capilli in capite statim recti eriguntur; certe libidinosus tactus, etiam si in manu tantum fiat, tamen a capite usque ad extremos ungues, ad sensum voluptatis, pro tangentis nutu, pertrahit corpus. Et quemadmodum lapis in cisternæ aquam conjectus, non solum adjacentem aquæ partem, in quam cecidit, exagitat, sed etiam alios ex aliis orbes excitans, usque ad extrema illos interdum agitando perducit: ita libidinosus aspectus, vel sermo voluptatis effeminatus illecebris, in virginis animam, velut in undam purissimam vehementer illapsus, alias ex aliis amatorias, ut in profundo, excitans cogitationes, perculsam illius qui aspectum conjecit, imagine totam animam quatit.

σμάτων καθαρὰ εὑρεθείη. Ὡς γὰρ τοῦ πυρὸς ἅπτόμενοι, τὰ σήμαντρα τοῦ πυρὸς διὰ τῶν ἐγγινομένων (39) ἡμῖν καυστήρων δεχόμεθα, καὶ ἀμήχανον χειρὶ πυρὸς ἐφαψάμενον, καθαρὰν τῆς καυστικῆς ἐνεργείας τούτου δεῖξαι τὴν χεῖρα, ἀλλ' ἡ φλυκτίδες τῇ ἁφῇ ἀθρόως ἐπαναστᾶσαι, καὶ ὀδυνηρὰ ζέουσαί τε καὶ σφύζουσαι, ἕλκη ῥαγῆναι (40) εὐθὺς ἀπειλοῦσιν, ἢ ἤδη φθάσαντα ἐν τῇ χειρὶ πικρὰ ὁρᾶται τὰ ἕλκη· οὕτως ἀμήχανον ἐρωτικοῦ πυρὸς ἐφαψάμενον, καθαρὰν τῶν τούτου σημάντρων τὴν ἀφὴν ἐπιδεῖξαι· ἀλλ' ἡ κατὰ τὸ ὅμοιον τῆς κατὰ τὴν χεῖρα ἁφῆς, φλυκταῖναι τῇ καρδίᾳ λαθραίως ἐπαναστᾶσαι, τὰ πικρὰ τοῦ ἔρωτος πάθη, ζέουσί τε καὶ σφύζουσι, καὶ ἀσχέτοις παλμοῖς συνεχόμεναι, τὰ τῆς ἁμαρτίας ἕλκη ῥαγῆναι εὐθὺς ἀπειλοῦσιν, ἢ ἤδη ὅλην ἠλκωμένην ἐν (41) βάθει τὴν καρδίαν δείκνυσι. Πῦρ γάρ ἐστι καιόμενον, φησίν, ἐπὶ πάντων τῶν μελῶν· οὗ δ' ἂν ἐπέλθῃ, ἐκ ῥιζῶν ἀπώλεσεν. Ὥστε ἐπειδὴ ἐπὶ πάντων τῶν μελῶν ἐστι τὸ πῦρ τοῦτο καιόμενον, τοῖς προθεμένοις καθαρὸν καυτήρων τὸ σῶμα δεινόνυαι φυλακτέον ἅπτεσθαι τινος τῶν μελῶν· ἵνα μὴ τὴν ἐπὶ μέλους καιομένην (42) ἐνέργειαν τοῦ πυρὸς, διὰ τῆς ἁφῆς, οὐκ ἐπὶ τοῦ μέρους μόνον οὗ ἥψαντο, ἀλλ' εἰς ὅλον τὸ σῶμα, καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ψυχὴν καταδέξωνται. Εἰ γὰρ τῆς οὐρᾶς τις μόνον τοῦ ὄφεως ἥψατο. καὶ τοσούτῳ μήκει ἐν μέσῳ τοῦ σώματος ἡ κεφαλὴ ἀφεστῶσα, ὅμως πρὸς τὴν ἐν τῇ οὐρᾷ γενομένην ἁφὴν εὐθὺς ἐπιστρέφεται· καὶ εἰ τοῦ ἐν τῷ ποδὶ ἡμῶν δακτύλου προσπταίσαντος, αἱ ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχες ὀρθαὶ εὐθὺς ἐπανίστανται· καὶ ἡ ἐμπαθὴς πάντως (43) ἁφὴ, κἂν ἐν τῇ χειρὶ γένηται μόνον, ἀπὸ κεφαλῆς ἕως ἄκρων ὀνύχων, ὅμως πρὸς τὴν συναίσθησιν τῆς ἡδονῆς κατὰ τὸ τοῦ ἁψαμένου σύμβολον, συνέλκει τὸ σῶμα. Καὶ ὡς λίθου βολὴ, κατὰ τοῦ ἐν τῇ δεξαμενῇ ὕδατος γινομένη, οὐ τὸ παρακείμενον μέρος τοῦ ὕδατος καθ' ὃ ἔπεσεν ὁ λίθος μόνον κυμαίνει, ἀλλ' ἄλλους ἐπ' ἄλλοις κύκλους (44) ἐπαναστήσατα, ἕως τῶν ἄκρων τούτους ἔσθ' ὅτε κυμαίνουσα ἄγει· οὕτως ἐρωτικὸν βλέμμα, ἢ λόγος ἡδονῆς τεθηλυμένος μειλίγμασιν, εἰς τὴν τῆς παρθένου ψυχὴν, ὥσπερ εἰς καθαρὸν ὕδωρ σφοδρῶς ἐμπεσὼν, ἄλλας ἐπ' ἄλλας (45) ἐρωτικὰς, ὡς ἐν βυθῷ, ἐγείρων ἐννοίας, ὅλην αὐτὴν πρὸς τὴν τοῦ βάλλοντος φαντασίαν πληγεῖσαν κυμαίνει.

15. Quaqropter oportet maxime, ut virgo tum aspectus tum vocis blanditias, quæ pestiferæ voluptatis venenum sunt, a propriis sensibus quam **631** longissime repellat; auditum quidem intus casta cogitatione obserans, oculos autem ex sexus pudore sciens avertere. Nam si semel per oculos et aures in animam aditum inveniant, aliud blandimenti genus, nempe manuum, socium assumentes, quæ sua sunt profecto temporis progressu perficient. Quemadmodum enim cum militari cohorte adveniens in urbem miles, domum sibi ad habitandum quoquoversum circuiens inquirit, ac vel foribus vi exclu-

15. Διὸ δεῖ μάλιστα τὴν παρθένον τάς τε διὰ τῶν βλεμμάτων καὶ τῆς φωνῆς κολακείας, τῆς φθειροποιοῦ ἡδονῆς φάρμακον οὔσας, τῶν ἰδίων αἰσθήσεων ὡς πορρωτάτω ἐλαύνειν· τὴν μὲν ἀκοὴν ἔνδοθεν σώφρονι λογισμῷ ἀποφράττουσαν, τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς ἀποστρέφειν κατὰ φύσιν γινώσκουσαν. Ὅτι ἂν ἅπαξ δι' ὀφθαλμῶν καὶ ἀκοῆς ἐπὶ τὴν ψυχὴν πάροδον λάβωσι, καὶ τὴν ἑτέραν λοιπὸν διὰ τῆς χειρὸς κολακείαν συνέριθον προσλαβοῦσαι, τὰ ἑαυτῶν πάντως τῷ χρόνῳ ἐργάσονται. Ὡς γὰρ μετὰ τοῦ στρατιωτικοῦ τάγματος ἐπιστὰς τῇ πόλει ὁ στρατιώτης, οἰκίαν εἰς μονὴν ἑαυτῷ περιιὼν ἐν κύκλῳ ζητεῖ, καὶ ἡ ἀποκλει-

(39) Ἐγγινομένων. Nonnulli codices, ἐγγενομένων, et paulo post, φλυκταῖναι.

(40) Ῥαγῆναι. Paulo post eadem vox repetitur. In utroque loco sex codices habent, ῥαγεῖσαι. Sed melius Colbertinus cum editis.

(41) Ἐν. Præpositio addita ex pluribus mss.

(42) Καιομένην. Ita mss. sex. Editi, κειμένην.

(43) Πάντως. Sic codices a Combefisio citati et alii nonnulli. Editi, παντός.

(44) Κύκλους. Nonnulli codices, κύκλοις.

(45) Ἄλλας. Nonnulli codices, ἄλλαις. Mox unus, πρὸς τὰς... φαντασίας.

σθεὶς (46) βίᾳ τῆς θύρας, ἢ ἄλλῃ τινί τέχνῃ παρὰ τοῦ δεσπότου τῆς οἰκίας ἀπωσθεὶς, ἀλλαχόσε ἐτράπετο· ἢ φθάσας τὴν πρώτην εὐπετῆ ἐπὶ τὰ ἔσω πάροδον σχεῖν (47), καὶ ἕν τι τῶν ὅπλων ἑαυτοῦ, λόγχην ἢ περικεφαλαίαν ἢ θυρεὸν καταθέσθαι, κἂν διὰ τοὺς ἑταίρους ἐξελθὼν ἔξω εἶναι δοκῇ (48), ἔνδον ἐστὶ τῇ δυνάμει διὰ τοῦ ὅπλου οὗ κατέθετο, ἰδίαν λοιπὸν τὴν οἰκίαν καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἑταίρων, οὓς μεθ' ἑαυτοῦ οὐ μετὰ πολὺ εἰσῳκίσατο ποιησάμενος· οὕτως ὁ τῆς ἡδονῆς καὶ ἁμαρτίας δεινὸς στρατιώτης, οἰκίαν ἑαυτῷ ἐν κύκλῳ ζητῶν, ἢ τὴν πρώτην εἴσοδον ἀπεκλείσθη καὶ ἀλλαχόσε ἐτράπετο· ἢ φθάσας εὐπετῆ διὰ τῶν αἰσθήσεων τὴν πρώτην ἐπὶ τὰ ἔσω πάροδον σχεῖν, καὶ ἕν τι τῶν ὅπλων ἑαυτοῦ (49), τὴν τοῦ βλέμματος λόγχην φημὶ, διὰ τῶν ὀφθαλμῶν μακρόθεν τιτρώσκουσαν, ἢ τὸ κράνος τῆς ἡδονῆς τὸν γόητα λόγον διὰ τῆς ἀκοῆς, ἢ ὥσπερ τινὰ θυρεὸν, τὴν διὰ τῶν χειρῶν ὅλον τὸ σῶμα πρὸς ἡδονὴν συγκινοῦσαν ἀφὴν ἐν ψυχῇ καταθέσθαι, κἂν ἔξω δοκῇ εἶναι τῇ ἐργασίᾳ τῆς ἁμαρτίας μηδέπω φθείρας τὸ σῶμα, ἀλλ' ἔνδον ἐστὶ τῇ δυνάμει, διὰ τοῦ καταθέντος ὅπλου φθείρων τὸν νοῦν· καὶ τῆς ἰδίας λοιπὸν ἡδονῆς καὶ τῶν ἑταίρων (50) αὐτοῦ παθῶν, οἰκίαν ἐξαίρετον τὴν δεξαμένην ἕν τι τούτων ψυχὴν ποιησάμενος. Ἀποκλειστέον οὖν τὴν πρώτην διὰ τῶν αἰσθήσεων πάροδον τῷ τῆς σαρκὸς στρατιώτῃ, καθάπερ θύρας ἢ θυρίδας, τὰς αἰσθήσεις πανταχόθεν τοῖς τῆς καρτερίας (51) μοχλοῖς ἐπερειδουσαν· ἵνα μὴ διὰ μιᾶς γοῦν τινος τούτων πανουργότερον ἀναβὰς, σὺν ἑαυτῷ τὸν θάνατον ἑταῖρον ὄντα ἑαυτοῦ εἰσοικήσηται. Θάνατος γὰρ, φησὶν, ἀνέβη διὰ τῶν θυρίδων ὑμῶν. Θυρίδες γὰρ ὄντως τῆς ψυχῆς αἱ αἰσθήσεις, αἷς ἡ ὥσπερ σώφρων τις γυνὴ, τὸ ἔξωθεν τῶν αἰσθητῶν φῶς ἡ ψυχὴ εἰς κατανόησιν τοῦ ἐπιβάλλοντος ἔργου, ἡρέμα παρανοίγουσα αὐτὰς, ἐναυγάζεται, ἢ σεσοβημένη περὶ τὴν τῶν ἔξω περίεργον κατανόησιν, καθάπερ ἑταίρα τις ἀκόλαστος, ἐγκύπτει πρὸς τὰ τέρποντα, τὸν αὐχένα κακῶς περιστρέφουσα, καὶ πρὸς τὰ ἥδοντα διὰ τούτων ἐμπίπτουσα. Ἀπο γὰρ θυρίδων τῶν ἑαυτῆς οἴκων ἐγκύπτουσα, ὃν ἂν ἴδῃ τῶν ἀφρόνων τέκνων νεανίαν ἐνδεῆ φρενῶν παραπορευόμενον, ταῦτα λέγει οἷς ἤδη διὰ τὸ ἀνάγωγόν τε καὶ ῥεμβὸν τῶν αἰσθήσεων, ἑαυτὴν πρὸς ἀκολασίαν ὅλην ηὐτρέπισεν. Ἡ δὲ σώφρων ἔνδον, φημὶ, καθάπερ ἐπὶ ἑστίας, τῆς ἐν μέσῳ καρδίας, τὸν τῶν λογισμῶν τε καὶ αἰσθήσεων θρόνον καθίζουσα, εἴ τι μὲν χρειῶδες πρὸς ἀρετὴν, καθαρὸν παντὸς πάθους ῥέον, εἰσδέχεται· εἴ τι δ' ἀχρεῖον καὶ ἀλλότριον ταύτης, ἔξω τῶν θυρίδων ταῖς τῆς φρονήσεως χερσὶν αὐτὰς ἐπερείδουσα, συνετῶς ἀποκλείει. Οὐκοῦν οὐ δεῖ τὴν ἐκ τῆς συμπλοκῆς ζφεύ-

sus, aut alia quadam arte a domino domus repulsus,alio se vertit; vel si cœperit primos aditus in interiora faciles habere,ac unum aliquod ex suis militaribus instrumentis, lanceam aut galeam aut clypeum deponere,etiam si propter socios exiens foris esse videatur,potentia tamen intus est per instrumentum quod deposuit,propriam jam et sibi et sociis, quos secum paulo post introducturus est, domum efficiens; sic voluptatis et peccati improbus miles,domum sibi in circuitu quærens,vel a primo aditu excluditur et alio se vertit; vel si cœperit facilem per sensus primum in interiora aditum habere, ac unum aliquod ex suis instrumentis,aspectus dico lanceam, per oculos eminus vulnerantem, aut galeam voluptatis, id est sermonem per aures incantantem,aut veluti clypeum quemdam, manuum tactum,qui totum corpus ad voluptatem commovet, in anima deponere; etiamsi foris esse videatur, quia nondum corpus peccati perpetratione corrupit, at potentia intus est; quippe cum per arma ibi deposita mentem corrumpat, ac animam, quæ unum aliquid ex his suscepit,voluptati suæ ac sociis animi perturbationibus propriam domum effecerit. Claudendus ergo primus per sensus aditus carnis militi, ita ut sensus, veluti januas aut fenestras, undique constantiæ vectibus virgo communiat; ne per unam harum aliquam astu conscendens, secum comitem suam mortem introducat. *Mors enim*, inquit, *ascendit per fenestras vestras* [68]. Fenestræ enim revera animæ sunt sensus, per quas velut casta quædam mulier, exteriori rerum sensibilium luce anima ad attentam operis sibi convenientis considerationem, moderate eas aperiens, illustratur; vel proterve se gerens curiosa rerum exteriorum consideratione, velut impudica quædam meretrix,prospicit ad oblectamenta,collum prave contorquens,ac in voluptates per has fenestras delabitur. Nam ex fenestris medium suarum prospiciens [69], quemcunque ex insipientibus filiis adolescentem mentis inopem viderit transeuntem, ea loquitur, quibus jam semetipsam ad intemperantiam ob petulantes et errabundos sensus totam instruxit. Quæ autem intus pudica est, in medio cordis,tanquam in domus adytis, cogitationum et sensuum sedem constituens, si quid ad virtutem utile, et ab omni vitio purum affluat, illud admittit: si quid autem inutile et a virtute alienum,extra fenestras, prudentiæ manibus eas observans, sapienter excludit. Non debent igitur qui carnalis copulæ peccatum fugiunt, periculosis, per eas res et in iis rebus quas diximus,implicari lapsi-

[68] Jerem. IX, 2. [69] Prov. VII, 6.

(46) Ἡ ἀποκλεισθείς. Ita mss. quatuor, quibus favet Veneta editio, in qua legitur, εἰ. Parisiensis, ὁ ἀποκλεισθείς.

(47) Πάροδον σχεῖν. Occurrit infra eadem loquendi ratio. In utroque loco plures codices mss. secuti sumus, quorum lectio videtur præferenda vulgatæ, πάροδον ἐχει.

(48) Κἂν... δοκῇ. Sic duo codices mss. melius quam editi, κἂν... δοκεῖ.

(49) Ἑαυτοῦ. Sic nonnulli codices mss. quorum lectionem confirmat eadem supra loquendi ratio.

(50) Τῶν ἑταίρων. Tres mss., τῶν ἑτέρων.

(51) Τῆς καρτερίας. Sic duo Regii codices. Editi, τῆς καρδίας.

lius. Nam vocis et oculorum tactus ad manuum tactum sensim ducit. Ipsi autem omnes hi tactus, velut in catena ex sese invicem nexi, illius tactus, qui est in carnali copula, pronubi fiunt. Non solus ergo ille tactus, qui ad carnalem copulam pertinet, sed omne genus multiformis tactus, ex quo omnis species per sensus nascitur, virgini diligenter incorruptum servandum est, ut ab oculis et voce et reliquis voluptatis motibus eminus missas scintillas contrariis pudicitiæ flatibus exstinguene, simul etiam accensam ab illis flammam prudenter exstinguat ; vel potius nullas omnino suscipiens voluptatis faces, nunquam prorsus habeat in carnibus succensam voluptatis flammam. Virgo igitur sit virginis et auditus et aspectus, ac tactus etiam et omnis motus.

A γοντας ἁμαρτίαν τοῖς διὰ τούτων τε καὶ ἐν τούτοις σφαλεροῖς (52) ὀλίσθοις ἐμπλέκεσθαι. Ὅτι ἡ μὲν διὰ φωνῆς καὶ βλεμμάτων ἀφὴ ἐπὶ τὴν τῶν χειρῶν λαθραίως ὁδεύει. Αὗται δὲ πᾶσαι, ὡς ἐν ἁλύσει ἀλλήλων ἐχόμεναι, τῆς κατὰ τὴν συμπλοκὴν ἁφῆς προμνήστριαι γίνονται. Οὐ μίαν οὖν τὴν κατὰ τὴν μίξιν ἁφὴν μόνον, ἀλλ' ὅλον τὸ γένος τῆς πολυμόρφου ἁφῆς, ἐξ ἧς τὸ πᾶν εἶδος διὰ τῶν αἰσθήσεων φύεται, τῇ παρθένῳ ἐπιμελῶς ἄφθορον φυλακτέον· ἵνα τοὺς ἀπὸ ὀφθαλμῶν καὶ φωνῆς καὶ τῶν λοιπῶν πρὸς ἡδονὴν κινημάτων πόρρωθεν πεμπομένους σπινθῆρας σωφροσύνης ἀντιπνοίαις σβεννύουσα, καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν ἀναπτομένην πυρκαϊὰν φρονίμως συναποσβέσῃ· μᾶλλον δὲ ἵνα μηδὲ (53) τὴν ἀρχὴν παραδεξαμένη τῆς ἡδονῆς τὰ ἐναύσματα, μηδὲ ἔχῃ ὅλως ποτὲ ἐν ταῖς σαρξὶν ἀναφθεῖσαν τῆς ἡδονῆς τὴν πυρκαϊάν. Παρθένος οὖν ἔστω (54) τῆς παρθένου καὶ ἡ ἀκοὴ καὶ τὸ βλέμμα, ἑνὶ δὲ ἡ ἁφὴ καὶ ὅλον τὸ κίνημα.

6. Ornanda autem est veræ virginitatis tota pulchritudo, ut nec naturalem pulchritudinem ostentare studeat, nec illius expers, cultu illam exquirat. Indecorum enim profecto est virgini, et ab integritate, quam profitetur, alienum, vel gloriantem de datis a Creatore ad decorem ornamentis, ac superbe ambulantes, ut ita dicam, ob venustatem, plures amatores sui corporis in communem conari ruinam impellere ; vel carentem venustate, condimentum voluptatis cernentibus, exquisito corporis cultu, elaborare. Nam nec prima castam exhibet cogitationem, dum de Creatoris opere, tanquam de proprio præclare facto gloriatur, et quod in certamen ne inducatur, a Domino petit : *Ne inducas*, inquiens, *nos in tentationem* [70], in illud amatoribus trahendis semetipsam aperte conjicit. Neque etiam altera, dum quam non accepit in corpore voluptatis illecebram, eam spuriarum formarum lenocinio in perniciem suam accersit. Utraque autem imprudens datum a Deo bonum præter propositum scopum evertit. Formosa quidem animæ pulchritudinem corporis specie stulte deprædatur ; quæ autem apparentem corporis deformitatem instar præsidii ad virginitatis custodiam accepit, eam spuriis formis, insidias sibiipsi struens, prave transmutat. Contra oportebat, ut ista temporariam venustatem spernens, corporis pulchritudinem non adversariam animæ pulchritudini, sed potius, si ita usu eveniat, adjutricem efficeret, corporis amatores ad animam transferens : altera vero in veris bonis nihilo inferior, tentationum vacuitate, quam opinata deformitas afferebat, ad tranquille excolendam senii expertem pulchritudinem uteretur, ex quo immortali-

B 16. Κοσμῆσαι δὲ τῆς ἀληθῶς παρθένου (55) δεῖ ὅλον τὸ κάλλος, ἵνα μήτε τῷ φυσικῷ κάλλει ἐμπομπεύειν σπουδάζῃ, μήτε ἀμοιροῦσα τούτου καλλωπίζεσθαι θέλῃ. Ἁπρεπὲς γὰρ ὡς ἀληθῶς τῇ παρθένῳ, καὶ τῆς ἐπαγγελλομένης ἀφθορίας ἀλλότριον, τὸ, ἢ ἐναβρυνομένην τοῖς δεδομένοις πρὸς εὐφυΐαν παρὰ τοῦ ποιητοῦ χαρακτῆρσι, καὶ ἐμπομπεύουσαν, ὥσπερ ἔφην, τῷ κάλλει, πλείονας ἐραστὰς τοῦ σώματος εἰς κοινὸν σπουδάζειν πτῶμα κινεῖν, ἢ μὴ εὐστοχήσασαν εὐειδείας (56), ἄρτυμα ἡδονῆς τοῖς ὁρῶσι τὴν ἐπίνοιαν τοῦ καλλωπισμοῦ πραγματεύεσθαι. Οὔτε γὰρ ἡ πρώτη σώφρονα δείκνυσι λογισμὸν, ἐπὶ τῷ τοῦ ποιητοῦ ἔργῳ ὡς ἐπὶ ἰδίῳ κατορθώματι θρυπτομένη, καὶ εἰς ὃν μὴ εἰσαχθῆναι ἀγῶνα, διὰ τῆς εὐχῆς τὸν ἀγωνοθέτην παρακαλεῖ, Μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, δεομένη, εἰς τοῦτον δι' ὧν τοὺς ἐραστὰς ἐπισπᾶται, ἑαυτὴν προφανῶς συνωθοῦσα. Οὐδ' ἡ δευτέρα, ὃ μὴ ἔλαβε δέλεαρ ἐπὶ τῆς τοῦ σώματος ἡδονῆς, τοῦτο νόθοις μορφαῖς καθ' ἑαυτῆς μαγγανεύουσα. Λανθάνει δ' ἑκατέρα τὸ δοθὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ καλὸν παρὰ τὸν προκείμενον σκοπὸν διαφθείρουσα. Καὶ ἡ εὐειδὴς τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος διὰ τοῦ κατὰ σῶμα ἀτόπως λυμαινομένη (57), καὶ ἡ τὴν δοκοῦσαν τοῦ σώματος ἀμορφίαν ἐφόδιον φυλακῆς τῆς κατὰ τὴν παρθενίαν λαβοῦσα, εἰς ἐπιβουλὴν ἑαυτῆς ταύτην νόθους μορφαῖς κακῶς μεταπλάττουσα. Ἔδει δὲ τὸ ἀνάπαλιν, τὴν μὲν τοῦ προσκαίρου κάλλους καταφρονοῦσαν, μὴ ἐμπόδιον τὸ τοῦ σώματος κάλλος τοῦ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ συνεργὸν, ἂν οὕτω που συμβαίνῃ, ποιεῖσθαι, τοὺς τοῦ σώματος ἐραστὰς ἐπὶ τὴν ψυχὴν μεταφέρουσαν· τὴν δὲ μηδὲν ἧττον ἐν τοῖς ὄντως καλοῖς φερομένην, τὴν, διὰ τὴν νομιζομένην ἀειδίαν, ἀοχλησίαν τῶν πειρασμῶν, γαλήνην ἀσκήσεως τοῦ ἀγήρω κάλλους

[70] Matth. vi, 13.

(52) Σφαλεροῖς. Ita mss. quinque et alius secunda manu. Editi, σφαλερῶς.

(53) Μηδέ. Sic mss. sex. Editio Veneta, μή. Parisiensis, μὴ οἶονεί.

(54) Ἔστω. Sic duo codices a Combefisio citati et alii nonnulli. Editi, ἔσται. Colbertinus codex, Παρθενία οὖν.

(55) Τῆς ἀληθῶς παρθένου. Quinque codices mss., τῆς ἀληθῶς παρθενίας, aut τῆς ἀληθοῦς παρθενίας.

(56) Εὐειδείας. Sic mss. quinque, melius quam editi, εὐοδίας.

(57) Λυμαινομένη. Codex Regius 2879, μολυνομένη, sicque legit Ambrosius qui reddidit, *inquinat*.

λαμβάνειν, τοῖς μὲν ἀθανάτοις καλοῖς, ὡς ἰδίοις κατορθώμασιν, ἐντεῦθεν ἤδη πρὸς τὴν ἑτέραν ἀμιλλωμένην, τοῖς δὲ κατὰ σῶμα ὑπὸ τοῦ χρόνου δειχθησομένην (58), οὐδὲν ἐκείνης διάφορον ἔχουσαν.

17. Οὐδὲ γὰρ τίς ὁ σκοπὸς, δι' ὃν καλλωπίζονται συνιδεῖν ἐστι ταχέως. Εἰ μὲν γὰρ ἵνα τῷ τῆς παρθενίας σκοπῷ συνεργάσωνται, καὶ δὴ τὸ ἐναντίον οὗ ἐπαγγέλλονται πράττουσι, πλείονας πειρατὰς διὰ τοῦ καλλωπισμοῦ καθ' ἑαυτῶν ἀτόπως ἀλείφουσαι. Εἰ δὲ ἵνα αὐτὸ τοῦτο (59) καλαὶ δόξωσι, φαίνεσθαι ἄλογον, εἰ μὴ μέλλοιεν παρ' ὧν τὴν δόξαν ἀποφέρεσθαι (60) σπεύδουσι, τοῦ κατ' αὐτὰς νομιζομένου κάλλους ἐμφορεῖσθαι, τὴν περὶ τούτου φροντίδα ποιούμεναι. Εἰ δ' ἵνα καὶ τύχοιεν οἷς ἀρέσαι σπουδάζουσιν, εἰς τὸ ἐναντίον, φημὶ, ἑαυτὰς κατενεχθείσας γυμνῶς ἐπιδείξουσιν, ἑταῖραι ἀντὶ παρθένων ἀφθεῖσαι· ἐκτὸς εἰ μὴ πρὸς τὴν τῶν δύο ἐπιθυμίαν μεσολαβηθεῖσαι διέλκονται, καὶ τῶν ἔξωθεν ἐραστῶν ἐμφορεῖσθαι βουλόμεναι, διὰ δὲ τοῦτο τῆς κοινῆς ἐπιθυμίας τὴν ὄψιν ἡδυσμα γίνεσθαι σπουδάζουσαι, καὶ τῷ ἔνδον ἐραστῇ δι' αἰδῶ ἢ φόβον (61) κρατούμεναι. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τέ ἐστιν ἀνύπουλον εἶναι τῶν τοιούτων τὴν γνώμην, καὶ τοὺς ἔξωθεν ἐπὶ τὸ σῶμα διὰ μηχανῆς ἐρεθίζουσαν (62), καὶ τῷ ἔνδον ἐξ ἡμισείας ἀρέσκειν ἐθέλουσαν. Καὶ οὐκέτι ἔστιν λοιπὸν ἡ γνώμη ὁμαλῶς ἑαυτῇ συμφωνοῦσα· ἀλλ' ὥσπερ ἐν μεταιχμίῳ, πρός τε τὸν ἔνδον ἐραστὴν, καὶ τὸν ἔξω κακῶς σχιζομένη. Οὐδεὶς δὲ δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. Ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ τοῦ ἑνὸς ἀνθέξεται, τοῦ ἔξω, κλλωπιζομένη πρὸς τοῦτον, καὶ τοῦ ἔνδον καταφρονήσει. Ἡ δὲ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ· ὥσπερ οὖν ἡ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρὶ, καὶ μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. Ἐπεὶ ἀμήχανον καὶ τῷ ἔνδον μεριμνᾷν ὅπως ἀρέσῃ, καὶ πρὸς τοὺς ἔξω (63) θεατὰς, ὥσπερ ἐν σκηνῇ, καλλωπίζεσθαι. Ἀλλ' ὡς ὁ ὄφ' ἡλίῳ λαλῶν διδασκάλῳ, οὐδέν τῆς παρακολουθούσης σκιᾶς, τὰ κινήματα αὐτοῦ τῶν χειρῶν, καὶ τῆς ὅλης μορφῆς τοὺς τύπους μιμηλῶς δεικνύσης, φροντίσας, ὅλος (64) πρὸς τὴν τοῦ καθηγητοῦ ὁμιλίαν συντέταται· οὕτω καὶ ἡ παρθένος, οὐδέν τι τῶν τοῦ σώματος εἰδώλων ἂν εὔμορφα ἢ δύσμορφα φαίνηται ταῦτα, καὶ τῶν περὶ αὐτὰ μωκῶν (65) φροντίσασα, ὅλη πρὸς τὸν καθηγητὴν αὐτῆς καὶ νυμφίον ἐπέστραπται, τούτῳ διὰ βίου ἐν καθαρωτάτῳ φωτὶ συντόνως λαλοῦσα.

bus quidem bonis jam alteri æqualis esset, corporeis autem temporis **634** progressu nihil ab illa discreparet.

17. Neque enim quid sibi in exquisito ornatu proponant, cito perspicitur. Nam si ut virginitatis propositum adjuvent, contra sane quam profitentur, sese gerunt, quippe cum plures tentatores exquisito ornatu contra semetipsas absurde excitent. Sin autem ut formosæ tantum appareant, videntur absurdam ea de re curam suscipere, nisi ii a quibus laudem consequi student, opinatæ earum pulchritudinis satietatem capturi sint. Quod si ut iis perfruantur quibus placere student, in contrariam partem delapsas se esse clare ostendent, meretrices pro virginibus deprehensæ : nisi inter duorum amorem mediæ distrahantur, exterioribus quidem amatoribus perfrui cupientes, et idcirco dantes operam, ut communis cupiditatis condimentum aspectus fiat, sed interno amatori ob pudorem et metum adherentes. Fieri enim non potest, ut talium mens pura et simplex sit, externos ad corpus machinatione quadam exstimulans, interno autem placere ex dimidio cupiens. Nec jam erit deinceps sententia æqualibiliter sibi ipsa consentiens : sed tanquam in confinio inter internum amatorem et externos prave scindetur. *Nemo potest duobus dominis servire. Aut enim unum odio habebit, et alterum diliget. Aut uni adhærebit*, nimirum externo, qui se ornatu venditat, et internum *contemnet*[71]. *Quæ autem innupta est, cogitat quæ sunt Domini, quomodo placeat Domino, quemadmodum nupta cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro : et divisæ sunt uxor et virgo*[72]. Siquidem fieri non potest, ut et interno sollicita sit quomodo placeat, et externis spectatoribus, velut in scena, sese ornatu venditet. Sed quemadmodum qui ad solem alloquitur magistrum, nihil sollicitus de affectante umbra, quæ motus illius manuum, et totius formæ imagines imitando exprimit, ad præceptoris colloquium totus est intentus; ita et virgo nihil de corporis simulacris, utrum formosa an difformia videantur, nihil de jocis quibus exagitantur, sollicita, ad præceptorem et sponsum suum tota convertitur, et cum eo per totam vitam in clarissima luce intente colloquitur. Sollicita enim est quomodo placeat Domino.

[71] Matth. VI, 24. [72] I Cor. VII, 34.

(58) Δειχθησομένην. Sic mss. septem cum Veneta editione. Parisiensis, δηχθησομένοις.

(59) Αὐτὸ τοῦτο. Duo codices, αὐτῷ τούτῳ. Mox legendum, φαίνονται. Alioqui nulla prorsus erit sententia.

(60) Ἀποφέρεσθαι. Sic codices a Combefisio citati et alii nonnulli cum editione Veneta. Editio Paris., ἀποφύξασθαι.

(61) Δι' αἰδῶ ἢ φόβον. Sic Colbertinus codex cum duobus Regiis, Editio Veneta, δι' αἰδῷ ἢ φόοφ. Parisiensis, ἢ αἰδῷ ἢ φόοφ [sic].

(62) Ἐρεθίζουσαν. Quamvis quinque veteres libri et editio Veneta habeant, ἐρεθίζουσας et mox ἐθέλουσας [sic]; hæc tamen lectio tam parum commoda ut vulgatam mutare noluerim; nisi quod emendavi quod habebat editio Parisiensis, τὸν ἔνδον, et eorumdem codicum ac Venetæ editionis scripturam restitui.

(62) Ἔξω. Nonnulli codices, ἔξωθεν.

(64) Ὅλος. Hæc scriptura, quæ in nonnullis codicibus reperta, potior videtur quam vulgata, ὅλως.

(65) Μωκῶν. Non male editio Parisiensis, μωμῶν. Sed tamen restituenda visa est scriptura editionis Venetæ, quam sex codices mss. confirmant.

Talis autem placet, qualem ipse illam formare voluit.

18. Non solum igitur exornari virgo non debet, nec exquisitam formam ad condimentum voluptatis oculi impudici elaborare, sed etiam naturalem corporis pulchritudinem, quantum fieri potest, data opera obumbrare. Nam cum, secundum superiorem sermonem, fomentum 635 sit voluptatis mari femina, et oculo molliori, quam masculus, ab oblectamentum visus efficta, ac canora voce ad pelliciendas aures instructa, membrorum apparenti mollitie, ac uno verbo, tota corporis specie ac motu ad decipulam voluptatis formata, cumque non loquens solum mulier et aspiciens, sed et sedens ac ambulans ob insitam in marem illi naturalem potestatem, eum ad se, ut ferrum eminus magnes, attrahat; propterea oportet ut virgo, ne ullo modo voluptatis retibus implicetur providens et cavens, masculum aspectum et firmam efficiat vocem, ac incessu et omni prorsus corporis motu illecebras voluptatis coerceat; ita ut nec ipsa magis excogitatis ad voluptatem artibus capiatur, nec laqueum aliis ac suæ ipsius animæ proprium corpus instituat, sed ad firmam virtutis speciem semetipsam sapientibus motibus viriliter erigat.

30. Μνημονεύουσα δὲ, ὅτι δεῖ ἡμᾶς φανερωθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, οὐ πρᾶξαι μόνον τι τῶν αἰσχρῶν, ἀλλὰ καὶ ἐννοῆσαι φοβηθήσεται. Καθάπερ γάρ τις ζωγράφος, ἡμῶν ὁ νοῦς, ὥσπερ ἐν πίνακι, τῇ ψυχῇ τὰς ἐννοίας ὡς θέλει μορφοῖ· καὶ ἄφετος μὲν καὶ ἐλεύθερος διὰ τὸ αὐτεξούσιον (30) ὢν, οὐδαμοῦ δὲ, διὰ τὸ ἀσώματον, πρὸς τὴν τῆς γραφῆς φιλοτιμίαν στενοχωροῦμενος, ἀλλ' ὅσην θέλει εὐρυχωρίαν τόπου εὑρίσκων, ἐγγράφει, φημὶ, ταῖς ἐννοίαις ἃ βούλεται. Εἶτα ὥσπερ ὁ ζωγράφος ἐν παραβύστῳ που τὸν πίνακα ποικίλης ἱστορίας πληρώσας, ἀθρόως τοῦτον εἰς μέσον προφέρει, καὶ ἀφελόμενος τὰ ἔξωθεν προκαλύμματα εἰς θέαν ἐν μέσῳ τοῦτον τοῖς πολλοῖς ἀνατίθησιν, οὐκέτι μὲν ἑρμηνεὺς τῶν γραφέντων γινόμενος, πᾶσι δὲ τοῖς θεκταῖς καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον τὴν γραφὴν ὡς ἔχει καταμανθάνειν ἐφείς· οὕτω καὶ ὁ νοῦς, μετὰ (31) τὴν ἔξοδον τοῦ βίου ὥσπερ τι προκάλυμμα τοῦ κατὰ ψυχὴν πίνακος, ὃν παρ' ὅλον τὸν βίον ταῖς ἐννοίαις κατεζωγράφησε, τὸ σῶμα ἀφαιρεθείς, τὰ ἐν ἀποῤῥήτοις γραφέντα εἰς φῶς

sit, in animum inducet. Quamvis enim nullus alius hominum adsit, at ipse sibimetipsi adest virgo, seque omnium maxime debet revereri. Neque enim alios, ut reverentis dignos, cavebit, semetipsam autem, ut reverentia indignam, dedecorabit. Sed, ut dixi, primum quidem semetipsam et conscientiam suam reverebitur, etiamsi omnino sola sit, deinde adstantem custodem angelum. *Angeli enim eorum*, inquit, *semper vident faciem Patris vestri, qui in cœlis est*[97]. Nec decet, ut hominum conspectui se subducens, angelum, cui cura salutis nostræ credita, contemnat; virgo præsertim, quæ hunc ipsum, veluti pronubum virginitatis suæ et custodem habet. Præ angelis autem revereatur ipsum sponsum, qui ubique præsens est, ejusque Patrem et sanctum Spiritum. Sed quid percurro singula? Innumerabilia angelorum agmina, simulque patrum sanctos spiritus. Nullus enim eorum est, qui non ubique intueatur; cum ipse quidem corporis oculis non videatur, sed incorporeo oculo circumspiciat omnia. Quare hac etiam ratione, si multos latere vult virgo, hos, qui tot ac tales sunt, multo magis quam homines, ut verisimile est, reverebitur. Et cum ei propositum sit, ut peccatum multitudinem lateat, cumque fieri non possit, ut istos, quorum magna multitudo est, lateat, nihil unquam committet quod non deceat. Talia igitur in præsenti vita circa semetipsam cogitans, undique, opinor, semetipsam communiet.

30. Si autem meminerit nos manifestari oportere coram tribunali Christi, non modo turpe quidquam facere, sed vel cogitare verebitur. Nam instar pictoris mens nostra, velut in tabula, cogitationes in anima ad arbitrium suum informat, cumque soluta sit et libera ob liberum arbitrium, nec usquam ob incorpoream naturam suam, ad picturæ magnificentiam angustias patiatur, sed quantam cupit loci laxitatem inveniat, depingit, inquam, cogitationibus quæcunque libet. Deinde quemadmodum pictor, postquam secreto in recessu tabulam varia historia complevit, subito illam in medium profert, ac sublatis exterioribus integumentis spectandam in medio multitudini proponit, nec jam est eorum quæ pinxit interpres, sed omnibus spectatoribus etiam in futurum tempus picturæ, qualis sit, existimandæ potestatem relinquit; ita et mens post exitum e vita, ubi veluti quoddam involucrum tabulæ, quæ animam tegit, quamque per totam vitam cogitationibus pinxit, ita corpus ablatum fuerit: tunc quæ in

[97] Matth. XVIII, 10.

(27) Φυλάξεται. Editio Paris., φυλασσεται. Melius Veneta et plures mss. quos secuti sumus.

(28) Ὑμῶν. In uno ex Regiis, ἡμῶν. In ora duorum Regiorum legitur instar scholii: Ὅτι ἑκάστῳ ἀνθρώπῳ ἄγγελος ἕπεται ἀπό γενέσεως. *Unumquemque hominem angelus sequitur ab ipsius ortu.*

(29) Οὐδέποτε. Sic mss. multi. Editi, οὐδήποτε. In ora trium codicum legitur illud: Ὅτι μόνον ἄγγελοι τὰ καθ' ἡμᾶς βλέπουσι, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἁγίων αἱ ψυχαί· *non solum angeli, sed animæ etiam sanctorum omnium res nostras vident.*

(30) Διὰ τὸ αὐτεξούσιον. Ita mss. quinque. Editi, καὶ αὐτεξούσιος. Unus codex, ὡς αὐτεξοσιος. Paulo post unus ex Regiis, ὅσο, θέλει.

(31) Μετά. Editi præmittunt, και, quæ conjunctio melius abest a quatuor mss.

arcano picta fuerant, omnibus in lucem profert : ac videre est tabulam animæ,varia quidem historia repletam,omnibus autem ad spectandum propositam. Si ergo divinæ quædam ex sacris lectionibus et probis cogitationibus historiæ videantur depictæ, laude omni digna judicatur et mens quæ pinxit,et quæ hanc recepit picturam animæ tabula : his qui picturam vident, recedere ab hoc spectaculo **646** nolentibus eo quod spectatu dignum sit; omnibus autem singularum rerum depictarum pulchritudinem et figuras, tum etiam divinam formam admirantibus, et divinum illum pictorem beatum judicantibus, quod vitam in carne præclare traduxerit, sub hoc corporis amictu nocte et die tales picturas, præter omnem spectantium spem, eleganti manu animæ tabulæ imprimens.Quod si turpes et indecoræ appareant picturæ, opprobrio et risu dignus pictor omnibus videbitur : quippe qui alias fortasse spes,antequam nudaretur tabula illius animæ,monstraverit, contraria autem his, quæ exspectabantur, omnia post remotum corporis integumentum spectatoribus ostendat. Ubinam ergo iste abscondetur, qui ex instituta cum altero comparatione ab omnibus judicandus est? *Inter se invicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus*[98]. Ubinam autem tabula illa animæ deponetur,quæ spectantium oculos turpibus historiis ac omni absurda specie implevit? Quemadmodum enim qui in corpore habent nævos, antequam nudentur, veste illos occultant et multorum oculis subducunt, ac sæpe splendidissima veste ornati,etiam pulchri intus esse ex ornatu exteriore existimantur; sed si vestem exuant, et nudi in balneo appareant, ridiculi videntur, dum corpus ostendunt innumeris nævis præter plurimum illum externum decorem deformes:neque,postquam nudum omnibus corpus apparuit,opus est interpretatione, ubi et qualem nævum habeat; sed statim ac nudatum est, conspicuus cujusque membri nævus oculis semetipsum aperit: ita et nos postquam exuerimus integumentum carnis, nec vestire insitos animæ nævos, nec occultare ullo modo poterimus; sed omnibus oculis conspicui, quæ corpore, velut veste, abscondentes latebamus, ea omnibus oculis nuda ostendemus, nec jam erit negandi aut ratiocinandi locus, cum opera ipsa cernentur, et conspectu in auctore suo agnoscentur.

A τοῖς πᾶσι δεικνύει· καὶ ἔστιν ἰδεῖν τὸν πίνακα τῆς ψυχῆς ποικίλης μὲν ἱστορίας πεπληρωμένον, πᾶσι δὲ εἰς θέαν ἐγκείμενον. Ἐὰν μὲν οὖν θεῖαί τινες ἐξ ἀναγνώσμάτων ἱερῶν καὶ ἐννοιῶν φιλαρέτων αἱ ἱστορίαι ὀφθῶσιν ἐγγεγραμμέναι, παντὸς ἐπαίνου ὁ ζωγραφήσας νοῦς καὶ ὁ ταύτην δεξάμενος τὴν γραφὴν τῆς ψυχῆς πίναξ ἄξιος κρίνεται· οὐδ' ἀφίστασθαι τῆς θέας τῶν ἱστορούντων τὴν γραφὴν διὰ τὸ ἀξιοθέατον ἐθελόντων· ἁπάντων δὲ τὸ καθ' ἕκαστον τῶν γραφέντων κάλλος τε καὶ τοὺς τύπους, ἀλλὰ καὶ τὴν θεοειδῆ τῶν ἐγγραφέντων μορφὴν θαυμαζόντων, καὶ μακαριζόντων τὸν θεῖον ζωγράφον ἐκεῖνον, ὅτι καλῶς τῷ ἐν σαρκὶ βίῳ ἐχρήσατο, ὑπὸ τούτῳ τῷ τοῦ σώματος περιβολαίῳ νυκτὸς καὶ ἡμέρας τοιαύτας γραφὰς παρὰ πᾶσαν τῶν θεατῶν ἐλπίδα φιλοκάλῳ χειρὶ τῇ τῆς ψυχῆς πίνακι ἐγχαράξας. Ἐὰν δὲ αἰσχραί τε καὶ B ἀπρεπεῖς ἀναφανῶσιν αἱ γραφαί, αἰσχύνης καὶ γέλωτος ὁ ξωγράφος ἄξιος τοῖς πᾶσιν ὀφθήσεται· ἄλλας μὲν ἴσως ἐλπίδας πρὶν γυμνοῦσθαι τὸν πίνακα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ὑποφήνας, ἐναντία δὲ τῶν ἐλπισθέντων, μετὰ τὸ ἀφαιρεθῆναι τὸ τοῦ σώματος κάλυμμα, ἅπαντα ἐν τούτῳ τοῖς θεαταῖς ἐπιδείξας. Ποῦ οὖν ἄρα οὗτος καταδύσεται ἐκ συγκρίσεως πρὸς τὸν ἕτερον παρὰ πάντων κρινόμενος; Μεταξὺ ἀλλήλων τῶτ λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ὁμολογουμένων. Ποῦ δὲ ὁ πίναξ ἐκεῖνος ἄρα τῆς ψυχῆς ἀποτεθήσεται ὁ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν θεατῶν αἰσχρῶν ἱστοριῶν καὶ πάσης ἀλλοκότου ἰδέας ἀναπλήσας; Ὡς γὰρ οἱ τοὺς ἐν σώματι ἔχοντες μώμους, πρὶν γυμνωθῆναι, τῇ ἐσθῆτι κεκρυμμένους καὶ ἀδήλους τοῖς πολλοῖς ἔχουσι τούτους· περιφανεστάτη δὲ πολλάκις ἐσθῆτι κοσμούμενοι, τοὐναντίον καὶ καλοί τινες C ἔνδοθεν εἶναι ἐκ τοῦ ἔξωθεν νόσμου ὑπενοήθησαν, ἐκδυσάμενοι δὲ τὴν ἐσθῆτα καὶ γυμνοὶ ἐν βαλανείῳ ὀφθέντες, καταγέλαστοι, παρὰ πολλὴν τὴν ἔξωθεν δόξαν μυρίοις τοῖς μώμοις ἐπίψογον τὸ σῶμα δεικνύντες, ἐφάνησαν· καὶ οὐ χρεία ἑρμηνείας, μετὰ τὸ γυμνὸν τοῖς πᾶσιν ὀφθῆναι τὸ σῶμα, ποῦ καὶ πῶς ἔχει τὸν μῶμον· ἀλλ' ἅμα τε ἐγυμνώθη, καὶ ὁ ἐν ἑκάστῳ μέλει μῶμος ὁρώμενος, τῇ ὄψει ἑαυτὸν ἑρμηνεύει· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐκδυσάμενοι τὸ προκάλυμμα τῆς σαρκὸς, οὔτε περιστεῖλαι τοὺς ἐν τῇ ψυχῇ μώμους, οὔτε ἀποκρύψαι πῶς δυνησόμεθα· ἐν ὄψεσι δὲ τοῖς πᾶσιν ὁρώμενοι, ἃ τῷ σώματι ὡς ἐν ἐσθῆτι ἐγκρύπτοντες ἐλανθάνομεν ἔχοντες, ταῦτα γυμνὰ πᾶσιν ὀφθαλμοῖς ἐπιδείξομεν, οὐκέτι οὔτε ἀρνήσεως, οὔτε λογισμῶν χώραν ἔχοντες, ὅτε αὐτὰ τὰ ἔργα ὁρᾶται, καὶ ὁρώμενα ἐν τῷ πεπραχότι ἐπιγινώσκεται.

31. Non enim confuse et summatim res videntur, D sed ut depictæ sigillatim cognoscuntur ut se habent; quomodo,exempli causa, surrexerit e lecto ad adulterium properans, qualibus eundo usus sit gressibus,quali constitutus corpore, et qualem præ se ferens habitum processerit,et unde obrepens alienam

31. Οὐ γὰρ συγκεχυμένως τε καὶ καθόλου τὰ πράγματα θεωρεῖται, ἀλλ' ὡς ὑποζώγραφα κατὰ μέρος γινώσκεται ὡς ἔχει· οἷον, πῶς ἀνέστη, φέρε εἰπεῖν, ἐπὶ μοιχείαν ὁρμήσας τῆς κοίτης, καὶ ὁποίοις βήμασιν ἐχρήσατο βαδίζων· ὅπως τε συγκεκραμένος τῷ σώματι (32), καὶ τὸ σχῆμα ὁποῖον δεικνὺς προσῆλθε,

[98] Rom. II, 15.

(32) Συγκεκραμένος τῷ σώματι. Editio Veneta et unus ex Regiis secunda manu, συγκεκραμμένος τῷ σώματι. Habent alii codices duo συγκεκαμμένος τὸ σῶμα. Duo alii cum Colbertino, συγκεκαμμένος τῷ σώματι. Unus ex Regiis, συγκεκυμμένος τῷ σώματι. Mox editio Paris., προῆλθε. Veneta et quinque codices ut in textu.

καὶ πόθεν παρεισρυεὶς ἥψατο τῆς ἀλλοτρίας· πως τε ἑαυτὴν τούτῳ πρὸς τὴν παράνομον πρᾶξιν ἡ γυνὴ ἐπεδίδου. Καθάπερ ἐν πίνακι, φημὶ, κατὰ μέρος ἕκαστα ἀκριβῶς καταγεγραμμένα ὀφθήσεται, καὶ οὐ μόνον τὰ φθάσαντα ἔργα γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ μὴ προχωρησάντων τῶν ἔργων, αἱ ἐν τῷ τῆς ψυχῆς πίνακι γενόμεναι (33) ἔννοιαι. Οὐδὲν γάρ ἐστι γραφὴ ἐν ψυχῇ, ἢ ἔννοια περί τινος ἐν αὐτῇ τυπωθεῖσα· καὶ οὐδέν ἐστι φαντασιώδης τε καὶ διεξοδικὴ ἔννοια ἐν ψυχῇ, ἢ γραφὴ τοῖς τῆς φαντασίας χρώμασί τε καὶ μεγέθεσιν, ἔτι δὲ σχήμασιν, ἃ ὁ νοῦς ἐν αὐτῇ κατεζωγράφησεν, ἐγγεγραμμένη. Καὶ ὡς ὁ τὴν σημειογραφικὴν τέχνην μαθὼν, πάντων τῶν σημείων τὰ σχήματα καὶ τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ καὶ τοὺς τύπους τῶν ὀκτάδων φέρει καὶ τετράδων ἐν τῇ ψυχῇ τυπωσάμενος, καὶ πρὸς τὴν χρείαν τῶν ὑπαγορευομένων διὰ τῆς χειρὸς τὰ ἐν τῇ ψυχῇ ταῖς μνήμαις ἐγγεγραμμένα ἐπὶ τῆς δέλτου δεικνύει· καὶ ἃ μὲν ἔδειξε σημεῖα τῷ γραφείῳ χαράξας, ἃ δὲ μηδέπω διὰ χειρὸς δειχθέντα, ἐν τῇ ψυχῇ ὅμως ἀπογεγραμμένα ἀπόκειται· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ, τὰς μὲν ἐννοίας διὰ σώματος ἐνεργοῦσα, εἰς ἔργον προήγαγε, τὰς δὲ μὴ φθάσασα σώματι ἀποτελεσθείσας ἡμῖν ἐπιδεῖξαι, ἐν ἑαυτῇ τετυπωμένας φυλάττει, εἰ καὶ μὴ σωματικῶς. ἀλλ' οἰκείῳ ἔργῳ ταύτας καθ' ἑαυτὴν ἀσωμάτως ἐπιτελοῦσα. Ὡς γὰρ ἔργον σώματος τὸ σωματικῶς τι ἐπιτελέσαι, οὕτω καὶ ψυχῆς ἔργον τὸ ταῖς ἐννοίαις τὰς ἀρεσκούσας φαντασίας τελεσιουργῆσαι ὡς θέλει. Διὸ καὶ τὰς ἐν (34) ἐννοίᾳ ἁμαρτίας μὴ ὡς φαντασίας ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς ἔργα ἐν ψυχῇ γινόμενα κατὰ τὸ δίκαιο κρίνεσθαι δεῖ. Ὡς οὖν κἂν μὴ γράφῃ ἡ χεὶρ τὰ σημεῖα, ὅμως τοῖς σχήμασι τῶν σημείων ἡ ψυχὴ ὅλη ἁπανταχοῦ καταγέγραπται· καὶ ὁ ἀποδύσας τὸ σῶμα ἴδοι ἂν αὐτὴν τῷ λεγομένῳ κομμέντῳ πᾶσαν καταγεγραμμένην· οὕτω μετὰ τὸ ἀποδύσασθαι ἡμᾶς τὸ σῶμα, πᾶσα ἔννοια ὡς ἐν γραφῇ ἐπὶ τῆς ψυχῆς γεγραμμένη ὀφθήσεται. Καὶ ὥσπερ ὁ μὴ μαθὼν τὰ σημεῖα, τούτων ἐν τῇ ψυχῇ οὐκ ἔχει ἐγγραφέντας τοὺς τύπους· ὁ δὲ μαθὼν, κἂν μὴ γράφῃ ἡ χεὶρ, τοὺς τύπους αὐτῶν τῇ μαθήσει ἐν ψυχῇ ἀπεγράψατο· οὕτω καὶ ὁ μὴ ἐννοήσας τι ἁμάρτημα, τούτου οὐκ ἔχει τὴν φαντασίαν ἐν ψυχῇ γεγραμμένην· ὁ δὲ ἐννοήσας, κἂν μὴ προχωρήσῃ τὸ ἔργον, ὅμως ἐν τῇ ψυχῇ ἔχει τὰς φαντασίας τῶν νοηθέντων, ὡς ἔν τινι πίνακι σαφῶς γεγραμμένας. Ἀλλ' ὡς ἐκεῖ ὁ μαθὼν τὰ σημεῖα, ἀμελείᾳ τοῦ διαγράφεσθαι ταῦτα, λήθῃ αὐτὰ τῆς μνήμης ἂν ἀποβάλοι, ὡς μηκέτι λοιπὸν τῷ χρόνῳ μηδεμιᾶς ἀναφέρειν ὀκτάδος σχῆμα, ἢ τύπον, ἢ ὀνομασίαν εἰς μνήμην· οὕτω καὶ ὁ ἐννοήσας ἄτοπα, εἰ ἀμελήσειε τῶν ἐννοιῶν, καὶ ἐφ' ἑτέρας καλλίονας τὸν νοῦν ἀσχολήσειε, χρόνῳ ἄν ποτε ταῦτα τῆς μνήμης ἑαυτοῦ ἐκβαλὼν, τῇ λήθῃ αὐτὰς τοῦ τῆς ψυχῆς πίνακος ἀπαλείψειεν. Οὐδὲν γάρ ἐστι μνήμη, ἢ τύπωσις ἐννοιῶν, ὡς ἐν ψυχῇ, ὑποζώγραφος. Καὶ πῶς

A attigerit: quomodo semetipsam illi mulier ad nefarium opus tradiderit. Velut in tabula, inquam, singula accurate descripta cernentur, nec ea solum quæ ad actum perducta sunt, sed etiam actibus non erumpentibus insitæ in animæ tabula cogitationes. Nihil enim aliud est pictura in anima, nisi cogitatio alicujus rei in ipsa informata: nec aliud quidquam est imaginaria ot excurrens cogitatio in anima, nisi pictura imaginationis coloribus, et magnitudinibus atque etiam figuris, quas in ipsa mens **647** depinxit, delineata. Et quemadmodum qui artem notarum didicit, omnium notarum figuras et nomina, atque etiam octadum formas et tetradum in anima impressas habet, et ad usum eorum quæ dictantur, per manum ea, quæ memoriæ inscripta

B sunt, in tabula ostendit; atque alias quidem notas stylo figuravit, aliæ vero nondum manu designatæ, in anima tamen descriptæ servantur: ita et anima alias quidem cogitationes, dum per corpus operatur, ad actum perduxit, alias vero, quas nondum corpore perfectas nobis ostendit, in seipsa formatas servat, etsi non corporaliter, sed proprio opere eas per semetipsam incorporaliter perficit. Quemadmodum enim corporis opus est aliquid corporaliter peragere, ita et animæ opus est placentes sibi imaginationes, arbitrio suo per cogitationem ad actum perducere. Unde et peccata, quæ in cogitatione posita sunt, non ut cogitationes simpliciter, sed ut opera in anima peccata æquum est judicari. Quemadmodum igitur etiamsi notas manus non scribat, notarum tamen figuris tota anima ubique inscripta

C est, et si quis corpus removeat, totam animam videbit, eo quod dicitur, commento inscriptam: sic postquam corpus exuerimus, omnis cogitatio velut in pictura, ita in anima videbitur inscripta. Et quemadmodum qui notas non didicit, earum in anima non habet descriptas formas; qui vero didicit, etiamsi manus non scribat, earum formas discendo in anima inscripsit: ita et qui de peccato aliquo non cogitavit, illius imaginem animæ impressam non habet; qui vero cogitavit, etiamsi non procedat opus, tamen in anima imagines eorum quæ cogitavit, velut in quadam tabula, clare descriptas habet. Sed quemadmodum illic qui notas didicit, si eas scribere negligat, obliviscendo illas e memoria abjiciet, ita ut deinceps temporis progressu nullius jam octadis

D figuram aut formam aut nomen memoria retineat: ita et qui absurda cogitavit, si has cogitationes negligat et in melioribus mentem occupet, hæc temporis progressu e memoria tandem aliquando projiciens, obliviscendo ex animæ tabula delebit. Nihil enim aliud est memoria, nisi cogitationum veluti depicta in anima informatio. Et quomodo possimus effugere pœnas ejusmodi cogitatio-

(33) Γενόμεναι. Ita mss. quatuor. Editi, γινόμεναι. Quæ sequuntur restituimus ex uno codice Regio. Habebat editio Veneta. Οὐδὲ γάρ ἐστι ἐν ψυχῇ ἔννοια. Paris., Οὐδὲ γάρ ἐστιν οὐδὲν ἐν τῇ ψυχῇ ἔννοια. Illud ἐν αὐτῇ ex sex mss. desumptum est pro eo quod erat in editis, τινός. Rursus hoc loco nonnulli codices et editio Veneta, καὶ οὐδείς ἐστι.

(34) Ἐν. Præpositio addita ex tribus mss. Illud δεῖ, quod paulo post sequitur, desumptum ex cod. Mazarino.

num, quarum memoria adhuc in mente mota formas in tabula vivas omnibus ostendit? Igitur ne turpibus rebus referta mentis nostræ tabula appareat, deleamus oblivione memorias pravarum cogitationum, et earum loco bonarum recordationes informemus; ita ut nequaquam integumento corporis in præsens tempus cooperti, postquam illud deposuerimus, turpes quidam ob nævos et probrosi ob picturas omnibus præter conceptam de nobis in hac vita opinionem videamur.

32. Fortasse enim illud est quod ait Apostolus : *Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium : quosdam et subsequuntur* [99]. Nam quæ manifesta sunt omnibus hominibus peccata, quibus etiam eos qui videbant ad blasphemiam et similes actiones pravo 648 scandalo incitarunt, ea præcedunt.Quæ autem ignota sunt hominibus et clam perpetrantur, non idcirco quod homines lateant, remanent,sed inseparabiliter eos sequuntur, ut et seipsa et latentem multos auctorem prodentia, tum nescientibus eum hominibus, tum justo judicio tradant : ita ut miser ille a propriis sceleribus comprehendatur,a manifestis præcedentibus in judicium tractus, ab occultis autem inseparabiliter assectantibus agitatus. Atque hanc sententiam exponens Apostolus infert ac dicit : *Similiter et bona opera*,quæ coram hominibus lucent, ut videntes dent gloriam Patri nostro qui in cœlis est, *manifesta sunt* : *et quæ aliter se habent, abscondi non possunt* [1]. Etsi enim nunc ignoretur qualia sint opera nostra, oportet nos manifestari coram tribunali Christi [2],*Qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit occulta consilia cordium* [3]. *Et tunc laus erit unicuique a Deo* [3],quando recipiemus unusquisque ea quæ fiunt per corpus; prout gessimus, sive bonum, sive malum.

τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε φαῦλον.

33. Neque etiam alia prætermittenda intelligendi ratio, quæ fortius potest prudentem virginem ad certamina,quæ ipsi sustinenda sunt,incitare.Quemadmodum enim admirabilem Paulum,adhuc in corpore degentem, alia præcesserunt opera; multis, qui per ejus doctrinam ac vitam consummati ad æternam ei vitam præiverant, præmia illi sudorum, quos pro illis stillaverat,apud justum judicemDeum præparantibus; alia vero jam defunctum et cum Christo degentem sequuntur, iis,qui per eum insacris ejus epistolarum scripturis ad virtutem exercentur, laudes simul et præmia bono illi magistro hinc emittentibus : sic et contra,alia quidem præcedunt peccata, cum hi, qui ex pravis sermonibus

A οἷόν τε φυγεῖν τὰς εὐθύνας ἐκείνων τῶν ἐννοιῶν, ὧν ἡ μνήμη ἔτι κινουμένη ἐν τῇ ψυχῇ, τοὺς τύπους ἐν τῷ πίνακι ζῶντας τοῖς ὁρῶσιν ἐνδεικνύει; Οὐκοῦν ἵνα μὴ αἰσχρῶν ἀνάπλεως ὁ τῆς ψυχῆσ ἡμῶν πίναξ ὀφθῇ, ἀπαλείψωμεν λήθῃ τὰς μνήμας τῶν φαύλων ἐννοιῶν, τῶν ἀγαθῶν δὲ τὰς μνήμας ἀντ' αὐτῶν ἐντυπώσωμεν, ὡς ἂν μὴ κεκρυμμένοι τὰ νῦν τῷ περιβολαίῳ τοῦ σώματος, μετὰ τὴν ἀπόθεσιν τούτου, αἰσχροί τινες τοῖς μώμοις, καὶ ἐπονείδιστοι ταῖς γραφαῖς τοῖς πᾶσι παρὰ τὴν κατέχουσαν ἐν τῷ παρόντι βίῳ δόξαν ὀφθῶμεν.

32. Τάχα γὰρ τοῦτ' ἔστιν ὅ εἴρηκεν ὁ Ἀπόστολος· Τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι προάγουσαι εἰς κρίσιν· τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν. Αἱ μὲν γὰρ πᾶσιν ἀνθρώποις πρόδηλοι αἱ
B ἁμαρτίαι (35), αἷς καὶ τοὺς ὁρῶντας εἰς βλασφημίαν καὶ τὰς ὁμοίας πράξεις κακῶς ἐσκανδάλισαν, προάγουσιν (36). Αἱ δὲ ἄδηλοι τοῖς ἀνθρώποις καὶ κρυφίως γινόμεναι, οὐ διὰ τὸ τοὺς ἀνθρώπους ἀγνοεῖν, ἀπομένουσιν, ἀλλ' ἀχώριστοι αὐτοῖς ἐπακολουθοῦσιν, ἵν' ἐπιδείξασαι ἑαυτάς τε καὶ τὸν λανθάνοντα τοὺς πολλοὺς τούτων ἐργάτην, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν ἀνθρώποις, καὶ (37) τῇ δικαίᾳ κρίσει αὐτὸν παραδῶσιν· ὡς μεσολαβεῖσθαι τὸν δείλαιον ὑπὸ τῶν οἰκείων κακῶν· ὑπὸ μὲν τῶν προδήλων προαγόντων εἰς τὴν κρίσιν ἑλκόμενον ὑπὸ δὲ τῶν ἀδήλων ἀχωρίστως αὐτῷ ἑπομένων
C ἐπελαυνόμενον (38). Καὶ ἑρμηνεύων τοῦτο τὸ νόημα, ἐπιφέρων φησίν· Ὡσαύτως καὶ τὰ καλὰ ἔργα, τὰ λάμποντα ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα ἰδόντες δοξάσωσι τὸν Πατέρα ἡμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, δῆλά ἐστι· καὶ τὰ ἄλλως ἔχοντα κρυβῆναι οὐ δύνανται. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς φανερωθῆναι τοὺς νῦν ἀγνοουμένους ποίων πράξεων ἐσμὲν, ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, Ὅς φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς κεκρυμμένας βουλὰς τῶν καρδιῶν. Καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτε ἀπολαμβάνομεν ἕκαστος τὰ διὰ

33. Οὐ παρασιωπητέον οὖν οὐδὲ τὴν ἑτέραν ἔννοιαν, γεννικώτερον δὲ δυναμένην τὴν συνεκτὴν παρθένον πρὸς τοὺς ἐπιβάλλοντας ἄθλους ἀλεῖψαι. Ὡς γὰρ τὸν θαυμαστὸν Παῦλον ἔστι ἐν σώματι ὄντα, τὰ μὲν προέλαβεν ἔργα, πολλῶν τῶν διὰ τῆς διδασκαλίας τε καὶ πολιτείας αὐτοῦ τελειωθέντων εἰς τὸν ἐκεῖ βίον αὐτὸν προειληφότων, καὶ τὰ γέρα αὐτῷ
D τῶν ὑπὲρ αὐτῶν καταβληθέντων ἱδρώτων παρὰ τῷ δικαίῳ κριτῇ Θεῷ ἑτοιμασάντων· τὰ δὲ ἀναλύσαντι λοιπὸν καὶ σὺν Χριστῷ γεγονότι ἕως τῆς δεῦρο ἕπεται, τῶν δι' αὐτοῦ ἐν τοῖς ἱεροῖς τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ γράμμασι πρὸς ἀρετὴν ἀσκουμένων, τοὺς ἐπαίνους ἅμα καὶ μισθοὺς τῷ ἀγαθῷ ἐκείνῳ διδασκάλῳ ἐνθένδε πεμπόντων· οὕτω καὶ κατὰ τὸ ἐναν-

[99] I Tim. v. 24. [1] Ibid. 25. [2] II Cor. v, 10. [3] I Cor. IV 5.

(35) Ἁμαρτίαι. Editio Paris. addit, γινόμεναι, quod nec in Veneta nec in mss. legitur. Mox duo mss., εἰς βλασφημίας.

(36) Προάγουσιν. Hic quoque delevimus quod addit sola Parisiensis editio, εἰς κρίσιν. Paulo post codices nonnulli, κρυφα.ως.

(37) Καί. Deest conjunctio in Regio codice 2879.

(38) Ἐπελαυνόμενον. Sic codices Combef. et alii nonnulli. Editi, ἀπελαυνόμενον.

τίον αἱ μὲν προάγουσιν ἁμαρτίαι τῶν βλαβέντων ἐκ τῶν μοχθηρῶν λόγων ἢ πράξεων, προειληφότων τε εἰς ᾅδου, καὶ τὰ κολαστήρια τοῖς τῆς βλάβης αἰτίοις παρασκευαζόντων ἐκεῖ· αἱ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσι, τῶν καὶ μετὰ τὸν ἐκείνων θάνατον, δι' ἣν κατέλιπον τῷ βίῳ κακίαν, ἐξ αὐτῶν βλαπτομένων. Ὡς γὰρ ἕως τοῦ νῦν ὁ μακάριος Δαβὶδ πρὸς θεοσέβειάν τε καὶ προνοίας ἐπίγνωσιν ὠφελεῖ, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ ὠφελούμενοι ἐπακολουθούσας αὐτῷ πέμπουσιν ἐντεῦθεν ἐπὶ τοῖς οἰκείοις κατορθώμασι τὰς τῶν ἐπαίνων φωνάς· οὕτω Μαρκίων καὶ οἱ λοιποὶ τῶν αἱρετικὰ ἐγκατασπειράντων τῷ βίῳ δόγματα βλάπτουσιν, ἁπάντων τῶν ἐξ αὐτῶν ἐντεῦθεν βλαπτομένων, πικροτέροις τοὺς προκατάρξαντας τῆς κακίας κολαστηρίοις, καὶ πάλαι ὅμως τεθνεῶτας, ἐκεῖ παραδιδόντων. Εἴ γὰρ ἕνα, φησὶν, ἐάν τις τῶν μικρῶν σκανδαλίσῃ, τοῦδε τοῦ θανάτου ἄξιος κρίνεται, ὁ τοσούτους, διὰ τοῦ (39) μοχθηροῦ βίου ηρὸς διαφθορὰν ἡθῶν καταλελοιπέναι ὑποδείγματα, ἢ φθοροποιὰ ψυχῶν ἀναφύναι (40) τὰ δόγματα, σκανδαλίζων, καὶ, μετὰ τὸν οἰκοῖον θάνατον, ἁπάντων ἂν τῶν δι' αὐτὸν ἀποθνησκόντων θανάτων ὑπεύθυνος ἀξίως καὶ δικαίως ἀποφανθείη, καθ' ἕκαστον τῶν δι' αὐτὸν τραυματιζομένων ἢ ἀποθνησκόντων ἐνταῦθα, κατὰ τὸν ἐκεῖ αἰῶνα τραυματιζομένου τε τοῦ αἰτίου καὶ ἀποθνήσκοντος. Εἰ δὲ καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον αἱ μὲν προάγουσι πράξεις, αἱ δὲ ἐπακολουθοῦσι· καὶ ὥσπερ αἱ ὑπὸ κακίας ἐπακολουθοῦσαι μείζονι κολάσει τὸν αἴτιον τῶν καθ' ἕκαστον βλαπτομένων παραδιδόασιν· αἱ δὲ ἀπὸ ἀρετῆς μειζόνων καθ' ἕκαστον τῶν ὠφελουμένων τε καὶ ἀπὸ κακίας ἐπιστρεφόντων τὸν διδάσκαλον γερῶν ἀξιοῦσι· καὶ ἡ παρθένος ἄρα ἔχει τινὰς καθ' ἑκάτερον ἀρετῆς ἢ κακίας, τὰς μὲν προαγούσας πράξεις, τὰς δ' ἐπακολουθούσας· καὶ ἆθλία μὲν ἐκείνη, ἡ πρὸς τῇ διὰ τὴν οἰκείαν ἁμαρτίαν κολάσει, καὶ διὰ τὸ τῶν ἑτέρων πτῶμα, αἷς ὑπέδειξε τοὺς πρὸς ἁμαρτίαν ὀλισθους, ἀεὶ πικροτέρᾳ κολάσει παραδιδομένη· τρισμακαρία δὲ ἐκείνη, ἡ πρὸς τοῖς ἰδίοις στεφάνοις καὶ διὰ τὰς ἐκ τοῦ πρὸς αὐτὴν ζήλου στεφανουμένας, καθ' ἑκάστην καὶ μετὰ θάνατον κατὰ τὸν ἐκεῖ αἰῶνα στεφανουμένη.

34. Εἰ οὖν οὐδέν ἐστι κεκρυμμένον ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται, διὰ πάντας τοὺς προειρημένους λόγους ἡ παρθένος καὶ μόνη οὖσα, τῆς (41) ἀναμαρτησίας ἑαυτῆς προνοήσεται, οὐ τὰς τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ὄψεις μόνον, ἀλλὰ πολλῷ πλέον, φημὶ, τὰς ἑαυτῆς καὶ τῶν ἁπανταχοῦ ὁρώντων ἀγγέλων ἐντρεπομένη. Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶν, ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τοὺς ἀγγέλους. Οὐ γὰρ δεῖ, κἂν ἐν οἴκῳ μόνη καθέζηται καθ' ἑαυτὴν ἡ παρθένος, διότι μηδεὶς πάρεστι τῶν ἀνθρώπων, ἀδιαφόρως γυμνοῦσθαι. Πολὺ γὰρ, φημὶ, ἐπαγωγὸς ἡ φύσις τοῦ θήλεος, πᾶσαν ἄῤῥενα φύσιν καθ' ἑαυτῆς ἐπισπάσασθαι. Καὶ οὐ διὰ τοῦτο μόνον φυλάττεσθαι δεῖ τὰς τῶν δαιμόνων ἐπηρείας, ἀοράτως ἐφεδρευούσας ἡμῖν, ἀεὶ ὑποπτεύουσαν, ἀλλὰ καὶ διὰ τοὺς πᾶσιν, φησὶν, αἰδεσίμους ἀγγέλους ἐξουσίαν ἔχειν ὀφείλει. Ἀνὴρ μὲν γὰρ, ὡς τοῦ ἀγγελικοῦ τρόπον τινὰ ἀξιώματος

A aut actionibus damnum accepere, præeunt in infernum, et supplicia damni auctoribus illic præparant; ulia vero subsequuntur, nempe eorum, qui etiam ab illis, post illorum mortem, ob relicta sæculo monumenta nequitiæ læduntur. Quemadmodum enim hactenus beatus David ad Dei cultum et providentiæ agnitionem juvat, et qui ab eo juvantur, propriis præclare factis hinc et laudum voces quæ ipsum sequuntur, emittunt: sic Marcion et alii qui hæretica dogmata in hac vita seminavere, damnum inferunt, ac omnes, qui ab eis hic læduntur, gravioribus mali auctores suppliciis, etsi jam olim mortuos, illic tradunt. Nam si is, inquit, qui unum ex parvulis scandalizaverit, tali morte dignus judicatur [4], qui tot ac tantos scandalizavit, dum improbæ B vitæ ad corruptelam morum relinquit exempla, aut perniciosa animabus pellulat dogmata, mortis omnium, qui propter eum moriuntur, reus jure ac merito judicetur, ita ut, prout singuli propter eum hic vulnerantur, aut moriuntur, ipse auctor in illa vita vulneretur et moriatur. Quod si 649 etiam secundum hanc rationem aliæ quidem præcedunt actiones, aliæ vero subsequuntur; si quemadmodum quæ ex nequitia consequuntur, majori supplicio, prout quisque læditur, mali auctorem tradunt; ita etiam quæ ex virtute consequuntur actiones, prout quisque juvatur aut a vitio revocatur, majoribus præmiis magistrum augent; habetque profecto virgo ex utraque parte, vitio aut virtute, alias quidem præcedentes actiones, alias vero consequentes; misera quidem illa est, quæ præter pœnam proprii C peccati, etiam ob aliarum casum, quibus in peccatum labendi auctor fuit, semper acerbiori supplicio traditur: at ter beata, quæ præter proprias coronas, etiam propter illas, quæ in illius imitatione coronantur, pro singulis post mortem in illa vita coronatur.

34. Si igitur nihil est occultum quod non revelabitur [5], propter omnes prædictas rationes virgo, etiamsi sola sit, dabit operam ut peccatum effugiat, non solum reliquorum hominum oculos, sed etiam multo magis suos ipsius ac angelorum ubique spectantum reverita. *Propterea enim debet*, inquit, *mulier potestatem habere supra caput propter angelos* [6]. Non enim oportet, ut etiamsi sola domi sedeat virgo propterea quod nullus adest hominum, indifferenter nudetur. Multum enim statuo esse illecebrarum in feminea natura, ut omnem virilem naturam in semetipsam trahat. Neque ob eam solum causam injurias dæmonum, quæ nobis invisibiliter insidiantur, cavere debet ac semper suspectas habere; sed etiam ob reverendos omnibus, inquit, angelos potestatem habere debet. Vir enim, cum angelicam quodammodo potestatem habeat,

[4] Matth. XVIII, 6. [5] Matth. X, 26. [6] I Cor. XI, 10.

(39) Τοῦ. Legendum, τό.
(40) Ἀναφύναι. Forte, ἀναφανῆναι. EDIT.

(41) Τῆς. Sic mss. quatuor. Editi, τάς. Ibidem unus codex, ἑαυτοῦ· alius, ἑαυτήν.

nudo capite sodalibus fidenter se ostendat. Mulier autem, quæ multo inferiorem, quam vir, sortita est naturam potestatem habeat in capite; suam præstantiori summissionem, habendo potestatem in capite, decenter confitens. Propterea, inquit, ipsa etiam natura capillis earum caput in vertice contexit, sua sponte docens, non oportere, ut mulier unquam, non solum alio aliquo membro, sed ne capite quidem indifferenter nudetur; et quia solæ interdum, viris absentibus, id facere non verentur, venerabiliorem viris dignitatem adjecit, dicens: *propter angelos*, qui ubique adsunt et quæ geruntur vident. Revereatur ergo omnis mulier, adhuc autem multo magis virgo angelos, etiamsi sola absque hominibus domi versetur: et cum necessitas incidet curandi corporis, et caput et singula componens opus properet, et quantum fieri potest, operiat membra, ita ut non solum suos ipsius ac angelorum oculos semper revereatur, sed etiam tanquam in proprio exercendæ pietatis sacrario ad pudorem semetipsam studiose exerceat.

35. Quod si ne tum quidem cum sola est, indifferenter nudabitur, multo magis, fratribus in 650 Christo præsentibus, semetipsam et tunica et pudore modeste exornabit; non solum nullum ex membris, quæ veste operienda sunt, nudari temere sinens, sed maxima etiam attentione semetipsam ad damnum vitandum componens, ut non solum ipsa illæsa permaneat, sed etiam qui vident, nullam ex aspectu materiam damni accipiant. *Videntes enim*, inquit, *filii Dei filias hominum, quod essent pulchræ, descenderunt ad illas*[7]. Idonea est enim nudata pulchritudo, ut filios etiam Dei ad voluptatem pelliciat, et tanquam homines, qui propter eam moriuntur, mortales efficiat. Quare non oportet, ut de sua tantum securitate sollicita, eorum salutis, qui lædi possunt, nullam rationem habeat: sed debet undiquo et suæ ipsius virginitatis inviolabilem pulchritudinem servare, et iis qui illam vident, lucrum vitæ, non mortem ex peccato conciliare. Etsi enim ipsa confidit virginitatis suæ firmo proposito, debet tamen curam gerere, inquit, ut ne ponat offensionem fratri aut scandalum[8].

36. Sic igitur virgo et mente et motu et forma ac habitu et gestu, et sola et cum aliis, ad id quod placet sponso suo salubriter composita, cum sponsi amicis caste colloquetur. Non enim ad hominum odium eam ferentes includimus, sed accuratis lineamentis totam a capite usque ad pedes, velut Dei

ὢν, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τοῖς φράτορσι θαρσῶν ἐωράσθω. Γυνὴ δὲ ἀνδρὸς πολλῷ ἐλάττω λαχοῦσα τὴν φύσιν, ἐξουσίαν ἐχέτω ἐπὶ τῆς κεφαλῆς· διὰ τοῦ ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὴν ἐξουσίαν, τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ὑποταγὴν εὐσχημόνως ὁμολογοῦσα. Διὰ τοῦτο, φησὶ, καὶ αὐτὴ ἡ φύσις ταῖς θριξὶ τὴν κεφαλὴν τούτων ἄνωθεν ἐπεκάλυψεν, αὐτόθι (42) παιδεύουσα, ὅτι προσήκει γυναῖκα μηδέποτε, οὐχ ὅτι ἄλλο τι τῶν μελῶν, ἀλλὰ μηδὲ τὴν κεφαλὴν ἀδιαφόρως γυμνοῦσθαι· καὶ ἐπειδὴ μόναι ἀνδρῶν μὴ παρόντων ἔσθ' ὅτε πρὸς τοῦτο καταθαρσοῦσι, τὸ αἰδεσιμώτερον τῶν ἀνδρῶν ἀξίωμα προστέθεικε (43), εἰπὼν, διὰ τοὺς ἀγγέλους, τοὺς ἁπανταχοῦ παρόντας τε καὶ τὰ πραττόμενα βλέποντας. Αἰδείσθω οὖν πᾶσα γυνὴ, ἔτι δὲ μᾶλλον ἡ παρθένος τοὺς ἀγγέλους, καὶ μόνη ἀνθρώπων ἐν τῷ οἴκῳ ὑπάρχουσα· καὶ ὅταν συμβαίνῃ ἀναγκαίως ἐπιμελεῖσθαι τοῦ σώματος, τά τε κατὰ κεφαλὴν καὶ τὰ καθ' ἕκαστον περιστέλλουσα, ἐπισπευδέτω τὸ ἔργον· καὶ ὡς οἷόν τέ ἐστιν, ἐπικρυπτέτω τὰ μέλη, οὐ μόνον τοὺς ἑαυτῆς ὀφθαλμοὺς καὶ μετὰ τούτων τοὺς τῶν ἀγγέλων ἀεὶ αἰδουμένη, ἀλλὰ καὶ ὥσπερ ἐν οἰκείῳ ἀσκητηρίῳ (44) πρὸς αἰδῶ ἑαυτὴν φιλοκάλως ἀσκοῦσα.

35. Εἰ δὲ οὔτε καθ' ἑαυτὴν οὖσα ἀδιαφόρως ἀπογυμνώσεται, πολλῷ πλέον, ἀδελφῶν ἐν Χριστῷ παρόντων, ἑαυτὴν καὶ χιτῶνι καὶ αἰδοῖ σωφρόνως κοσμήσει· οὐ μόνον οὐδὲν τῶν μελῶν, ἃ δεῖ τῇ ἐσθῆτι καλύπτεσθαι (45), παραγυμνοῦσθαι ἁπλῶς ἀφιεῖσα, ἀλλὰ καὶ μάλιστα προσεχῶς ἑαυτὴν πρὸς τὸ ἀβλαβὲς περιστέλλουσα· ἵνα μὴ μόνον αὐτὴ ἀνεπηρέαστος μένῃ, ἀλλὰ καὶ οἱ ὁρῶντες μηδεμίαν ἐκ τῆς θέας ὑπόθεσιν βλάβης λαμβάνωσιν. Ἰδόντες γὰρ, φησὶν, οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ὅτι καλαί εἰσι, κατηνέχθησαν πρὸς αὐτάς. Ἱκανὸν γάρ ἐστι παραγυμνούμενον κάλλος, καὶ υἱοὺς Θεοῦ πρὸς ἡδονὴν γοητεῦσαι, καὶ ὡς ἀνθρώπους διὰ ταύτην ἀποθνήσκοντας θνητοὺς ἀποδεῖξαι. Διὸ οὐ δεῖ τοῦ ἑαυτῆς ἀβλαβοῦς μόνον φροντίζουσαν, τῆς τῶν βλαβῆναι δυναμένων καταφρονεῖν σωτηρίας, ἀλλὰ πανταχόθεν καὶ ἑαυτῆς ἄσυλον τὸ τῆς παρθενίας κάλλος φυλάττειν, καὶ τοῖς ὁρῶσιν αὐτὴν (46) κέρδος ζωῆς, καὶ μὴ τὸν ἐξ ἁμαρτίας θάνατον πραγματεύεσθαι. Εἰ γὰρ καὶ αὐτὴ πέποιθε τῷ τῆς παρθενίας ἀπτώτῳ, ἀλλ' ὅμως προνοεῖσθαι δεῖ, φησὶ, ὥστε μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον.

36. Οὕτω δὲ ἡ παρθένος καὶ γνώμης καὶ κινήσεως καὶ μορφῆς καὶ σχήματος, καὶ μόνη καὶ μετ' ἄλλων, πρὸς τὸ ἀρέσκον αὐτῆς τῷ νυμφίῳ ἔχουσα ὑγιῶς, τοῖς τοῦ νυμφίου φίλοις καθαρῶς ὁμιλήσει. Οὐ γὰρ εἰς μισανθρωπίαν φέροντες αὐτὴν ἀπεκλείσαμεν, ἀλλ' ἀκριβέσι τύποις ὅλην ἄνωθεν ἀπὸ κεφαλῆς ἄχρι

[7] Gen. VI, 2. [8] Rom. XIV, 13.

(42) Αὐτόθι. Codices nonnulli, αὐτόθεν.

(43) Προστέθεικε. Editi addunt, τῶν ἀγγέλων, quæ melius desunt in quatuor mss.

(44) Ἀσκητηρίῳ. Corpus virginis intelligit.

(45) Ἃ δεῖ... καλύπτεσθαι. Sic mss. quatuor. Editi, ἀεὶ... καλύπτουσα.

(46) Αὐτήν. Editio Parisiensis præmittit, καί, quod sustulimus, quia in editione Veneta et codicibus mss. deest. Paulo post eamdem conjunctionem ante αὐτή addidimus ex editione Veneta et codicibus mss.

ποδῶν Θεοῦ ἄγαλμα ζωγραφήσαντες, οὕτω πρὸς τοὺς A τῆς πίστεως οἰκείους ἐπιδεξίως προάγομεν (47), ἵνα καὶ σχήματι, καὶ λόγῳ, νύμφη ἀληθῶς τοῦ Κυρίου ὀφθεῖσα, ὠφελήσῃ τοὺς ὁμιλοῦντας. Ὁμιλείτω τοιγαροῦν ὡς νύμφη μετὰ αἰδοῦς τοῖς τοῦ νυμφίου, φημὶ, ὑπηρέταις, καὶ ὁμιλείτω ἀπανταχοῦ τὸ νηφάλιον σώζουσα. Δεῖ γὰρ αὐτὴν ἀκεραίαν μὲν εἶναι ὡς περιστερὰν, φρονίμην δὲ ὡς τὸν ὄφιν. Ἐπειδὴ γὰρ αἱ ἐν σώματι ψυχαὶ ἀδυνατοῦσαι ἀλλήλαις (48) γυμνῶς περὶ ἀρετῆς ὁμιλεῖν, τοῖς περικειμένοις σώμασιν ὀργάνοις πρός τε τὴν φωνὴν καὶ τὴν θέαν ἀναγκάζονται χρῆσθαι, καὶ ὁ μὴ δυνάμενος ψυχῆς ἐνδεδεμένης σώματι κάλλος ἰδεῖν, ἢ λόγῳ (49) ταύτης ἀκοῦσαι, τὸ τοῦ σώματος κίνημα ἐν ᾧ ἐστιν ὁρᾷ, καὶ τῆς διὰ τούτου φωνῆς ἐπακούων, τὸ κάλλος αὐτῆς διὰ τούτων ἀναλογίζεται, καὶ οὐ φωνὴ μόνον ἢ καὶ ἢ B βλέμμα, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τὸ τῆς ψυχῆς εἶδος δεικνύει· ἀλλὰ καὶ στολισμὸς ἀνδρὸς, καὶ γέλως, καὶ βῆμα ποδὸς, ἀναγγέλλει περὶ αὐτοῦ. Ἔλαθον δέ τινες ἀπὸ τοῦ ἡδέως ἀκούειν τοῦ μουσικοῦ, μηκέτι μὲν τὸν μουσικὸν, ἀλλὰ τὸ ὁρώμενον ὄργανον, δι' οὗ ἀπολαύουσι τῆς τοῦ μουσικοῦ ἐπιστήμης, καταβραχὺ ἀγαπῶντες. Διὰ τοῦτο δεῖ ἀναγκαίως τὴν παρθένον ἀκριβῶς τὴν ἀκοὴν καὶ τὸ ὄμμα τηρεῖν, μήπως λάθῃ ἀντὶ λαλούσης ψυχῆς τὸ δι' οὗ αὐτὴ λαλεῖ ἀγαπῶσα. Δεινὸς γάρ ἐστιν ὁ ζηλοτυπῶν τὴν περὶ τὸ καλὸν ἡμῶν διάθεσιν, διὰ παντὸς τρόπου ὑφελεῖν μὲν ἡμῶν τὸ ποθούμενον, τὸ δὲ ἴδιον πανούργως πρὸς τὸν πόθον ἀνθυπαλλάξαι. Οὕτω γὰρ ἔλαθόν τινες ἀπὸ τοῦ ἡδέως ἀκούειν τοῦ περὶ ἀρετῆς λόγου, καὶ περὶ τὴν κινοῦσαν τοῦτον ψυχὴν διακεῖσθαι, τῇ συνεχεῖ ἀκοῇ C καὶ τῇ θέᾳ ἐντυπωθέντες μὲν τὴν μορφὴν τῶν τοῦ σώματος χαρακτήρων, καὶ τῇ φωνῇ τὴν ἀκοὴν ἀτόπως θελχθέντες· οὐκέτι δὲ τὴν ψυχὴν τὴν διὰ φωνῆς ἐνεργοῦσαν τὸν λόγον, ἣν τὸ πρὶν ἀγαπῶντες περιεῖπον τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ σῶμα τὸ διακονούμενον αὐτοῖς τὰ τῆς ψυχῆς καλὰ λοιπὸν ἀγαπῶντες. Ἀγχιθύρους γάρ φασι καὶ Ἕλληνες οὐκ κακίας εἶναι ταῖς ἀρεταῖς. Ἑκάστῃ γὰρ ἀρετῆς θύρᾳ τὴν (50) κακίαν ὁμοιοτάτην ἰδίαν ἐκαιέρωθεν παρήρμοσεν, ἵν' ὁ σπουδάζων περὶ (51) τὴν ἀρετὴν, παρεστὼς ταύτης τὸ πρῶτον τῇ θύρᾳ, καὶ κρούειν ταύτην δοκῶν. ἀνοίγεισης αὐτῷ ἐνθένδε ἢ ἐνθένδε μιᾶς τῶν θυρῶν τῆς κακίας, ἐκ τῆς ὁμοιότητος ἀπατηθεὶς, ὡς εἰς τὸν τῆς ἀρετῆς οἶκον εἰσέλθοι· εἶθ' ὑπὸ πάντων ἐπὶ τῇ ἀπάτῃ γελώμενος, χρόνῳ τε καὶ πείρᾳ μάθῃ, οὐ μόνον πόρρω ὑπάρχων ἐκείνης τῆς ἀρετῆς ἧς ποτε D κρούειν ἐδόκει τὴν θύραν· ἀλλὰ μήτε τῶν οὐδῶν αὐτῆς τὴν ἀρχὴν ὑπερβάς, μήτε τῇ θύρᾳ, ὡς τὸ πρὶν ἐδόκει, παρεστὼς γοῦν καὶ κρούων. Οὕτω γὰρ τοὺς μὲν θαρσαλέους βουλομένους εἶναι πρὸς ἀρετὴν θράσεις ἀπατήσας ἔδειξε· τοὺς δὲ φυβουμένους τοὺς ἐπὶ

simulacrum, informatam, sic ad fidei domesticos prudenter adducimus, ut dum et habitu et sermone vere sponsa Domini videtur, colloquentibus prosit. Colloquatur igitur ut sponsa verecunda cum sponsi, inquam, ministris, ac colloquatur ubique sobrietatem servans. Oportet enim simplicem illam quidem esse ut columbam, prudentem vero ut serpentem [9]. Sed quia illigatæ corpori animæ, cum non possent nudæ de veritate inter se colloqui, corporibus circumstantibus, velut instrumentis, tum ad vocem, tum ad visum coguntur uti; qui non potest animæ corpori illigatæ pulchritudinem videre aut ratione illam audire, corporis motum in quo illa est, videt, ejusque vocem per illud emissam audiens, pulchritudinem illius ex his dijudicat, nec vox solum et aspectus, velut in speculo, animæ speciem demonstrant, sed et amictus viri et risus et pedis incessus illum produnt. Nonnulli autem musico libenter audiendo, brevi imprudentes cœperunt non jam musicum, sed instrumentum quod videtur, per quod musici arte perfruuntur, diligere. Propterea necessario oportet, ut virgo accurate auditum et visum custodiat, ne forte pro anima quæ loquitur, illud per quod ipsa loquitur, imprudens diligat. Solers enim est, qui nostro boni amori invidet, omni modo nobis subtrahere id quod desideramus, et quod ipsius proprium est astute ad desiderandum substituere. Sic enim nonnulli, dum libenter audiunt de virtute sermonem, ac animam illum proferentem diligunt, assiduo 651 auditu ac visu imprudentes eo deducti sunt, ut lineamentorum corporis formæ in eis imprimerentur, ac eorum auditus voco majorem in modum demulceretur, nec jam animam vocis instrumento loquentem, quam antea diligentes hominem colebant, sed corpus, quod ipsis animæ bona ministrabat, deinceps diligerent. Vicina enim esse aiunt etiam Græci vitia virtutibus. Unicuique enim virtutis januæ vitium specie simillimum utrinque adaptavit, ut qui virtutis studiosus est, cum primum illius januæ astat eamque videtur pulsare, aperta illi hinc aut illinc una ex januis vitii, similitudine deceptus tanquam in virtutis domum introeat; ac deinde ab omnibus ob errorem irrisus, tempore et experientia discat, non solum se longe esse ab illa virtute, cujus aliquando pulsare januam videbatur, sed ne illius quidem limen omnino supergressum esse, neque illius foribus, ut antea videbatur, astitisse easque pulsasse. Sic enim eos qui sibi ad virtutem fidere volunt, temerarios decipiendo ostendit: fugientes temeritatis notam, ignaviæ et pusilli animi arguit. Commiserationis studiosos prave ad vitia emollivit: discedentes a tenenioribus

[9] Matth. x, 16.

(47) Προάγομεν. Sic codices mss. Combefis. et plures alii. Editi, περιάγομεν.

(48) Ἀλλήλαις. Sic mss. quatuor. Editi, ἀλλήλως.

(49) Λόγῳ. Sic editio veneta et sex mss. codices. Editio Parisiensis, λόγου.

(50) Τήν. Codex Maz., τὴν εἰς, sicque legit Ambrosius qui vertit *simillimam in vitia ferentem utrinque speciem*. Idem legit, ἑκάστῃ γὰρ ἀρετῆς θύρᾳ. Sed quæ his narrantur, non unaquæque virtutis janua efficit, sed ipse salutis nostræ hostis, de quo non multo ante locutus est.

(51) Περί. Quatuor mss. codices, ἐπί.

affectibus, crudeles et inhumanos effecit : quemadmodum etiam eos qui charitatis pulchritudinem persequuntur, falsi nominis charitate in carnis voluptates et vituperatam ab omnibus vitam indecore conjecit, aut sibi ab hoc probro caventes, fratrum osores effecit, ac omnem illis boni sensum eripuit. Rursus igitur *Ne declines ad dexteram aut ad sinistram* [10], ne decepta in unam aliquam vitii januam incidas ; sed mediam incede virtutis viam, ac ubique considerans, quomodo caute, non ut insipiens, sed ut sapiens ambules [11], quia in medio laqueorum incedis, et super pinnas urbium transis [12], da operam, ut in laqueum præ negligentia non injicias pedem tuum, ne quando ex muro civitatis nostræ delapsa misere pereas.

A τῇ θρασύτητι ψόγους δειλοὺς καὶ μικροψύχους ἀπήλεγξε. Καὶ τοὺς μὲν συμπαθεῖς εἶναι σπουδάζοντας πρὸς τὰ πάθη κακῶς ἐμαλάκισε· τοὺς δὲ τὸ ἐμπαθὲς φεύγοντας ἀνηλεεῖς καὶ ἀπανθρώπους ἐποίησεν· ὥσπερ οὖν καὶ τοὺς τῆς ἀγάπης τὸ κάλλος μεταδιώκοντας, ψευδωνύμῳ ἀγάπῃ, ἢ εἰς σαρκὸς ἡδονὰς καὶ ἐπίψογον πᾶσι βίον ἀπρεπῶς κατηκόντισεν, ἢ εὐλαβουμένους τὸν ἐπὶ τούτοις μῶμον μισαδέλφους καὶ τοῦ καλοῦ ἀναισθήτους ἐποίησε. Πάλιν οὖν Μὴ ἐκκλίνῃς εἰς τὰ δεξιὰ ἢ εἰς τὰ ἀριστερὰ, ἵνα μὴ πλανηθεὶς εἰς μίαν τινὰ τῶν τῆς κακίας θυρῶν ὀλισθήσῃς· ἀλλὰ μέσην ὁδεύων τὴν ἀρετὴν, καὶ ἀπανταχοῦ βλέπων πῶς ἀκριβῶς περιπατῇς, μὴ ὡς ἄσοφος, ἀλλ' ὡς σοφὸς, ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων περιπατεῖς, καὶ ἐπάνω ἐπάλξεων πόλεων διαβαίνεις, προνοοῦ ὅπως μήτ' εἰς παγίδα που ῥᾳθυμοῦσα ἐμβάλῃς τὸν πόδα σου, μήποτε ἀπὸ τοῦ τείχους τῆς πόλεως ἡμῶν πεσοῦσα ἀποθάνῃς κακῶς.

37. Diligendi igitur qui ad sponsum invitant, sed debet dilectio justa esse ac non confusa, ne ministros sponsi, continenter audiendis illorum de sponso sermonibus, æque ac sponsum aliquando diligens, evertat dignitatem sponsi, ac pronubis, æque illos ac Dominum honorans, maximam faciat injuriam. Jam vero imprudentes nonnullæ ministros non æque ac sponsum, sed etiam amplius quam sponsum impie dilexerunt : jamque sponsi, cui desponsatæ fuerant, semel oblitæ, totæ famulorum sponsi factæ sunt sponsæ, vel potius ne famulorum quidem sponsi, sed alienorum quorumdam turpes mulieres evaserunt. Nullum enim carnalem sponsus noster ministrum habere deprehenditur, sed omnes spiritu viventes. Quæ autem non spiritui ministrorum sponsi, sed eorum carnibus sese desponderunt, hæ, ut manifestum est, cum illos a ministerio sponsi **652** alienos esse, tum semetipsas non ministris sponsi, sed alienis servis desponsatas esse, ostenderunt. Debent igitur etiam cum istis caute colloqui, nascentem sensim ex colloquio corpoream consuetudinem prudenter abscindentes, et in colloquendo caventes, ne dum fidenter cum illis, ut cum sponsi famulis, colloquuntur, imprudentes vel eos ad ea quæ non oportet detorqueant, vel semetipsas præter propositum scopum in carnis voluptates absurde dejiciant. Sed charitas habenda proximi, quia *Diliges proximum tuum sicut teipsum* [13], ac sponsæ hoc præceptum sibi gratum sponsus tradidit. Certe, inquit, *diliges*, et quatenus uni istorum facis, mihi sponso tuo facis [14]. Sed non debet libidini obnoxia esse charitas, nec nomen charitatis mentiens, re evertere dignitatem veræ charitatis. Quandiu quidem ob amorem sponsi, amare fratres videris, servas et in eum et in illos gravitatem charitatis. Sed si non jam

B 39. Ἀγαπᾶν οὖν δεῖ τοὺς πρὸς τὸν νυμφίον παρακαλοῦντας, ἀλλὰ δεῖ τὴν ἀγάπην δικαίαν καὶ μὴ συγκεχυμένην ποιεῖσθαι, ἵνα μὴ τοὺς ὑπηρέτας τοῦ νυμφίου, ἀπὸ τοῦ συνεχῶς ἀκούειν αὐτῶν τὰ περὶ τοῦ νυμφίου λαλούντων, ἴσους τοῦ νυμφίου ἀγαπήσασά ποτε, καθέλῃ μὲν τὸ ἀξίωμα τοῦ νυμφίου, τοῦ δὲ νυμφαγωγοὺς, τῷ τοὺς ἰσοτίμους τῷ Δεσπότῃ ἄγειν, ἀδικήσῃ τὰ μέγιστα. Ἤδη δέ τινες ἔλαθον, οὐκ ἴσα τῷ νυμφίῳ ὑπηρέτας, ἀλλὰ καὶ πλέον αὐτοὺς, ἀσεβῶς ἀγαπήσασαι· καὶ τοῦ μὲν νυμφίου λοιπὸν, πρὸς ὃν ἐνυμφεύσαντο καθάπαξ ἐπιλαθόμεναι, ὅλαι δὲ τῶν οἰκετῶν τοῦ νυμφίου νύμφαι γινόμεναι, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τῶν οἰκετῶν τοῦ νυμφίου, ἀλλὰ ἀλλοτρίων τινῶν γυναῖκες αἰσχραὶ εὑρεθεῖσαι. Οὐδένα γὰρ σαρκικὸν ὁ νυμφίος ἡμῶν ὑπηρέτην ἔχων εὑρίσκεται, ἀλλὰ πάντας πνεύματι ζῶντας. C Αἱ δὲ μὴ τῷ πνεύματι τῶν ὑπηρετουμένων τῷ νυμφίῳ, ἀλλὰ ταῖς σαρξὶν αὐτῶν ἑαυτὰς ἀτόπως νυμφεύσασαι, δῆλον ὡς κἀκείνους ἀλλοτρίους τῆς ὑπηρεσίας τοῦ νυμφίου, καὶ ἑαυτὰς οὐχ ὑπηρέταις τοῦ νυμφίου, ἀλλὰ ἀλλοτρίοις δούλοις νυμφευθείσας ἀπήλεγξαν. Οὐκοῦν καὶ τούτοις ἀκριβῶς ὁμιλείτωσαν, τὴν ἐμφυομένην (52) λαθραίως ἐκ τῆς ὁμιλίας σωματικὴν συνήθειαν φρονίμως ἐκτέμνουσαι· καὶ ἐν τῇ ὁμιλεῖν φυλασσόμεναι, μὴ ἐκ τοῦ θαρσεῖν, ὡς τοῦ νυμφίου οἰκείοις, λάθωσιν, ἢ ἐκείνους πρὸς ἃ μὴ δεῖ ἀποσφήλασαι, ἢ ἑαυτὰς παρὰ τὸν προκείμενον σκοπὸν ἐπὶ τὰς σαρκὸς ἡδονὰς ἀτόπως καταβαλοῦσαι. Ἀλλὰ ἀγάπην δεῖ τῶν πλησίον κεκτῆσθαι, ὅτι Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν· καὶ τοῦτο ἀρέσκον αὐτῇ ὁ νυμφίος τῇ νύμφῃ παράγγελμα δέδωκε. Καὶ φησιν, ἀγαπήσεις, καὶ ἐφ' ὅσον ἑνὶ τούτων ποιεῖς, ἐμοὶ τῷ σῷ νυμφίῳ ποιεῖς. Ἀλλ' οὐκ ἐμπαθῆ εἶναι δεῖ τὴν ἀγάπην, οὐδὲ ὄνομα αὐτῇ ἐπιψευδομένην (53) ἀγάπης, τῷ ἔργῳ ἀναιρεῖν τὴν ἀξίαν τῆς ὄντως ἀγάπης. Ὅτι ἕως ἂν διὰ τὴν πρὸς

[10] Prov. IV, 27. [11] Ephes. V, 15. [12] Eccli. IX, 20. [13] Luc. X, 27. [14] Matth. XXV, 40.

(52) Ἐμφυομένην. Hæc scriptura solius est codicis Colbertini, sed percommode emendat vulgatam lectionem νυμφευομένην, cujus vitium cum perspiceret Combef. legendum putabat, μνηστευομένην.

(53) Αὐτῇ ἐπιψευδομένην. Codex Colbertinus, αὐτήν pro αὐτῇ. Editio Veneta et codices mss. non nulli, αὐτῇ ἐπὶ ψευδομένης.

τὸν νυμφίον ἀγάπην ἀγαπῶσα φαίνῃ τοὺς ἀδελφοὺς, σώζεις καὶ τὸ πρὸς ἐκεῖνον καὶ τὸ πρὸς αὐτοὺς τὸ τῆς ἀγάπης σεμνόν. Ἐπειδὰν δὲ οὐκέτι δι' ἐκεῖνον, ἀλλὰ τούτους δι' αὐτοὺς ἀπὸ τῆς συνηθείας ἧς ἀγαπῶσα, διαφθείρασα καὶ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἀγάπην, καὶ ἐμπαθῆ ταύτην ποιήσασα, ψευδώνυμον, καὶ οὐχὶ τὴν ἀληθῆ ἔχεις ἀγάπην. Ἀγάπη γὰρ σαρκὸς πάθη (54) οὐχ ἅπτεται· οὐδὲ ἄλογος οὖσα ὑπὸ συνηθείας ζωώδους ἀκρίτως τὸ σεμνὸν ἑαυτῆς ἐπὶ σώματα καταφέρει. Ἀλλὰ λογικὴ οὖσα, καὶ ὅλη σοφίας μεστὴ, ἐμφρόνως ἑαυτὴν πρὸς ἀξίαν τοῖς προσώποις κατὰ τὸ δίκαιον ταλαντεύει· τοὺς μὲν ὑπηρέτας νυμφίου λογισμῷ δι' ἐκεῖνον τιμῶσα, αὐτὸν δὲ ἐκεῖνον οὐ διὰ τούτους, ὅτι περὶ αὐτοῦ αὐτῇ διαλέγονται, ἀλλὰ δι' αὐτὸν περιέπουσα· καὶ εἴ τις μὲν ἐκείνου ἐραστὴς, τοῦτον διὰ τὸ πρὸς ἐκείνον φίλτρον ἑταῖρον νομίζουσα· εἰ δέ τις τοῦ περὶ αὐτοῦ ἔρωτος ἀμελεῖ, οὐκέτι τοῦτον, κἂν αὐτὴν κολακεύῃ, ὡς οἰκεῖον ὁρῶσα. ἀλλὰ καὶ μάλιστα ἐκ τῆς κολακείας τὴν ἐπιβουλὴν ὑποπτεύουσα, ὅτι ἀμελῶν τοῦ νυμφίου περὶ ὃν αὐτὴ ἐπτόηται, προσποιήτῳ τῇ περὶ τὸν νυμφίον αὐτῆς θεραπείᾳ, δελεάζει (55) μὲν ταύτην ὡς συμπονῶν αὐτῇ πρὸς τὴν ἐκείνου ἀρέσκειαν, ἐφ' ἑαυτὸν δὲ αὐτῆς τὸν ἔρωτα ἐκ τῆς συνεχοῦς ὁμιλίας μεταθεῖναι σπουδάζει, ἐν νυμφαγωγοῦ ὀνόματί τε καὶ σχήματι μοιχὸς τῆς νύμφης πανούργως γινόμενος. Ἐντεῦθεν γὰρ πολλαὶ τῷ τῆς ἀγάπης ὀνόματι καταβραχὺ πρὸς τὰ τῆς σαρκὸς πάθη ὑπὸ τῆς συνηθείας κατενεχθεῖσαι, πόρναι καὶ μοιχαλίδες καὶ ἀλλότριαι οὐ τῆσ τοῦ Κυρίου μόνον νυμφεύσεως, ἀλλὰ καὶ τοῦ κατὰ σάρκα νομίμου παρὰ ἀνθρώποις γάμου παντάπασιν ἀπηλέγχθησαν. Παρθενίαν γὰρ τῷ Κυρίῳ ἐπαγγειλάμεναι, εἶθ' ὑπὸ τῶν σαρκὸς ἡδονῶν νικηθεῖσαι, τὴν τῆς πορνείας ἁμαρτίαν γάμου ὀνόματι περιστέλλειν ἐθέλουσιν· οὐκ ἀγνοοῦσαι, οἶμαι, κἂν ἄγνοιαν δὴ προσποιῶνται, ὅτι ἡ παραβᾶσα τὰς πρὸς τὸν νυμφίον ἑαυτῆς δεξιὰς, οὔτε τούτου ἐστὶ νύμφη, ὃν παρανόμως κατέλιπεν, οὔτ' ἐκείνου, ᾧ διὰ πάθος ἔζευξεν ἑαυτὴν, κατὰ νόμους γυνὴ δύναται εὑρεθῆναι.

A propter illum, sed eos propter semetipsos ex consuetudine diliges, corrumpens illius amorem, ac libidini obnoxium efficiens, falso nominatam ac minime veram habes charitatem. Charitas enim carnis libidines non attingit : nec rationis expers ex consuetudine animali gravitatem suam sine judicio transfert in corpora. Sed rationis compos ac tota sapientiæ plena prudenter semetipsam pro merito personarum, ut æquum est, impendit ; ministros sponsi, ratione propter illum honorans, illum autem non propter eos, quia de illo loquentes audit, sed propter ipsum colens ; ac si quis illius amator est, amicum illum ob sponsi amorem existimat ; si quis autem illius amorem negligit, non jam illum, etiamsi assentetur, ut familiarem habet, B sed maxime ex ejus assentatione insidias suspicatur, propterea quod negligens sponsum, quem illa admiratur, simulato ipsius sponsi cultu inescat eam, quasi ipsam adjuvet ut sponso placeat ; in semetipsum autem illius amorem assiduo colloquio transferre conatur, sub pronubi nomine et specie adulter sponsæ fraudulenter factus. Hinc enim multæ charitatis nomine paulatim ad carnis libidines ex consuetudine et familiaritate delapsæ, meretrices et adulteræ ac non solum a Domini sponsalibus, sed etiam a carnali matrimonio apud homines legitimo alienæ prorsus deprehenduntur. Nam cum virginitatem Domino voverint, postea carnis voluptatibus victæ, stupri peccatum matrimonii nomine prætexere volunt : non ignorantes, opinor, quamvis ignorationem præ se ferant, eam C quæ datam sponso suo dexteram violavit, neque illius sponsam esse, quem illegitime reliquit, neque illius, cui se per libidinem junxit, secundum leges uxorem videri posse.

38. Τότε γὰρ νόμιμος (56) καὶ κατὰ τὰς θείας Γραφὰς συνίσταται γάμος, ὅταν μὴ πάθος ἡδονῆς προκαταλάβῃ τοῦ νόμου τὴν χρείαν, λογισμὸς δὲ τοῦ τε εἰς βοήθειαν ἀναγκαίου καὶ τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς τοῦ γάμου προσθεὶς τὸν σκοπὸν, τίμιον ὄντως μνηστεύῃ τὸν γάμον. Ὅτε τῶν ἀναγκαίων τοῦ γάμου προειλημμένων τῷ λογισμῷ, καὶ κρηπῖδος ἁγίας ἐν Κυρίῳ κατὰ νόμους τεθείσης, ἐπακολούθημα τοῦ κατὰ τὸν γάμον ἀναγκαίου, ἡ ἐκ τῆς μίξεως ἡδονὴ, μίαν σάρκα τὴν δύο ποιοῦσα εὑρίσκεται. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἐν ψυχῇ λογισμὸς τὰς ψυχὰς προλαβὼν, κατὰ D τὸ φαινόμενον ἀναγκαῖον συνῆψεν. εἰκότως προηνωμέναις ταύταις καὶ ἡ τῶν σαρκῶν τῶν ἐν αἷς εἰσιν ἔννομος ἕνωσις ἠκολούθησεν. Ὅταν δὲ τῶν ψυχῶν ἄλλο τὴν ἀρχὴν προθεμένων, αἱ σάρκες δι' ἡδονὴν τὰ οἰκεῖα πραγματευσάμεναι, τὰς ἐν αὐταῖς ψυχὰς

38. Tunc enim legitime et secundum divinas Scripturas matrimonium contrahitur, cum 653 voluptatis amor non prævertit legis necessitatem, sed cogitatio necessarii auxilii et liberorum susceptionis proposita matrimonio vere honorabiles conciliat nuptias. Cum necessitate matrimonii prius animo concepta, et sancto in Domino secundum leges jacto fundamento, appendix matrimonii necessitatis esse deprehenditur, concubitus voluptas, quæ carnem duorum unam efficit. Quoniam enim animæ insita ratio animas in antecessum secundum illam, quæ apparet, necessitatem conjunxit, merito animarum conjunctionem etiam carnium in quibus versantur legitima conjunctio consequitur. Sed cum animabus aliud sibi ab initio proponentibus, carnes ob voluptatem ea quæ sibi propria sunt

(54) Πάθη. Sic editio Veneta et sex mss. Parisiensis editio, παθῶν. Codex Mazarinus alia manu, πάθους.

(55) Προσποιήτῳ τῇ... θεραπείᾳ, δελεάζει. Codex recentior Combef., προσποιεῖται... τὴν θεραπείαν καὶ δελεάζει.

(56) Νόμιμος. Colbert. et unus ex Regiis, νομιμως. Non longe vocula δὲ addita e pluribus mss. Paulo post satis commode legeretur, τότε τῶν ἀναγκαίων.

quærentes, animas quæ in ipsis resident, vitio suo emancipatas conjunxerunt, appendix carnis malorum factæ animæ iniquum concubitum reddunt. Cui enim operi nec insita animæ ratio nec lex præsivit, illud a conscientia, ut omni ex parte illegitimum, damnatur. Propterea, inquit, *Mulier alligata est legi, quanto tempore vivit vir ejus. Quod si mortuus fuerit vir, libera est cui vult nubat*, non simpliciter, *sed tantum in Domino*, inquit [15], quia et quæ morte viri libera ad nuptias facta est, non quia liberata est simpliciter, sed in Domino debet nubere. Quid est autem in Domino nuptias contrahere? Non carnis voluptatibus ad concubitum ante pertrahi, sed dijudicando id quod utile ad vitam, eligere nuptias. Propterea etiam necessitatem matrimonii Creator in natura instituit.

A corpus, si cupiditatis compos non fiat, tabefacit amor, ita et invidentis animam et corpus invidia. Nam qui amant, cum ab eo quod cupiunt aberrant, nihilo magis ob amorem, quam invidi propriæ cupiditatis non compotes ob invidiam, et anima et corpore tabescunt. Tale quidpiam profecto patiuntur, quale imagines cereæ, quæ nocte a cerariis efflictæ, ubi sol illuxerit, solari radio liquescunt. Illæ enim, quandiu eas quidem mox et tenebræ detineant, concretam in umbra nocturnis auris formam, prout efflictæ fuerunt, in ea soliditate, quæ in imaginibus apparere solet, firmam interim exhibent: sed illucescente sole et preprium cursum perficiente, cætera quidem omnia vi solari nutriuntur, et luce perfruuntur; illæ vero liquescentes, formis ac figuris cum soliditate in unaquaque apparente confusis, evanescunt. Sic et invidi, quandiu in tenebris diaboli, velut in nocte, invidiæ opera meditantur, solidas interim videntur cogitationes et figuras cum formis, prout ab invidia efflictæ fuerunt, inter se invicem demonstrare; sed si vir probus, instar solis, ad virtutis opera mane affulgeat, cæteri quidem omnes, quicunque probæ ac religiosæ vitæ modum admirantur, sed divini amoris cognitionem abunde ab eo illustrati virtutis semina nutriunt: invidi autem, cum eum inexpugnabilem quidem instar solis ob Dei amorem, virtutis autem operibus magis ac magis conspicuum videant, 662 velut cerei, ut dixi, et corporum formis et animabus invidia refertis repente liquescunt.

B

49. Γαληναίαν οὖν δεῖ τὴν τῆς παρθένου ψυχὴν, καὶ καθάπερ ἔκ τινος καθαρωτάτης πηγῆς τοῦ νοῦ ταῖς θείαις ἐννοίαις λιμνάζουσαν, ἀκύμαντον εἶναι, μήθ' ὑπὸ τῶν ἔξωθεν δι' ἀκοῆς βαλλομένων λόγων κυμαινομένην, μήθ' ὑπὸ τῶν ἐμπιπτουσῶν διὰ τῆς ὄψεως φαντασιῶν τὴν γαληναίαν (92) κατάστασιν φρίσσουσαν· ἵν' ὡς ἐν καθαρωτάτῳ κατόπτρῳ, καὶ ἑαυτῆς τὴν ἰδέαν καὶ τοῦ νυμφίου τὸ κάλλος ὁρῶσα, τοῦ περὶ αὐτὸν ἔρωτος γνησιώτερον ἐμφορῆται. Διόπερ οὐ δεῖ οὔθ' ἑτέραν ὄψιν τῷ τοῦ ὕδατος τούτου κατόπτρῳ ἐγκύπτειν, ἵνα μὴ τὴν προϋποῦσαν (93) ἐπισείουσα ἀφανίζῃ· οὔθ' ὑπὸ ὀργῆς ἢ λύπης ἢ τινων ἑτέρων παθῶν (94) ὅλως κυμαίνεσθαι, ἵνα μὴ ἄλλοτε ἀλλοίας μορφὰς τῷ νῷ (95) ἐν τῷ σάλῳ ὄτικνύῃ· ἀλλ' ἀεὶ ὡσαύτως καὶ ἐν τῇ κατὰ Θεὸν χαρᾷ κεχυμένην, ἀκύμαντον μὲν παθῶν διόλου φυλάττεσθαι, μηδενὸς δὲ ἑτέρου ἰδέαν ἐν ἑαυτῇ ἢ τοῦ νυμφίου δεικνύναι.

C

49. Serenam ergo decet esse virginis animam, ac velut ex quodam purissimo mentis fonte divinis cogitationibus stagnantem, fluctu prorsus carere, neque ab externis, qui per aurem feruntur, sermonibus agitatam, neque ab incidentibus per visum imaginibus de tranquillo statu dejectam: ita ut velut in purissimo speculo et suam ipsius speciem et sponsi pulchritudinem perspiciens, illius vero amore magis impleatur. Quare non oportet ut alius vultus in hujus aquæ speculum prospiciat, ne vultum jam ibi depictum concutiens aboleat. Neque ira aut dolore aut aliis perturbationibus agitari prorsus debet, ut ne alias atque alias formas, dum agitatur, mente exhibeat; sed semper eodem modo se habens et divino perfusa gaudio, nullis prorsus perturbationum fluctibus agitetur, nec ullius alterius speciem, nisi sponsi, in seipsa exhibeat; ita

D

(90) Ἀπολαύει. Sic plerique veteres libri et Veneta editio. Parisiensis, ἀπολαύσει.

(91) Λαμπρυνόμενον. Legitur in quatuor codicibus, ἐλλαμπρυνόμενον.

(92) Γαληναίαν. Legitur, γαλήνην, in omnibus mss., uno excepto, qui secunda manu habet, ut editi, γαληναίαν. Ibidem unus ex Regiis secunda manu, κατάστασιν φθείρουσαν. Quæ scriptura etsi percommoda videtur, eam tamen in contextum recipere ausus non sum, quia non satis magna auctoritate nititur, sed tantum in interpretando secutus sum.

(93) Προϋποῦσαν. Sic mss. sex et Veneta editio. Parisiensis, προσνοῦσαν.

(94) Παθῶν. Parisiensis editio addit, τινός, sine ulla prorsus auctoritate.

(95) Τῷ νῷ. Sic mss. septem et Veneta editio. Parisiensis, τοῦ νοῦ. Paulo post editi, δεικνύναι. Sex mss. ut in textu.

ut ille semper in ipsa propriam pulchritudinem tanquam in speculo imprimat, sola autem anima formam illius in suo speculo refulgentem habeat, ejusque formæ pulchritudine ornari velit. Quare præmuniens illius animam sapientissimus sermo ait : *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris*[36] : ne ascendente potenti cogitatione imago locum, ut in speculo, reperiens, etiam nemine præsente peccati species repræsentet. Sed omnis quidem locus, inquit, in anima virginis conspectu Christi repleatur. Nullus autem omnino locus in ea vacet, quo ascendens curiosa cogitatio reperiat, ubi ea quæ sua sunt, repræsentet. Nullius igitur, ut brevi dicam, sive præsentis sive absentis, speculum sit virginis anima, nisi sancti ipsius sponsi : nec ulla alia forma, præter hanc solam, in ea conspiciatur ; nec ulli alii speculum animæ studiose detergat, nisi sponso, ut in eo propriæ pulchritudinis speciem repræsentans, beatam illam efficiat. Nam si quis mortalium in hoc speculo oculos defigat, necesse est ut mens in illius formæ contemplatione occupata, priorem sponsi formam absconditam et elabentem minime jam contempletur. Quemadmodum autem qui adhæret meretrici, unum corpus est ; ita qui adhæret Domino, unus est spiritus cum illo[37], corporis quidem perturbationibus expurgatus, anima autem in eamdem formæ signatus pulchritudinem.

50. Neque dum virginem ad veram virginitatem ducimus, ex sponsi exemplo nuptialem ei aliquam cogitationem injicimus ; sed ex matrimonii conjunctione, animæ rationalis cum Deo Verbo conjunctionem sapienter demonstramus. **963** Quemadmodum enim corpora per nuptialem conjunctionem easdem voluptates et perturbationes et corruptionem participant, cum in voluptate et perturbationibus et concubitus corruptione per conspirationem ad hoc opus versantur, ita et rationalis anima per sponsalem cum Deo Verbo conjunctionem, virtute, incorruptione et vitiosorum affectuum vacuitate perfruitur in Spiritu, ut hac vacuitate et incorruptione per sinceram Dei Verbi in ea sanctificanda conspirationem pura evadat. Quare [eam quæ Christo per virginitatis promissionem copulata est, ut quæ sapientiæ et Verbo semetipsam per totam vitam desponderit, sapientem convenit ac prudentem esse, ita ut omnis quidem stultitiæ et insipientiæ turpitudinem continua rerum divinarum meditatione ejiciat, sapientiæ autem pulchritudine, cui conjuncta est, mentem exornet. Nam si cui alii beato esse exoptanti, Christi sponsæ maxime convenit, animæ operationes, quæ per sensus fiunt, a rebus externis ad interiora omnino revocantem, cum sponso in arcanis mentis thalamis, ut

[36] Eccle. x, 4. [37] I Cor. vi, 16, 17.

(96) Μόνου. Sic mss. et editio Veneta. Parisiensis, μόνον.

κνύναι· μόνου (96) μὲν ἐκείνου ἀεὶ κατοπτριζομένου ἐν αὐτῇ τὸ ἴδιον κάλλος, μόνης δὲ τῆς ψυχῆς τὴν τούτου μορφὴν ἐν τῷ κατ' αὐτὴν κατόπτρῳ ἐχούσης ἐκλάμπουσαν, καὶ τῷ τῆς μορφῆς αὐτοῦ κάλλει κοσμεῖσθαι θελούσης. Διόπερ ἀσφαλιζόμενος αὐτῆς τὴν ψυχὴν ὁ σοφώτατος λόγος φησίν. Ἐὰν πνεῦμα τοῦ ἐξουσιάζοντος ἀναβῇ ἐπὶ σὲ, τόπον σου μὴ ἀφῇς· ἵνα τ ἡ ἀνελθούσης τῆς κατ' ἐξουσίαν ἐννοίας, ἡ φαντασία τόπον, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ, εὑροῦσα, καὶ μηδενὸς παρόντος ἐμφήνῃ τῆς ἁμαρτίας τὰ εἴδωλα. Ἀλλὰ πᾶς μὲν τόπος, φησὶν, ἐν τῇ ψυχῇ τῆς παρθένου τῆς ὄψεως Χριστοῦ πεπληρώσθω. Μηδεὶς δὲ τὸ σύνολον τόπος ἐν αὐτῇ σχολαζέτω, ἔνθα ἀναβᾶσα περίεργος ἔννοια εὕροι, ὅπου τὰ ἑαυτῆς κατοπτρίζεται. Μηδενὸς οὖν, συνελόντι φάναι, μὴ παρόντος, μὴ ἀπόντος ἀνθρώπου κάτοπτρον ἔστω ἡ τῆς παρθένου ψυχὴ, ἢ τοῦ ἁγίου αὐτῆς νυμφίου· μηδεμία δὲ ἄλλη μορφὴ ἐν ταύτῃ ὁράσθω, ἢ μόνη ἐκείνη· μηδενὶ δὲ ἑτέρῳ τὸ τῆς ψυχῆς ἔσοπτρον αὐτή φιλοκάλως σμηχέτω, ἢ ὥστε ἐκεῖνον ἐλλάμποντα τούτῳ τοῦ οἰκείου κάλλους τὴν ἰδέαν, μακαρίαν αὐτὴν ἀπεργάζεσθαι. Ἐὰν γὰρ τῶν θνητῶν τις τῷ κατόπτρῳ τούτῳ ἐγκύπτῃ, ἀνάγκη περὶ τὴν θέαν τῆς τούτου μορφῆς ἀσχολουμένην τὸν νοῦν, τὴν προτέραν τοῦ νυμφίου μορφὴν ἐπικεχρυμμένην ὑπεξελθοῦσαν λοιπὸν μηδαμοῦ θεωρεῖν. Ὡς δὲ ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστιν, οὕτως ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἐν πνεῦμά ἐστι τούτῳ, τὰ μὲν σώματος πάθη κεκαθαρμένος, τὴν δὲ ψυχὴν εἰς τὸ αὐτὸ τῆς μορφῆς σφραγισάμενος κάλλος.

50. Καὶ οὐχὶ πρὸς τὴν ὄντως παρθενίαν τὴν παρθένον ἀνάγοντες, διὰ τοῦ κατὰ τὸν νυμφίον ὑποδείγματος γαμικήν τινα ἔννοιαν αὐτῇ ἐμποιοῦμεν· ἀλλ' ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν γάμον ἑνώσεως, τὴν πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον τῆς λογικῆς ψυχῆς ἕνωσιν σοφῶς ὑποδείκνυμεν. Ὅτι ὡς τὰ σώματα τῇ γαμικῇ κοινωνίᾳ τῶν αὐτῶν ἡδονῶν καὶ παθῶν καὶ φθορᾶς κοινωνεῖ, ἐν τῇ ἡδονῇ καὶ τοῖς πάθεσι, καὶ τῇ τῆς μίξεως φθορᾷ, διὰ τῆς πρὸς τὴν πρᾶξιν συμπνοίας γινόμενα· οὕτω καὶ ἡ λογικὴ ψυχὴ, τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον νυμφικῇ κοινωνίᾳ, ἀρετῆς καὶ ἀφθαρσίας καὶ ἀπαθείας τῆς ἀληθοῦς ἀπολαύσειεν ἐν Πνεύματι· ἵνα τῇ ἀπαθείᾳ καὶ τῇ ἀφθαρσίᾳ, διὰ τῆς ἐκ τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς τὸν ἁγιασμὸν αὐτοῦ ἀνυποκρίτου συμπνοίας, καθαρὰ γένηται. Διὸ τὴν Χριστῷ διὰ τῆς κατὰ τὴν παρθενίαν ὑποσχέσεως ἁρμοσθεῖσαν, ὡς ἂν σοφίᾳ καὶ Λόγῳ ἑαυτὴν διὰ βίου νυμφεύουσαν, σοφὴν προσήκει καὶ ἔμφρονα εἶναι· πάσης μὲν ἀλογίας τε καὶ ἀφροσύνης τὸ αἴσχος διὰ συνεχοῦς τῆς ἐν τοῖς θείοις μελέτης ἐκβάλλουσαν, τῷ δὲ τῆς σοφίας κάλλει, ᾧ ἥνωται, τὸν νοῦν κοσμουμένην. Ἐπειδὴ εἴ τινι ἄλλῳ μακαρίῳ σπεύδοντι εἶναι, τῇ τοῦ Χριστοῦ μάλιστα νύμφῃ ἁρμόττει, τὰς διὰ τῶν αἰσθήσεων τῆς ψυχῆς ἐνεργείας ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἐπὶ τὰ ἔσω ὅλας (97) συνήθως ἐπιστρέψασαν, τῷ μὲν νυμφίῳ ἐν ἀπορρήτοις κατὰ τὸν νοῦν παστοῖς, ὡς Θεῷ Λόγῳ ἀεὶ ὁμιλεῖν, ἐν δὲ τῷ

(97) Ὅλας. Sic unus ex Regiis codicibus melius quam editi, ὅλα.

νόμῳ αὐτου μελετᾷν ἡμέρας καὶ νυκτός· καὶ τοῖς μὲν νυμφαγωγοῖς, νόμῳ τε, φημὶ, καὶ Εὐαγγελίῳ, καὶ εἴ τις τούτοις ἐστὶ σύμπνους, τὸ κάλλος τοῦ νυμφίου ἐκδιηγουμένοις εὐφραίνεσθαι· ταῖς δὲ τοῦ Λόγου ἁγίαις τῶν νοημάτων γοναῖς, λογικὴν καὶ σοφὴν ἀεὶ καὶ μᾶλλον εὑρίσκεσθαι, ἄχρις ἂν τῇ πρὸς τὴν σοφίαν ὅλη δι' ὅλου ἑνώσει, ἓν τούτῳ ᾧ κεκόλληται γινομένη, ἀπὸ μὲν φθαρτοῦ ἄφθαρτος, ἀπὸ δὲ ἀμαθοῦς ἔμφρων, τε, φημὶ, καὶ σοφὴ ὡς πλευρὰ τοῦ Λόγου ᾧ ἐκολλήθη, καὶ συνελόντι φάναι, ἀπὸ ἀνθρώπου Θεὸς ἀθάνατος, ὡς ἐκεῖνος ᾧ ἥνωται, τοῖς πᾶσιν ἀναδειχθῇ. Ὡς γὰρ ὁ νυμφίος αὐτῆς καταλιπὼν θρόνους καὶ κυριότητας κατὰ τὸ θνητὸν ἐκολλήθη, ἵνα ἐν αὐτῇ κατὰ συμπάθειαν γεγονὼς, εἰς ἀπάθειαν αὐτὴν τὴν ἑαυτοῦ μεταβάλῃ· οὕτω καὶ αὕτη τῷ δι' αὐτὴν ἀπεκδυσαμένῳ τὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, καὶ ἑαυτὸν ἀπὸ μορφῆς Θεοῦ εἰς μορφὴν δούλου διὰ τὸ περὶ τὴν νύμφην φίλτρον κενώσαντι, κατὰ τὸ ἀθάνατον κεκολλῆσθαι ὀφείλει, ἵνα καὶ εἰς τὸν οὐράνιον παστὸν αὐτῷ πρὸς τὸν Πατέρα ἀνιόντι συνανέλθῃ. Ἀντὶ τούτου γὰρ, φησὶ, καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ὅπερ ἑρμηνεύων ὁ εἰς ἀφθαρσίαν ἐπὶ καλῷ προμνηστευόμενος Χριστῷ τὴν νύμφην, φησί· Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστί· λέγω δὲ εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. Οὐ γὰρ κατελήλυθεν ὁ Χριστὸς, ἵνα προσκολληθεὶς τῇ νύμφῃ εἰς γῆν ἀπομένῃ (98)· ἀλλ' ἵνα παραλαβὼν καὶ μεταβαλὼν αὐτὴν, ἐκ γῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναγάγῃ. Καὶ ἡ Χριστῷ νυμφευθεῖσα, οὐχὶ Ἰωάννην ἔχει αὐτῇ πρὸς τὰ νυμφικὰ λουτρὰ μόνον ὑπηρετούμενον, ἀλλὰ καὶ ἀγγέλους ἀνιούσῃ εἰς τὴν τοῦ Πατρὸς ἑστίαν τὸν ἐπιθαλάμιον ᾄδοντας. Ἄφθορος οὖν οὐ τῇ πρὸς τὸν ἄφθαρτον Λόγον ἑνώσει ἡ παρθένος μένει μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν γίνεται. Οὐ γὰρ ὡς ὁ τῶν σωμάτων νυμφίος τὴν ἄφθορον παρθένον τῇ νυμφεύσει φθείρων γυναῖκα ποιεῖ· οὕτω καὶ ὁ τῶν ψυχῶν ἡμῶν νυμφίος τὴν ἄφθορον ψυχὴν τῇ πρὸς αὐτὸν κοινωνίᾳ φθείρων νυμφεύεται. Ἀλλ' ἐφθαρμένην διὰ τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν παρὰ διαβόλου λαβὼν, καὶ γυναῖκα αὐτοῦ διὰ τῆς φθορᾶς κακῶς γενομένην, τῇ πρὸς αὐτὸν κοινωνίᾳ ἄφθορον ἐκ γυναικὸς παρθένον ποιεῖ. Ταύτην γὰρ τὴν μυστικὴν νυμφαγωγίαν ἡμᾶς καὶ διὰ τοῦ προφήτου παιδεύων, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ νύμφην φησίν. Οὐκ ὡς οἰκόν (99) με ἐκάλεσας καὶ πατέρα καὶ ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας σου; Ὡσεὶ ἔλεγε, καὶ ἀρχηγὸν τῆς ἀφθορίας σου. Ὡς γὰρ ἀρχηγός τε καὶ ἄρχων τῆς κατὰ τὴν γαμετὴν φθορᾶς ὁ ἀνὴρ, κύριος αὐτῆς διὰ τούτου γινόμενος οὕτως ἀρχηγός τε καὶ ἄρχων τῆς ἑκάστου ἡμῶν ἀφθορίας ἐστὶν ὁ Κύριος, διὰ τῆς ἀφθορίας τε Κύριος ἡμῶν καὶ τὴν ἀρχὴν ἀναδούμενος (1)· ὃν καὶ οἶκον δεῖ τῆς ἀφθορίας ἡμῶν ἐπιγινώσκειν ἐν αὐτῷ μένοντας καὶ οἰκοῦντας, διοτι

A cum Deo Verbo, semper versari, et in ejus die noctuque lege meditari, et pronubis, legem dico et Evangelium et si quis alius cum eis consentit, pulchritudinem sponsi enarrantibus delectari, ac sanctis Verbi cogitationum fetibus rationalem ac sapientem semper magis magisque inveniri; donec totam se cum tota sapientia conjungens, unum fiat cum eo cui adhæret, atque ex corruptibili incorruptibilis, ex imperita prudens, inquam, ac sapiens, velut costa Verbi cui adhæret, ac uno verbo, ex homine Deus immortalis, tanquam ille cui adhæret, omnibus videatur. Non quemadmodum illius sponsus, relictis thronis et dominationibus, illius mortalitati agglutinatus est, ut unum cum illa per affectuum societatem factus, eam transmutaret in

B suam ipsius affectuum vacuitatem; ita et ipsa ejus immortalitati, qui propter illam exuit principatus et potestates, et semetipsum ex forma Dei ad formam servi ob amorem sponsæ exinanivit [38], adhærere debet, ut et in cœlestem thalamum cum eo ad Patrem ascendente simul ascendat. *Propter hoc enim*, inquit, *relinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ, eruntque duo in carne una* [39]. Quod quidem interpretans is, qui ad incorruptionem virtutis causa despondet Christo sponsam, ait: *Mysterium hoc magnum est: dico autem in Christum et in Ecclesiam* [40]. Non enim descendit Christus, ut conjunctus cum sponsa maneret in terra, sed ut assumens et transmutans eam e terris in cœlos reduceret. Et quæ Christo desponsata est, non Joannem solum habet sibi ad spon-

C salia lavacra ministrantem, sed etiam angelos epithalamium in Patris domum ascendenti canentes. Incorrupta igitur non solum virgo permanet, dum conjungitur cum incorruptibili Verbo, sed etiam postquam conjuncta est. Non enim, quemadmodum corporum sponsus incorruptam virginem conjugio corrumpens, mulierem fecit: ita et animarum nostrarum 664 sponsus incorruptam virginem, secum conjungendo corrumpens, desponsat. Sed carnalibus voluptatibus a diabolo corruptam accipiens, ejusque uxorem prave factam per corruptionem, secum conjungendo incorruptam ex muliere virginem facit. Hæc enim mystica sponsalia nos etiam per prophetam edocens, ad suam ipsius sponsam ait: *Nonne ut domum me vocasti, et patrem et du-*

D *cem virginitatis tuæ* [41]? Quasi diceret, ut ducem incorruptionis tuæ. Quemadmodum enim dux et princeps illatæ uxori corruptionis vir est, dominus illius ob eam rem factus; ita dux et princeps uniuscujusque nostrum incorruptionis Dominus est. Nam per incorruptionem noster Dominus est ac principatu redimitur: quem etiam ut domum incorruptionis nostræ debemus agnoscere, in ipso

[38] Philipp. II, 6, 7. [39] Gen. II, 24. [40] Ephes. V, 32. [41] Jerem. III, 4.

(98) Ἀπομένῃ. Nonnulli codices, ἐπομείνῃ.

(99) Οἶκον. Monet Nobilius legi in nonnullis libris, οἰκεῖον, *tanquam domesticum*.

(1) Ἀναδούμενος. Sic ope trium codicum emendavimus vitiosam lectionem vulgatam, ἀναδυόμενος, *imperium renuens*.

manentes et habitantes, quia *In ipso vivimus et movemur et sumus* [42], ut in eo tanquam in domo virtutis omnis et incorruptionis per totam vitam habitantes, non excidamus incorruptis illius laribus. Quemadmodum enim habitat et ambulat in iis qui digni sunt [43], sic etiam rursus qui digni sunt in eo habitant. Propterea cum nos assumit ex mundi negotiis ad eum venientes et in eo habitantes, providens quominus cadamus, ait : *Manete in me, et ego in vobis* [44].

51. Sic autem cum et reliquis rebus magnum quiddam et splendidissimum virginitas intelligatur ; hic jam resurrectionis et incorruptibilis vitæ semen quoddam plurissimum esse ostenditur. Nam si in resurrectione neque nubunt neque nubuntur, sed sunt sicut angeli, filentque filii Dei [45] : qui virginitatem colunt, angeli sunt, in incorruptis carnibus humanam vitam circumferentes, neque angeli quidam obscuri, sed valde insignes. Nam cum angeli sine carnibus in cœlo incorruptionem, in loco et natura inviolabili, apud summum omnium regem Deum custodiant : isti in terra carnis voluptatibus agitati, et tentationi diaboli expositi æqualem angelis incorruptionem per virtutem Creatori mirabilius servaverunt. Hic autem maxime virginum admiranda virtus, quod cum femineo circumdatæ sint corpore, impressam ex eo animæ formam virtutis exercitatione repulerint, æqualesque masculis, quemadmodum et anima æquales creatæ sunt, per virtutem videantur. Et quemadmodum illi per virtutis exercitationem ex hominibus in angelorum ordinem transeunt ; ita et ipsæ æquali virtutis exercitatione ex mulieribus in eamdem ac illi dignitatem traducuntur, ita ut cum in præsenti vita masculis quidem anima æquales sint, sed ob feminei corporis amictum in æqualitate claudicent, in futuro sæculo æquales omnino per virtutem his, qui angeli facti fuerint, et ipsæ reperiantur. Nam si cum æquales angelis declarantur, neque nubunt neque nubuntur ; quæ in præsenti vita virtutis exercitatione id consequuntur, hic jam æquales angelis semetipsas omnium judicio exhibent : quippe cum corporeas masculi et feminæ ad concubitum **665** proprietates virtute resecent, ac nudis animabus in terra cum hominibus versentur. Quod si anima ex corpore, in quo degit, nullo voluptatis sensu neque erga marem neque erga feminam ad perturbationes informatur, non jam est masculus et femina, non perturbatio et voluptas ; sed omnia et in omnibus Christus [46], quippe cum mortua quidem sint corpora ob cessantem et otiosam ad proprietates masculi et feminæ voluptatem, sola autem anima incorrupte per virtutem in his corporibus degat.

A Ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμὲν, ἵνα ὡς οἶκον αὐτὸν ἀρετῆς ἁπάσης καὶ ἀφθαρσίας διὰ βίου οἰκοῦντες, μὴ ἐκπίπτωμεν τῆς ἐν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀφθαρσίαν ἑστίας. Ὡς γὰρ ἐνοικεῖ καὶ ἐμπεριπατεῖ τοῖς ἀξίοις, οὕτω πάλιν οἱ ἄξιοι ἐν τούτῳ οἰκοῦσι. Διὸ καὶ ὅταν λάβῃ ἡμᾶς ἐκ τῶν κατὰ τὸν κόσμον πραγμάτων εἰσελθόντας εἰς αὐτὸν καὶ ἐν αὐτῷ κατοικοῦντας, τοῦ ἀνεκπτώτου ἡμῶν προνοούμενος, φησί· Μείνατε ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ὑμῖν.

51. Οὕτω δὲ καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασι μέγα τι καὶ ὑπέρλαμπρον πρᾶγμα ἡ παρθενία νοούμενον, τῆς παλιγγενεσίας ἔτι καὶ τοῦ ἀφθάρτου βίου ἐντεῦθεν ἤδη σπέρμα τι καθαρὸν ἀποδείκνυται. Εἰ γὰρ ἐν τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσι οὔτε γαμίζονται (2), ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι, καὶ γενήσονται υἱοὶ Θεοῦ · B οἱ (3) τὴν παρθενίαν ἀσκοῦντες ἄγγελοί εἰσιν, ἐν ἀφθάρτοις (4) σαρξὶ τὸν τῶν ἀνηρώπων βίον περιπολοῦντες · καὶ ἄγγελοι οὐκ ἄσημοί τινες, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἐπιφανέστατοι. Ὅτι ἐκείνων ἄνευ σαρκῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν τὴν ἀφθαρσίαν καὶ (5) τόπῳ καὶ ἀδιάστῳ φύσει παρὰ τῷ παμβασιλεῖ τῶν ὅλων Θεῷ φυλαττόντων, οὗτοι ἐπὶ γῆς σαρκὸς ἡδοναῖς ἐνοχλούμενοι, καὶ τῇ πείρᾳ τοῦ διαβόλου ἐκκείμενοι, τὴν ἀφθαρσίαν ἰσάγγελον δι' ἀρετῆς τῷ Ποιητῇ παραδοξότερον διεφύλαξαν. Ἔνθα καὶ μάλιστα τὸ τῶν παρθένων ἄν τις κάλλος θαυμάσειεν, ὅτι θῆλυ περικείμεναι σῶμα, τὴν μὲν ἐκ τούτου ἐγγινομένην μορφὴν τῇ ψυχῇ διὰ τῆς ἀσκήσεως ἀπεκρούσαντο · ἴσαι δὲ τοῖς ἄρρεσι, καθάπερ οὖν ἴσαι καὶ τὴν ψυχὴν ἐποιήθησαν, διὰ τῆς ἀρετῆς ἀνεφάνησαν. Καὶ ὥσπερ C ἐκεῖνοι δι' ἀσκήσεως ἐξ ἀνδρῶν εἰς τὴν ἀγγέλων τάξιν μετέβησαν · οὕτω καὶ αὗται, διὰ τῆς ἀσκήσεως, ἐκ γυναικῶν εἰς τὸ αὐτὸ αὐτοῖς ἀξίωμα μεταβᾶσαι, ὡς ἐν τῷ παρόντι βίῳ, τῇ μὲν ψυχῇ ἴσας τοῖς ἄρρεσιν οὔσας, τῇ δὲ τοῦ θήλεος περιβολῇ πρὸς τὴν ἰσότητα χωλευούσας, κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα ἴσας κατὰ πάντα δι' ἀρετῆς τοῖς ἀγγέλοις γεγονόσι καὶ αὐτὰς εὑρεθῆναι. Εἰ γὰρ ὅτι ἰσάγγελοι ἀποδείκνυνται, οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίζονται, αἱ κατὰ τὸν παρόντα βίον τοῦτο δι' ἀσκήσεως κατορθώσασαι, ἐντεῦθεν ἤδη ἰσαγγέλους ἑαυτὰς τοῖς πᾶσιν ἀπέδειξαν· τὰς μὲν τοῦ θήλεός τε καὶ ἄρρενος πρὸς τὰς μίξεις, φημὶ, τῶν σωμάτων ἰδιότητας δι' ἀρετῆς ἐκτέμνουσαι, γυμναῖς δὲ ψυχαῖς κατὰ γῆν τοῖς ἀνθρώποις συζῶσαι. Εἰ δὲ οὔτε πρὸς τὸ ἄρρεν, οὔτε D πρὸς τὸ θῆλυ κατὰ τὴν συναίσθησιν τῆς ἐν ᾧ ἐστι σώματος ἡδονῆς ἡ ψυχὴ πρὸς τὰ πάθη μορφοῦται, οὐκ ἔνι ἄρρεν καὶ θῆλυ, οὐκ ἔτι πάθος καὶ ἡδονή· ἀλλὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι Χριστὸς, νενεκρωμένων μὲν τῶν σωμάτων διὰ τῆς ἀνενεργήτου πρὸς τὰ ἰδιώματα τοῦ τε ἄρρενος καὶ τοῦ θήλεος ἡδονῆς, μόνης δὲ τῆς ψυχῆς ἐν ἀφθαρσίᾳ δι' ἀρετῆς συζώσης ἐν τούτοις.

[42] Act. XVII, 28. [43] II Cor. VI, 16. [44] Joan. XV, 4. [45] Matth. XXII, 30. [46] Gal. III, 28.

(2) Γαμίζονται. Colbertinus codex, ἐγγαμίζονται.

(3) Οἱ. Editio Parisiensis præmittit καί, quæ conjunctio et in mss. deest et in Veneta editione.

(4) Ἀφθάρτοις. Sic editio Veneta cum omnibus mss. Parisiensis, εὐφθάρτοις.

(5) Καί. Conjunction addita ex mss. et editione Veneta.

52. Καὶ ἁπτέσθω μὲν ἡ τοιαύτη τοῦ θεράποντος A τοῦ νυμφίου· εἴ γε μὴ ἔτι ζῇ αὐτῆς ἐν σαρκὶ ἡ τοῦ θήλεος ἡδονή. Δεξιούσθω δὲ ἁπλάστως τὸν ἀδελφὸν κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου, τοὺς πόδας νίπτουσα τούτου· ἄλλον ἐπιμελείας δεόμενον θεραπεύουσα, ἐν νεκραῖς ταῖς τοῦ σώματος χερσὶ νεκροῦ τοῦ σώματος ἁπτομένη. Ἐπειδὴ γὰρ ἐνέκρωσε τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ζῇ οὐκέτι αὐτὴ, τῇ δὲ ἐν αὐτῇ Χριστὸς, ὃ δὲ νῦν ζῇ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῇ· πραττέτω τὰ τῆς ἀρετῆς, Χριστοῦ μόνον ζῶντος ἐν αὐτῇ, καὶ τὰ ἴδια ἐνεργοῦντος, συνεσταυρωμένον τῇ ἁμαρτίᾳ Χριστῷ καὶ νεκρὸν περιφέρουσα σῶμα. Καὶ πραττέτω τὰ τῆς ἐντολῆς τοῦ νυμφίου, διὰ πάσης πράξεως τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος λαμπρότερον ἀναφαίνουσα. Ὅταν γὰρ ἁπτομένου τοῦ σώματος μὴ συμπάθῃ ἡ ψυχὴ πρὸς τὴν τοῦ ἄῤῥενος φαντασίαν, B ἀλλ' ἀναισθήτως τρόπον τινα ἅπτηται τούτου, νεκρὰ μένει ἐν τούτῳ ἡ ἡδονὴ, οὐ δυναμένου τοῦ ἔξωθεν ἁπτομένου αὐτὴν πρὸς τὸ οἰκεῖον πάθος ἐγεῖραι. Οὕτω γὰρ καὶ ἐν τοῖς διωγμοῖς ἐκδοτοι παρθένοι, διὰ τὴν περὶ τὸν νυμφίον πίστιν ἀσεβέσιν ἀνθρώποις δοθεῖσαι, ἢ καὶ τὰ σώματα ἄφθοροι διεφυλάχθησαν, τοῦ δι' ὃν ἔνδοτοι γενέσθαι ὑπέστησαν τὸ τῶν ἀσεβῶν ἀνδρῶν ἐπιχείρημα ἐν ταῖς σαρξὶν αὐτῶν νεκρὸν ἀπελέγξαντος, καὶ ἄφθορα αὐτῶν, φημὶ, καὶ τὰ σώματα μετὰ τεραστίου δυνάμεως, δι' ὅλου φυλάξαντος· ἢ ἐπιχειρηθεῖσαι μὴ συμπαθούσης πρὸς τὴν ἡδονὴν τῆς ψυχῆς, νεκρὰ (6) καὶ τὰ σώματα ἐδόκουν ὑβρίζεσθαι, ἄφθορον τὴν ψυχὴν, οὐ συμμορφουμένην τῇ τοῦ ὑβρίζοντος ἡδονῇ, τῷ νυμφίῳ καὶ πίστει καὶ παρθενίᾳ λαμπρότερον ἐπιδείξασαι· βουλη- C θέντος ἴσως ἐν αὐτοῖς ἐπιδείξασθαι τοῦ Κυρίου, ὅτι τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογίαν προτιμωσι παντὸς τοῦ περὶ σῶμα σεμνοῦ φαινομένου· οὔτε τὴν ψυχὴν πρὸς τὴν ἄρνησιν φθείρασαι, οὔτε τὰ σώματα δι' ὧν οὐ συνεπάθησαν τῇ ἡδονῇ καθ' ὅλου φθαρεῖσαι. Εἴ γε μή νις τὸν ὑπὸ ἐκτόπου μανίας παρθένον ἐσφαγιασμένην ὑβρίζειν βουλόμενον φθείρειν διὰ τῆς πρὸς τὴν νεκρὰν μίξεως λέξειεν. Αἰκίζεσθνι μὲδ γὰρ ἂν δύναιτο ταύτην, φθείρειν δὲ αὐτὴν οὐδέποτε (7). Ἑαυτὸν μὲν γὰρ φθείρει καὶ φθείρεται· ἄφθορος δέ ἐστιν ἡ παρθένος ψυχῆς μὴ παρούσης. Ἢ ὅμοιαι αἱ ἐν τοῖς διωγμοῖς καὶ κατὰ πᾶσαν περίστασιν ὑπ' ἀνδρῶν ἐνοχλούμεναι, τὴν κατὰ σάρκο νέκρωσιν ἔχουσαι (8), κἂν ὁτιοῦν πάσχωσιν (9), ἄφθοροι διαμένουσιν. Ὁ γὰρ προλαβὼν τῆς ἀσκήσεως χρόνος, αὐτάρκως αὐτὰς πρὸς τὴν πεῖραν D ἐγύμνασεν, ἵν' ἐν σαρκὶ ζῶσαι, μὴ κττὰ σάρκα στρατευωνται. Διὸ καὶ ταῖς λοιπαῖς ὑποφωνοῦσαι πρὸς τὴν ὁμοίαν ἀρετὴν, φασὶ, Πνευματι περιπατεῖτε, καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε. Οὐκοῦν ὅσαι τοιαῦται, δεικνύτωσαν, φημὶ, καὶ διὰ

52. Ac talis quidem sponsi famulum tangat, siquidem non jam vivit in illius carne feminæ voluptas. Excipiat autem sine simulatione fratrem, secundum præceptum Domini, pedes illius lavans [47]; alium sollicitudine indigentem curet, mortuis corporis manibus mortuum corpus tangens. Quoniam enim mortificavit membra quæ sunt super terram[48], nec jam ipsa vivit, sed vivit in ea Christus, et quod nunc vivit in carne, in fide vivit [49]; exerceat virtutis opera, Christo solum vivente in illa, et quæ sua sunt peragente, peccato crucifixum cum Christo et mortuum corpus circumferens. Ac perficiat mandata sponsi, per omnem actionem animæ pulchritudinem splendidiorem efficiens. Quando enim tacto corpore minime perturbatur anima ad masculi speciem, sed sine sensu quodammodo illud tangit, mortua manet in eo voluptas, cum non possit id quod extrinsecus tangitur, eam ad propriam voluptatem excitare. Sic enim et in persecutionibus prostitutæ virgines, ob fidem in sponsum impiis hominibus traditæ, vel corporibus incorruptæ sunt servatæ, eo, propter quem tradi non dubitabant, impiorum hominum conatum in ipsorum carnibus irritum ac mortuum reddente, et incorrupta illarum etiam corpora admirabili virtute omnino custodiente, vel vim passæ, non consentiente voluptati anima, quamvis mortua corpora viderentur injuriam pati, incorruptam animam nec ad voluptatem stupratoris conformatam, sponso suo et fide et virginitate splendidiorem exhibuere. In quibus voluit forte Dominus ostendere, eas confessionem omni circa corpus exteriori decori præferre; unde nec animam negando corruperunt, nec corporibus, dum voluptati non consentiunt, ullatenus corruptæ. Nisi quis per immanem insaniam virgini occisæ stuprum inferre volens, corrumpere illam per hunc cum mortua concubitum dicatur. Nam plagas quidem illi inferre possit, corrumpere vero nequaquam. Sed se ipse corrumpit et corrumpitur; incorrupta autem est virgo anima non præsente. Huic similes sunt, quæ in persecutionibus aut quolibet tempore molestiam a viris passæ, cum carne sint mortuæ, quidquid passæ fuerint, incorruptæ permanent. Nam præteritum vitæ asceticæ tempus satis eas ad experientiam excitavit, ut in carne viventes, non secundum carnem militent [50]. Idcirco cæteras provocantes ad similem virtutem aiunt: *Spiritu ambulate, et desideria carnis ne perficiatis* [51]. Quæ tales sunt, demonstrent 666 etiam hospitio fraternum amorem. Siquidem et Maria pedes Domini deosculans [52], non ut hominis pedes, sed ut Domini osculabatur, veterem quidem incendii voluptatem pru-

[47] Joan. XIII, 14. [48] Col. III, 5. [49] Gal. II, 20. [50] II Cor. X, 3. [51] Gal. V, 16. [52] Luc. VII, 25.

(6) Νεκρά. Codex Mazarinæus, καν. Quæ scriptura valde arridet Combefisio, sed cur arrideat non video.

(7) Οὐδέποτε. Nonnulli codices, οὐδεπώποτε. Mox Colbertinus, ἐστὶν ἡ παρθενία. Ibidem unus ex Regiis, ἢ ὅμοιαι.

(8) Ἔχουσαι. Hæc scriptura, quamvis in solo Colbertino et alio ex Regiis reperiatur, longe tamen præferenda vulgatæ, οὖσαι.

(9) Πάσχωσιν. Sic plerique omnes mss. Editi, πάσνουσιν.

denter in se exstinguens lacrymis et compescens, amore autem in Dominum et sanctis oculis spiritum in anima prudenter accendens. Vivebat igitur spiritu,et spiritu ambulans [53] et circa sponsum omnia pro peccatis suis prudenter gerens. Mortua autem erat peccato, cum maris et feminæ cogitationem in tactu pedum et osculis metu perculsa sustulisset.

δεξιώσεως τὸ φιλάδελφον. Ἐπεὶ καὶ ἡ Μαρία τοὺς πόδας τοῦτο Κυρίου φιλοῦσα, οὐχ ὡς ἀνδρὸς πόδας, ἀλλ' ὡς Κυρίου ἔφιλει· τοῖς μὲν δάκρυσι τὴν παλαιὰν τῆς πυρκαϊᾶς ἡδονὴν ἐν αὐτῇ φρονίμως κατασβεννύουσά τε καὶ μαραίνουσα, τῇ δὲ περὶ τὸν Κύριον διαθέσει καὶ τοῖς ἁγίοις φιλήμασι τὸ ἐν τῇ ψυχῇ πνεῦμα φρονίμως ἀνάπτουσα. Ἔζη μὲν οὖν πνεύματι, καὶ πνεύματι στοιχοῦσα, καὶ περὶ τὸν νυμφίον ἅπαντα ὑπὲρ τῶν ἑαυτῆς ἁμαρτιῶν μετὰ συνέσεως πράττουσα. Νεκρὰ δὲ ἦν τῇ ἁμαρτίᾳ τὴν νοῦ θήλεός τε καὶ ἄῤῥενος ἔννοιαν ἐπὶ τῆς ἀφῆς τῶν ποδῶν καὶ τῶν φιλημάτων ἐμφόβως νεκρώσασα.

53. Tangat ergo quæ talis est, et erga Dominum præceptum impleat. Ubicunque autem tangat, etiam quæ talis est, prudenter vigilet, ne forte assiduo contactu paulatim voluptas ex carnibus in ipsam clam subrepat : eique usu inveniat, illius veneno morsæ, quod absit ! dicere : Veniente autem voluptate peccatum revixit [54] : ego autem mortua sum [55], et præceptum charitatis, quod est ad vitam, ipsum mihi inventum est ad mortem. Nam si ipsi angeli cadunt, qui æquales angelis sunt, lapsum multo magis metuere debent, ne forte postquam æquales angelis virginitatis exercitatione fuerint, videntes filias hominum pulchras esse [56], ad eas per carnis voluptates delabantur, eisque dicatur : *Ego dixi : Dii estis et filii Excelsi omnes.Vos autem* ad ea quæ carnis sunt delapsi, *sicut homines morimini et sicut unus de principibus caditis* [57].Quare multo præclarius est virginem suæ ipsius securitati providentem et aliorum offendiculum caventem,undique ab omni commercio prudenter sejunctam esse : ita ut malit inurbanitatis reprehensiones sustinere, quam ad voluptatem aut aliquorum damnum abstrahi ; ac cætera quidem omnia despiciat, solum autem Dominum semper intueatur,et angelis æqualem,inter feminæ et masculi discrimina, integritatis pulchritudinem, a præsenti vita ad regenerationis ævum, intaminatam jam nunc ostendat. Virginitas enim vitam nostram de corruptione ad incorruptionem colligit.

53. Primi enim homines ex parvis, ut dixi, seminibus per mutuas nuptias totam hominibus terram repleverunt. Virginitas autem ea quæ in toto orbe per voluptatis nuptias sata fuere, in cœlorum horrea colligit. Hanc enim eorum,quæ ad incorruptionem sata sunt, collectionem indicans Dominus dicebat : *Levate oculos vestros et videte regiones quia jam albæ sunt ad messem* [58]. Nam cum terra prius incolis carens, habitata deinceps fuisset, videns Dominus noster plurimam jam esse hominum spicam ac fetibus in omni regione gravidam, harum spicarum colligendarum jam tempus esse decernit. Quare virginitas, cum secundum naturam perspiciat, quemadmodum ad præsentem vitam ferendam humanitatis semina per nuptiarum voluptatem ja-

53. Ἀπτέσθω οὖν, φημί, ἡ τοιαύτη εἴ τίς πού ἐστι καὶ τοιαύτη, καὶ τὴν πρὸς τὸν Κύριον ἐντολὴν ἐκπληρούτω. Ἀπτομένη δὲ ἀπανταχοῦ, καὶ ἡ τοιαύτη φρονίμως νηφέτω, μήποτε ἁπτομένη συνεχῶς κατὰ βραχὺ ἕρπῃ ἐκ σαρκῶν εἰς αὐτὴν λαθραίως ἡδονή, καὶ συμβῇ αὐτῇ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ ταύτης δηχθεῖσαν, ὃ μὴ γένοιτο ! λέγειν· Ἐλθούσης δὲ τῆς ἡδονῆς ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν· ἐγὼ δὲ ἀπέθανον, καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ τῆς ἀγάπης, ἡ εἰς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον. Εἰ γὰρ καὶ οἱ ἄγγελοι καταπίπτουσιν, οἱ ἰσάγγελοι τὸ πτῶμα πολλῷ μᾶλλον φοβεῖσθαι ὀφείλουσι, μήποτε κατὰ τὸ ἰσαγγέλους αὐτοὺς τῇ ἀσκήσει τῆς παρθενίας γενέσθαι, ἰδόντες τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων ὅτι καλαί, πρὸς αὐτὰς διὰ τῶν σαρκὸς ἡδονῶν καταβῶσι, καὶ ῥηθῇ αὐτοῖς· Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες. Ὑμεῖς δὲ ἐπὶ τὰ σαρκὸς ἴδια πάλιν ὑπολισθήσαντες, ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε. Ὥστε πολλῷ κάλλιον τὴν παρθένον τὸ ἀσφαλὲς ἑαυτῇ καὶ ἀπρόσκοπον τῶν ὁρώντων πραγματευομένην, πανταχόθεν ἀνεπίμικτον εἶναι· αἱρουμένην τὰς ἐπὶ τῷ ἀδεξίῳ μέμψεις βαστάζειν, ἢ πρὸς ἡδονὴν καὶ βλάβην τινῶν ὑποσύρεσθαι· πάντα μὲν τὰ λοιπὰ παρορῶσαν, μόνῳ δὲ τῷ Κυρίῳ δι' ὅλου ἐμβλέπουσαν· καὶ τὸ ἐκ τοῦ θήλεός τε καὶ ἄῤῥενος ἰσάγγελον τῆς ἀφθορίας κάλλος ἀπὸ (10) τοῦ παρόντος βίου εἰς τὸν τῆς παλιγγενεσίας αἰῶνα ἄχραντον ἐντεῦσεν ἤδη δεικνῦσαν. Συνάγει γὰρ ἡμῶν ἐκ τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἀφθαρσίαν ἡ παρθενία τὸν βίον.

54. Οἱ γὰρ πρῶτοι ἐξ ὀλίγων, ὅπερ ἔφην, σπερμάτων τοῖς ἐπ' ἀλλήλοις γάμοις τὴν γῆν ἀνθρωπότητος ὅλην κατέσπειραν. Ἡ δὲ τὰ κατὰ πᾶσαν γῆν διὰ τῆς τῶν γάμων ἡδονῆς ἐσπαρμένα εἰς τὰ τῶν οὐρανῶν ἀποθήκας συνάγει. Ταύτην γὰρ τὴν τῶν ἐσπαρμένων εἰς ἀφθαρσίαν συναγωγὴν αἰνιττόμενος ὁ Κύριος ἔλεγεν· Ἐπάρατε τοὺς ἀφθαλμοὺς ὑμῶν καὶ ἴδετε, ὅτι ἤδη αἱ χῶραι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμόν. Ἀπάσης γὰρ τῆς πρὶν ἀοικήτου, οἰκουμένης λοιπὸν γενομένης πολὺν ἤδη τὸν τῶν ἀνθρώπων στάχυν καὶ βρίθοντα τοῖς ἐκγόνοις κατὰ πᾶν κλίμα ὁ Κύριος ἡμῶν εἰδὼς, συναγωγῆς τῶν στάχύων τούτων καιρὸν εἶναι λοιπὸν δοκιμάζει. Διόπερ ἡ παρθενία κατὰ φύσιν γνωρίσασα, ὅτι ὥσπερ εἰς τὴν τοῦ παρόντος βίου σπορὰν διὰ τῆς τῶν γάμων

[53] Gal. II, 16. [54] Rom. VII, 9. [55] ibid. 14. [56] Gen. VI, 2. [57] Psal. LXXXI, 6, 7. [58] Joan. IV, 35.

(10) Ἀπό. Sic mss. sex. Editi, ὑπό.

ἡδονῆς τὰ σπέρματα τῆς ἀνθρωποτητος κατεβάλετο, οὕτω καὶ εἰς τὸν ἐκεῖ βίον τὰ σπέρματα τοῦ βίου ἡμῶν διὰ τῆς ἀφθορίας ἐντεῦθεν ἤδη καταβάλλεσθαι, σπουδάζει δι' ἑαυτῆς καθαρὰ τὰ τῆς ἀφθαρσίας σπέρματα πρὸς τὸν ἄφθαρτον βίον τῷ γεωργῷ εὐτρεπίζειν (11) · ἀναχαιτίζουσα μὲν εὐτονωτέρᾳ τῆς ἀφθαρσίας χειρὶ ἀντιστρόφως τὴν τῶν θηλειῶν σωμάτων φυσικὴν πρὸς τὰ ἄῤῥενα συμπλοκήν· ἀπαθεῖ δὲ δυνάμει τὸ καθ' ἑαυτὴν κάλλος τῷ τῆς παλιγγενεσίας αἰῶνι λαμπρότερον ἑτοιμάζουσα. Προέλαβον γοῦν ἀρετῆς κατορθώματι αἱ παρθένοι τὸ μέλλον ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ διὰ τῆς τῶν σωμάτων ἐξαναστάσεως μεταβολῆς αὐταῖς δυνάμει Θεοῦ κατορθοῦσθαι. Ἐντεῦθεν ἤδη, ὡς οἱ ἄγγελοι, οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίζονται, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς ἀρετῇ, καὶ σώματος ἀφθορίᾳ ἰσάγγελοι οὖσαι. Καὶ ὅτι σπέρμα τοῦ ἀφθάρτου βίου τὴν παρθενίαν ὁ Κύριος ἡμῶν ἐκ γῆς εἰς οὐρανὸν παραδόξως πεμπόμενον ἐβουλήθη γενέσθαι, ἐμμελετῆσαι τὰ σώματα ἡμῶν τὸ τῆς ἀφθορίας κάλλος διὰ τῆς τῶν παρθένων ἀφθορίας ἤδη θελήσας, δῆλόν ἐστιν ἐξ ὧν πάντα τῷ νόμῳ πεισθεὶς μόνον τὸν γάμον ἀπείπατο. Ἔδει γὰρ ἐξ ἀφθόρου παρθένου ἄφθορον καὶ κατὰ σάρκα τεχθέντα, μηδὲ τῆς κατὰ τὸν γάμον πειραθῆναι φθορᾶς· οὐκ ἀπὸ ἀφθόρου φθορᾷ (12) σώματος διὰ τοῦ γάμου, ἀλλ' ἀπὸ ἐφθαρμένων τοῖς γάμοις τῇ κατὰ φύσιν ἀφθορίᾳ ἡμῶν ὑπηρετούμενον· καὶ ὡς ὁ Ἀδὰμ σπέρμα διὰ τῆς τῶν γάμων ἡδονῆς τοῦ παρόντος βίου ἐγένετο, οὕτως αὐτὸν σπέρμα τοῦ μέλλοντος αἰῶνος διὰ τῆς κατὰ τὴν παρθενίαν ἀφθαρσίας γενέσθαι · ἵν' ὡς ἐκείνῳ διὰ τῶν γάμων σπείραντι (13) ἀνθρώπων τὸν ἐπὶ γῆς βίον ἠκολουθήσαμεν, οὕτω τῷ Κυρίῳ διὰ τῆς παρθενικῆς ἀφθορίας σπείραντι τὸν ἐκεῖ αἰῶνα, φρονίμως ἀκολουθήσωμεν. Εἰ δὲ μὴ ἐκ παρέργου καὶ κατὰ τὸν παράδεισον καὶ τὸν ἐκεῖ βίον τὸν Ἀδὰμ ἐπισκέψαιο, εὕροις ἂν αὐτὸν ἐν μὲν παραδείσῳ μὴ χρείαν ἐσχηκότα γνῶναι ἑαυτοῦ τὴν γυναῖκα · μετὰ δὲ τὴν παράβασιν, καὶ τὸν θάνατον καὶ τὴν ἔκπτωσιν τοῦ παραδείσου, τότε τὴν γυναῖκα γινώσκοντα· Ἵνα τὸ θνητὸν λοιπὸν τῆς φύσεως τῇ διαδοχῇ τῶν παίδων παραμυθήσηται. Ὧ ἀντιστρόφως τῷ εἰς παράδεισον ἄγοντι ἡ παρθένος ἀκολουθήσασα, μετ' ἐκείνου ἄφθορος ἐν παραδείσῳ ἤδη τρυφᾷ· φυγοῦσα μὲν τὴν ἔξω παραδείσου κατάραν τὴν λέγουσαν· Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα, καὶ τὰ ἑξῆς· οὐ δυναμένη δὲ συνεῖναι ἐκεῖ πῶς ἔγνω Ἀδὰμ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Οὐδὲ γὰρ ἐν παραδείσῳ ὄντος αὐτοῦ. ἀλλ' ἐκβληθέντος, τοῦτο ἐῤῥέθη.

55. Οὐχ ὡς παρθενίαν δὲ λοιπὸν τῷ βίῳ νομοθετοῦντες ταῦτά φαμεν · ἀλλὰ ταῖς τὸν κατ' αὐτὴν

cta sunt, ita ad futuram vitam semina vitæ nostræ hinc jam per integritatem jaci, conatur per semetipsam pura integritatis semina ad incorruptam vitam agricolæ præparare; valida quidem integritatis manu retrorsum trahens 667 naturalem feminarum cum masculis complexum, virtute autem affectionis experte suam ipsius pulchritudinem regenerationis ævo splendidiorem parans. In antecessum ergo virtutis merito virgines consecutæ sunt, ut futura in regeneratione per resurrectionem corporum mutatio, Dei virtute in ipsis perficeretur. Hic enim tanquam angeli, neque nubunt neque nubuntur, sed et animæ virtute et corporis integritate æquales angelis sunt [59]. Quod autem voluit Dominus noster ut semen incorruptæ vitæ virginitas e terra in cœlum mirabiliter mitteretur, jam nostra corpora integritatis pulchritudinem per virginum integritatem meditari volens, id inde patet, quod cum in omnibus legi paruerit, nuptias renuerit. Opertebat enim, ut ex incorrupta virgine incorruptus etiam carne genitus, nec nuptiarum experiretur corruptionem : quippe cum nec genitum ex incorrupta, corporis per nuptias corruptioni servire, neque etiam ex corruptis matrimonio hominibus natum nostræ secundum naturam incorruptioni deceret ministrare. Et quemadmodum Adam semen præsentis vitæ per nuptiarum voluptatem exstitit; ita et eum semen futuri ævi per virginitatis integritatem esse oportebat, ut quemadmodum Adamum secuti sumus, qui per nuptias humanam in terra vitam seminavit, ita Dominum, qui per virginalem integritatem futurum ævum seminavit, prudenter sequeremur. Quod si non perfunctorie et paradisum et vitam illic ab Adamo actam inspexeris, reperies sane eum in paradiso opus non habuisse ut cognosceret suam uxorem : sed post prævaricationem et mortem et lapsum e paradiso tunc uxorem cognovisse [60], ut naturam jam mortalem factam successione liberorum consolaretur. Contra virgo eum sequens, qui in paradisum ducit, cum eo incorrupta jam in paradiso deliciatur, fugiens illam maledictionem, qua extra paradisum dictum est : *In doloribus paries filios* [61], et cætera : nec illic intelligere valens, quomodo Adamus suam cognoverit uxorem. Neque enim hoc, cum ipse in paradiso esset, dictum est, sed postquam jam fuerat ejectus.

55. Nec tamen hæc dicimus, quasi jam virginitatem vitæ hominum instar legis præscribere veli-

[59] Matth. xxii, 30. [60] Gen. iv, 1. [61] Gen. iii, 16.

(11) Εὐτρεπίζειν. Hæc scriptura editionis Parisiensis nec in Veneta, nec in ullo prorsus vetere libro legitur; sed tamen eam expungere noluimus, quia necessaria videtur ad contextus emendationem. Æque necessarium paulo ante legere, καταβάλλεται, non καταβάλλεσθαι.

(12) Οὐκ ἀπὸ ἀφθόρου φθορᾷ. Sic editio Veneta, Colbert. et unus ex Regiis. In quinque aliis desunt hæc verba. Nescio unde Parisiensis editio hauserit, ἀφθόρων. Difficillimo huic loco lucem afferre me non posse fateor, nisi legendo, ἀλλ' οὐδ' ἀπὸ ἐφθαρμένων.

(13) Σπείραντι. Nonnulli codices, σπείροντι. Ibidem lege, ἀνθρώπων.

mus; sed iis, quæ pretiosam virginitatis margaritam mercari instituerunt, purissimum illius nitorem undique ostendimus. *De virginibus autem præceptum Domini non habeo : consilium autem do*, inquit, *tanquam misericordiam consecutus a Domino* [62] : siquidem nec Dominus nostræ naturæ in lege aut in Evangelio virginitatem præscripsit. Nam qui talem masculo ad feminam, et rursus feminæ ad masculum, qualem initio descripsit oratio, habitum ob necessitatem matrimonii impressit, ac iis, qui ex immortalibus mortales facti fuerant, successionem generis paravit, **668** immortalitatem, ut diximus, excogitans : quique propterea dixit, *Crescite et multiplicamini* [63-99], quomodo virginitatem tunc præscribere potuisset ; cum præsertim ad explendum eorum locum, qui in bellis ob propriam improbitatem pereunt, necessariam esse posterorum multitudinem videret ? Ac in lege quidem Moysis etiam benedictione digna censebatur liberorum procreatio [1-17]. Sed postquam floruit undique propriis fructibus mundus, ac tanta hominum multitudine sata est terra, ut non jam caperet nascentium multitudinem, ac impletum est quod de adventu Domini nostri prædictum fuerat, fore ut homines illius doctrina prudenter victi, conciderent gladios suos in aratra et lanceas in vomeres, nec jam sumeret gens contra gentem ensem, nec bellum gerere discerent [18] ; præclare virginitas, contra atque hi qui per corpus corrumpuntur, ex corporibus incorruptionem pullulavit. Virginitatem tamen, neque per Moysem præscribit Dominus, masculorum et femineorum corporum naturæ rationem habens, neque eam in Evangelio præcipit. Sed Moysis legem resumens, quod deerat ad accuratam virtutem edocet dicens : *Dictum est : Non mœchaberis, Ego autem tibi dico : Non concupisces* [19], et quæ sequuntur. Et cum sederet in monte, a beatitudinibus cœpit os aperire ; et postquam recensuit leges Moysis et omnia ad veram virtutem intendit, ac ducentia ad salutem præcepta tradidit [20] ; impleto doctrinæ ministerio, descendit de monte, nusquam in præceptis virginitate, sive in Veteri, sive in Novo Testamento præscripta. Volebat enim præceptum non esse præclarum virginitatis institutum, sed egregium animæ virtutem amantis facinus, libera potestate id quod supra præceptum et supra legem est ex seipsa perficientis. Nam nuptiæ naturæ causa institutæ, et legis præcepta ad naturam accommodata. Virginitas autem naturam superans, legis servituti non addicitur, sed supra legem incorruptionis laudem creatori ac legislatori offert. Propterea igitur Dominus, iterum dico, nusquam virginitatem præcepit ; sed concessit, ut quemadmodum ab incorruptione in corruptionem præter naturam immoderata potestate

A πολυτίμητον μαργειρίτην ἐμπορεύεσθαι (14) προθεμέναις τὸ ἄσπιλον τούτου πανταχόθεν ὑποδεικνύντες. Περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω· γνώμην δὲ δίδωμι, φησὶν, ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου· ἐπεὶ μηδὲ ὁ Δεσπότης ἡμῶν τῆς φύσεως ἐν νόμῳ ἢ ἐν Εὐαγγελίῳ παρθενίαν ἐνομοθέτησεν. Ὁ γὰρ τοιαύτην τῷ τε ἄῤῥενι πρὸς τὸ θῆλυ, καὶ ἀνάπαλιν τῷ θήλει πρὸς τὸ ἄῤῥεν, οἷανπερ ἐν ἀρχῇ ὁ λόγος ὑπέδειξε, τὴν σχέσιν διὰ τὸ ἀναγκαῖον τοῦ γάμου μηχανησάμενος, τοῖς δὲ ἐξ ἀθανάτων θνητοῖς γενομένοις τὴν διαδοχὴν τοῦ γένους ἐπισκευάσας, τὴν ὡς εἴρηταί που ἀθανασίαν εὑράμενος (15), καὶ διὰ τοῦτο, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, εἰρηκὼς, πῶς οἷόν τε ἦν παρθενίαν τότε νομοθετεῖν ; Καὶ μάλιστα, ὅτι εἰς ἀναπλήρωσιν τῶν
B ἐν τοῖς πολέμοις διὰ τὴν οἰκείαν μοχθηρίαν δαπανωμένων τὴν τῶν ἐπιγεννωμένων (16) πληθὺν ἀναγκαίων ἐώρα. Ἀλλ' ἐν μὲν τῷ διὰ Μωϋσέως νόμῳ καὶ εὐλογίας ἄξιον τὸ παιδοποιῆσαι ἐνομίζετο. Ἐπειδὴ δὲ ἤνθησε μὲν τοῖς οἰκείοις καρποῖς πανταχόσε ὁ κόσμος, καὶ τοσαύτῃ πληθύϊ ἀνθρώπων κατεσπάρη ἡ γῆ, ὡς μηδὲ χωρεῖν λοιπὸν τῶν ἐπιγεννωμένων τὸ πλῆθος, ἐνίστη δὲ καὶ τὸ ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν προφητευόμενον, ὅτι οἱ τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ φρονίμως πεισθέντες, συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας εἰς δρέπανα, καὶ οὐ μὴ λάβωσιν ἔτι ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν· καλῶς ἡ παρθενία ἀντιστρόφως τοῖς διὰ σώματος φθειρομένοις ἐκ σωμάτων τὴν ἀφθορίαν βλαστάνει. Οὐ
C νομοθετεῖ δὲ ὅμως, ὅπερ ἔφην, οὔτε διὰ Μωϋσέως παρθενίαν ὁ Κύριος τῆς τῶν ἀῤῥένων καὶ θηλείων σωμάτων φύσεως στοχαζόμενος, οὔτε ἐν Εὐαγγελίῳ ταύτην ἐντέλλεται. Ἀλλὰ τὸν μὲν Μωϋσέως νόμον ἀνειληφὼς, τὸ λεῖπον πρὸς ἀκριβῆ ἀρετὴν ἐκδιδάσκει λέγων· Ἐῤῥέθη· Οὐ μοιχεύσεις. Ἐγὼ δέ σοι λέγω· Μηδὲ ἐπιθυμήσῃς, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ καθίσας μὲν ἐπὶ τοῦ ὄρους, ἀπὸ μακαρισμῶν ἀνοίγει τὸ στόμα· ἐπελθὼν δὲ τὰ τοῦ Μωϋσέως καὶ ἅπαντα πρὸς τὴν ἀληθῆ ἀρετὴν ἐπιτείνας, καὶ τὰς πρὸς σωτηρίαν συντεινούσας ἐντολὰς ἐκδιδάξας, πληροῖ τὴν διδασκαλίαν, καὶ καταβαίνει ἀπὸ τοῦ ὄρους· οὐδαμοῦ ἐν ταῖς ἐντολαῖς παρθενίαν, οὔτ' ἐν Παλαιᾷ, οὔτε ἐν Καινῇ Διαθήκῃ, νομοθετήσας. Ἐβούλετο γὰρ μὴ ἐπίταγμα εἶναι τὸ κατόρθωμα τῆς παρθενίας, ἀλλὰ πλεονεκτημα φιλαρέτου ψυχῆς, ἀπὸ
D αὐτεξουσίου αὐθεντίας τὸ ὑπὲρ τὴν ἐντολὴν καὶ ὑπὲρ τὴν φύσιν ἀφ' ἑαυτῆς κατορθούσης. Ὁ μὲν γὰρ γάμος τῆς φύσεως ἕνεκα, καὶ ὁ νόμος διατάττεται τῇ φύσει τὸ πρόσφορον. Ἡ δὲ παρθενία ὑπερβᾶσα τὴν σύσιν, ἀδούλωτος νόμῳ ἐστὶν, ὑπὲρ τὸν νόμον τῆς ἀφθορίας τὸ κατόρθωμα τῷ ποιητῇ τε καὶ νομοθέτῃ προσφέρουσα. Διὰ τοῦτο οὖν ὁ μὲν Κύριος, ἐρῶ πάλιν, οὐδαμοῦ ἐνομοθέτησε παρθε-

[62] I Cor. VII, 25. [63-99] Gen. I, 28. [1-17] Deut. XXVIII, 4. [18] Mich. IV, 3. [19] Matth. V, 27 ; Exod. XX, 14. [20] Matth. V, 1 sqq.

(14) Ἐμπορεύεσθαι. Nonnulli codices, ἐμπορεύσασθαι.

(15) Εὑράμενος. Unus ex Regiis, εὑρόμενος.

(16) Τὴν τῶν ἐπιγεννωμένων. Deerant hæc in editis. Leguntur in omnibus nostris codicibus, quorum tamen nonnulli habent, ἐπιγενομένων.

νίαν· εἴασε δὲ, ἵνα ὥσπερ ἀπὸ ἀφθαρσίας εἰς φθορὰν παρὰ φύσιν ἀμέτρῳ τῇ ἐξουσίᾳ χρησάμενος ἐβιάσθη ὁ ἄνθρωπος, οὕτως ἀπὸ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν τὴν ἑαυτοῦ φύσιν κρείττονι τῆς φύσεως προαιρέσει βιάσηται. Καὶ οὐ νομοθετεῖ μὲν, φημὶ, οὐδὲ ἐπιτάττει τὸ κατόρθωμα τοῦτο, ἐξαίρετόν τι καὶ ὑπὲρ τὴν φύσιν καὶ ὑπὲρ τὸν νόμον φιλαρέτου ψυχῆς εἶναι γινώσκων. Ἀκούσας δὲ τοῦ πρὸς αὐτὸν εἰρηκότος, Οὐ συμφέρει γαμῆσαι, τὸ ὑπερφυὲς ἐνδεικνύμενος τῆς παρθενίας, φησίν· Οὐ πάντες χωροῦσιν.

56. Ὡς καὶ ὁ θειότατος Ἀπόστολος, κατ' ἴχνος ἑπόμενος, τὰ μὲν ἀνάγκαῖα πρὸς ζωὴν ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς διατάσσεται· καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἑκάστῳ τάγματι ὡς ἓν σῶμα, ἀπὸ κεφαλῆς ἕως ἄκρων, ὡς ἄν τις εἴποι, ὀνύχων κοσμεῖ· περὶ δὲ τῶν παρθένων, οὐδὲν μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ἀποφαίνεται· ἐρωτώμενος δὲ, μιμεῖται τὸν Κύριον, καί φησι· Περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω. Οὐδαμοῦ γὰρ εὑρίσκω, οὔτε ἐν νόμῳ, οὔτ' ἐν Εὐαγγελίῳ, τοῦτο τὸ μέγιστον κτῆμα τῆς φιλαρέτου ψυχῆς τὸν Κύριον ἐπιτάξαντα. Ὡς δὲ ὁ Κύριος ἐρωτηθεὶς τὸ μὲν, Οὐ πάντες χωροῦσι, τοῖς ἐρωτήσασιν ἀπεκρίνατο, οὐκ ἔκρυψε δὲ οὔτε τὸ μέγεθος, οὔτε τὸν τρόπον ᾧ ἄν τις κατορθώσειε παρθενίαν, ἀλλ' ἐπενέγκας τὸ τρίτον εἶδος τῆς εὐνουχίας ὑπέδειξεν· οὕτω κἀγὼ, εἰ καὶ ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω, ἀλλὰ γνώμην δίδωμι. Ὅπου γὰρ ὑπὲρ τὴν φύσιν μέλλει γίνεσθαι τοῦτο τὸ κατόρθωμα ἐκεῖ ἐκβάλλεται μὲν ἅπαν δουλοπρεπὲς ἐπίταγμα· ἐλευθέρα δὲ συμβουλὴ ὑποφωνοῦσα πῶς χρὴ τὸν ἐλεύθερον παντὸς ἐπιτάγματος, κρείττονα ἀπὸ ἐξουσίας γενόμενον, πρὸς ἀφθαρσίαν παραδόξως τὴν φύσιν βιάσασθαι, καιρίως (17) εἰσάγεται. Ὡς οὖν ὁ Κύριος τοὺς τρόπους τῆς κατὰ τὴν παρθενίαν εὐνουχίας ἐρωτηθεὶς, οὕτως ὁ μαθητὴς τῆς παρθενίας τὴν συμβουλὴν εἰσηγήσατο λέγων· Περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω· γνώμην δὲ δίδωμι ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι. Νομίζω οὖν τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην, ὅτι καλὸν ἀνθρώπῳ τὸ οὕτως εἶναι. Δέδεσαι γυναικί; καὶ ἔφθης τῷ δεσμῷ τούτῳ πρὸ τῆς γνώσεως τοῦ κατὰ τὴν παρθενίαν καλοῦ προληφθῆναι; μὴ ζήτει λύσιν. Λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα. Ἀντὶ τῶν, Μὴ ζήτει δεσμὸν δεθῆναι. Ἐὰν δὲ καὶ γαμήσῃς, οὐχ ἥμαρτες. Καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε. Θλῖψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι, ἀνοίγοντες ἑαυτοῖς διὰ τοῦ γάμου ὀδυνῶν ἐργαστήριον. Ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι. Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοὶ, ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστὶ τὸ λοιπόν. Αἱ γὰρ χῶραι λευκαὶ, καὶ ἤδη εἰσὶ πρὸς θερισμὸν λοιπόν· Ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν. Οὐχ οἱ μὴ ἔχοντες ὡς οἱ ἔχοντες. Ὥσπερ οὖν ἔνιοι μὴ ἔχοντες διὰ παρθενίας ὑπόσχεσιν, ὡς ἔχοννες τὴν παρθενίαν (18) ἐνυβρίζουσι. Καὶ οἱ κλαίοντες, ὡς μὴ κλαίοντες·

usus homo violenter detrusus est, ita a corruptione ad incorruptionem naturam suam proposito natura meliore, vim quamdam sibi adhibens, perveheret. Nec instar legis præscribit, inquam, nec præcipit hoc institutum, eximiam quamdam, ac supra naturam et supra legem, animæ virtutis studiosæ laudem esse sciens. Cum autem audisset eum, qui ad illum dicebat : *Non expedit nubere* [21]; excellentiam demonstrans virginitatis ait; *Non omnes capiunt* [22].

56. Quemadmodum et divinissimus Apostolus illius vestigia sequens, quæ quidem necessaria sunt ad vitam in Epistolis præcipit; ac Ecclesiam in unoquoque ordine, velut unum corpus a capite usque ad extremos, ut ita dicam, ungues exornat : de virginibus autem nihil ex seipso pronuntiat; sed interrogatus imitatur Dominum et ait : *De virginibus autem præceptum Domini non habeo* [23]. Nusquam enim reperio nec in lege, **669** nec in Evangelio maximum illud ornamentum animæ virtutis studiosæ præscriptum a Domino fuisse. Quemadmodum autem Dominus interrogatus illud quidem, *Non omnes capiunt*, interrogantibus respondit, nequaquam autem abscondit virginitatis præstantiam, nec modum quo quis illam consequatur, sed tertium eunuchorum genus ostendit : ita et ego, etsi præceptum Domini non habeo, at consilium do [24]. Cum enim supra naturam futura sit hæc virtus, illinc omne expellitur servile præceptum, ac liberali consilio opportune docetur quomodo oporteat eum, qui liber est ab omni præcepto, meliorem ex potestate factum, miram naturæ vim inferre ad incorruptionem. Quemadmodum igitur Dominus virgineæ castrationis modos interrogatus aperuit : ita discipulus virginitatis consilium induxit, dicens [25] : *De virginibus autem præceptum Domini non habeo; consilium autem do tanquam misericordiam consecutus a Domino ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori?* ac præoccupatus es hoc vinculo, antequam nosceres virginitatis bonum? *noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem.* Quasi dicat : Ne quæras vinculo ligari. *Si autem et uxorem duxeris, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi*, aperientes sibimetipsis per matrimonium dolorum officinam. *Ego autem vobis parco. Hoc autem dico, fratres, tempus jam breve est.* Nam regiones albæ sunt, jamque ad messem paratæ [26] : *Ut et qui habent uxores, tanquam non habentes sint.* Non dicit, ut qui non habent, tanquam habentes sint. Quemadmodum profecto nonnulli, non habentes propter virginitatis professionem, tanquam habentes, virginitati dedecus inurunt. *Et*

[21] Matth. xix, 10. [22] ibid. 11. [23] I Cor. vii, 25. [24] ibid. [25] ibid. 25-36. [26] Joan. iv, 35.

(17) Καιρίως. Nonnulli codices, κύρμος.
(18) Τὴν καρθεσίαν. Sic mss. et Veneta editio. Male in Parisiensi, τὴν καρθένον.

qui flent, tanquam non flentes; et qui gaudent, tanquam non gaudentes; et qui emunt, tanquam non possidentes; et qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. Præterit enim figura hujus mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ sunt Domini, quomodo placeat Domino. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori; et divisæ sunt mulier quæ nupsit, et virgo. Innupta cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Hoc autem ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id quod honestum est, et quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi. Si quis autem turpem se videri existimat super virginе sua, quod sit superadulta, et ita oportet fieri; quod vult faciat: non peccat: jungantur matrimonio; sciat tamen se mortali viro ac mundo, ob fruendam voluptatem maluisse, quam Domino **670** placere. *Qui autem statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, et hoc judicavit in corde suo servare virginem suam; bene faciet. Igitur et qui jungit matrimonio virginem suam bene faciet; melius est enim nubere quam uri. Et qui non jungit, melius faciet,* pro mortali viro, illam Domino despondens.

57. Dominus autem iis, qui matrimonii molestias didicerant, ac difficultatem soluendi conjugalis vinculi ægre ferebant, illudque, *Non expedit nubere,* dicebant, *Non omnes capiunt hoc verbum,* inquit, *sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt* [27]; quicunque scilicet concubituum incitamento, in se, naturæ munere, abscisso, nuptias aspernantur. *Et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus* [28], doctrina et custodia ad virginitatem servandam adducti: qualis profecto et illa quæ a patre servatur virgo, de quo dictum est: *Qui autem judicavit in corde suo servare virginem suam, bene faciet* [29]. *Et sunt eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum* [30]: qui quidem aliis præstantiores sunt, quia cum neque a natura ad castitatem adjumenta habeant, neque ab hominibus custodiantur, ipsi semetipsos propter regnum cœlorum ad virginitatem exercent, matrimonium ac sæculum propter hoc regnum contemnentes, ac toti ad cupiditatem regni non sine athletico sudore incumbentes. Nam qui ex matre ventris cunuchus est, cum natera sit castus, nullum proprium opus in virginitatis decore ostendere potest; ut qui naturæ, ut dixi, beneficio, non amore virginitatis matrimo-

Ὑποκριτὰ, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε δυνήσῃ ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τόῦ ἀδελφοῦ σου. Πῶς δὲ καὶ περὶ σωφροσύνης τολμήσεις λαλῆσαι, αὐτὸς γυναικομανίᾳ δεδουλωμένος; ἢ πῶς τὰ περὶ δικαιοσύνης διδάξαι, αὐτὸς ὑπὸ τῆς ἀδικίας κρατούμενος; Θεραπευέτω τοίνυν πρῶτον τὸ ἑαυτοῦ τραῦμα ὁ τοιοῦτος, καὶ τότε δυνήσεται τὸν τοῦ ἀδελφοῦ μώλωπα ἰάσασθαι, λόγοις θείοις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐπιῤῥώσας· τὸ γὰρ τῆς ψυχῆς τραῦμα τοῖς ἁγίοις λόγοις παραμυθούμενον κουφίζεται. Παρακάλει τοίνυν πάντας τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς μὲν πυροῦμένους, εἰ βούλοιντο, γαμεῖν ἐν Χριστῷ (γινώσκοντας μέντοι, ὡς μία ἑνὶ ἐπλάσθη, πρῶτος δὲ Λάμεχ ὢν ἐκ τοῦ Κάϊν, ἔλαβεν ἑαυτῷ δύο γυναῖκας· τὸ δὲ ἑαυτῷ λαβεῖν ἐστι τὸ μὴ κατὰ θέλημα Θεοῦ. Ἡ γὰρ πολυγαμία, γάμου μὲν ἔχει τὸ ὄνομα, ἔστι δὲ φιλευπρόσωπος πορνεία)· τοὺς δὲ ἐγκρατευομένους, τελείως ἐν Χριστῷ ἀσκεῖν, καὶ μὴ τῷ μὲν ὀνόματι φιλοσοφεῖν, τὸ δὲ ἔργον ἐπικεκαλυμμένως πράττειν. Μηδὲ πάλιν τοῖς τῶν ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς προσέχετε, ὅτι οὐχ ὁρᾶσθε, τοίχων ὑμᾶς πανταχόθεν περικλειόντων· ἀλλὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀπειλὴν φοβήθητε, ὅτι πάντα γυμνὰ, καὶ τετραχηλισμένα ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσι, τὰ ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων πραττόμενα.

11. Καί μοι θαυμάσαι λίαν ἔπεισιν ἐκπληττομένῳ τὴν ἀναισθησίαν τῶν μυωπαζόντων, πῶς αἱ θήλειαι ἑκουσίᾳ γνώμῃ ἑαυτὰς εἰς δουλείαν ἐκδεδώκασι, τιμῆς ὑπὸ τοῦ τετιμηκότος ἀγορασθεῖσαι. Πολλάκις γάρ τις κόρη τοῖς ἰδίοις γονεῦσι μὴ ἐξυπηρετησαμένη, καὶ ἀμοιβὰς δικαίων πόνων μὴ ἀποδεδωκυῖα τοῖς ἑαυτῆς γεννήτορσιν, αὕτη σπουδαία εἰς τὸν ἀγαπητὸν εὑρέθη, καί πάντα τρόπον ἀγωνίζεται αὐτῷ ἀρέσαι, καὶ οὐχὶ Θεῷ εὐσεβῶς δουλεῦσαι, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ταλαιπωροῦσα, καὶ στολὰς ἐξαλάσσουσα αὐτῷ καὶ κατασκευάζουσα· καὶ πολλὰ ἄλλα πράγματά ἐστιν, ἃ οὐκ ἀγνοοῦμεν, ἀλλὰ νῦν λέγειν οὐ βουλόμεθα· οὐ γὰρ θέμις τὰ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν εἰς μέσον ἄγειν, ἃ καὶ τῷ λέγειν αἰσχρὰ τυγχάνει. Ὁ δὲ λοιπὸν, ὥσπερ τις ἰχθὺς ἀμφιβλήστρῳ κακῷ περιβληθείς, διὰ τῶν ἱματίων καὶ τῆς θανατηφόρου ὑπηρεσίας τῆς κατὰ ἀνθρωπαρέσκειαν γινομένης, καὶ οὐ κατὰ θεοσέβειαν, δεδούλωται τῷ γυναίῳ, μεθύων τὸ φρόνημα, καὶ κραδαινόμενος ὅλως ἐκλύεται ὑπὸ τῶν γυναικείων ῥημάτων, καὶ οὔτε προσευχῆς καιρὸν λοιπὸν ἐπιγινώσκει, οὔτε ἐὰν κύψῃ τοῦ προσεύξασθαι, οἶδε τί ποιεῖ, ἐνοπτριζόμενος χαρακτῆρα ἑταιρικῆς διαθέσεως. Τὰ ὅμοια δὲ καὶ τὸ γύναιον συμπάσχει τῷ πάσχοντι. Καὶ Γραφῆς ἀναγινωσκομένης ἀδλεπτοῦσι τὴν διάνοιαν· καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ προσομιλιῶν λαλουμένων, οὐκ οἴδασι τί ἀκούουσι, τῷ ἀλλήλων αἰσχρῷ πάθει δεδουλωμένοι· οὕτως τοῦ ἐρωτικοῦ καὶ μανιώδους πάθους τὴν ψυχὴν πηροῦντος, ὡς, εἰ δυνατὸν, καὶ τῶν ἰδίων ὀνομάτων ἐπιλανθάνεσθαι. Τοσοῦτον ἡ γυνὴ συνοικοῦσα τῷ ἀνδρὶ ἐκτρέπει τὸν νοῦν τοῦ ἀνθρώπου· τοσοῦτον ὁ ἀνὴρ γυναικὶ

A nonnemo: *Hypocrita, ejice primum trabem ex oculo tuo, et tunc poteris ejicere festucam, quæ est in oculo fratris tui* [59]. Quomodo vero et de honestate loqui audebis, ipse intemperanti mulierum insania correptus? Aut quomodo ea quæ justitiam decent, edocere, ipse ab injustitia devinctus? Medeatur itaque primum qui hujusmodi est, huic vulneri; et tunc poterit fraternæ vibici adhibere medicinam, verbis divinis illius animam corroborans. Animæ etenim vulnus sanctis verbis delinitum, allevatur. Quamobrem hortare omnes homines, eos quidem qui uruntur, ut si velint, uxorem ducant in Christo (scientes tamen quod una uni formata fuerit, Lamech vero primus, qui a Cain genus ducebat, *accepit sibi duas uxores* [60]. Sibi autem accipere, est B non secundum Dei beneplacitum. Polygamia namque, conjugii quidem nomen habet, sed honesta fornicatio est), eos vero qui continentiam profitentur, ut perfecte in Christo exerceant, nec verbo quidem philosophentur, rem tamen clandestino perpetrent. Neque rursus animum humanis oculis advertite, quod nempe non videamini, parietibus vos circumquaque concludentibus: sed Dei minas metuite, quod *omnia nuda et resupinata coram illo sunt* [61], quæ interdiu et noctu ab hominibus fiunt.

11. Ac mihi admirari vehementer subit, dum stoliditate eorum percellor qui tantopere cæcutiunt: quanam videlicet ratione mulierculæ ultro se ipsæ in servitutem dedant, pretio ab eo qui æstimaverit, coemptæ. Sæpe enim contingit, ut C puella quæpiam suis parentibus nequaquam famulata, nec mutuas justorum laborum vices propriis genitoribus reddens, ea studiosa in dilectum inveniatur, et omnes nervos intendat ut ei placeat; non tamen Deo religiose deserviat; diu noctuque sollicita, eique indumenta subinde permutans et præparans. (Aliæ sunt item res complures, quas nequaquam ignoramus, sed quas dicere nunc minime volumus: neque enim fas est, ut quæ furtim ab illis fiunt, in medium proferantur, cum ea vel dictu sint turpia.) Ille vero quasi quidam piscis malis plagis irretitus, per vestimenta et mortiferum famulatum, qui ea mente exhibetur ut hominibus placeatur, non vero secundum pietatem, captivus cedit mulieri; mente temulentus, ac omnino lapsa- D bundus enervatur a muliebri affectu, et nec deinceps orationis tempus cognoscit, nec, si quidem ad orandum procumbat, quid faciat intelligit, imaginem animo versans contubernalis rationis. Quo modo ille afficitur, haud aliter et mulierculæ contingit: et dum Scriptura legitur, cæcutiunt animo; dumque in ecclesia homiliæ habentur, nesciunt quid audiant, turpi affectione invicem captivi, sic amoris furorisque morbo animam obtundente, ut si fieri posset, suorum etiam nominum obliviscerentur. Eousque mulier cum homine convivens, hominis

[59] Matth. VII, 3-5; Luc. VI, 41, 42. [60] Genes. IV, 10. [61] Hebr. IV, 13.

mentem evertit : eousque vir cum femina habitans, in insaniam concupiscentiæ mulierem impellit : eousque potest mulier cum viro contubernium habens, vel Dei ipsius memoriæ oblivionem inducere. Facessamus ab gehenna, et igne sempiterno ! Ut quid spirantes adhuc vosmet ipsi in orcum horribilemque tartarum defoditis ? Qui contubernales habetis et cum illis conversamini, dediscite hanc malam doctrinam, quæ interitum propinat, et salutem prodit. Imitemur apostolos ; imitemur prophetas, et per vestigia eorum incedamns, nec nos decipiat feminina esca. Nos ipsi rursus, ne mulierem quasi esca in fraudem inducamus ob inanem gloriam, et superstitiosam humilitatem. Sed omnia secundum veram solidamque humilitatem sobrie a nobis peragantur in Christo, ut possimus liberari a præsenti tempore malo, juxta voluntatem Patris, et Domini nostri Jesu Christi Filii ejus unigeniti : per quem et cum quo gloria, imperium, honor invisibili Patri cum sancto et paracleto Spiritu, nunc, et in omnia sæcula sæculorum. Amen.

A συσκηνῶν πρὸς μανίαν ἐπιθυμίας ἄγει τὴν γυναῖκα· τοσοῦτον ἰσχύει γυνὴ ἀνδρὶ συνοικουσα, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης λήθην ἐμποιῆσαι. Ἐξελάσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ γεέννης καὶ πυρὸς αἰωνίου. Τί ζῶντες ἑαυτοὺς εἰς ᾅδην καὶ φοβερὸν τάρταρον κατορύσσετε ; Οἱ τὰς συνεισάκτους ἔχοντες, καὶ αὐταῖς συνοικοῦντες, ἀπομάθετε τὸ κακὸν μάθημα, τὸ τῆς ἀπωλείας πρόξενον, καὶ τὸ τῆς σωτηρίας προδοτικόν. Μιμησώμεθα τοὺς ἀποστόλους, μιμησώμεθα τοὺς προφήτας, καὶ κατ' ἴχνος αὐτῶν βαίνωμεν, καὶ μὴ ἡμᾶς ἀπατάτω τὸ τῆς γυναικὸς δέλεαρ· μηδὲ πάλιν γυναῖκα ἡμεῖς αὐτοὶ δελεάζωμεν διὰ τῆς κενοδοξίας, καὶ ἐθελοταπεινοφροσύνης· ἀλλὰ πάντα κατὰ ἀληθινὴν καὶ βεβαίαν ταπεινοφροσύνην σωφρόνως ὑφ' ἡμῶν πραττέσθω ἐν Χριστῷ, ἵνα δυνηθῶμεν ῥυσθῆναι ἐκ τοῦ ἐνεστῶ-
B τος καιροῦ πονηροῦ, κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ δόξα, κράτος, τιμὴ τῷ ἀοράτῳ Πατρὶ σὺν ἁγίῳ καὶ παρακλήτῳ Πνεύματι, νῦν καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

S. BASILII MAGNI [687]

RATIONES SYLLOGISTICÆ CONTRA ARIANOS,

Quod Filius in divinis sit Deus (86)

(Interprete Francisco Turriano, S. J. — Ad. Canis., *Lectiones antiquæ*, ed. Basnagii, tom. I, p. 169.)

I. Si Filius est natura Deus, et Pater est natura C Deus, non est alius Deus Filius, alius vero Deus Pater. Sin autem non est natura Deus Filius : Deus dicitur, sicut qui falso dicuntur dii, et non est Deus.

II. Si unus Dominus Filius natura, Dominus autem etiam Pater natura, manifestum est quod non alia natura. Quod si unus Deus Pater, dicitur autem Deus etiam Filius, non alia natura, sed una.

III. Si unus Dominus natura, cum multi θέσει, hoc est, positione seu adoptione vocentur domini, et unus Filius natura, cum multi nominentur filii, qui vocatur positione dominus vel filius ad imitationem ejus, qui natura, vocatur : positione enim nihil dicetur, nisi antecedat, quod natura. Si igitur nos sumus filii Dei θέσει, id est, adoptione, necesse est prius esse natura Filium.

IV. Quæ vere sunt omnina substantiæ, ea notæ sunt eorum, quorum sunt nomina. Proprie autem et vere Pater est Deus et Filius et Spiritus sanctus : eadem igitur substantia sicut et nomina.

V. Si non est generationis unigenitum, sed propter incomparabilem excellentiam est unigenitus, Pater etiam est unigenitus, quia incomparabilis est, et omnis creatura non similis, sed dissimilis erit unigenita, multi igitur unigeniti erunt sicut Filius est Dei unigenitus.

VI. Filius non simpliciter est unigenitus, sed a Patre unigenitus ; Filius igitur unigenitus est, et non creatura unigenita.

VII. Si κατὰ μετάβασιν, id est dimissionem, et permissum Patris, et non secundum naturam creat Filius, nihil aliud quam minor creaturis ab ipso factis, etiam secundum naturam est ; quorum enim non est creator secundum naturam, quomodo creata secundum naturam ?

VIII. Si Deus operatur, sicut nullus alius, et generans, sicut nullus alius generabit ; Deus enim in
D omnibus, et ad omnia est incomparabilis ut Deus.

IX. Quod fit, non est ex substantia facientis ; quod generatur ex substantia generantis est : non est igitur idem facere et gignere.

X. Si Filius est ex Deo, non est autem tanquam ex Patre, sed tanquam ex causa, causa autem ut simus etiam nos, Deus est, ex ipso enim sunt omnia ; non

(86) Illa argumenta non digessit ipse Basilius, sed ex ipsius operibus ducta sunt et in ordinem redacta Ba n.

igitur aliter Pater Filii, et aliter noster, sed potius similiter ; et quomodo non est hoc absurdum ?

XI. Si nihil est simile et æquale Deo præter Filium, et non est Filius, neque Deo, neque creaturis erit similis.

XII. Quod est in forma Dei, in substantia Dei est; non enim est aliud forma, et aliud substantia Dei, ne compositus sit. Igitur qui est secundum formam æqualis, et secundum substantiam erit.

XIII. Si genitus minor est eo, qui genuit, non est accusandus, qui genitus est ; infirmitas autem est genitoris, aut enim invidens, non fecit æqualem, aut quia non potuit, non genuit similem.

XIV. Si Pater ante Filium erat, omnino Pater alterius erat ; sine Filio enim non diceretur Pater.

XV. Si qui Filium cognovit secundum substantiam, cognovit etiam Patrem, *Si me enim*, inquit, *cognosceretis, et Patrem meum cognosceretis* [62]. Igitur ὁμοούσιος est Patri Filius ; nihil enim incorporeum ex dissimili substantia cognosci potest.

XVI. Si credere Christum esse Filium Dei habet vitam, non credere necessario habet mortem.

XVII. Quorum sunt eædem ἐνέργειαι, id est operationes, horum etiam substantia una : operatio autem Patris et Filii una, ut illud : *Faciamus hominem* [63] ; et rursus : *Quæ faciet Pater, hæc et Filius similiter facit* [64] ; una igitur substantia Patris et Filii.

XVIII. Si cognitio Patris et Filii vita æterna est, necesse est unius etiam naturæ esse ; quæ enim diversæ substantiæ sunt, non una cognitione percipiuntur, neque similiter vivificare possunt.

XIX. Si imago Patris vere est Filius, omnis autem imago vel substantiæ est, vel formæ, vel figuræ vel speciei, vel coloris imago : Deus autem in nullo horum est, sed in substantia solum : Filius igitur cum sit imago substantiæ, ejusdem substantiæ est cum Patre.

XX. Si Pater omnino non potest conferri cum Filio, in omnibus autem etiam conferri non potest cum creatura ; non aliter cum Filio, aliter autem cum creatura, sed similiter ; non igitur est dissimilis Patri, sed et similis creaturæ et quomodo non est hoc absurdum ?

XXI. Si cum dicunt Filium esse creaturam, non tanquam unam ex creaturis dicunt, quare cum nos dicimus esse γέννημα, id est germen, tanquam unum ex germinibus intelligunt ?

XXII. Si non gignit Deus, ne fluxionem subeat, neque κτίζει, id est, creat, sive facit, ne defatigetur ; sin autem creat nihil patiendo, multo magis nihil patiendo gignit.

XXIII. Si sicut splendor ex omni lumine generatur, sic ex Patre quidem, lumine autem non quandoque, sed sine intercapedine temporis, et coæterne cum illo, non enim est lumen sine splendore ; Filius igitur, cum sit splendor Patris, non aliquando, sed coæternus est : cum sit Deus et Pater lumen, sicut ait David : *In lumine tuo videbimus lumen* [65] ; et Daniel : *Et lumen ipsius est* [66] ; et Apostolus : *Qui cum sit splendor gloriæ* [67], etc.

XXIV. Si germen substantia est, ipsorum opinione sicut ingenitum ; germen autem Dei est Filius ; est igitur substantia Dei.

XXV. Si voluntate, non natura Deus Filium genuit, vel cum voluit semel, deinceps non potuit velle, vel iterum voluit, et iterum genuit. Si autem non est una voluntas ejus, sed diversa, non est simplex ; nec unius auctor, sed, ut vult, facit.

XXVI. Si Deus non generat, aut quia non potest omnino, aut quia non vult ; sed si quidem non potest, non solum non potest, sed superat eum generativa et perfecta natura ; infirmior, inquam, est, quam natura generans et perfecta. Sin autem cum alioqui posset, noluit tamen ; quod natura potuit, voluntate cohibuit. Quare etsi nondum genuit, igitur volens generabit aliquando.

XXVII. Si aliquando non fuit Filius, ipsum illud, aliquando, erit post illum, qui generavit, non autem antequam genitus sit ; non igitur ante omnia Filius sine Patre, sed post illud, aliquando, reperietur : et quomodo non hoc absurdum est?

XXVIII. Cum nos dicimus Patrem semper, necesse est etiam semper esse Filium. Aiunt illi : Igitur quia semper est Filius, Creator et creatio semper, atque ita erit creatio coæterna Patri et Filio. At qui dicit Creatorem, non simul dicit creationem : non enim cum ædificatore simul est ædificium, neque cum opifice navigii simul est navigium. Creatio enim in creatore est : quod autem creatur, post creatorem est : patrem autem dicere, non posito filio, impossibile est : et qui patrem dixit, non simpliciter dixit, sed alicujus patrem dixit.

XXIX. Deus et Dominus, et omnipotens, et Sabaoth et Adonai, et Eloi dicitur in Scripturis Deus, ingenitus vero nequaquam. Si quis vero hoc concedet, ut ingenitus, et aliis nominibus propositis dicatur, accommodabit hæc Judæis, et omnibus ; solis vero Christianis accommodabit dicere Patrem Christi. Si igitur quod solum nos ab aliis separat, falsum est, et non verum ; et nomen est θέσει, id est, positione, et non res natura, falsa est fides, vana est spes. Cujus enim principium est infirmum, etiam finis est debilis.

XXX. Rursus interrogant Ariani : Exsistensne, an non exsistens genitus est Filius ? Obscura et rudis interrogatio ; quia enim pudet interrogare quando, et in tempore **688** dicunt τὸ ὤν, id est, exsistens. Vicissim igitur interrogandi sunt : Exsistensne Deus Pater Filium genuit, an non exsistens Pater ? Si enim exsistens Pater, exsistentem genuit : sin vero non exsistens, genitus, et non natura Pater est.

[62] Joan. XIV, 7. [63] Gen. I, 26. [64] Joan. V, 19. [65] Psal. XXXVI, 9. [66] Dan. II, 22. [67] Hebr. I, 3.

Omnem autem contentionem excludunt divinæ Scripturæ, cum Moyses clare dicat : *Qui est, misit me* [68] ; et Evangelium : *In principio erat Verbum* [69] ; et non semel *erat*, sed quater. Et rursus alias : *Qui est ex Deo* [70] ; et : *Qui est in sinu Patris* [71] ; et in alio loco : *Qui est in cœlo* [72] ; et in Apocalypsi : *Qui est, et qui erat, et qui venturus est* [73] ; et beatus Paulus : *Qui est splendor gloriæ* [74] ; et : *Cum in forma Dei esset* [75] ; et iterum de Filio : *Qui est super omnia Deus, qui est benedictus in sæcula. Amen* [76].

XXXI. Si verus est Deus, et lumen, et immutabilis, et bonus, et sanctus, et Dominus, et Filius, hæc autem cum Pater etiam sit, non similiter est hæc, sed μειζόνως, id est magis ; erit ergo talis non propter substantiæ præstantiam et excellentiam, sed qualitatis exsuperationem ; substantia enim non dicitur magis, aut minus alia substantia ; bonus vero bono, et justus justo magis dicitur : igitur eorum qui geniti sunt, eadem est natura cujus est qui genuit, etsi aliter genitus habeat τὸ εἶναι · nec enim Abel qui ex conjunctione viri et mulieris genitus est, diversæ naturæ fuit quam Adam qui non est genitus, sed formatus.

XXXII. Si quod est causa, est majus et differens substantia ab eo, cujus causa est ; omnis autem pater est causa, et omnis filius est ex causa : patres igitur majores et differentes substantia sunt a filiis, et non unius substantiæ : at non est verum hoc.

XXXIII. Interrogant Ariani, an Pater, generato Filio, desierit generare ; si respondetur desiisse, inferunt, cœpisse igitur generare ; omne enim quod finem habet, inquiunt, etiam habet principium. Quibus respondebimus, si necesse est, quod desinit, principium habere ; et quod principium habet, necesse item habere finem. Igitur angeli et omnia incorporea, quæ cœperunt esse, necesse est desinere esse : at hoc absurdum est. Potest igitur quod cœpit esse, non desinere, et quod desinit, non cœpisse. Quod si non : ipse etiam Filius, si principium habet, et finem habebit, ipsorum opinione.

XXXIV. Eadem est natura eorum, quæ genita sunt, et generantis, quamvis aliter cœperit esse, qui genitus est ; non enim Abel natus ex conjunctione, alia natura fuit præter naturam Adæ non generati, sed formati.

XXXV. Quod in incorporeis est unum operatione et voluntate, dicitur substantia unum. Salvator cum dixit : *Ego et Pater unum sumus* [77], uno quopiam eorum, quæ ante scripta sunt, dixit. Igitur si operatione unum dicunt, necesse est, substantia unum dicant ; eorum enim, quæ sunt diversæ substantiæ, nunquam erit operatio similis : sin autem voluntate unum, non solum quæcunque Pater vult, necesse est et Filium velle ; sed etiam quæcunque Filius vult, necesse est et Patrem velle. Jubebit ergo Filius Patri, de quibus vult, et de quibus jubetur ; sin autem solum jubetur, coactus, et non volens ministrat. Si vero neque voluntate, nec operatione sunt unum, sequitur ipsorum opinione, esse unum substantia, id est, ὁμοούσιον Patrem, et Filium, quod ipsi dicunt, impossibile esse.

Ejusdem S. Basilii contra Eunomium,

Quod ingenitum non substantiam, sed ὕπαρξιν, *id est exsistentiam, declarat.*

I. Si ingenitum est substantia, et genitum est substantia, et idcirco non sunt ejusdem substantiæ Pater et Filius, necesse est penitus omnia genita unius substantiæ esse. Sunt igitur genita ὁμοούσια, id est, ejusdem substantiæ cum Filio Dei ; et quomodo non est blasphemum ?

II. Si ingenitum πρὸς τὸν γεννητὸν υἱὸν ἀντιδιαστελλόμενον est substantia, et increatum πρὸς τὴν κτίσιν ἀντιδιαστελλόμενον substantia est ; est igitur ingenitum substantia et increata.

Cætera desunt.

[68] Exod. III, 14. [69] Joan. I, 1. [70] Joan. VIII, 47. [71] Joan. I, 18. [72] Joan. III, 13. [73] Apoc. I, 4. [74] Hebr. I, 3. [75] Philipp. II, 6. [76] Rom. IX, 5. [77] Joan. X, 30.

EXPOSITIO SS. PP. NN.

MAGNI BASILII ET GREGORII THEOLOGI,

De sancta et orthodoxa fide.

---

689 Credo in Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, Trinitatem ὁμοούσιον, inseparatam, indivisam, inconfusam, et incomprehensam unam naturam, et substantiam, et regnum, tres personas. Si autem interrogeris, quid declarent personæ, sive hypostases, respondebis, quod personas interpretamur mentem, verbum, et spiritum. Mens generat verbum, et verbum sine spiritu non egreditur ; in eo enim agnoscitur Deus vivere, quod generat verbum ἀπαθῶς. Quod si vis exemplis clarius hoc

discere, audi : Homo habet mentem, et verbum insitum, sive naturale et spiritum vitalem : egrediens verbum ab homine facit voluntatem ejus, et ab ipso non separatur : sic et Deus Verbum genitus a Patre sine tempore fecit quæcunque voluit Pater tanquam ὁμοούσιος illi, et ab ipso non est separatus ; aut, sicut sol est circulus, et habet medium lumen, et ex lumine procedit radius ; et neque unus homo dicitur tres homines, quia sit mens, et verbum, et spiritus ; neque unus sol tres soles, quia sit circulus, et lumen, et radius ; sed potius unus homo, et unus sol ; sic unus Deus est, id est, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, tres unus, et unus tres indivise, et inconfuse. Hæc est autem indivisibilitas, quod Filius non separatur a Patre, sicut neque ab homine separatur verbum, λόγος, sive ratio ; aut a sole lumen. Et ut lumen egrediens ex sole illuminat mundum, sic unigenitus Filius et Verbum non separatus a Patre operatus est admirabilia opera, cœlum, et terram, et quæcunque in eis sunt : item opus incarnationis supra omnia admirabile ; manens enim in Patre, nec separatus ab eo Deus Verbum divino condescensu venit ad nos, et salvavit Israel, et gentes secundum veras promissiones Dei, quas lex et prophetæ prædicarunt, et doctrina apostolorum et sanctorum Patrum tradidit. Inconfusio autem est hæc, primum quidem, quia Pater non est Filius, neque unquam erit, neque Filius Pater, neque Spiritus sanctus est Filius, vel Pater, quoniam proprietas cujusque personæ sanctæ, et beatæ Trinitatis immota manet, et servatur, id est, in Patre quidem proprietas ingeniti, in Filio autem proprietas geniti, quoniam genitus est a Patre sine tempore, sicut lumen a sole. Simul enim Pater, simul Filius, simul Spiritus sanctus, servata immota cujusque personæ proprietate. Ac de divina quidem et immortali natura sic sentimus ; non enim dicimus, ut fatui gentiles, solem esse Deum, sed tanquam imaginem assimilamus incircumscripte et incomprehense, quoniam Deus est infinitus, et a nemine potest comprehendi. Illud autem dicitur comprehendi non posse, quod experientia cognitionis non potest percipi, ut est divinitas proprie, ut ex universa Scriptura didicimus tum vetere, tum nova : nullus enim a sæculo sanctorum potuit dicere, quæ substantia sit Deus ; tametsi insanus Eutolmius hoc ausus est nugari, qui non solum a sanctis doctoribus redarguitur, sed ab ipsa natura et consequentia.

De Incarnatione vero confitemur Dominum nostrum Jesum Christum unum ex indivisa, atque inconfusa Trinitate duas naturas, et duas energias, duasque naturales voluntates habere, et Mariam Virginem, quæ eum peperit, proprie, et vere Dei matrem esse ; neque ●●● posse explicari modum Incarnationis præter hoc solum, quod ex Virgine natus est per Spiritum sanctum ; Pater enim misit Filium salvatorem mundi ; Filius autem unigenitus, et Dei verbum beneplacito Patris, et propria voluntate, et Spiritus sancti cooperatione carnem sumpsit mente, et anima, ac ratione præditam, et univit eam cum propria sua persona divina ; non enim Pater incarnatus est, neque Spiritus sanctus, sed Verbum, et Filius Dei in propria persona, qui deificavit genus hominum. Caro alioqui corruptibilis, quam sumpsit Dominus noster Jesus Christus, incorrupta mansit per mortem crucis, et resurrectionem ; etsi enim cibum gustavit post resurrectionem, non tamen lege corporis, sed œconomice, ut probaret carnem illam esse, quæ erat ante resurrectionem, et non aliam ; non enim in ventrem, et intestina, atque in secessum ibat, absit ! Imo caro divina post resurrectionem mutata est a materiali in immaterialem, et a passibili in impassibilem ; non tamen incircumscriptam, aut intangibilem, vel invisibilem, alioqui quomodo visus esset discipulis post resurrectionem ? Quomodo dixisset Thomæ : Tange me [78] ? Cibus vero, quem sumpsit coram discipulis, si quis quærat, quo abierit, respondemus, sicuti cera appropinquans igni liquefit, et desinit esse ; sic cibus ille adhibitus carni incorruptibili et πυρφόρῳ Dei resuscitati. Post resurrectionem vero conversatus spatio quadraginta dierum cum discipulis, *assumptus est in cœlum videntibus illis*, ut Evangelium testatur, *et sedit ad dexteram Dei* [79]. Sedere autem ad dexteram Dei non declarat aliquid corporeum ; Deus enim corporis, et figuræ, et speciei expers est ; sed potius honorem, et gloriam in cœlis significat ; hanc enim habuit assumptus in cœlum homo Dei, id est, caro sumpta : illic enim sancta ejus anima conversationis suæ in terra recordatur, estque rationalis, et intelligens. Insunt præterea sancto corpori ejus suæ proprietates naturales, ut triplex dimensio longitudinis, latitudinis, et profunditatis ; item species, qualitas, et quantitas, et alia hujusmodi ; non enim amisit hæc assumptus Christus. Non ergo locum habet hic fabula Manichæorum, qui aiunt, quod assumptus Christus in sole posuit suum corpus, et Deus nudus ascendit : id autem stulte probant auctoritate David dicentis : *In sole posuit tabernaculum suum* [80]. Quibus nos respondemus : O insani, et vani ! non appellat Propheta tabernaculum solis carnem a Verbo Dei sumptam ; quæ cum ipso Filio Dei in cœlum ascendit, sed potius tabernaculum solis appellat speciem, et qualitatem orbis solaris, id est, lumen, quod quarto die Deus mundi fabricator in eo posuit : non enim Propheta loquebatur hic de assumptione, sed de creaturis Dei, quemadmodum perpetuo gloriam Dei narrent. Postea vero veniet in novissimo die resurrectionis omnium, quando tuba canet magno clangore, et tanquam ex somno surgent omnes, et aderit Judex animarum justorum et peccatorum, sive ad-

[78] Joan. xx, 27. [79] Marc. xvi, 19 ; Act. i, 9. [80] Psal. xviii, 6.

huc viventium tunc, sive jam mortuorum : veniet autem quemadmodum viderunt eum ascendentem in cœlum [81], sicut nos docet beatus Lucas, *ut reddat unicuique secundum opera sua* [82], regnum quidem cœleste, id est, Dei visionem iis, qui purgatam habuerint mentem ; perpetuum vero supplicium et æternas tenebras, id est, alienationem a Deo, iis qui cæcam. Regni autem ejus non erit finis, neque terminus, ut ait Vir desideriorum [83]. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

[81] Act. I, 11. [82] Rom. II, 6. [83] Dan. VI, 26.

MONITUM.

Fragmentum sequens Arabice et Latine legitur p. 226 libri cui titulus : *Eutychius patriarcha Alexandrinus vindicatus, sive Responsio ad Joannis Seldeni* Origines, *in duas tributa partes, quarum prima est de Alexandrinæ Ecclesiæ originibus, altera de origine nominis papæ ; quibus accedit censura in Historiam orientalem Joannis Henrici Hottingeri ; omnia ex Orientalium excerpta monumentis, auctore Abrahamo Echellensi Maronita e Libano. Romæ, typis S. Cong. de propag. fide.* 1661 *in*-4.

D. Basilius in hom. Commemorationis B. Mariæ Virginis de D. Petri initiatione, primatu de cæteris prærogativis hæc habet :

Christus utique Dominus, cui gloria, assumptum Petrum principem apostolorum, et imposita ei divina manu ordinavit summum sacerdotem super universum habitabilem orbem, et omnes discipulos, ac gentes cunctas, quæ Jesum Christum confitentur. Cumque manum capiti ejus imposuisset Dominus, ecce voces magnæ ab alto exclamantes, ac dicentes : Dignus, dignus, dignus est princeps episcoporum secundum ordinem Melchisedech. Ordinavitque presbyteros, episcopos, diaconos, lectores, hypodiaconos, psaltes, et septem instituit ordines in domo Dei.

Arabici codicis, ubi hæc legitur homilia D. Basilii, exemplar in insula Rhodo exscriptum exstat Parisiis in celeberrima bibliotheca linguarum Orientalium clarissimi viri Gilberti Gaulminii Christianissimi regis libellorum supplicum præfecti.

MONITUM.

691 Putavi non defuturos qui Eunomii opus cum Basilii libris comparare vellent : quod ut facilius fieri posset, hunc libellum hoc loco edendum judicavi. Sed monere juvat, Græca et Latina e clarissimo doctissimoque viro Joanne Alberto Fabricio sumpta esse (87).

(87) *Bibliotheca Græca*, vet. ed., t. VIII, p. 260.

ΕΥΝΟΜΙΟΥ ΤΟΥ ΔΥΣΣΕΒΟΥΣ
ΑΠΟΛΟΓΗΤΙΚΟΣ
ΠΡΟΣ ΟΝ ΕΓΡΑΨΕΝ ΑΝΤΙΡΡΗΤΙΚΟΝ Ο ΜΕΓΑΣ ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ.

EUNOMII IMPII APOLOGIA,
QUAM CONFUTAVIT BASILIUS MAGNUS (88).

[*Hic libellus nulla de alia causa descriptus est, quam ut quale sit hoc scriptum, constet. Etenim quæ de Deo pronuntiat, et eo quod sit ingenitus, et quod Filius sit genitus, et alia quæ nugatur, maxime*

[(89) Οὗτος ὁ λόγος οὐ δι' ἄλλο τι γέγραπται, ἢ ἵνα δεικνύηται ἡ γραφή. Ἃ γὰρ λέγει περὶ Θεοῦ, ὡς ἀγέννητος, καὶ γεννητὸς (90) ὁ Υἱὸς, καὶ ἕτερα ὅσα ληρεῖ, ἀσεβέστατά εἰσι, καὶ ἔξω τῆς εὐσε-

(88) Interprete Jacobo Fabricio Holsato.
(89) Nota in codice manu exarato ascripta.
(90) Aetii et Eunomii dogma, ἀγέννητον non posse esse simile τῷ γεννητῷ. Vide Epiphanium, hæresi 76.

βοῦς ἡμῶν πίστεως· Πρόσχες γοῦν, ὁ ἀναγι- A
νώσκων, ἵνα μὴ παρατραπῇς τῆς εὐθείας
ὁδοῦ.]

1. Τὸ (91) μὲν συκοφαντεῖν καὶ διαβάλλειν τινὰς ἐξ ἀκολάστου γλώττης καὶ γνώμης ἀγνώμονος, μοχθηρῶν καὶ φιλαπεχθημόνων ἔργον εἰδότες· τὸ δὲ τοὺς ἐκ διαβολῆς εἶναι δόξαντας πονηροὺς πάσῃ προθυμίᾳ πειρᾶσθαι τὸ ψεῦδος τοῖς ἐλέγχοις ἀποτρέπειν, ἀνδρῶν σωφρόνων, καὶ μετὰ τῆς ἰδίας εὐβουλίας τὴν τῶν πολλῶν ἀσφάλειαν περὶ πολλοῦ ποιουμένων· ηὐχόμεθα μὲν λόγῳ τὴν γνῶσιν ἀμφοῖν ἔχοντες, μήτε τῆς προτέρας ποτὲ γενέσθαι μοίρας, καὶ τῆς ὑστέρας τὴν πεῖραν διαφυγεῖν. Ἐπειδὴ δὲ μὴ κατὰ γνώμην (92) ἐκβῆναι συνέβη τὸ τέλος, ποικίλως καὶ πολυτρόπως διά τε λόγων καὶ πράξεων παρὰ πολλοῖς κατασκευασθείσης ἡμῶν ψευδοῦς δυσφημίας, B
ἀλγεινῆς μὲν ἡμῖν, βλαβερᾶς δὲ τοῖς πιστεύουσιν ὑπό τινων πονηρῶν καὶ μηδὲν ὀκνούντων λέγειν ἢ πράττειτ ἀνθρώπων (93), καὶ τῶν ἀκεραιοτέρων ταῖς τῶν διαφόρων κατηγορίαις τὴν ἀλήθειαν μετρούντων, οὐ κρίσει τὰς καθ' ἡμῶν διαβολὰς προσιεμένων· ἡμῖν τε αὐτοῖς λυσιτελεῖν ᾠήθημεν πρὸς ἀπολογίαν, καὶ τοῖς ἀβασανίστως λεγομένοις, πρὸς ἀσφάλειαν, ἔγγραφον εἰς ὁμᾶς ἐκθέσθαι τῆς ἐκυτῶν δόξης τὴν ὁμολογίαν, εἴ πως διὰ ταύτης τήν τε προλαβοῦσαν ἀποτρεψαίμεθα βλασφημίαν, καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν τοὺς μὲν πονηροὺς ἀτολμοτέρους, τοὺς δὲ λίαν εὐχερεῖς ἀσφαλεστέρους παρασκευάσαιμεν, τοῖς μὲν τὸ ψευδῆ λέγειν ἐπιδεὲς, τοῖς δὲ τὸ πιστεύειν ἀσφαλὲς ὑποδείξαντες, συναποδεικνυμένης τῇ παρ' ἡμῶν ἀληθείᾳ τῆς κατ' ἀμφοῖν κολάσεως. Ἡ γὰρ πρὸς τὸ ψεῦδος κοινωνία κοινὴν ἀμφοτέροις κατεργάζεται τὴν C
τιμωρίαν.

sunt impia, et a sancta piaque nostra fide aliena. Attende igitur et cave, quicunque hæc legis, ne a recta via avertaris.]

1. Petulanti lingua et mente prava aliis calumniando obtrectare, cum eorum hominum esse sciamus, qui improbi odioque digni sunt, vicissim omni conatu et studio totaque mente in id incumbere, ut per calumniam pro malis habiti mendacium veris argumentis a se propellant, hominum bonorum esse novimus, et quidem talium, qui cum sibi privatim bene consultum cupiunt, tum multorum quoque publicam confirmationem magni faciunt. Optabamus itaque ut sola speculatione utrumque hoc cognitum habere nobis contingeret, et neque cum priori ullum consortium haberemus, et a posterioris etiam experimento immunes esse possemus. Quia vero finem illum ex animi sententia assequi non licuit, vafre et varie tam verbis quam factis comparata nobis apud multos mendacii infamia, magno profecto cum dolore nostro, illorum vero, qui fidem istis habent, damno; cumque hæc fiant a malitiosis et ejusmodi hominibus, qui quidvis dicere aut facere non verentur, tum a simplicioribus, qui veritatem ex dissidentium criminationibus metiuntur, et nullo judicio sparsas contra nos calumnias admittunt et in manus sumunt: utile nobis ipsis duximus partim quidem ad nostri defensionem, partim vero etiam ad ea, quæ alias simpliciter et sine certa probatione dicuntur, confirmanda probeque munienda, ut scripto comprehensam coram vobis nostræ sententiæ exponeremus confessionem, si quo pacto per illam tum calumnias antevertentes, hoc est, prius sparsas et acceptas amoliri; tum vero in posterum malitiosos illos homines minus audaces, illos vero, qui valde sunt simplices, facileque capiuntur et permoventur, certiores atque confirmatiores reddere possemus: demonstrando iterum illis quidem, quam sit horribile mendacia dicere, falsaque asserere: hisce vero, quam sit periculosum falsa credere, ostensa simul ea quæ a nobis stat veritate, et quæ utrisque metuenda est pœna. Nam mendacii communio communem etiam utriusque conficit pœnam.

2. Αἰτοῦμεν (94) δὲ πρὸ πάντων ὁμᾶς, τούς τε νῦν ἀκουσομένους, καὶ τοὺς εἰς (95) ὕστερον ἐντευξομένους, μὴ τῷ πλήθει διακρίνειν ἐθέλειν τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος, τῇ πλείονι μοίρᾳ τὸ κρεῖττον συνάπτοντας, μήτε μὴν ἀξιώμασιν ἢ τινων ἀλαζονείᾳ προσέχοντας, ἀμαυροῦσθαι τὴν διάνοιαν· ἢ τῇ τάξει τῶν προλαβόντων (96) τὸ πλεῖον νέμοντας, ἀποφράττειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ὑστέροις· τὴν δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διδασκαλίαν παντὸς μὲν ἀνθρώπων (97) ἀριθμοῦ, πάσης δὲ φιλοτιμίας ἢ φιλονεικίας, συνηθείας τε αὖ καὶ συγγενείας, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, πάντων ὅσα τοῖς τῆς ψυχῆς κριτηρίοις ἐπισκοπεῖν εἴωθεν προτιμήσαντας, τῇ πρὸς τὴν ἀλήθειαν D
εὐνοίᾳ κρίνειν τὰ λεγόμενα (98). Μεγίστη γὰρ μοῖρα πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας διάγνωσιν ἡ πρὸς αὐτὴν οἰκείωσις.

2. Petimus autem ante omnia tum a vobis, qui nunc hæc estis audituri, tum etiam ab illis, qui in posterum in eadem incident, eaque legent, ne multitudinis ratione habita, secundum eam verum a falso discernere velitis, majori 892 scilicet parti id quod melius est, nimirum victoriam et veritatis testimonium, attribuendo: neve dignitati aut jactantiæ quorumdam dediti, aciem mentis vobis retundi patiamini: vel, dum plus æquo ordini priorum doctorum tribuitis, aures posterioribus obturetis. Quin potius, ut Salvatoris nostri Jesu Christi doctrinam omni hominum numero, omni quoque ambitioni vel contentionis tudio, omni quoque familiaritati et cognationi, atque ut summatim dicam, omnibus illis rebus, quæ menti in judicando tenebras offundere solent, præferatis, atque ita bene

(91) Basilius, lib. I *contra Eunom.* pag. 209.
(92) Ms. Tenisson., σπουδήν.
(93) Id., ἀνδρῶν. In mss. vetusto fuit, ἀνῶν, quod significat ἀνθρώπων.
(94) Ita codices Gudii, Lindenbrogii, Tenissonii; licet apud Basilium pag, 210 est, αἰτοῦμαι.
(95) Εἰς omittit Basil. et Gud.
(96) Ita recte Basil. Tenisson. Lindenbrog. Nam Gud. male, προσλαβόντων.
(97) Cod. Tenisson. iterum, ἀνδρῶν.
(98) Verba, τῇ πρὸς τὴν ἀληθειαν εὐνοίᾳ κρίνειν τὰ λεγόμενα, apud Caveum male desiderantur.

erga veritatem affecti, de iis quæ dicuntur judicium feratis. Etenim ad solidam veritatis cognitionem et dijudicationem plurimum facit. si quis ipsius veritatis tanquam domestica familiaritate delectetur.

3. Præterea rogamus, ne nobis indignemini, quod neque fastus, neque metus rationem ullam habemus, sed omni temporali gratiæ et tranquillitati illam fiduciam animi intrepidi præponimus, quæ propter futurum statum penes fideles est, et illa mala, quæ Deus impiis certo minatur, magis censemus timenda, quam quamlibet terrenam afflictionem, ipsamque adeo temporalem mortem ; et sic ipsam veritatem omni velamine destitutam exponimus. *Neque enim*, ut cum Apostolo loquar, *dignæ sunt afflictiones præsentis sæculi ad eam gloriam quæ aliquando revelabitur*[84]. Neque sane universus hic mundus dignus est, qui conferatur cum illo commodo et dominio, quæ tanquam æquam compensationem propria uniuscujusque anima accipiet : cum ab iis quæ utrinque exspectanda sunt, tum quoad præmia, tum quoad pœnam, longe præsentia superentur.

A 3. Πρὸς δὴ τούτοις (99) μηδ' ἡμῖν χαλεπαίνειν, εἰ τύφου μὲν ἀμελήσαντες καὶ φόβου, τῆς δὲ παραυτίκα χάριτος καὶ ἀσφαλείας τὴν ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἄδειαν προτιμήσαντες, καὶ πάσης ἐπιγείου κακοπαθείας θανάτου τε προσκαίρου φοβερωτέραν τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὡρισμένην ἀπειλὴν εἶναι κρίναντες, παντὸς ἐπικαλύμματος γυμνὴν ἐκτιθέμεθα τὴν ἀλήθειαν. Οὔτε γὰρ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον εἰπεῖν, ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἀποκαλύπτεσθαι δόξαν. Οὐδ' ὁ σύμπας κόσμος πρὸς ἀπόλαυσιν (1) καὶ δεσποτείαν, ἰσόρροπον ἀντάλλαγμα τῆς ἰδίας ἑκάστου ψυχῆς, πολὺ καθ' ἑκάτερον ἀπόλαυσίν τε καὶ κόλασιν ὑπερβαλλόντων τὰ παρόντα τῶν προσδοκωμένων.

4. Sed ne, dum hisce diutius justo immoramur, sermonem nimium producamus, ad ipsam nos convertimus fidei confessionem, ex qua iis, qui nostram velint scire sententiam, promptum et expeditum erit eam agnoscere. Necessarium autem quoque fortassis fuerit nobis, qui de hisce rebus verba facimus, et propriæ sententiæ rationem reddere tenemur, ne temere semel multitudinis nos dedamus opinionibus ; sed ut piam illam traditionem, quæ retro cogitando inde a Patribus usque obtinuit, velut quamdam amussim ac regulam præmittamus, atque ea deinde ceu exacta judicii norma uti cuivis permittamus ad eorum quæ dicuntur dijudicationem.

B 4. Ἀλλ' ἵνα γε μὴ τούτοις ἐπὶ πλεῖον ἐνδιατρίβοντες, πέρα (2) τοῦ μέτρου μηκύνωμεν τὸν λόγον, ἐπ' αὐτὴν ἤδη τρεψώμεθα τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν, ἐξ ἧς εὐμαρὴς καὶ ῥᾳδία γένοιτ' ἂν τοῖς βουλομένοις τῆς ἡμετέρας γνώμης κατανόησις. Ἀναγκαῖον δὲ ἴσως τοὺς περὶ τούτων λόγους ποιουμένους, καὶ δόξης οἰκείας εὐθύνας ὑπέχοντας, μὴ ταῖς τῶν πολλῶν ἀμελῶς ἑαυτοὺς (3) ἐκδιδόναι γνώμαις, τὴν δὲ κρατοῦσαν (4) ἄνωθεν ἐκ τῶν Πατέρων εὐσεβῆ παράδοσιν, ὥσπερ τινὰ γνώμονα (5) καὶ κανόνα προεκτιθεμένους, ἀκριβεῖ τούτῳ συγχωρεῖν χρῆσθαι κριτηρίῳ πρὸς τὴν τῶν λεγομένων ἐπίκοισιν.

5. *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, ex quo sunt omnia. Et in unum unigenitum Filium Dei, Deum Verbum, Dominum nostrum Jesum Christum, per quem sunt omnia. Et in unum Spiritum sanctum Paracletum, in quo universæ gratiæ distributio juxta proportionem prout expedit unicuique datur sanctorum.*

C 5. Πιστεύομεν (6) εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗ τὰ πάντα. Καὶ εἰς ἕνα μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, Θεὸν Λόγον, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, δι' οὗ τὰ πάντα. Καὶ εἰς ἓν Πνεῦμα ἅγιον, τὸν Παράκλητον, ἐν ᾧ πάσης χάριτος διανομὴ κατὰ τὴν συμμετρίαν πρὸς τὸ συμφέρον ἑκάστῳ δίδοται τῶν ἁγίων.

6. Hæc igitur est illa simplicior confessio, et omnium, quibuscunque hoc curæ est ut videantur vel sint Christiani, communis fides, ut compendio ac generaliusaliquantodicam,omissiscæterisquorum, quia adhuc extra controversiam versantur, mentionem facere superfluum judicamus. Nos vero si quidem videremus necessario incumbere illis, qui semel ipsas voces ratas habuerunt, et una cum nominibus verum quoque sensum indivulsum tene-

6. Ἡ μὲν οὖν ἁπλουστέρα καὶ κοινὴ πάντων πίστις, ὅσοις τὸ δοκεῖν ἢ τὸ εἶναι Χριστιανοῖς ἐπιμελὲς, ὡς ἐν ἐπιδρομῇ κεφαλαιωδέστερον εἰπεῖν, αὕτη, λειπομένων ἔτι τῶν δευτέρων, ὧν διὰ τὸ τέως ἀναμφισβήτητον (7) παρέλκειν ἡγούμεθα τὴν μνήμην. Ἡμεῖς δ' εἰ μὲν ἐωρῶμεν ἐπάναγκες εἶναι τοῖς ἅπαξ τὰς φωνὰς παραδεξαμένοις, ἀπαράτρεπτον συνδιασώζειν τοῖς ὀνόμασι τὴν ἀληθῆ διάνοιαν, ἢ τοὺς ἡμᾶς ἀσεβείας γραφὴν γραψαμένους μετὰ τὴν ὁμο-

[84] Rom. VIII, 18.

(99) Basilius, pag. 211.

(1) Ita rectius ms. pro ὑπόλαυσιν.

(2) Sic ms. Lindenbrog. pro παρά, quod Caveus edidit.

(3) Al., καὶ αὐτούς.

(4) Basilius, pag. 212.

(5) Hac fidei formula etiam Arium Alexandro Alexandrino fucum fecisse notat Basilius pag. 212.

(6) Basilius, pag. 212, C. — Whistonus jubet D ferre symbolum quod exstat *Constitut. apostol.* VII, 41.

(7) Ita recte mss. quæ inspexi, licet Whistonus legit ἀμφισοήτητον, vertit enim : *Omitting at present the additional articles which have been controversed.* Sed per τὰ δεύτερα Eunomius intelligit capita posteriora quæ in Symbolo sequebantur de resurrectione et vita æterna, de quibus nulla tunc erat controversia. Erat autem gravissima de Filio Dei et Spiritu sancto, de quibus verba symboli ascripsit.

λογίαν ταύτην ἐλευθέρους ἀφιέντας τῶν ἐγκλημάτων, καθαρευούσης αὐτῶν τῆς διανοίας πάσης καθ' ἡμῶν πονηρᾶς ὑπονοίας, τοῦτον ὅρον καὶ πέρας τῶν ἰδίων ἂν ἐποιησάμεθα λόγων, ἀσφαλῆ τὴν ἡσυχίαν ἡμῖν ἐγγυωμένης τῆς ὁμολογίας. Ἐπειδὴ δὲ μήτε διὰ κακόνοιαν ἤ τινα γνώμης μοχθηρίαν ἑτέραν, παρατρέπειν καὶ διαφθείρειν τὴν ἔννοιαν ἐπιχειροῦσιν, αὐτάρκης πρὸς πίστωσιν τῆς ἀληθείας (οὐ γὰρ ἂν Σαβέλλιος ὁ Λίβυς, καὶ Μάρκελλος ὁ Γαλάτης, καὶ Φωτεινὸς, ἤ τις ἄλλος τῶν τὴν αὐτὴν τούτοις μανίαν μανέντων, συλλόγων ἱερατικῶν καὶ κοινωνίας μυστηρίων, καὶ περιβόλων ἐκκλησιαστικῶν εἴργοντο), μήθ' ἡμῖν ἱκανὴ πρὸς διάλυσιν τῶν ἐπενεχθέντων ἐγκλημάτων· ἀλλὰ δεῖ τινων ἀκριβεστέρων λόγων πρὸς τὴν τῆς διανοίας ἐξάπλωσιν· πειρασόμεθα, ὡς ἂν οἷοί τε ὦμεν εἰς τοὐμφανὲς ἀνάγειν ἣν αὐτοὶ περὶ τούτων νυγχάνομεν ἔχοντες δόξαν, ἤτοι προτιθέντες τὴν λέξιν, εἶθ' ὕστερον ἐκκαλύπτοντες τὴν ἔννοιαν, ἢ καὶ προκειμέναις ταῖς ἐννοίαις τὰς φωνὰς ἐφαρμόζοντες, οὐ λυμαινομένης τῇ ἀληθείᾳ τῆς κατὰ τὴν τάξιν ταύτην ἐναλλαγῆς, ἀρκούντων δηλαδὴ τῶν αὐτῶν ἡμῖν πρός τε τὴν ἡμετέραν αὐτῶν ἀπολογίαν, καὶ τὸν τῶν ἡμᾶς γραψαμένων ἔλεγχον.

A rent, parive necessitate oportere eos, qui nos impietatis accusarunt, post editam hanc confessionem ab intentatis criminibus rursum nos absolvere, purgato nimirum ipsorum animo ab omni prava contra nos suspicione : possemus quidem verborum nostrorum statim finem et terminum hic facere, tutum **693** quietemque spondente nobis eadem confessione. Verum quia neque illis, qui malevolentia aut alio quodam vitio verum sensum pervertere et corrumpere conantur, ad fidem veritati faciendam sufficit (alioqui enim Sabellius Libys, et Marcellus Galata, et Photinus, aut quisquam alius ex illis qui eodem cum ipsis furore insaniverunt, propterea a sacris conventibus et mysteriorum communione, adeoque ecclesiasticis septis non arcerentur), neque nobis ad illata contra nos crimina dissolvenda B sufficiens fuerit : verum opus est exquisitioribus et solidioribus quibusdam rationibus ad sensus veri explicationem : conabimur itaque quoad possumus in manifestam lucem proferre eam quam ipsi tenemus hisce de rebus sententiam, vel ut primum in medium afferamus verba confessionis, et ita deinde ex eis eruamus verum sensum; vel etiam ut præjactis sententiis aptemus voces : non ut veritatem convellat hæc juxta seriem hanc a me instituta commutatio, sed ut hæc ipsa ita tractata ad utrumque sufficiant, nimirum ut et nostram tueamur apologiam, et eos quoque, qui nos accusarunt, coargaamus.

7. (8) Εἷς τοίνυν κατά τε φυσικὴν ἔννοιαν, καὶ κατὰ τὴν τῶν Πατέρων διδασκαλίαν ἡμῖν ὡμολόγηται Θεός· μήτε παρ' ἑαυτοῦ, μήτε παρ' ἑτέρου γενόμενος. Ἑκάτερον γὰρ αὐτῶν ἐπίσης ἀδύνατον· ἐπειδή γε δεῖ κατὰ ἀλήθειαν τό τε ποιοῦν τοῦ γινομένου C προϋπάρχειν, καὶ τὸ ποιούμενον τοῦ ποιοῦντος εἶναι δεύτερον· μήτε δὲ αὐτὸ ἑαυτοῦ πρότερον ἢ ὕστερον εἶναι δύνασθαι, μήτε ἕτερόν τι πρὸ τοῦ Θεοῦ. Ἡ γὰρ ἂν ἐκεῖνο πρὸ τοῦ δευτέρου τὸ τῆς θεότητος ἔσχεν ἀξίωμα. Τὸ γάρ τοι δυνατὸν εἶναι λέγειν ὑφ' ἑτέρου τι γίνεσθαι ἀληθὲς ὄν, ἐπὶ γενητῶν ἂν ἔχοι χώραν, κἀπὶ τῶν ὑπὸ Θεοῦ γενομένων τάττοιτο δικαίως. Οὐκοῦν (9) εἰ μήτε αὐτὸς ἑαυθοῦ, μήθ' ἕτερόν τι αὐτοῦ προϋπάρχειν δέδεικται, πρὸ δὲ πάντων αὐτός· ἀκολουθεῖ τούτῳ τὸ ἀγέννητον· μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἐστιν οὐσία ἀγέννητος. Περιττὸν μὲν ἴσως καὶ παρέλκον δόξει τισὶ τὰ πολλοῖς ὁμολογούμενα κατασκευάζειν ὡς ἀμφίβολα. Οὐ μὴν ἀλλά γε διὰ τοὺς σοφίαν οἰομένους τὴν πρὸς τὰ φανερὰ μάχην, ἢ πρὸς μέμψιν καὶ συκοφαντίαν παρεσκευασμένους, δεῖ τινος ἀκριβεστέρας παρατηρήσεως ἡμῖν.

7. Unum igitur tam secundum naturalem notionem, quam secundum Patrum doctrinam confessi sumus Deum, qui neque a seipso neque ab alio est factus. Utrumque enim horum æque impossibile, quandoquidem ipsa veritas requirit, ut causa prior sit effectu, et ut factum sit porterius ipso faciente. Nec fieri potest ut unum quidquam et idem sit seipso prius aut posterius, sicut et eadem ratione fieri nequit, ut aliud quidquam Deum antecesserit : alioqui enim hoc ipsum divinitatis dignitatem habuisset ante illud quod posterius est. Hoc, inquam, æque impossibile est. Etenim affirmare fieri posse, ut quod vere est, ab alio factum sit, locum id habet in iis quæ generari et fieri possunt, suoque jure ita dicitur de iis quæ a Deo facta sunt. Quocirca, si nec ipse seipso prior fuit, neque aliud quid ipsum antecessit, ut jam est demonstratum, siquis ipse ante omnia exsistit : consequens est ipsum ingenitum esse : imo potius ipse est essentia ingenita. Supervacaneum quidem fortassis et abundans nonnullis videbitur, illa quæ apud plerosque sunt in D confesso, ita tractare ac si essent dubia. Verum enim vero propter illos qui sapientiam esse censent, contra rem manifestam pugnare, vel etiam propter alios qui ad vellicandum et calumniandum instructi sunt, necesse est ut observatione utamur accuratiore.

8. Ἀγέννητον δὲ λέγοντες, οὐκ ὀνόματι μόνον κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρωπίνην σεμνύνειν οἰόμεθα δεῖν, ἀποτιννύναι δὲ κατ' ἀλήθειαν (10) τὸ πάντων ἀναγκαιότατον ὄφλημα τῷ Θεῷ τὴν τοῦ εἶναι ὅ ἐστιν ὁμολογίαν. Τὰ γάρ τοι κατ' ἐπίνοιαν λεγόμενα ἐν ὀνόμασι μόνον (11) καὶ προφορᾷ τὸ εἶναι ἔχοντα, ταῖς φωναῖς

8. Quando autem ingenitum dicimus Deum, non arbitramur nomine tenus saltem juxta humanum commentum esse colendum : sed revera hoc maxime necessarium debitum Deo persolvendum, ingenuam scilicet confessionem, quod nimirum ipse sit hoc ipsum quod est. Quæcunque enim voce ali-

(8) Basilius pag. 214.
(9) Apud Basilium, pag. 215, ἆρ' ουν, et mox, μήτε ἕτερον.
(10) Basilius pag. 216, ἐκτινύναι δὲ αὐτῷ.
(11) Ita Basil., sed mss., μόνοις.

qua hominum artificio excogitata proferuntur, ea cum in solis nominibus et ipsa enuntiatione esse suum habeant, cum ipsis vocibus una dissolvi solent. Deus autem ut qui Deus est et eorum qui tacent, et qui loquuntur, et qui sunt, is, inquam, et erat et est ingenitus antequam rerum natura exsisteret. Neque tamen secundum privationem est ingenitus; privationes enim naturalium rerum proprie privationes sunt, et ipsis habitibus posteriores. Jam vero neque illa Deo secundum naturam competit generatio, neque ea ratione dicitur ingenitus, quasi prius aliquam sui generationem habuerit, et postea illa sit privatus, quandoquidem valde hoc est impium, et ita impium, ut si id obtineat, omnis de Deo ejusque perfectione vera cogitatio, imo eorum qui hæc comminiscuntur proprius intellectus plane evertatur: dicere nimirum, Deum omnino aliqua re privatum esse, earum nimirum, quæ sua natura semper ipsi adsunt. Neque enim quis sanæ mentis dixerit quemquam aliqua re ex iis, quæ nunquam penes ipsum fuerunt, privatum esse. **694** Si vero neque cogitatione, neque juxta privationem, uti jam prolata demonstravit oratio, neque respectu alicujus partis ingenitum accipi potest; est enim ipse impartibilis : neque ea ratione quasi in ipso aliquid sit diversitatem quamdam habens; simplex enim est et incompositus; neque ita quasi aliud quid sit præter ipsum fuerit illa essentia quæ dicitur ingenita.

9. Ingenitus autem cum sit juxta præmissam demonstrationem, fieri non potest ut generatio aliqua sit in ipso talis, ut propriæ suæ naturæ genitum participem faciat : et necesse etiam est, ut excedat omnem comparationem ac societatem, quæ institui quidem posset respectu ejus quod genitum est. Si quis enim essentiam hanc communem reddere cum aliqua re alia, vel de hac essentia aliquid alicui impertire voluerit, necessario hoc facere attentabit, vel secundum diremptionem ac partitionem, vel secundum similitudinem ac comparationem.Utrum autem ex his afferatur, multas profecto secum absurditates, vel potius blasphemias trahet et inferet ipsa assertio. Etenim sive dividatur, aut in partes secetur, non amplius illa esse potest ingenita, cum videlicet ipsa illud, quod antea non erat, ex tali divisione fiat : imo hoc pacto corruptionis expers illa esse nequit, siquidem partitio ista totam incorruptibilitatis majestatem labefactat. Sive etiam com-

A συνδιαλύεσθαι πέφυκεν. Ὁ δὲ Θεὸς καὶ σιωπώντων καὶ λεγόντων, καὶ γενομένων· καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὰ ὄντα, ἦν τε καὶ ἔστιν ἀγέννητος. Ἀλλὰ μὴν (12) οὐδὲ κατὰ στέρησιν εἴ γε τῶν κατὰ φύσιν αἱ στερήσεις εἰσὶ στερήσεις, καὶ τῶν ἕξεων δεύτεραι. Οὔτε δὲ κατὰ φύσιν ἦν τις τῷ Θεῷ γένεσις, οὔτε προτέραν ἔχων ταύτην, εἶτα στερηθεὶς γέγονεν ἀγέννητος. Ἐπεὶ καὶ λίαν ἐστὶν ἀσεβὲς, ὡς λυμαντικὸν τῆς ἀληθοῦς περὶ Θεοῦ ἐννοίας καὶ τῆς τελειότητος αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ τῆς τῶν ἐφευρόντων διανοίας, τὸ λέγειν ὅλως ἐστερῆσθαί τινος τὸν Θεὸν, δηλονότι τῶν φύσει προσόντων. Οὐ γὰρ ἄν τις εἴποι σωφρονῶν ἐστερῆσθαί τινά τινος τῶν μὴ πρότερον ὑπαρχόντων. Εἰ δὲ (13) μήτε κατ' ἐπίνοιαν, μήτε κατὰ στέρησιν, ὡς ὁ

B ῥηθεὶς ἔδειξε λόγος, μήτε ἐν μέρει τὸ ἀγέννητον· ἀμερὴς γάρ· μήτε ἐν αὐτῷ ὡς ἕτερον· ἁπλοῦς γὰρ καὶ ἀσύνθετος· μήτε παρ' αὐτὸν ἕτερον· εἷς γὰρ καὶ μόνος αὐτός ἐστιν ἀγέννητος· αὐτὸ (14) ἂν εἴη οὐσία ἀγέννητος.

9. Ἀγέννητος δὲ ὢν (15) κατὰ τὴν προλαβοῦσαν ἀπόδειξιν, οὐκ ἄν ποτε πρόσοιτο γέννησιν, ὥστε τῆς ἰδίας μεταδοῦναι τῷ γεννωμένῳ φύσεως (16), ἐκφύγοι τε ἂν πᾶσαν σύγκρισιν καὶ κοινωνίαν τὴν πρὸς τὸ γεννητόν. Εἰ γάρ τις κοινοποιεῖν πρὸς ἕτερον, ἢ μεταδιδόναι τινὶ τῆς οὐσίας ταύτης ἐθελήσειεν, ἤτοι κατὰ διάστασιν καὶ μερισμὸν, ἢ κατὰ σύγκρισιν

C τοῦτο κατασκευάσειεν ἄν. Ὁπότερον δ' ἂν λέγηται τούτων, πολλαῖς ἀτοπίαις, βλασφημίαις δὲ μᾶλλον ὁ λόγος ἐνεχθήσεται. Εἴτε γὰρ διαιροῖτο καὶ μερίζοιτο, οὐκ ἔτι ἀγέννητος εἴη, ὃ μὴ πρότερον ἦν, τοῦτο ἐκ τῆς διαιρέσεως γιγνόμενος. Ἀλλὰ μὴν οὔτε ἄφθαρτος· τοῦ μερισμοῦ τὸ τῆς ἀφθαρσίας ἀξίωμα λυμαινομένου. Εἴτε τὴν πρὸς ἕτερον δέχοιτο σύγκρισιν, τῆς συγκρίσεως οὐκ ἐξ ἀκοινωνήτων γιγνομένης, κοινοποιηθήσεται τὸ τῆς οὐσίας ἀξίωμα. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τοὔνομα, ὥστ' ἐξ ἀνάγκης δεῖν τοὺς τούτῳ τῷ λόγῳ βιαζομένους, ἢ τὴν προσηγορίαν ἀκοινώνητον φυλάττειν βουλομένους, ἀκοινώνητον ταύτῃ συνδια-

(12) Basil. pag. 221.
(13) Basilius pag. 223.
(14) Fortasse leg., αὐτός, ut pag. 620.
(15) Basilius pag. 228.
(16) Hoc palmarium Eunomii argumentum ac prope unicum, *fieri non posse ut ex ingenita divina essentia similis ipsi Filius generetur*.. Unde quidquid de generatione Filii in sacris litteris dicitur, ille de creatione accipit. Sed non majoris illa argumentatio mihi videtur esse ponderis, quam si neges ab increata divina essentia aliquid potuisse creari ac produci. Deinde, quomodo de re creata dici potest quod sit χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως Dei? Σοφία et λόγος Patris atque ἴδιος Υἱός? proprius Filius et unigenitus : a quo Spiritus sanctus accipit. Quomodo factus est per quem omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil nec visibile nec invisibile? Hisce itaque et aliis clarissimis Scripturæ testimoniis

26. Verum, ne sermonum prolixitate auditores gravemus, minusve alacres reddamus, paucis eorum quæ diximus vim omnem comprehendentes, dicimus unum et solum vere esse illum verum omnium Deum ingenitum, sine principio, incomparabilem, omni causa superiorem, et omnibus rebus aliis, quod et ipsæ quid, ceu substantiæ sunt, causam. Quid non ex communione quadam cum alia aliqua re communicationem rerum constituit, nec antecedit cuncta ordine, nec præstat collatione; ad omnes quidem res respectum quemdam ad collationem quamdam suam habet; sed ratione præeminentiæ nullam comparationem essentiæ, potentiæ, imperiive admittit; qui genuit et fecit ante omnia unigenitum Deum Dominum nostrum Jesum Christum, per quem omnia facta sunt, quique imago et signaculum est propriæ potentiæ et operationis, neque ei, qui genuit, secundum essentiam æquiparatur, neque Spiritui sancto, qui per ipsum factus est; illo quidem minor, tanquam factura, hoc vero præstantior, tanquam factor. Et sane quod creatus sit, fide dignus est testis ille qui ab ipso Domino testimonium habet [3], quod ex Deo scientiam suam habeat, Petrus nimirum; cum dicit : *Certo igitur sciat universa domus Israel, quod ipsum Dominum et Christum Deus fecit* [4], et ipse qui ex persona Domini inquit, *Dominus creavit me in principio viarum suarum* [5]. Quod autem ipse vicissim creavit Spiritum sanctum, hic etiam ostendit qui dicit : *Unus est Deus ex quo sunt omnia, et unus Dominus, Jesus Christus per quem sunt omnia* [6]; et sanctus Joannes qui dixit : *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nequidquam* [7]. Ex quibus consequi necesse est, vel ipsum ingenitum dicere, quod impium est; vel si factus est, quod ipse per ipsum factus sit. Tantum enim a Patre confitemur genitum esse Filium, subordinatum essentiæ seu voluntati : sicut ipse Filius fatetur quod propter Patrem vivat [8], neque a semet quidquam faciat [9]. Neque tamen dicimus ipsum coessentialem, neque similis essentiæ, siquidem illud generationem et participationem notat essentiæ, hoc autem ejusdem exæquationem.

26. Ἀλλ' ἵνα μὴ τῷ μήκει τῶν λόγων ἀποκνήσωμεν τοὺς ἀκούοντας, πᾶσαν ἐν βραχεῖ τῶν ῥηθέντων περιλαβόντες τὴν δύναμιν, φαμὲν ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν εἶναι τὸν τῶν πάντων Θεὸν, ἀγέννητον, ἄναρχον, ἀσύγκριτον, πάσης αἰτίας κρείττονα, πᾶσι τοῖς οὖσι τοῦ εἶναι αἴτιον· οὐκ ἐκ κοινωνίας τῆς πρὸς ἕτερον τὴν τῶν ὄντων δημιουργίαν συστησάμενον, οὐ τῇ τάξει τὸ πρῶτον, οὐ συγκρίσει τὸ κρεῖττον κατὰ πάντων ἀποφερόμενον, ἀλλὰ καθ' ὑπεροχὴν ἀσύγκριτον οὐσίας καὶ δονάμεως καὶ ἐξουσίας, γεννήσαντα καὶ ποιήσαντα πρὸ πάντων μονογενῆ Θεὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονεν, εἰκόνα καὶ σφραγῖδα τῆς ἰδίας δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, μήτε τῷ γεννήσαντι κατὰ τὴν οὐσίαν συγκρινόμενον, μήτε τῷ δι' αὐτοῦ γενομένῳ ἁγίῳ Πνεύματι. Τοῦ μὲν γὰρ ἐλάττων ἐστὶν, ὡς ποίημα· τοῦ δὲ κρείττων, ὡς ποιητής. Τοῦ μὲν οὖν πεποιῆσθαι μάρτυς ἀξιόπιστος ὁ παρ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου μαρτυρηθεὶς ἐκ Θεοῦ τὴν γνῶσιν ἔχειν Πέτρος, εἰπών· Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε· καὶ ὁ ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου λέγων· Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ· τοῦ δὲ πεποιηκέναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὅ τε εἰπὼν, Εἷς Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Κύριος, Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης φήσας· Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, Ἐξ ὧν ἀκόλουθον ἂν, ἢ ἀγέννητον λέγειν, ὅπερ ἀσεβές· ἢ εἴπερ γέγονε, δι' αὐτοῦ γεγονέναι. Μόνον γὰρ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ὁμολογοῦμεν γεγεννῆσθαι τὸν Υἱὸν, ὑποτεταγμένον οὐσίᾳ καὶ γνώμῃ· ζῇν τε γὰρ διὰ τὸν Πατέρα, καὶ μηδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν αὐτὸς ὁμολογεῖ· μήτε μὴν ὁμοούσιον, μηδὲ ὁμοιούσιον, ἐπείπερ τὸ μὲν γένεσιν καὶ μερισμὸν σημαίνει τῆς οὐσίας, τὸ δὲ ἰσότητα.

702 27. Neque vero genitus est Pater, neque ingenitus Filius; sed id quod est sine ullo fine, idem etiam ipsum vocari vere fatemur, utpote genimen, filium obsequentem, ministrum perfectissimum, qui ad omnem creationem voluntatemque Patris operam suam præstitit, nimirum ad omnium rerum quæ sunt compositionem, ad distributionem, ad leges hominibus ferendas, ad œconomiam et omnem providentiam : ministro utentem Paracleto ad sanctificationem, ad doctrinam, ad confirmationem fidelium :

27. Οὔτε δὲ γεννητὸς ὁ Πατὴρ, οὔτε ἀγέννητος ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶν ἀτελευτήτως, τοῦτο καὶ λεγόμενον ἀληθῶς γέννημα, Υἱὸν ὑπήκοον, ὑπουργόν τε λειότατον, πρὸς πᾶσαν δημιουργίαν καὶ γνώμην πατρικὴν ὑπηρετήσαντα, πρὸς τὴν τῶν ὄντων σύστασιν καὶ διαμονὴν, πρὸς νομοθεσίαν ἀνθρώπων, πρὸς οἰκονομίαν, καὶ πᾶσαν πρόνοιαν· ὑπηρέτῃ χρώμενον τῷ Παρακλήτῳ πρὸς ἁγιασμὸν, πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς βεβαίωσιν τῶν πιστῶν· ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, νόμοις

[3] Matth. xvi, 17. [4] Act. ii, 36. [5] Prov. viii, 22. [6] I Cor. viii, 7. [7] Joan. i, 3. [8] Joan. vi, 58. [9] Joan. v. 19.

ἀνθρωπίνοις πολιτευάμενον ὁσίως, σταυρωθέντα, ἀποθανόντα, ἀναστάντα τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν, ἀνελθόντα εἰς οὐρανὸν, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς κατὰ δικαίαν ἀνταπόδοσιν πίστεώς τε καὶ ἔργων, βασιλεύοντά τε εἰς τοὺς αἰῶνας, σωζομένης ἐν ἅπασι πάντοτε τῆς ὑπεροχῆς τοῦ Θεοῦ καὶ μοναρχίας, ὑποτεταγμένου δηλαδὴ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου τῷ Χριστῷ μετὰ πάντων, αὐτοῦ δὲ τοῦ Υἱοῦ καὶ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου διδασκαλίαν, ὃς φησιν· Ὅταν γὰρ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι. Τούτων δὲ πάντων εὐκρινῶς μὲν καὶ πλατύτερον ἐν ἑτέροις (44) ἡμῖν ἀπαδεδειγμένων, ἐν βραχεῖ δὲ νῦν πρὸς ὑμᾶς ὡμολογημένων, εὐχόμεθα τούς τε παρόντας ὑμᾶς καὶ πάντας τοὺς τῶν αὐτῶν ἡμῖν μυστηρίων κοινωνοῦντας, μὴ ψόγον ἀνθρώπων δεδοικότας, μήτε σοφίσμασιν ἀπατωμένους, ἢ κολακείαις ὑπαγομένους, κατὰ τὴν ἀληθῆ καὶ δικαίαν κρίσιν ἐπιψηφίσσσθαι τοῖς εἰρημένοις, κρατούσης δηλαδὴ παρὰ πᾶσι τῆς βελτίονος μοίρας, τόν τε λογισμὸν τῶν ἐνοχλούντων προστησαμένους, πάντα θήρατρα καὶ δίκτυα διαφυγεῖν, ἃ τῷ διαβόλῳ κατ' ἀνθρώπων μεμηχάνηται, πολλοὺς φυγεῖν, ἢ δελεάζειν μεμελετηκότι, τοὺς μὴ πρὸ τῶν ἡδέων τὸ συμφέρον αἱρουμένους, ἢ τὰ παρόντα τῶν μελλόντων ἀσφαλέστερα λογιζομένους· εἰ δ' ἄρα καὶ παρά τισι νικήσει τὰ χείρω (ἀποστρέψαι δὲ ὁ Θεὸς τοῦ λόγου τὴν πεῖραν), πρὸς μὲν τὸ ψεῦδος τῶν πολλῶν συμπνεόντων, πρὸς δὲ τὴν ἀλήθειαν διισταμένων, τῶν τε ἀρεσκόντων τῷ Θεῷ καὶ κοινῇ συμφερόντων τὴν πρὸς τὸ παρὸν ἀσφάλειαν καὶ δόξαν περὶ πλείονος ποιουμένων· τοὺς γοῦν ἑπομένους, ἀσάλευτον καὶ παγίαν διαφυλάξαι τῷ παραδεδωκότι τὴν πίστιν, περιμένοντας τὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ κριτήριον, οὗ τῦφος μὲν καὶ δόξα καὶ ψεῦδος προρρίζως ἠφάνισται, γυμνοὶ δὲ πάσης ἀρχῆς, ἢ θεραπείας ἢ κολακείας οἱ κρινόμενοι, πολυχειρία δὲ καὶ πλοῦτος ἀσθενὴς πρὸς δυσώπησιν, κἂν ᾖ λίαν παρὰ ἀνθρώποις εὐδόκιμος. Ἀνδρῶν γὰρ ἐνδόξων πλῆθος ἑνὸς πένητος εὐσεβοῦς οὐκ ἀντάξιον εἰς παραίτησιν παρ' ἀληθείᾳ δοκιμαζούσῃ, συναγωνιζομένης μὲν εὐσεβείας κατὰ δικαίαν ἀμοιβὴν τῶν νῦν δι' αὐτὴν καὶ τὸ θανεῖν κέρδος ἡγουμένων, ἀποδιδόντος δὲ τὰ τῶν ἀγώνων ἆθλα τοῦ πάλαι καὶ νῦν ἀθλοθετοῦντος Χριστοῦ, τοῖς μὲν ὑπὲρ ἀληθείας πονήσασι τὴν ἀληθινὴν ἐλευθερίαν καὶ βασιλείαν οὐρανῶν, τοῖς δὲ διὰ κακόνοιαν ταύτην ἀτιμάσασι τιμωρίας ἀπαραιτήτους. Ταῦτ' εἰρήσθω μὲν ἀμφότερα πρὸς ὑμὰς· ἐκβαίη δὲ πρὸς τὴν βνλτίω μοῖραν τὸ τέλος,

genitum in diebus ultimis ex sancta Virgine, sancte hic versatum juxta leges humanas, crucifixum, mortuum, redivivum tertia die, reversum in cœlum, jamjamque venturum judicare vivos et mortuos, justa retributione fidei et operum facta, regnantem in sæcula; sarta tecta servata ubivis in omnibus præeminentia Dei et monarchia: subdito videlicet sancto Spiritu cum omnibus ipsi Christo; ipso vero Filio, Deo ac Patri, juxta beati apostoli Pauli doctrinam, qui dicit: *Postquam enim ipsi omnia subdita fuerint, tunc etiam ipse Filius subdetur ei, qui ipsi prius omnia subdidit, ut Deus sit omnia in omnibus* [10]. Cum autem universa hæc liquido, magisque prolixe alibi a nobis demonstrata, jam vero in brevem ad vos confessionem sint contracta; precamur tum ut vos qui jam hic adestis, tum etiam ut omnes alii qui hæc mysteria nobiscum communia habent, nullas hominum vituperationes reveriti, nullisve argutiis decepti vel adulationibus illecti, ea quæ jam dicta sunt vero et justo approbetis judicio, apud omnes potiore nimirum parte prævalente, utque ratione tumultuantibus prælata, omnes laqueo retiaque cuncta evitetis, quæ a diabolo hominibus tenduntur eo animo, ut vel multi fugiant veritatem, vel etiam ut non paucos ipse inescet, eos videlicet, qui non præferunt suavitati utilitatem, quive præsentia futuris certiora judicant. Sane vero si contigerit, ut ita etiam apud aliquos pejora prævaleant (avertat autem Deus sermonis hujus conatum, ne scilicet tale quid, quod dixi, tentetur), cum multi soleant conspirare in mendacio, dissidere autem in veritate: cumque pluris faciant præsentem conditionem periculo carentem, et sæcularem quietem ac gloriam, quam ea quæ Deo placent, et publicæ inserviunt utilitati: optamus saltem ut scilicet ii, qui nosmet docentes et monentes sequuntur, immotam et stabilem ei, qui dedit illam, conservent fidem; utque læti exspectent Servatoris nostri Jesu Christi judicium, ubi sane fastus, gloria et mendacium radicitus sunt exstirpata, quique illi judicio sistuntur, destituti sunt omni imperio vel veneratione vel adulatione. Præsidia autem ampla et divitiæ exporrigere alicujus frontem ibi non valebunt, licet apud homines magnæ prius existimationis fuerint. Hominum enim clarorum multitudo non ibi potior erit uno pio paupere, ut propterea veritatis tum omnia censentis possit evadere censuram: siquidem ibi pietas una pugnabit, prout justa retributio eorum poscit, qui nunc vel mori propter eam lucrum judicant. Christus vero, qui olim et etiamnum præmia certaminibus debita penes se habet et distribuit, largietur illis certe, qui veritati patrocinando laboraverunt, veram libertatem et regnum cœlorum: illis autem qui hanc perversa mente justo suo honore defraudarunt, pœnas inevitabiles. Hæc in utramque partem dicta ad vos sunto; utinam vero finis meliorem in partem eveniat.

[10] I Cor. xv, 28.

(44) Notandus hic locus quo ad uberiora sua scripta jam ante illud tempus edita Eunomius provocat, — Vide Garnerium in Præfat. tom. I, p. 238 B. EDIT.

28. Unus est Deus ingenitus omnique principio carens, nemini subditus, qui neque ante semet quemquam habuit qui fuerit, nihil enim ante ingenitum esse potest : neque una secum, nam ipse cum ingenitus sit, unus et solus est Deus : neque in semet, simplex enim est et incompositus. Unus autem 703 cum sit, cumque solus sit, et semper sit idem, rerum omnium est Deus, et creator et opifex, primario quidem et modo quodam eximio, ipsius Unigeniti, proprie autem et sigillatim eorum quæ per ipsum sunt facta. Namque ipsum quidem Filium ante omnia, omnemque creaturam solum sua ipsius potentia et operatione et genuit et creavit et fecit : nihil plane de sua substantia communicando ei qui genitus est (corrumpi enim, dividi et in partes secari Deus nequit ; qui vero corrumpi nequit, propriam certe essentiam communem non facit), neque alium in subsistentiam sui similem producendo : ipse enim solum ingenitus est : juxta illam vero ingenitam essentiam, ut aliquid ab ipso generetur fieri nequit : neque igitur propria essentia abusus est, sed sola voluntate genuit : neque adsimilitudinem suæ essentiæ, sed qualem voluit, talem generavit ; perque hunc primum quidem omnium, majoremque cæteris Spiritum sanctum fecit, propria sane sua potestate et mandato, operatione vero et potentia Filii. Post hunc autem reliqua cuncta in cœlo et in terra, visibilia et invisibilia, corporea et incorporea per eumdem fecit Filium. *Unus enim est Deus, ex quo sunt omnia*, juxta Apostolum, *unusque est Dominus Jesus Christus, per quem sunt omnia* [11]. Unus igitur est Deus non genitus, non creatus, non factus. Et unus est Dominus Jesus Christus, Dei Filius, genimen ingeniti, non tamen instar unius ex aliis rebus generatis : creatura non creati, non tamen instar unius ex aliis rebus creatis : opus non facti, non tamen instar unius ex aliis rebus factis ; quemadmodum pronuntiatum est a sancta Scriptura : *Dominus creavit me initio viarium suarum, ante sæcula fundavit me, ante omnes colles genuit me* [12]. Et unus Spiritus sanctus, primum omnibusque cæteris majus Unigeniti opus, jussu quidem Patris, operatione vero et potentia Filii factus.

A

B

C

28. Εἷς ἐστι Θεὸς ἀγέννητος καὶ ἄναρχος, οὔτε πρὸ ἑαυτοῦ ἔχων τινὰ ὄντα· οὐδὲν γὰρ πρὸ τοῦ ἀγεννήτου εἶναι δύναται· οὔτε σὺν αὐτῷ· εἷς γὰρ καὶ μόνος Θεὸς ὁ ἀγέννητος· οὔτ' ἐν αὐτῷ· ἁπλοῦς γὰρ καὶ ἀσύνθετος. Εἷς δὲ ὢν, καὶ μόνος ὢν, καὶ ἀεὶ ὁ αὐτὸς ὢν, πάντων ἐστὶ Θεὸς καὶ κτίστης καὶ δημιουργὸς, πρώτως μὲν καὶ ἐξαιρέτως τοῦ Μονογενοῦς, ἰδίως δὲ τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων. Τὸν μὲν γὰρ Υἱὸν πρὸ πάντων καὶ πρὸ πάσης κτίσεως μόνον τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ ἐγέννησέ τε καὶ ἔκτισε καὶ ἐποίησεν, οὐδὲν τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως μεταδοὺς τῷ γεννηθέντι. Ἄφθαρτος γὰρ καὶ ἀδιαίρετος καὶ ἀμέριστος ὁ Θεός· ὁ δ' ἄφθαρτος τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας οὐ μεταδίδωσιν. Οὔτε καθ' ἑαυτὸν ἄλλον ὑποστησάμενος. Μόνος γὰρ αὐτὸς ἀγέννητος, κατὰ δὲ τὴν ἀγέννητον οὐσίαν γεννηθῆναι ἀδύνατον. Οὔτε οὖν τῇ ἑαυτοῦ οὐσίᾳ ἀπεχρήσατο, ἀλλὰ τῇ βουλήσει μόνῃ· οὔτε κατὰ τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν, ἀλλ' οἷον (45) ἐβουλήθη, ἐγέννησε. Καὶ διὰ τούτου πρωτον μὲν πάντων καὶ μεῖζον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐποίησεν, ἐξουσίᾳ μὲν ἰδίᾳ καὶ προστάγματι, ἐνεργείᾳ δὲ καὶ δυνάμει τοῦ Υἱοῦ. Μετὰ δὲ τοῦτο τὰ λοιπὰ πάντα τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, καὶ σώματά τε καὶ ἀσώματα διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐποίησεν. Εἷς γὰρ Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. Εἷς οὖν Θεὸς ἀγέννητος, ἄκτιστος, ἀποίητος. Καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, γέννημα τοῦ ἀγεννήτου, οὐχ ὡς ἓν τῶν γεννημάτων, κτίσμα τοῦ ἀκτίστου, οὐχ ὡς ἓν τῶν κτισμάτων, ποίημα τοῦ ἀποιήτου, οὐχ ὡς ἓν τῶν ποιημάτων· καθὼς εἴρηται ὑπὸ τῆς ἁγίας Γραφῆς· Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. Καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον, πρῶτον καὶ μεῖζον πάντων τῶν τοῦ Μονογενοῦς ἔργων (46), προστάγματι μὲν τοῦ Πατρὸς, ἐνεργείᾳ δὲ καὶ δυνάμει τοῦ Υἱοῦ γενόμενον.

[11] I Cor. VIII, 6. [12] Prov. VIII, 22-25 ; Eccli, XXIV, 14.

(45) Caveus οιον edidit, sed οἷαν habet ms. Gud. et Lindenbrog.
(46) Al. ἔργον.

EUSTATHII

IN HEXAEMERON S. BASILII

LATINA METAPHRASIS.

704 (*a*) *Eustathius Syncleticæ germanæ diaconissæ salutem in Christo.*

Religiosus, simulque studiosus animus tuæ germanitatis, dum plenitudinem cœlestium nosse desiderat Scripturarum, cunctas bibliothecas ecclesiasticas et earum qui fuerint conditores, crebris lectionibus investigans, perveni tandem ad Hexaemeron sancti ac venerabilis episcopi Basilii, Græco sermone (*b*) *conscriptum : quod dum monumentis inserere linguæ Latialis affectat, mihi hanc curam censuit esse mandandam. Sed ego considerans, quia hoc amore potius quam judicio præcepisti : festinabam quidem simplicibus jussis obsequi, tua commonitus caritate :* (*c*) *sed promittere non audebam, propriam contemplatus infantiam. Itaque gemina cogitatione distractus quid agerem nesciebam : verebar enim si negare maluissem, mentem pie de me* (*d*) *præsumentis offendere. Si parere, susceptum officium navare non posse. Quæ cum ita essent, statui magis operam meum fideliter exhibere, quam sermonem pertinaciter excusare : confidens quia si displicuero, dabis veniam quæ jussisti. Non enim meo vitio, sed tuo judicio, quod evenerit imputabis : mihi satis est peregisse mandata.*

HEXAEMERI LIBER PRIMUS.

1. *In principio fecit Deus cœlum et terram.* Conveniens exordium de mundi compositione narraturus assumpsit decorationem gestorum operum, sui faciens sermonis initium. Cœli enim terræque factura referenda est non sponte formata, ut quidam opinati sunt, sed ex Deo causas propriæ (*e*) nacta substantiæ. Qualis igitur auditus dignus sit magnitudine relatorum, vel quemadmodum instructus esse debeat animus, ad rerum ejusmodi perceptionem! nimirum qui vitiis (*f*) carnalibus est immunis, et ærumnis minime sæcularibus obfuscatus, quin etiam laboriosus et solers, et omnia circumspectans, ut meritam Dei notionem possit attrahere. Sed antequam de verborum subtilitate disceptemus, et perscrutemur quanta sit harum vocum significatio, cogitemus quis est qui nos affatur. Nam licet altitudinem cordis historici non valeamus attingere propter imbecillitatem nostri videlicet intellectus : attamen prærogativa loquentis inspecta, ultro ad consentiendum bis quæ dicta sunt adducemur. Moyses itaque est editor hujusce scripturæ, Moyses ille qui perhibetur venustus apud (*g*) Deum fuisse, cum adhuc maternis uberibus inhiaret, quem adoptavit filia Pharaonis, et regio cultu liberaliter educavit, philosophis Ægyptiorum eruditioni ejus magistris adhibitis (*Act.* VII, 20), qui fastum tyrannidis exhorruit, et ad humilitatem suo-

(*a*) Ita scriptum invenimus in Colb. secundo : *Incipit prologus in Hexaemeron beati Basilii Cæsariensis episcopi, Eustathius diachonus* (sic) *Sindetice germanæ salutem in Christo.* Ubi non indignum puto quod notetur, tribui Eustathio dignitatem diaconi quæ ei tamen non tribuitur, neque in editis, neque in duobus aliis mss., neque in iis antiquorum testimoniis, quæ a typographis collecta initio operis leguntur. Quod si quispiam, nisi auctoritas major proferatur, adduci non potest ut credat Eustathium diaconum fuisse, nullam aliam a nobis proferre posse fatemur. Codex Sancti Germani manu recentiore sic habet, *Eustathius Syncleticæ germanæ diaconissæ salutem in Christo.*

(*b*) Hic in Colb. secundo pro *conscriptum* corrupte legitur *constrictam.* Statim sequitur eodem in illo libro *quam dum monimentis*, etc., quod cum scriberet sive librarius, sive Eustathius ipse, respexisse videtur ad illud, εἰς τὴν ἑξαήμερον : quæ loquendi ratio cum feminimum genus præ se ferat, femina quoque voce uti voluit. Illud autem, εἰς τὴν ἑξαήμερον, sic accipi oportet, ut suppleatur vox κοσμοποιΐαν. Est enim adjectivum nomen ἑξαήμερος Lege Ducæum.

(*c*) Editi, *sed permittere*, male; Colb. secundus, *sed committere*, nihilo melius. Codex noster Sancti Germani et Colb. primus, *sed promittere*, bene.

(*d*) Editi, *præsumenti.* At nostri tres mss., *præsumentis.* Codex noster, *verebar ne..... offenderem..... non possem.* Nec ita multo post editi *statui operam.* Colb. secundus, *statui magis.*

(*e*) Editi, *nata*, vitiose. Colb. primus, *nacta*, emendate. Aliquanto post codex noster, *ad rerum ejusmodi acceptionem.*

(*f*) Editi, *intus carnalibus.* At nostri tres mss., *qui vitiis carnalibus*, recte et accommodate ad mentem Basilii. Ibidem editi, *et ærumnis maxime sæcularibus.* At nostri tres mss., *et ærumnis minime sæcularibus*, quam scripturam veram quidem et genuinam judico, sed ita tamen, ut vox *minime* locum occupet non suum. Malim igitur, *et ærumnis sæcularibus minime obfuscatus.* Illud Basilii, ἀνεπισκότητον μερίμναις βιωτικαῖς, exprimere voluit Eustathius.

(*g*) Editi, *apud Dominum.* Colb. secundus, *apud Deum.* Basilius, παρὰ τῷ Θεῷ.

rum civium se convertit, contentus (*a*) afflictari potius cum populo Dei, quam fructum peccati capere temporalem. Qui amorem justitiæ de ipsa natura sortitus est, quippe qui priusquam plebis acciperet principatum, propter odium nequitiæ naturale, usque ad necem videtur improbos persecutus. Qui ab his effugatus est, quibus ipse fuerat opitulatus : qui libentissime tumultibus Ægypti derelictis, ad Æthiopiam profectus est, ibique cæterorum vacuus negotiorum, **705** per annos quadraginta rerum contemplationi dans operam, octogesimumque ætatis agens annum vidit Deum, ut erat homini videre possibile, imo ut nemini potius licuit alii, (*b*) secundum testimonium ipsius Dei : *Quia si fuerit propheta quis vestrum Domino, proprie per visum ei cognoscar, et per somnium loquar : sed non ita famulus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelis est. Ore ad os colloquar ei : in specie, et non per figuram* (*Num.* XII, 6-8). Hic itaque qui in potiendis præsentibus Dei conspectibus, (*c*) angelis fuerat coæquatus : quæ auscultavit a Deo disserit nobis. Audiamus igitur veritatem verborum, non in persuasione humanæ sapientiæ, sed in probatissimis spiritalis doctrinæ sermonibus, quorum finis non audientium laus est, sed discentium salus.

2. *In principio fecit Deus cœlum et terram* (*Gen.* I, 1). Retardat igitur sermonem meum mentis admiratio : cogitans quid primum dicam, vel unde capiam narrationis exordium, arguamne vanitatem sæcularium, aut nostrorum potius prædicem veritatem? Plurima super rerum natura Græcorum philosophi disputarunt : sed nullus apud eos sermo fixus habetur et stabilis, priore semper a sequente dejecto. Nihilque nobis operæ pretium est, quæ illorum sunt infirmare : cum ad destructionem propriam sibimet ipsi sufficiant. (*d*) Qui enim Deum nequire potuerunt, sapientiam rebus præesse mortalium nullatenus concesserunt, sed familiari ignoratione sublapsi variis omnia definitionibus concluserunt. Propterea multi eorum ad confusam informemque se materiam redegerunt, elementis mundi causas omnium rerum deputantes. Alii atomos, et individua corpora, et tumores, et meatus continere naturam visibilium tradiderunt : modo concurrentibus sibi levibus illis rotundisque corpusculis, modo recedentibus a se atque discretis, ortus obitusque perficere, et in perseveratioribus corporibus complexionem atomorum locatam, validius causas æternitatis exprimere. Vere telam araneæ texunt, qui ista describunt : et qui tam vacua inaniaque principia, cœlo, terræ, marique conscribunt. Neque enim sciebant dicere : *In principio fecit Deus cœlum et terram :* propterea sine (*e*) moderamine, et gubernatione, fortuitoque casu, agi et ferri omnia, insito sibi impietatis decepti errore, dixerunt. Quod ne nos quoque pateremur, primis statim suæ narrationis elogiis mundi fabricationis expositor, Dei commemoratione sensus nostros illuminans, dixitque : *In principio fecit Deus.* Quam bonus ordo (*f*) principium primo posuit : ut non ingenitum quidam mundum arbitrarentur. Deinde subdidit, quia fecit : ut ostenderet quia creaturæ opus, pars exigua virtutis est conditoris. Nam sicut figulus, vasis deformatis, nec artem potest amittere, nec virtutem : sic opifex rerum Deus, non uni facturæ sufficientem potentiam possidens, (*g*) infinitate penitus excedens, solo momento propriæ voluntatis, magnitudinem eorum quæ cernuntur exstruxit. Quod si et principium mundus habet, et factus est; quære quis illi dedit principium, et quis ejus fabricator est. Quod ne humana forsitan cogitatione discutiens, a veritatis tramite deviares : prævenit instruens nos doctrinis, et animis nostris, tanquam signaculum cujusdam custodiæ figens, venerabile mox Dei nomen inseruit dicens : *In principio fecit Deus.* Igitur beata natura, et opulenta bonitas, dilectissimaque cunctis rationem habentibus, ac nimium carissima pulchritudo, princeps omnium quæ sunt, fons vitæ, (*h*) intelligibile lumen, inaccessibilis sapientia, *Ipse fecit in principio cœlum et terram.*

3. Non ergo infecta esse vel improvida quæ videntur opineris, o homo; nec quia circum te discurrunt ea quæ moventur in cœlo; nec quod ipsius circuli initium, nostro sensui comprehensibile non habetur, idcirco sine principio esse vertibilium corporum natura credenda est. Neque enim orbis iste, id est, planum hoc rotundumque schema, quod sub uno puncto continetur, quia nostrum diffugit intellectum, nec unde cœperit, aut quo reciderit possumus invenire : ob hoc etiam non esse compositum debemus asserere, aut quia sensus omnino nostros elabitur, ideo

(*a*) Colb. secundus, *affligi potius.*

(*b*) Colb. secundus, *secundum testimonium ipsius Dei.* Basilius, κατὰ τὴν μαρτυρίαν αὐτὴν τοῦ Θεοῦ, *secundum ipsum Dei testimonium.* Editi, *secundum testimonium ipsius Domini.*

(*c*) Editi, *angelis fuerat æqualis.* Codex Sancti Germani quem simpliciter nostrum vocamus, et Colb. secundus, *fuerat angelis coæquatus :* quod verius puto et melius, cum Græca, ἐξίσου τοῖς ἀγγέλοις ἀξιωθείς, aptius exprimi videantur.

(*d*) Colb. secundus, *qui enim Deum scire non potuerunt.*

(*e*) Colb. secundus, *sine admiratione.*

(*f*) Editi, *principium primum posuit.* Codex noster et Colb. secundus, *principium primo posuit*, bene. Ita prosequitur Eustathius, *ut non ingenitum quidam mundum arbitrarentur :* quod cum scriberet, non satis attendit ad vim vocis Græcæ, ἄναρχον. Melius igitur sic interpretabere, *ne jorent qui arbitrarentur mundum sine principio esse.*

(*g*) Editi, *infinitate potius excedens.* At Colb. secundus, *infinitate penitus excedens*, emendate. Aliquanto post duo mss., *instruens nos doctrina.* Editi, *instruens nos doctrinis.* Sed vim verbi προέφθασε non satis expressit interpres. Malim igitur, *hoc nos documento præoccupat.*

(*h*) Antiqui duo libri et editi, *intellectibile nomen*, corrupte. Colb. primus, *intellectibile lumen, recta.* Basilius, τὸ νοερὸν φῶς. Statim editi et Colb. primus, *infacta esse.* Alii duo mss., *infecta*, Subinde Colb. secundus, *nostro sensu comprehensibile.*

revera (*a*) minus aliunde cœpisse putabitur. Sic et tu non quia in semetipsa feruntur ea quæ volvenda circumspicis, 706 et quod planities eorum nullis mediis (*b*) interponatur obstaculis, ob hoc sine principio vel fine mundum haberi decipiaris. *Transit enim schema ejus* (*I Cor.* VII, 31); et, *cœlum terraque præteribit* (*Matth.* XXIV, 31) : prædicatio autem cunctorum de consummatione sæculi mandatorum, et de reformatione mundi, secundum notationem magisterii spiritalis, ex his quæ in præsentia breviter tradita sunt declaratur. *In principio fecit Deus cœlum et terram.* Omnia quæ ex tempore cœperunt, necesse est tempore terminari. Si est initium temporale, de fine (*c*) non dubites. Geometrica et arithmetica disciplina, commentitiæque scripturæ, et fabulosa astrologia, id est occupatissima vanitas. Ad qualem igitur terminum concludenda est, cum ii qui circa memoratarum rerum indaginem vacaverunt, coæternum creatorio omnium Deo, visibilem hunc mundum esse pronuntiant, ad illius gloriam referentes circumscriptum hunc orbem, corpusque habentem compositum, quæ est incomprehensibilis invisibilisque natura? Qui ne hoc quidem perspicere potuerunt : quia cui singula membra solutioni corruptelæque subjecta sunt, ejus etiam universum corpus iisdem casibus interire necesse est. Sed usque adeo *cogitationibus evanuerunt, et excæcatum est irrationibile cor eorum,* (*d*) *dicentesque se esse sapientes, stulti prorsus effecti sunt* (*Rom.* XII, 1), ut etiam quidam eorum sempiternum esse cum Deo polum, et sine principio ac fine haberi, rerumque per partes (*e*) institutarum auctorem, dispensatoremque esse audeant affirmare.

4. Quibus, ubi, vel quando sapientia sæcularis, formidinem futuræ condemnationis initiet, qui sic acute res vanissimas intuentes, ad concipiendam veritatis prudentiam, sponte cæcati sunt. Alii stellarum intervalla dinumerant, earumque arctoas semper lucentes describunt, et quantæ illarum quæ sub axe moventur australi, a certis quidem suspiciuntur hominibus, nobis autem habentur ignotæ. Vel borealem latitudinem, nec non signiferum circulum mille spatiis dividentes, astrorumque discursus, et præclusiones, et omnium motus principales subtiliter observentes, et post quantum temporis, unaquæque planetarum propriam circuitionem solet explere : unam omnium rationem reperire minime potuerunt, ut dicerent Deum mundi totius esse factorem, justoque A judicio dignam renumerationem cuique pro suis facinoribus tributurum. Qui nec futuræ examinationis intuitu, congruam cogitationem de rerum omnium fine ceperunt : considerantes, quia mundum quoque reformari (*f*) necesse est, si ad aliud vitæ schema animorum status transferendus est. Sicut enim præsens vita cognatam habet mundi hujus naturam : ita et futura animorum conversatio familiarem speciei suæ sumptura est habitum. Sed tantum absunt credere quod hæc vera sint, ut passim de nobis rideant, cum mundi hujus consummationem et reformationem sæculi prædicamus. Sane quoniam naturaliter omnium rerum sunt prima principia, idcirco super his quæ ex tempore cœperunt, scriptor disserens hanc vocem præmisit dicens : *In principio fecit.*

B 5. Erat enim quædam, ut vides, ante hunc mundum (*g*) substantia intellectui quidem nostro contemplabilis, sed inaudita relicta est : propterea quod ab his qui imbuebantur propter sensus parvitatem, facile comprehendi non poterat. Erat antiquissima creaturæ ordinatio ; illis quæ extra mundum sunt, apta virtutibus, orta sine tempore, sempiterna sibique propria : in qua conditor omnium Deus opera cuncta constituit, id est, lumen intellectibile conveniens beatitudini amantium Dominum. Rationabiles, invisibilesque dico naturas, et omnium intellectibilium decorationem, quæ capacitatem nostræ mentis excedunt, quorum nec vocabula reperire possibile est. Hæc substantiam invisibilis mundi replevisse sciendum est, sicut docet nos Paulus dicens : *Quia in ipso creata sunt omnia, sive visibilia, sive invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, seu virtutes* (*Col.* I, 16), seu angelorum militiæ, seu archangelorum conventus. Cum vero necesse erat superduci rebus hunc mundum, qui est præcipue castigatio, et doctrina (*h*) humanorum animorum, deinde cunctis quæ oriuntur et occidunt, opportunum domicilium : tunc etiam decursio temporis, simul cum ipso mundo, et animantibus quæ in eo sunt, congenerata dignoscitur : eaque semper urgetur, et effluit, finemque nequaquam percipit commeandi. Aut non ejusmodi tempus esse dicimus, cujus pars quæ emensa est non videtur, quæ autem ventura est necdum adfuit, quæ vero præsto est, antequam sensui nostro notescat, elabitur? Talis etiam natura gignentium est, aut crescens videlicet, aut D decrescens : cujus stabilitas et fundatio nihil habet

(*a*) Colb. secundus, *minus alicunde*. Statim idem codex, *feruntur hæc quæ*.

(*b*) Editi et duo mss., *interpolatur*. At Colb. secundus, *interponatur* ; et ita scripsisse Eustathium puto. ob illuſi Basilii διακοπτόμενον. Mox codex noster, *et, sine fine*.

(*c*) Editi, *non dubitemus*. At mss., *non dubites*. Basilius. μὴ ἀμφιβάλλῃς. Ibidem mss., *commentitiæque scripturæ*. Vocula *que* deest in vulgatis.

(*d*) Editi, *se sapientes*. Colb. secundus, *se esse sapientes* : quod ad verbum expressum est e Græco, φάσκοντες εἶναι σοφοί.

(*e*) Editi, *institutarum actorem*. Codex noster et Colb. secundus *auctorem* : quam scripturam veram esse et emendatam ex eo intelligitur, quod legamus apud Basilium, αἴτιον. Haud longe editi et codex noster, *ad concupiscendam veritatis prudentiam*. At Colb. secundus, *ad concipiendam*, rectius.

(*f*) Antiqui duo libri, *necesse est*. Illud *est* in editis desiderabatur.

(*g*) Vocem *substantia* addidimus ex Colb. secundo. Nec ita multo post Colb. secundus, *opera cuncta*. Editi, *certa opera* : quo in libro insuper pro *intellectibile* legitur *intelligibile*. Statim hic ipse codex, *et omnium intelligibilium*.

(*h*) Colb. secundus, *humanarum animarum*.

certi.(a)Paria fuerunt ergo animantium arbustorumque corpora, tanquam vi cujusdam terrentis ad necessitatem insitam relegata,e tilli motui subjecta,qui ad ortus obitusque perducit,et ex natura temporis continetur, cognatam proprietatem rebus mutabilibus possidente. **707** Hinc consequenter relator exorsus est, manifeste de mundi constructione nos edocens, in principio fecisse Deum. Principium autem est quod ad tempus pertinet,non quod ad (*b*) antiquitatem respicit, quæ est omnibus rebus anterior. Ergo non secundum eam dixit *In principio fecit Deus*, sed post illa invisibilia et intellectibilia initium generationis eorum quæ cernuntur, sensuque comprehenduntur,enarrat.Dicitur quidem principium,et prima motio : sicut *principium recti itineris est justa facere* (*Prov.* XVI, 5). Ex justis enim operibus incitamur ad beate vivendum. Dicitur etiam principium ejus rei quæ fit ex aliqua (*c*) subsistente materia, sicut in domibus fundamentum,in navibus carina,et secundum quod dictum est : *Initium sapientiæ timor Domini* (*Prov.* I, 7). Etenim tanquam munimentum et fulcimentum quoddam ad fidei firmitatem præfertur semper cum timore religio. Sed et structibilium operum prima pars principium nuncupatur : sicut sapientia Beselehel erga tabernaculi decus. Actuum quoque fit plerumque principium bonus exitus inceptorum : sicut in largitate misericordiæ,sequitur prosperitas Dei, et in operatione virtutum, finis ille habetur, qui in promissionibus est locatus.

6. Toties igitur nominato principio, considera si non præsens vox omnibus significatis accomoda est. Etenim ex eo tempore quo mundi cœpit institutio,possibile tibi est dicere,si de præsentibus ad præterita (*d*) repedando, principalem diem mundanæ creationis inquiras : unde tempori motus primus accesserit. Deinde quia velut sedes et repagula quædam, cœlum terraque fundata sunt ; et quia est artifex Verbum, quod decorationem omnium quæ videntur effecit, sicut vox relati monstrat initii : et quia non sine ratione, vel frustra formatus est mundus. Quippe qui utilem necessariumque rebus esset exitum præbiturus, si revera animorum rationabilium, sicut diximus, magisterium, et divinæ notionis eruditionem, per visibilia hæc et sensibilia tribuit menti nostræ regens nos, ut ita dixerim,manu, quo facilius invisibilia contemplemur, sicut dicit Apostolus : *Quia invisibilia ejus, a mundi compositione per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur* (*Rom.* I, 20). Fortassis autem propter celeritatem creaturæ, quæ sine ullo momento temporis est constructa, dictum est : *In principio fecit ;* quoniam individua quædam res est, et indistincta, principium. Sicut enim initium viæ necdum via est, et initium domus, necdum domus est : sic temporis initium, necdum plenum tempus est; sed nec exigua pars temporis. Quod si repugnans forte quispiam principium dixerit esse tempus, sciat hoc esse divisurum in multiplices portiones, id est in primam,mediam et extremam. Principium autem principii quærere,ridiculum penitus et ineptum est. Et qui dividit principium, duas necessario faciet pro una partes, vel potius, plures ; (*e*) quoniam semper illud quod divisum fuerit, in duas sine dubio scinditur portiones. Ergo ut doceremur simul cum Dei voluntate mundum sine tempore substitisse, dixit : *In principio fecit.* Quam rem certi interpretes planius exponentes, dixerunt : *Summatim fecit Deus*, id est brevi subitoque. Igitur super principio pauca de multis hactenus disseruisse sufficiat.

7.(*f*) Sane sciendum quoniam artium omnium, aliæ factrices, aliæ negotiales appellantur, aliæ contemplatoriæ,et contemplatoriarum quidem finis est sola mentis intentio, negotialium autem motus ipse corporis : qui cum desierit, nihil reliqui est, nec ultra videntibus demonstratur. Nam saltationis et cantuum nullus exitus est : sed in semetipsam operatio tota consumitur. In artibus vero factricibus,etiamsi labor actusque cessaverit, manifestum tamen est opus earum, sicut fabrilitatis, (*g*) architecturæ, et texturæ et his similium,quarum licet artifex præsto non fuerit, ratio tamen artis ipsius apparet, possumusque de opere conspecto peritiam cujusque artificis admirari. Ergo ut certum fieret quia mundus arte perfectus est, qui cunctorum visibus habetur expositus, quatenus per eum fabricatoris sui sapientia nosceretur : non alia voce Moyses usus est, sed dixit : *In principio fecit Deus.* Non construxit aut compesuit, sed *fecit.* Quamvis nonnulli eorum qui vana opinione præventi sunt,sempiternum mundum cum Deo esse dicentes, nullo modo ab ipso factum concesserunt, sed tanquam obumbrationem quamdam virtutis esse divinæ.(*h*) Ferunt enim eum sponte compositum,et quamvis Deum ejus haberi fateantur auctorem ; ita tamen fatentur,ut sine voluntate ipsius processisse confirment, sicut ex corpore umbram, vel ex luce

(*a*) Codex Colb., *paria fuerunt.* Editi et alii duo mss., *par fuit.*

(*b*) Editi, *ad antiquitatem perspicit.* Libri veteres, *respicit.* Subinde Colb. secundus, *et intelligibilia initium.*

(*c*) Colb. secunduo, *ex aliqua substantante materia :* quod fortassis cuipiam melius videri poterit et ad hunc locum accommodatius. Nec ita multo post editi, *sed et instructibilium.* Antiqui duo libri, *structibilium.* Alius, *exstructibilium.* Subinde Colb. secundus, *significatis accommodata*, etc.

(*d*) Colb. secundus. *ad preterita repetendo*, haud dissimili sensu. Aliquando post idem codex, *et sensibilia tribuat.* Subinde ille ipse codex, *a mundi constitutione.*

(*e*) Editi, *cum illud.* Codex noster, *quoniam illud.* Colb. secundus, *quoniam semper.* Basilius,τοῦ διαιρεθέντος ἀεὶ εἰς ἕτερα τεμνομένου.

(*f*) Sic Colb. secundus. Vox *sciendum* abest a vulgatis. Mox Colb. secundus, *videntibus demonstratur ;* et ita quoque scriptum invenimus in nostro codice, sed secunda manu duntaxat. Editi, *visentibus demonstratur.*

(*g*) Editi, *architecturæ et his similium.* Colb. secundus, *architecturæ et texturæ et iis similium ;* quæ scriptura quin vera sit dubitari non potest,cum legamus apud Basillum, καὶ ὑφαντικῆς.

(*h*) Editi, *fertur enim.* Codex noster et Colb. secundus, *feruni.* Aliquanto post Colb. secundus, *vel ex luce splendorem.*

fulgorem. Volens itaque hujusmodi errorem propheta corrigere, hac verborum subtilitate potius usus est dicens : *In principio fecit Deus*, id est non causam præstitit ut esset solum, sed *fecit* ut bonus utilem, ut sapiens optimum, ut potens maximum. Cum enim dicit : Quia fecit, quemdam sine dubio declarat artificem, qui singulorum compositione membrorum, per omnia convenientem sibimet et congruum formavit mundum. *In principio fecit Deus cœlum et terram.*

708 Ex duobus igitur summatibus elementis, omnium substantiam designat (*a*) exstructam : cœlo quidem privilegia digniora contribuens, terram vero in secundo creaturarum loco constituens ; et si quid alius est medium, cum principalibus istis una perfectum est. Ita quamvis nihil de aere, vel igne, vel aqua dictum sit : te tamen prudentia propria necesse est intelligere. Primo quidem, quia omnia in omnibus sunt permixta. Siquidem aquam, et aerem, et ignem terræ cohærere certissimum est : nam et ex ferro et ex lapidibus ignis per (*b*) fricationem solet excuti : quæ utique de tellure nascuntur. Et est mirum quomodo dum in memoratis abstrusa est flamma, corporibus habetur innoxia, cum vero fuerit extrinsecus elicita, devorat eam materiam in qua fuerat custodita. Aquarum quoque naturam venis subesse terrarum fossores indicant puteorum : quibus etiam aerem esse permixtum ex eo cognoscere possumus, quod cum fuerit humectata tellus, et temperiem solis acceperit, mox vapores exhalat largissimos. Deinde si naturaliter sedem superiorem cœlum sortitum est, terra vero habetur inferior ; ob hoc quia quæ leviora sunt feruntur ad cœlum, quæ autem (*c*) gravia sunt devehuntur ad terram. Contraria autem sibi sunt inferna et superna. Quid dicendum est, nisi quia ille qui res disjunctissimas præcepti societate conjunxit, etiam ea quæ medius utriusque elementi locus amplectitur, suo dispensavit arbitrio ? Non ergo quæras de singulis rationem, sed illa quoque quæ silentio Scriptura præteriit, ex his quæ relata sunt debebis advertere.

8. *In principio fecit Deus cœlum et terram.* Igitur terrena substantia, et inquisitio singulorum quæ nostris sensibus exposita sunt, tam longum nobis faciunt narrationis affatum, ut multo plures sermones in hujusmodi examinatione disserendi sint, quam in cæteris omnibus quæ explicari possibile est. De qua re nulla penitus commoditas ædificandæ confertur Ecclesiæ, sed super cœli quidem natura contenti simus his quæ retulit Isaias, qui verbis usus simplicibus sufficientem nobis de eo perhibuit intellectum dicens : *Qui firmavit cœlum* (*d*) *sicut fumum* (*Isai.* LI, 6), id est qui minime fortem crassamque naturam in cœli compositione substituit. De schemate etiam ejus satis ab eo dictum est, cum glorificatione Dei. *Quis stabilivit cœlum, ut cameram* (*Isai.* XL, 22) ? Eadem etiam de terra sentiri suademus : minime videlicet discutientes qualis sit ejus substantia, nec conficere (*e*) nos cogitationibus perscrutantes quid ei subjaceat, nec scrutari naturam qualitatibus vacuam et informem, sed tantum scire nos convenit, quia omnia quæ erga terram videmus, ad hoc solum ut essent ordinata sunt, quibus rebus substantia compleretur. Itaque ad nullum pervenies terminum, si singulas ejus qualitates persequi sermone tentaveris. Si enim discreveris ejus nigrorem, (*f*) frigiditatem, gravitudinem, densitatem, et eas qualitates quæ sapore gustus comprehensibiles habentur, nihil erit penitus quod telluri subjaceat. Hæc igitur omittentes, nec illud hortamur inquiri, super quid sit terra firmata. Torquebitur enim mens ad nullum certum exitum perveniente discursionis indagine. Sive enim aerem dixeris ejus subesse fundamini ; profecto deficies cogitando, quemadmodum liquida et diffusa natura, tanto pondere depressa substitit ac non potius labitur : undique terræ diffugiens densitatem, ac semper eminentior cum premente consistens. Quod si aquam posueris terrenæ stabilitati esse subditam, nihilominus percunctari necesse est, quomodo moles tam gravis et spissa, minime sub aqua demergitur, sed ab infirmiore natura, superjectio tanti ponderis sustentatur. Si quidem ipsius etiam aquæ fundamenta quærenda sunt, et iterum deficiendum est cum invenire volueris quo fulcimine resistente fundus ultimus continetur.

9. Sin autem aliud quoddam validius esse corpus induxeris, quod terram prohibeat ad ima descendere : cogitare debebis illud quoque ipsum simili fundatum repagulo, quod non sinat inferius decidere quæ portantur. Huic quoque ipsi, si quid confingentes potuerimus opponere. denuo aliud subesse munimen : necessario discursura est mens, et ita in infinitum cogitatione ducemur, semper his quæ inveniuntur firmamentis, alia nova quærentes. Et quanto longius sermone progredimur, tanto magis virtutem sustentatricem terræ superducere compellemur : quæ simul omnia quæ superjecta sunt valeat (*g*) sustentare. Propterea disquisitioni metas debebis imponere : ne quandoque curiositati tuæ nimis incomprehensibilia pertractanti, verbum Job videatur obsistere, et interrogeris *super quid circuli ejus infixi sunt* (*Job.* XXXVIII, 6). Sed et si unquam in psalmo audieris : *Ego confirmavi columnas ejus* (*Psal.* LIV, 4), compositoriam profecto virtutem ejus, columnas in-

(*a*) Editi, *designat exstructuram*. Antiqui libri, *exstructam*. Statim editi, *terram vero secundo in creatura loco*. Colb. secundus ut in contextu.

(*b*) Editi, *per frictionem*. At nostri tres mss., *per fricationem*.

(*c*) Libri veteres, *gravia*. Editi, *graviora*.

(*d*) Editi et duo mss., *super famum* male. At Colb. secundus, *sicut fumum*, bene. In Græco, ὡσεὶ καπνόν.

(*e*) Colb. secundus, *nec confidere nos cogitationibus* : quo exemplo, ut aliis multis, palam est totam sæpe loci alicujus sententiam mutatione unius litteræ corrumpi. Basilius, μηδὲ κατατρίβεσθαι τοῖς λογισμοῖς. Subinde idem codex, *quibus rerum substantia*.

(*f*) Editi, *frigiditatem, magnitudinem*. Codex noster et Colb. secundus, *frigiditatem, gravitudinem*, bene Basilius, τὸ βαρύ. Haud longe Colb. secundus, *discussionis indagine*. Subinde nostri tres mss., *proposueris terrenæ*.

(*g*) Colb. secundus, *valeat subvectare, propterea inquisitioni metas*.

tellige. Quod autem dictum est : *Ipse super maria fundavit eam* (*Psal.* XXIII, 2), quid aliud scilicet significat, quam quia undique orbem terræ, aquarum natura circumfusa complectitur? Quomodo ergo cum sit aqua fluida, semperque ac decliviora contendere soleat, pendula est, et in neutram diffunditur partem? Illud quoque non reputas, quia non minorem, sed etiam majorem difficultatem nobis ipsa tellus 709 importat, cum tanto sui pondere librata teneatur in aere. Sed necesse est, sive super se ipsam locatam esse concesseris, sive super aquas eam ferri dixerimus : nusquam nos a pietatis cogitatione discedere conveniet, sed contineri virtute creatoris omnia fateamur. Hæc itaque nos oportet, et nobis ipsis suadere, et sciscitantibus ubi sit ampla, et insustentabilis terræ gravitudo firmata, respondere, dicentes: *Quia terræ fines in manu sunt Dei* (*Psal.* XCIV, 4). Hoc nihilominus, vel nobis ad credendum commodius, vel auscultantibus utilius poterit inveniri.

10. Licet quidam de physicis philosophis (*a*) tali quadam dispositione commententur terram immobilem permanere. Ferunt enim quod in mundo sita sit, et paribus undique collecta spatiis, ad summitatem usque non habere, quo magis valeat inclinari, et ob hoc semper in semetipsa consistit, impossibileque esse, ut eam patiatur æqualitas circumdata, ullum invenire momentum, in alium flectendi se locum. Mediam autem regionem, non fortuito vel sponte : nec aliqua sorte quæsitam tenere tellurem : sed naturaliter necessarieque situi ejus esse decretam. Cœlesti enim corpore, ulteriorem in superioribus nacto sedem ; quæcunque, inquiunt, arbitramur pondera de locis summioribus ad ima descendere, in medium congregantur locum ; et in eas stationes totum deduci necesse est corpus in quas singulæ partes coierint. Quod si lapides et ligna, cunctaque terrena, semper ad inferiora pelluntur : ibi erit sine dubio propria convenienseque terræ positio. Si vero aliquid de levioribus ex media regione movebitur, (*b*) id ad superna ferri certissimum est : quoniam familiare est rebus gravissimis ima semper appetere. Ima autem discimus, medium totius mundi locum. Non ergo mireris, si nusquam se tellus inclinat, ut pote mediam omnium sortita sedem, in qua eam necesse est semper stare, nullatenusque contra naturam, de propriis finibus submoveri. Horum igitur si quid tibi probabile videatur, ad sapientiam creatoris, qui hæc ita disposuit, oportet te hujusmodi transferre

(*a*) Editi, *tali quadam dispositione commentantur. Terram immobilem permanere ferunt, quod in mundo sita sit.* At Colb. secundus ita ut edidimus. Basilius, διὰ τὸ τὴν μέσην τοῦ πάντος εἰληφέναι χώραν.

(*b*) Editi, *id ad supra ferri.* Libri veteres, *id ad superna ferri.* Nec ita multo post Colb. secundus, *nusquam se tellus.* Vocula *se* in vulgatis desiderabatur. Subinde Col. secundus, *earum ratio.* Editi, *eorum*, male.

(*c*) Editi, *plurima.... disseruit.* Colb. secundus ut in contextu.

(*d*) Editi, *corpus æternum*, pessime. Codex noster, *ætherium.* Alii duo, *æthereum*, optime. In Græco, τὸ αἰθέριον σῶμα.

(*e*) Editi et Colb. primus, *vestibuli motu*, gravi mendo. Alii duo mss., *vertibili motu* : quæ scriptura, quanquam tolerabilior est, vim tamen non exprimit vocis Græcæ, τῇ κυκλικῇ περικινήσει, *motu orbiculatim acto.*

(*f*) Editi et duo mss., *rebus interesse dissimilibus.* Colb. secundus, *rebus inter se dissimilibus.* Ibidem editi, *pugnantibus.* Antiqui libri, *repugnantibus.*

(*g*) Editi, *acta priorum* : quod quid sibi velit satis non intelligitur. At nostri tres mss., *secta priorum*: quod nemini non probabitur, si modo vox *rescissa*, quæ statim sequitur, moveatur loco suo, *secta priorum philosophorum rescissa, hi qui postea successerrnt, proprias*, etc. Colb. secundus, *propriam assertionem.* Nec ita multo post Colb. secundus, *siderumque substantia.*

A miracula. Neque enim minuetur rerum dignitas maximarum, si quæ sit earum ratio detegamus, aut si secus evenerit, simplicitatem fidei potiorem cæteris fieri suadeo documentis.

11. De cœlo quoque si eadem dixeris non peccabis, licet philosophorum multiloquax disputatio (*c*) plurimum super cœli natura disseruerit. Quorum alii compositum ex quatuor asserunt elementis, ipsumque esse invisibilem, partemque habere telluris, propter insitam sibi duritiem, habere etiam ignis societatem, ex quo quasi perspicuum putatur esse, nihilominus etiam reliquarum portionum permixtiones amplectitur. Nonnulli autem, hujusmodi opinione contempta, quintam quamdam naturam, in cœli compositione proprio commenti arbitrio, subjunxerunt: quibus videtur (*d*) corpus æthereum, non aer esse, non B terra, non aqua, non ignis nec aliud penitus quod simplex esse credatur, ob hoc videlicet, quod simplicibus familiare est, motum semper habere directum, quorum leviora sursum semper intendunt, graviora vero deorsum labuntur. Sed nec superior aut inferior pars telluris, (*e*) vertibili motu, idem omnino vel directum erga circuli rotunditatem continet intervallum. Quorum autem naturales motus mutari solent, eorum etiam qualitates ipsas mutabiles esse necesse est. Licet nec de illis principalibus corporibus, quæ vocantur elementa, possibile nobis est credere cœlum fuisse compositum : quoniam ea quæ ex diversa materia construuntur, minime sibi conveniunt, nec possunt sine vi aliqua motum tenere concordem, ut pote singulis partibus, alium atque C alium impetum habentibus ex natura, nimioque labore quæ composita sunt, in motu continentur assiduo. Neque enim potest una atque eadem ratio, (*f*) rebus inter se dissimilibus ac repugnantibus consonare : cum ea quæ levioribus sunt amica, gravioribus contraria judicentur. Nam cum ad superna et cœlestia properamus, pondere terreno deprimimur. Cum autem ad ima demergimur, vim facimus igni, contra naturam suam eum pertrahentes inferius. Elementorum autem distractio in partes ducta diversas ruinæ causas et solutionis importat. Quod enim violenter natura recusante tentatur, celeriter dissipatur : ut pote singulis partibus per quas moles constructa subsistit, ad suum principium redeuntibus. Propter harum igitur opinionum necessitates, D (*g*) secta priorum philosophorum, hi qui postea successere rescissa, proprias assertiones subjicere fe-

stinarunt: quintam quamdam naturam corporis, ut diximus, in cœli sidcrumque substantiam subesse 710 firmantes. Alius autem quidam de acrioribus, hæc quidem quæ narravimus cuncta destruxit, properium vero dogma visus est commendare. De quibus si referre singula maluerimus, similem illis patiemur errorem. Sed eos a semetipsis vicissim dejici relinquamus, et omni illorum contentione postposita, sequamur Moysen dicentem : *In principio fecit Deus cœlum et terram*, Conditoremque optimum rerum sapientissime formatarum glorificemus, et ex visibilium pulchritudine, illum qui nimis optimus est contemplemur. Et ex magnitudine corporum circumscriptorum metiamur illum infinitum, et maximum, omnemque cogitationem cordis humani suæ virtutis amplitudine transgredientem. Nam licet creaturæ naturam minime comprehendamus, tamen idipsum quod tenuiter nostro subjicitur intellectui, tantum habet admirationis, ut etiam velocissima mens inferior videatur his rebus quæ in hoc mundo habentur, exiguæ, debitamque super omnibus laudem Conditori referamus impensius : cui gloria et honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

LIBER SECUNDUS.

1. Modicis mane decursis sermonibus, usque adeo abditam altitudinem intellectus invenimus, ut liberet omnino de sequentibus desperare : si enim sanctorum talis introitus est, et vestibulum templi sic decorum et splendidum, ut elegantia suæ pulchritudinis oculos nostræ mentis irradiet, qualia censenda sunt sancta sanctorum? Quis ergo sit ausus impossibilia contrectare ; aut quis intuebitur ineffabilia, quorum et visus est inaccessibilis, et ratio intellectus ineffabilis? Tamen quoniam apud justum judicem, et pro solo studio meliorum, nos contemptibilis merces est deputata : minime nos pigeat explorare. Nam quamvis multum dignitate hujusmodi abesse credamur, tamen si voluntatem Scripturæ sequamur, suffragante sancto Spiritu, nec nos improbabiles judicabimur, et nutu gratiæ cœlestis ædificationem aliquam conferemus Ecclesiæ. *Terra autem*, inquit, *erat invisibilis et incomposita*. Quomodo igitur utrisque elementis, id est cœlo et terra, pari honore constructis, cœlum quidem perfectum fuerat, tellus vero adhuc incomposita est? Aut quid omnino causæ fuit, quo minus perficeretur, et visibilis non esset? Igitur terræ plena compositio est propria fecunditas, id est universarum germinatio plantarum, et arborum fructiferarum vel (*a*) infructiferarum copia, nec non colores odoresque florei, et alia quæ paulo post divino jussu progenita, decoravere tellurem. Quorum quia nondum aliquid exstiterat, merito eam sermo Scripturæ incompositam nominavit. Hæc autem etiam de cœlo imperfecto rite dicemus, (*b*) quoniam nec ipsum proprium sumpsisset ornatum, quippe quod minime solis adhuc et lunæ fuerat fulgore lustratum, nec choris siderum coronatum. Ita non videberis a veritate deflectere, si etiam cœlum incompositum dixeris. Terram autem (*c*) invisibilem dixit ob duas causas, aut quia necdum spectator ejus processerat homo, aut quia sub aquis, quæ tunc ei supererant, latens, nullo modo cernebatur. Nondum enim aquæ congregatæ fuerant in propriis (*d*) conceptaculis, quas in unum postea collectas Dominus maria nuncupavit. Invisibile itaque est, vel quod oculis non potest carnalibus comprehendi, sicut mens nostra, vel illud quod natura quidem cerni potest, sed propter obductum sibi velamentum corporis alicujus absconditur, sicut ferrum quod in profundo jacet. Hac itaque ratione nunc invisibilem terram dictam esse putandum est, (*e*) ut pote quæ aquarum superficie tegebatur. Deinde quia necdum luce constituta, mirum non est si haberetur invisibilis : cum aer ipse splendore carens esset obscurus.

2. Sed obtrectatores veritatis, sensu proprio Scripturas minime consequentes, ad suumque arbitrium interpretationem trahentes earum, materiam rerum dicunt per hujuscemodi verba monstrari, quæ quasi natura invisibilis et incomposita atque informis erat, et omni specie schemateque privata, quam assumptum artifex pro sua sapientia conformavit, atque ita per eam omnia quæ videntur effecit. Quam si dixerimus ingenitam, sine dubio (*f*) coæquari Deo cum in promerendis æstimatur honoribus, et iisdem quibus ille privilegiis digna censebitur. Quo quid sit nefandius ac sceleratius, quam ut res confusa penitusque deformis, pari dignitate prædita judicetur qua sapiens et potens nimiumque bonus et omnium conditor Deus? Deinde si tanta est ut omnem divinam possit capere disciplinam, nihilominus (*g*) ejus substantiam Dei videbuntur potentiæ coæquare, si tamen valet tellus cunctam per se Dei sapientiam metiri. Sin autem minor est materia divinæ potentiæ, et sic in atrociorem blasphemiam eorum sermo ducetur :

(*a*) Illud. *vel infructiferarum*, addidimus ex Colb. secundo. Basilius, καρπίμων τε καὶ ἀκάρπων.

(*b*) Sic mss. duo. Editi, *cum nec*. Ibidem in Colb. secundo pro *rite* legitur *recte*.

(*c*) Antiqui duo libri et editi, *invisibilem, ob duas*. Colb. secundus, *invisibilem dixit ob duas*. In Græco, ἀόρατον δὲ τὴν γῆν προσεῖπε.

(*d*) Editi et duo mss., *conceptaculis*. Colb. secundus, *receptaculis*. Sed sive hoc, sive illo modo legatur, vox Græca haud feliciter expressa est. Malim, *in proprias congregationes*, εἰς τὰ οἰκεῖα συστήματα.

(*e*) Libri veteres, *utpote quæ*. Editi, *utpote quod*.

(*f*) Colb. secundus, *coæquari cum Deo*.

(*g*) Rursus Colb. secundus, *ejus substantia Dei videbitur potentiæ coæquari, si tamen valeret tellus*, etc. Alia non est sententia. Statim idem codex, *sermo ducetur*.

quippe qui propter inopiam materiæ, inefficacem et otiosum in suis operibus Deum conantur asserere, quos quidem humanæ naturæ talia sentire decepit indigentia. Sane (*a*) quoniam apud nos ars unaquæque erga aliquam adhibitam materiam exercetur, sicut fabrilitas circa ferrum, carpentaria circa lignum, et in his singulis aliud est quod subjacet, aliud species, aliud quod formatur ex specie : nam materia est quæ extrinsecus assumitur, species quæ ex arte producitur, perfectio autem est quæ ex utraque componitur, id est de specie atque materia : sic opinantur et de divina operatione, schema quidem mundo de sapientia conditoris (*b*) allatum, materiam vero extrinsecus creatori fuisse subjectam : atque ita universum mundum esse constructum, qui substantiam quidem possidet aliunde quæsitam, schema vero et figuram, ex Dei virtute perceptam. (*c*) Hinc illis datur occasio negandi, causis Deum præesse mundanis, et tanquam (*d*) stipis alicujus rerum genituræ portionem exiguam contulisse : minime valentes, propter intellectus inopiam, ad culmen respicere veritatis. Nec considerarunt quia hic quidem ars post materiam noscitur adhibita, vitæ gratia dispensendæ. Nam lana quidem fuit anterior, texendi autem usus postea repertus est, ut id quod per naturam minus fuerat suppleretur ex arte ; lignum quoque prius fuit, quod ars dolatoria postmodum percipiens, in ususque necessarios formans, commoditatem nobis non parvam contulit. Nam et remum nautis, et agricultoribus ventilabrum, et bellatoribus hastam dedit. Deus autem, priusquam fierent quæ videntur, omnia mente complexus, volensque in (*e*) nativitatem producere quæ non erant, consideravit qualis mundus esse deberet, ejusque speciei congruam materiam congeneravit. Et cœlo quidem deputavit decentem sibi naturam, terrarum vero schemati familiarem debitamque substantiam commodavit. Ignem vero, et aquam, et aerem distinxit ut voluit : et in ordinem deduxit quem singulorum ratio flagitabat. Totum autem mundum, cum esset sui dissimilis, et ex diversitate compositus, inviolabilibus cujusdam concordiæ vinculis arctatum, in unam societatem compaginationemque devinxit, ut etiam illa quæ multum a se positione distabant, permixtione mutua copulata credantur. Cessent ergo fabulosis figmentis, ac miserabili suarum cogitationum (*f*) sensu virtutem mente incomprehensibilem et humanis sermonibus ineffabilem contrectare.

3. *Fecit Deus cœlum et terram*, non singula ex dimidia parte, sed integrum cœlum et integram terram, id est ipsam substantiam cum specie comprehensam. Non enim schematum repertor est Deus, sed totius naturæ creator. Nam respondeant nobis quomodo sibi conveniunt operatrix Dei virtus et passibilis natura materiæ, quarum una, quod subjectum est, solummodo sine figura præstitit; altera schematum peritiam possidens, ordinavit oblata, ut utrique quod deerat præberetur ex altero, Conditori quidem, ut haberet in quo posset artis (*g*) ostendere scientiam : materiæ vero ut informitate deposita, vultum sumeret speciosum. Sed super his hactenus ; ad illa vero quæ proposuimus revertamur : *Terra autem erat invisibilis et incomposita*. Cum diceret : *In principio fecit Deus cœlum et terram*, plura reticuit, id est, ignem, aquam, aerem, quæ utique passiones quædam de illis principalibus procreatæ sunt, quæ omnis, ut pote mundi consummatoria, simul sine dubio processerunt. Sed historicus hæc consulto præteriit, ut nostrum cor acueret ad industriam ex paucis occasionibus capiendam, quæ facit nos cogitantes investigare quæ desunt. (*h*) Ergo quoniam minime de aqua dictum fuerat quia fecit eam, dixit autem quod terra invisibilis habebatur, tu tecum reputare debebis quo tegmine terra velata non apparebat, quam nec ignis abscondere poterat, qui utique lucidus potius quam tenebrosus est, nec aer operire, cujus certe natura perspicua est : quippe qui omnium rerum species liquido (*i*) visentibus manifestat. Reliquum est igitur ut intelligamus aquam fuisse summitati telluris obductam ; nondum enim in sua conceptacula humoris natura defluxerat. Ob hoc ergo non solum invisibilis terra, sed etiam incomposita nominatur. Licet etiam nunc aquarum abundantia impedimento est terræ, quominus fructuum copia ministretur. Hæc ergo causa exstitit, ut nec videri possit arida, et haberetur incomposita. Si quidem terræ compositio est suus, ut diximus, naturalis ornatus, id est, segetes in planitie fluctuantes, nec non prata virentia, varioque florum colore splendentia, collesnibus suis numeris absolutam. Scriptum oportuerat, *fatentur tamem Deum tanquam collatorem stipis alicujus*, etc. Colb. primus prima manu, *stipis*, secunda, *stirpis*. Nec hic solum, sed et alibi sæpe, qui corrigere volunt, magis etiam corrumpunt quæ emendare voluissent.

(*a*) Colb. secundus et alter, *sane quoniam*. Editi, *sane quomodo*. Ibidem Colb. secundus, *adhibitam*. Editi, *adhibita*. Rursus Colb. secundus, *ex utraque*. Alii duo mss. et editi, *ex utroque*.

(*b*) Editi et Colb. primus, *ablatum*. Alii duo mss. *allatum*, bene. Basilius, ἐπῆχθαι.

(*c*) Editi, *data occasione grandi, causis*, etc., male. Colb. primus, *datur occusione grandi, causis*, etc., nihilo melius, Codex nester et Colb. secundus, *datur occasio negandi, causis*, etc., optime. Est certe ejusmodi hæc lectio, ut confirmatione non indigeat : sed tamen si quam quis requirat, possit confirmari ex illis Basilianis, ἐκ δὲ τούτου αὐτοῖς ὑπάρχει ἀρνεῖσθαι.

(*d*) Editi, *et tanquam stirpis*, corrupte. Codex noster et Colb. secundus, *et tanquam stipis*, emendate. In Græco, οἷον δὲ ἐράνου τινὸς πληρωτήν. Quanquam autem vox *stipis* mihi valde probatur, non propterea tamen putanda est placere mihi periodus tota : imo mihi persuassimum est eam mancam esse, nec omnibus numeris absolutam. Scriptum oportuerat, *fatentur tamem Deum tanquam collatorem stipis alicujus*, etc. Colb. primus prima manu, *stipis*, secunda, *stirpis*. Nec hic solum, sed et alibi sæpe, qui corrigere volunt, magis etiam corrumpunt quæ emendare voluissent.

(*e*) Editi, *in nativitate*. Codex noster et Colb. secundus, *in nativitatem*.

(*f*) Editi, *sensui*. Libri veteres, *sensu*.

(*g*) Editi, *ostentare conscientiam*. Colb. secundus, *ostendere conscientiam*. Codex noster, *ostentare scientiam*.

(*h*) Libri impressi, *Ergo cum*. Antiqui duo libri, *Ergo quoniam*.

(*i*) Colb. secundus, *liquido videntibus*. Ibidem idem codex, *aqua fuisse summitatem*. Alii duo mss. et editi, *aquam fuisse summitati*, non diversa sententia. Nec ita, multo infra. Colb. secundus, sed *vacua incompositaque* nuncupatur.

uberrimi, montiumque vertices arboribus excelsis opaci, quorum nihil habebat terra, parturiens adhuc 712 nativitatem cunctorum propter insitam sibimet a Creatore virtutem : sed tempus exspectabat, ut præceptione divina conceptus suos proferret ad lucem.

4. *Et erant*, inquit, *tenebræ super abyssum*. Rursusque aliæ fabularum occasiones, et infandorum figmentorum dantur his qui ad arbitrium suum detorquent verba Scripturæ. Tenebras enim non eo modo quo (*a*) natæ sunt interpretantur, id est aerem quemdam obscurum, vel locum interjectione alicujus corporis obscuratum; sed virtutem dicunt malignam, vel potius ipsam malitiam habentem ex semetipsa principium, adversariam bonitati Dei, et hanc asserunt tenebrarum esse naturam. Si enim Deus lumen est, inquiunt, sine dubio repugnans ei virtus obscuritas est secundum rationem sensus, non ex alio quodam mutuata substantiam, sed est malitia sui genitrix, labes animarum, mortis effectrix, probitati contraria quam et subsistere, et a Deo (*b*) factam esse contendunt. Ex hoc igitur quod non impium et profanum dogma fingatur? Qui non lupi raptores, dilaniantes gregem Domini, ex hac voce sumentes exordium, simplicibus animabus obripiant? Hinc Marcionis et Valentini, et exsecrabilis Manichæorum secta manavit : quam putredinem quis Ecclesiarum nominans non peccabit? Quid longius a veritate secedis, o homo, causas ipse tibi perditionis exquirens, cum sit sermo simplex et omnibus planus? *Invisibilis*, inquit, *erat terra*. Cur? quia videlicet superjecta illi fuerat abyssus. Abyssi autem qui est intellectus, aquanimia infinitum habens profundum. Sed scimus, inquiunt, multa corpora etiam per aquam (*c*) lucidam plerumque spectari. Quomodo ergo tunc nulla pars terræ per aquas ostendebatur? quoniam lumine carebat, et obscuratus erat adhuc superfusus aquis aer. Nam cum radii solis aquam penetraverint, calculos eos qui habentur in altum sæpe prospicimus : quod certe nullo modo fieri nocte potest. Causa ergo ut esset terra invisibilis, superjectio fuit aquarum. Dicit enim abyssum fuisse, qui retardaret aspectum : et ipsa abyssus obscurata erat. Ergo nec abyssum contrariarum virtutum multitudinem, ut quidam falso disputant, nec tenebrarum principalem quamdam malignamque substantiam, bonitatique repugnantem esse dicimus. Duo enim proposita sibi per contrarietatem, necesse est alternæ fore perniciosa substantiæ jurgiaque sibi sempiterna parientia; ut pote mutuis inter se pugnandi contentionibus obligata. Quorum si unum superaverit, sine dubio contraria pars devicta consumitur. Quod si semper æquiparare malitiam bonitati voluerint; (*d* incessabilem rebus conflictum corruptelamque subjicient, modo superantibus invicem se partibus, modo sibi cedentibus. Verum si malitiam a bonitate superari pronuntient, quæ ratio est ut natura malitiæ non videatur funditus interiisse? Sin (*e*) autem, quod dicere nefas est, miror quomodo non fugiunt, tam sacrilegam blasphemiam proferentes. Sed nos malitiam nascendi principium a Deo non accepisse hac ratione firmamus, quia nihil eorum quæ sibi contraria sunt, potest sui quidpiam generare (*f*) dissimile. Neque enim vel ex vita mortis origo processit, vel tenebras constat a luce formatas, vel ægritudine sanitatem ; sed in affectuum mutationibus semper ex contrariis ad contraria translationes efficiuntur. In nativitatibus vero non ex contrariis, sed ex similibus res unaquæque succedit. Ergo, inquiunt, si neque genitales sunt tenebræ, neque ex Deo factæ, unde illis origo est? Nam quia sint (*g*) malæ, nullus audet repugnare vivorum. Quid ergo nos dicimus? Quia malum est non aliqua viva et animata substantia, sed affectus quidam virtuti contrarius, et a bonitate dejectus, et in pravissimorum mentibus collocatus.

5. Quapropter nolo te malum extraneum arbitrari, nec idem principalem naturam nequitiæ possidens opinari : sed suæ quisque malitiæ (*h*) se auctorem esse cognoscat. Eorum enim quæ nobis eveniunt, alia sunt ex natura, id est senectus et languor; alia sponte succedunt, id est fortuiti casus, qui alienis a se plerumque negotiis incursantes vel lætitiam nobis afferunt, vel mœrorem, sicut puteum fodientibus occurrit thesauri latentis inventio ; aut ad forum pergentibus fit obviam rabidi canis adventus. Alia vero in nostra sunt potestate; sicut voluptatum frenare (*i*) cupidines, temperare libidines, iracundiam

(*a*) Editi et Colb. primus, *quo notæ sunt*. Alii duo mss., *quo natæ sunt*; et ita legendum esse ostendunt Basiliana illa, τὸ γὰρ σκότος οὐχ ὡς πίφυκεν ἐξηγοῦνται. Ibidem Colb. secundus, *quemdam obscuratum... corporis obumbratum*. Aliquanto post idem codex, *principium adversarium bonitatis Dei*. Subinde hic ipse codex, *labes animabus*.

(*b*) Colb. secundus, *factam contemnunt* : sed neque hac, neque vulgata lectione, Græca bene exprimuntur. Igitur si quis cupiat sententiam verborum Basilii perspectam habere, ei auctor sum ut ipsum fontem adeat. Rursus Colb. secundus, *fingitur... obripiunt*. Insuper eo in libro pro *raptores* legitur *rapaces*.

(*c*) Editi, *lucida*. Codex noster et Colb. secundus *lucidam*. In Græco, δι' ὕδατος λεπτοτέρου καὶ διαυγοῦς : ibi vocem λεπτοτέρου omissam videmus. Utrius autem culpa id evenerit, interpretis an librarii, nemo, opinor, facile dixerit.

(*d*) Editi, *inaccessibilem rebus conflictum*, male. Antiqui tres libri, *incessabilem*. Displicet autem lectio prior, non quod minus Latina sit, cum aliæ multæ ejus generis in hac interpretatione reperiantur, sed quod ad vocem Græcam accommodari non possit, ἀπαύστως

(*e*) Colb. secundus, *sin autem a malitia bonitatem, quod dicere nefas est*. Id plenius quidem esse et clarius fateor; sed vereor ne quid librarius de suo addiderit, cum simpliciter apud Basilium legatur, εἰ δέ, ὃ μὴ θέμις εἰπεῖν, θαυμάζω, *sin minus, quod dicere nefas est, miror*, etc.

(*f*) Colb. secundus, *consimile*. Ad verbum ita interpretabimur, *quia nihil contrariorum a contrario suo generatur*. Verba Græca hæc sunt, διὰ τὸ μηδὲν τῶν ἐναντίων παρὰ τοῦ ἐναντίου γίνεσθαι. Statim Colb. secundus, *a luce firmatas*, non ita recte. Subinde editi, *ad contra*. Libri antiqui, *ad contraria*.

(*g*) Libri veteres, *mala*.

(*h*) Editi, *actorem*. Colb. secundus. *auctorem*. In Græco, ἀρχηγόν.. Idem mendum aliquanto ante emendavimus.

(*i*) Editi, *cupiditates*. At nostri tres mss., *cupidines*.

cohibere;vel instigantem vitare,vel veritatem sequi' vel odisse mendacium,mitem moribus esse vel asperum,humilem vel elatum. Quarum igitua rerum domini habemur,earum aliunde non mutuamur initia. Itaque recognosce quia quod proprie malum est, ex commissis arbitrii liberi capit exordium.Neque enim si malum ex necessitate descenderet,tantus peccantibus legum metus incumberet:aut judices supplicia **713** criminosis digna statuerent.Hæc mihi dicta sint super eo quod proprie malum est.Ægritudinem vero vel egestatem,aut ignominiam,et alia quæ solent mœstificare mortales, (*a*) necdum in malorum censeo partem ponenda; quia nec eorum contrariæ causæ in maximis bonorum sedibus collocantur:quorum alia sunt naturalia,quæ plerumque nobis videntur utiliter evenire.Quapropter (*b*) suspectam de moribus narrationem in præsentia compescentes, considerationem potius tenebrarum simpliciter, ac sine ulla calliditate nostris mentibus attrahamus. Flagitat autem sermo scire nos,si tenebræ congeneratæ sunt mundo, etsi anteriores putandæ sunt esse quam lux.Quod si ita est, cur deterior res meliore habentur antiquior?Quanquam asseramus has quoque tenebras non ex sui constare substantia,sed esse vitium quoddam in aere, subtracta luce confectum. Et rursus quærendum est qua luce locus mundi repente privatus est.Arbitramur enim quia si fuit quidpiam,ante institutionem sensibilis hujus et corruptibilis mundi, profecto in luce fuit. Neque enim dignitas angelorum,nec omnium cœlestium militiæ, vel si quid est nominatum,aut incompellabile, aut aliqua rationabilis virtus, vel ministrator spiritus, degere posset in tenebris,sed in luce,et lætitia decentem sibi habitum possidebat. De qua re neminem puto contradicturum . Quisquis ergo lumen illud quod super cœlos est in bonorum promissionibus opperitur,de quo Salomon dicit:*Lux justis semper* (*Prov.*XIII, 9).Et Apostolus : *Gratias agentes Deo et Patri,qui nos fecit idoneos in portione sortis sanctorum in luce* (*Col.*I,12). Si enim damnati in tenebras ultimas abigantur,hi qui remunerationem pro dignis operibus præstolantur, in ea sine dubio luce, quæ est extra mundum,quietis domicilium sortientur.Igitur quia constat factum esse cœlum præceptione Dei subitoque distensum,ac familiari circum ter-

A

B

C

ram rotunditate conclusum,habens corpus spissum, et adeo validum, ut possit ea quæ extrinsecus habentur ab interioribus separare ; ob hoc necessario post se regionem relictam,carentem luce constituit, ut pote fulgore qui desuper radiabat excluso. Tria enim simul oportet in umbra facienda concurrere, lucem, corpus, et obscuratum locum. Ergo mundanas tenebras, ex umbra cœlesti corporis exstitisse sciendum est. Tu vero per exemplum manifestum adverte quæ dicimus.Si sub meridianis horis tabernaculum tibi quoddam ex materia densa nimis et opaca fundaveris, in spontaneis te ibidem tenebris collocabis. Tales ergo et illas tenebras esse opinare, non principaliter substitutas,sed processum secutas alterius. Has autem tenebras ferunt abysso superferri : quia extremitas aeris solita est conjungi corporum speciebus. Sed (*c*) tunc aqua erat omnibus superjecta, propter quod necessario tenebras super abyssum fuisse relatum est.

6. *Et spiritus*, inquit, *Dei ferebatur super aquam*. Sive diffusionem aeris istius, spiritum dicit,percipe scriptorem portiones tibi mundi singulas enumerantem; nam fecisse Deum dicit cœlum et terram, aquam et aerem, hunc liquidum ante diffusum ; sive,(*d*) quod verum magis existimo,et quod his qui ante nos fuere probatum est,Spiritum Dei dicit, id est sanctum. Reservavit enim Scriptura,ut præcipuam hujus competenter mentionem nominis declararet : nullumque alium spiritum dictum debemus credere, nisi sanctum qui beatæ ac venerabilis Trinitatis expletor est, et hunc Intellectum capiens, majus tibi subinde commodum conferri reperies. Quomodo ergo hic spiritus *aquis superferebatur*? dicam tibi non meum sermonem,sed viri cujusdam genere Syri,qui tantum aberat a sapientia sæculi quantum veræ doctrinæ proximus habebatur. Dicebat enim Syrorum vocem facundiorem esse, et propter Hebraicæ(*e*) linguæ cognationem, Scripturarum magis sermonibus indulsisse. Sensus itaque dicti illius hoc modo est : *Superferebatur*, inquit, *Spiritus*, hoc est fovebat et vivificabat aquarum naturam,ad similitudinem gallinæ cubantis:vitalem virtutem his quæ(*f*)fovebantur injiciens. Hujusmodi ergo ratio quod dixit *superferebatur*, sic interpretatur, id est ad vivificandam aquarum naturam compellebat. Ex quo sufficienter

D

(*a*) Editi,*nedum*.Colb.secundus *necdum*.Mox unus codex, *in malorum censeo parte*.

(*b*) Editi, *suspectam*-Colb.secundus, *susceptam* ; et ita legi oportere multi fortasse arbitrabuntur. Sed non dubito quin vulgata lectio retinenda sit, cum apud Basilium legamus,πᾶσαν οὐντροπικὴν καὶ δι' ὑπονοίας ἐν γέ τῷ ταρότνι κατασιγάσαντες.Nemo enim,opinor,non videt Eustathium,cum *suspectam* scripsit, exprimere voluisse illud,καὶ δι' ὑπονοίας.Sed ut alibi sæpe,ita hic quoque verborum Græcorum sententiam assecutus non est.Hunc locum ita conversum oportuerat:*Omnem igitur interpretationem, tropis et allegoriis constantem,in præsentia prætermittentes,tenebrarum notionem simpliciter et citra curiositatem, sensum Scripturæ seculi, accipiamus*.

(*c*) Edlti. *aqua jam omnibus*. Colb. secundus,*aqua erat omnibus*. Aliquanto post idem codex, *super aquas*.

(*d*) Editi,*quod magis existimo*.Colb.secundus,*quod verum magis existimo*.In Græco,ἀληθέστερον. Ibidem mss. duo cum editis, *præcipuam*. Alius, *præcipue*.

(*e*) Antiqui duo libri et editi, *linguæ cognitionem*. Ethic quoque unius litterulæ mutatio pulcherrimam sententiam depravavit. Non enim *cognitionem* legi oportet sed *cognationem*, ut ex Colb. secundo discimus, magisque ex verbis Basilii, quæ hæc sunt, διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἑβραΐδα γειτνίασιν. Rursus Colb. secundus, *magis quæstionibus indulsisse*.

(*f*) Editi,*fovebantur initians*. Antiqui duo libri,*injiciens*. In Græco, ἐνιείσης, — Quæ vox ad ὄρνιθος refertur ita ut sensus sit... *ad sim. Gall. cub. vitalemque virt. his quæ foventur immittentis*. Edit.

etiam illud quod a quibusdam valde requiritur, approbari potest : quia nec genitali potentia Spiritus **714** sanctus caret.

7. *Et dixit Deus, Fiat lux.* Prima vox Dei naturam luminis fabricavit, ac tenebras dispulit, mœroremque dissolvit, et omnem subito lætam speciem jucundamque produxit. Polus tunc apparuit, qui erat interim celatus a Domino ; tantaque ejus pulchritudo perclaruit, quantam nunc etiam testificatur aspectus. Aer autem illustrabatur ex ea luce quæ sibi erat admixta, acutamque penetrationem proprii fulgoris, ubique per omnes suos terminos intendebat. Sursum enim ætheri erat cœloque vicinus ; latitudine autem boreales simul et australes, eoasque partes, necnon et occiduas contingebat, quippe cujus natura lucida est atque perspicua, propter quod nullas moras aut tempora lux per eum commeans sustinebat. Sicut enim obtutus nostros, sine ullo momento temporis, aer mox ad ea dirigit quæ videntur ; ita lucis accessum velociter, et omni celeritate perceptum, per omnes fines suæ complexionis infudit. Æther quoque venustius (*a*) illuminatum efficitur, et aquæ splendidiores apparent, non solum quia lucis candore lustrantur, sed etiam repercussione ejus emicantes, clariorem reddunt aeris effigiem. Ita omnia vox divina, grata et honesta constituit. Nam sicut hi qui olei aspergine perspicuum sibi profundum maris efficiunt, sic rerum conditor Deus suis oris afflatu, jucunditatem lucis, mundo repente constituit. *Fiat lux*, dixit Deus : confestimque præceptio fuit opus, et facta natura est, quia nihil voluptuosius in fruendo cogitationem poterit subire mortalium. Sed et si quando vocem sermonemque, vel præceptionem Dei dicimus, debes advertere non intentione (*b*) motuque corporis vocem reddentis sonum quempiam destinari, nec aerem lingua (*c*) verberatum, esse Dei sermonem : sed voluntatis suæ momentum, quoniam propter eos qui docentur utilius esse censemus, speciatim figurare præceptum. *Et vidit Deus quia lux bona.* Quibus igitur lucem celebrare nos poterimus laudibus, cum tale de sua bonitate testimonium a Conditore meruerit? Licet divina verba nostros paria oculos de illa judicare compellant, nam sermo non sufficit explicare quantum sensus aciei præveniens attestatur. Si enim pulchritudo corporea ex (*d*) membris inter se rite compositis, et ex coloris venustate formatur, quomodo lucem cujus natura simplex est, sibique per omnia similis, plena prædicatione quod bona sit, possumus explicare ? Ita enim et aurum bonum dicimus, non quia bene operatum est, sed quia coloris sui magna nobis oblectamenta largitur. Similiter etiam stella quæ vocitatur Antifer, omnium siderum pulcherrima nominatur, (*e*) non propter eximiam compaginationem membrorum, quæ nulla sunt ei, sed quia lætum alacremque fulgorem nostris impendit obtutibus. Hujusmodi ergo Dei testimonium, non ad hoc solum respicit quod per se lux bona est et jucunda cernentibus, sed etiam propter utilitatem quæ postmodum ex ea fuit collata mortalibus, bonam dixit. *Et separavit Deus inter lucem et tenebras*, id est incommixtam naturam illarum, sibique ex contrarietate disparem fabricavit ; quippe quas prolixis a se spatiis et destituit et discrevit, sicut dictum est : *Et vocavit Deus lucem diem, et tenebras vocavit noctem.*

8. Nunc quidem post solis creationem dies appellatur, id est aer (*f*) sole illustratus, cum in hemisphærio quod supra terram est commoratur ; nox autem dicitur terræ obumbratio, quæ sole in occasu condito generatur, tunc autem non solum corporis motu, sed diffusione principalis luminis, modo se subducentis, modo denuo reducentis, secundum divinam præceptionem dies fiebat, noxque sequebatur. *Et facta est vespera, et factum est mane dies unus.* Vesperæ igitur nuncupatio, communiter intelligenda est. Nam et incipiente die, et ad occasum vergente, nox ei sua vicinitate contigua est : verumtamen ut nativitatis diurnæ privilegia reservaret, dixit primo vesperam, dicens quia nox diem comitatur. Nam antequam lux crearetur, nox non habebatur in mundo, sed tenebræ. Obumbratio ergo terræ quam supra diximus intercidens diem nox appellata est : et deo novo nomine post generationem vocitata est : *Facta est itaque vespera, et factum est mane :* non dixit *dies atque nox*, sed vespera et mane, ut vocabuli videlicet dignitatem parti meliori tribueret. Nam dies æque vesperam maneque contingit, et hanc consuetudinem reperies ubique custodire Scripturam in temporibus numerandis. Dicimus enim tot dies elapsos esse, nullam facientes noctium mentionem, sicut psalmus docet : *Dies annorum nostrorum* (*Psal.* LXXXIX, 10). Et iterum Jacob : *Dies vitæ meæ breves* (*g*) *et mali* (*Gen.* XLVII, 9). Et alibi : *Omnes dies vitæ meæ* (*Psal.* XXII, 6). Ergo quæ tunc historiæ causa relata sunt, pro legibus in posterum valitura scriptor instituit. *Et fuit vespera, et fuit mane dies unus.* Quamobrem non dixit, primus, sed unus ? Et (*h*) certe consequentius fuerat ei, qui dicturus erat de secundo et tertio, et quarto, primum diem potius appellare quam unum. Sed hoc dixit, aut mensuram diei simul

(*a*) Colb. secundus, *illuminatus efficitur ;* et ita ex regulis grammaticis legi oportere putarem, nisi vox *æther* esset neutrius generis apud Eustathium, qui in libro tertio ultra medium sic scripsit, *æther autem quis dubitet flammeum esse ?*

(*b*) Editi, *mentione motuque.* At nostri tres mss., *intentione motuque.*

(*c*) Editi, *verberatum sermonem.* Colb. secundus, *verberatum esse Dei sermonem.* In Græco, τὸν θεῖον λόγον.

(*d*) Colb. secundus, *ex membris et coloribus inter se compositis et ex venustate formatur.*

(*e*) Codex unus, *non pro eximia compaginatione.*

(*f*) Editi, *sole lustratus.* Colb. secundus, *sole illustratus.*

(*g*) Colb. secundus, *breves et maligni.* Statim editi, *quæ tum historiæ.* Libri veteres, *quæ tunc historiæ.*

(*h*) Editi, *quia certe.* Antiqui duo libri, *et certe.* In Græco, καὶ τοίγε. Ibidem editi, *qui districturus est.* Colb. secundus, *qui dicturus erat.* Alii duo mss., qui *dicturus est.*

noctis que definiens, et tempus (*a*) utriusque conjungens : ut viginti quatuor horæ unius spatium diei viderentur efficere, subaudientibus videlicet nobis, quia nuncupatione diei, nox quoque debet intelligi. Unde, etiamsi unum ex his fieri longiorem, solstitiali immutatione 715 contigerit, præfinitum tamen tempus horarum utriusque complectitur intervalla, tanquam si dixeris viginti quatuor horas ad mensuram unius diei pertineri : vel unum forsitan dixit, ob hoc, quia in cœlo de certis signis in eadem iterum sub uno die processio solis et reversio celebratur. Ita quoties vespera vel mane, secundum solis circuitum, terrarum orbem complectitur, non ampliore tempore quam unius diei spatio, propria solet curricula definire. Vel sicut secretior tradit ratio, Deus cum naturam temporis procrearet, et mensuram ei signaque certa ex dierum constituit intervallis : et per septimanam numerari voluit, eamque semper in semetipsam converti præcepit, motum temporis metientem, rursusque (*b*) septimanam suppleri jussit unius diei spatio, quæ septies in semetipsa reflectitur. Hæc enim ratio est volubilium schematum, ut a se incipientia semper in semetipsa ferantur. Quod etiam sæculorum proprium est, quæ per sua se incessanter vestigia revolvendo, terminum nulla ratione percipiunt. Propterea verticem temporis non primum, sed unum nuncupavit diem : ut ex ipsa nuncupatione cum sæculo sibi servaretur affinitas. Rerum enim simplicium, nihilque commune cum aliis habentium, specimen indicans congrue penitus et decenter nominatus est unus. Et quamvis multa sæcula nobis Scriptura declaret dicens *sæculorum esse sæcula*, tamen nec ibi primum, aut secundum, aut tertium sæculum numeratur. Unde causarum potius diversarum actuum que differentias, et non sæculorum circuitus et successiones ac fines datur intelligi. *Dies enim*, inquit, *Domini magnus et lucidus* (*Joel.* II, 11). Et alibi : *Quid vobis quærere diem Domini? Qui tamen tenebras habet, non lucem* (*Amos* V, 18). Sed tenebras eas dixit quæ deputatæ sunt sibi dignis. Nam inocciduum et sempiternum diem illum sermo testatur, quem etiam octavum psalmus appellat : quippe qui extra tempus habetur. Sive ergo diem, sive (*c*) sæculum, sive septimum dixeris, ex eodem trahitur intellectu, singulariter et non multipliciter declaratur. Itaque ut ad futuram vitam nostra cogitata dirigeret, diem principalem, qui est imago sæculorum, unum non immerito vocitavit, ut pote lumini æquævum. Dico autem sanctum Dominicum qui resurrectione glorificatus est Salvatoris. Et hoc est quod dixit : *Facta est vespera, et factum est mane dies unus*. Sed vesperæ quidem illius narratio occupata, præsenti vespera modum cursui nostræ disputationis imponit. Pater autem veræ lucis, qui diem cœlesti lumine decoravit, et noctem ignis radiis clarefecit, qui venturi sæculi requiem merentibus præparavit, corda vestra perlustret agnitione veritatis, et intemeratam custodiat vitam vestram, præstans vobis honeste ambulare, quatenus fulgeatis ut sol in claritudine sanctorum suorum, ad exsultationem meam in diem Domini, cui gloria et honor, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

(*a*) Antiqui duo libri et editi, *utriusque contingens*. At Colb. secundus, *utriusque conjungens*, et ita scribendum judicavimus ob illud ἀνυπάπτων. Mox editi, *videntur efficere*. At nostri tres mss., *viderentur*.

(*b*) Antiqui duo libri et editi, *rursusque septimanam supplere jussit unius diei spatia*. At Colb. secundus ut in contextu. Ibidem codex noster, *qui septies*.

(*c*) Editi et Colb. primus, *sive sæculum, sive septimum dixeris*. Colb. alter, *sive secundum septimum dixeris*. Vetus codex qui apud nos servatur, *sive sæculum septimum dixeris* : in quibus omnibus vitii aliquid inesse suspicor. Mihi igitur verisimile fit vocem *septimum* loco motam fuisse, eamque reponi debere paulo altius, hoc modo : *Quippe qui extra tempus septimum habetur* : cui conjecturæ non parum favent Basiliana illa, διὰ τὸ ἔξω κεῖσθαι τοῦ ἑβδοματικοῦ τούτου χρόνου. Utut hæc sunt, nihil in contextu mutavimus, fidem librorum antiquorum secuti. Aliquanto post Colb. secundus, *ut sol in claritate*.

LIBER TERTIUS.

1. Primæ diei opera, vel potius unius, neque enim fas est ei nos detrahere dignitatem quam a Conditore promeruit, cum per se singulariter ederetur, nullatenus aliarum connumerata curriculis, (*a*) cum omnia quæ in ea facta sunt, heri noster sermo disseruit. Et hæc passim dividens, alimoniam matutinam, vespertinamque lætitiam præstitit animis auditorum; nunc autem ad miracula secundi diei properamus. Hoc autem commemorans, non in referentis potentia colloco quæ dicuntur, sed in Scripturæ gratia, quæ naturaliter possidens intelligendi facilitatem, illis amorem suum cordibus inspiravit, qui persuasioni superfluæ anteferunt veritatem; sicut et psalmus veri suavitatem demonstrans, ita dicit : *Dulcia faucibus meis verba tua, super mel ori meo* (*Psal.* CXVIII, 103). Heri itaque, quantum possibile fuit, erga verba Domini commorantes vestros sensus delectatione replevimus. In hodiernumque diem festinanter occurrimus, sequentium rerum miracula spectaturi. Verumtamen minime latere nos potuit, quia multi opifices labore suarum manuum victitantes, circumstant nos, et admonent ut narrationem propositam brevitate stringamus, ne diutius extrahantur ab opere. Quibus hoc respondeo, quia pars modica temporis fenerata Deo, non solum ipsa non deperit, sed cum magnis ab eo rependitur incrementis. Omnes (*b*) enim res quæ occu-

(*a*) Editi, *cum omnibus*. At nostri tres mss., *cum omnia*. Statim editi, *intelligendi facultatem*. Libri veteres, *intelligendi facilitatem*. In Græco, τὸ εὐπαράδεκτον. Paulo post editi, *quæ persuasioni*, Colb. secundus, *qui persuasioni* : recte.

(*b*) Editi, *omnes enim res*. Antiqui duo libri, *omnis*

pationum causas efficiunt, Dominus omnipotens opportune scilicet tribuens corporibus fortitudinem, animisque lætitiam, nec non facultatem negotiis peragendis, si tamen nos sæcularibus præponenda spiritalia censeamus. Quod si forsitan in præsenti vita, remunerationem bene gestorum recipere non potuerimus, **716** futuris tamen sæculis, copiosos sine dubio thesauros sortiemur. Quapropter obsecro vos ut omnes cogitationes mundanas de vestris mentibus excludatis, et penitus mihi vos integros præbeatis. Neque enim ullum commodum capiet præsentia corporalis; cum mens curis implicata terrestribus, creditur (*a*) absentare.

2. *Et dixit Deus: Fiat firmamentum; et sit separans inter aquam et aquam.* Jam quidem hosterno die audivimus verba Domini dicentis: *Fiat lux*, hodie, *Fiat firmamentum.* Plus tamen quiddam videntur habere præsentia. Neque enim verbum in nudo præcepto remansit, sed causa per quam quæritur firmamenti productio apertius declaratur; id est, *ut dividat inter aquam et aquam.* Primo quidem reputemus, discutientes quomodo Deus alloquitur, nostro ne, id est hominum more, qui prius futuræ rei formam concipimus intellectu; deinde ex subjectis congruas et familiares unicuique significationes colligentes exprimimus, et post hoc ministeriis vocalium officiorum cogitata manifestantes, per (*b*) aeris crepitum et articulati sermonis obsequium, publicamus sensum corde conceptum. Et quomodo non insanire dicendus est qui Deum talibus officiis indigere pronuntiat ad explananda quæ cogitat; cum magis pium sit asserere, quia voluntas divina, et prior impetus mentis ejus, Verbum est Dei? Quod ideo in specie quadam Scriptura figuravit, ut ostenderet quia non solum fieri voluit creaturam, sed etiam (*c*) aliquo cooperante perfecit. Poterat enim sicut ex initio de omnibus historicus, et modo referre, quia *in principio fecit Deus cælum*, deinde *fecit lucem*, et postea *firmamentum*: nunc autem Deum jubentem et loquentem videtur inducere, nullo nos impediens fascino quominus vestigiis (*d*) indiciisque perducti, ad contemplationem ejus qui est ineffabilis veniamus. Quæ enim labore quæsita sunt, et jocunde percipiuntur, et diligentissime conservantur. Nam quorum facilis habetur adeptio, eorum sine dubio fastidiosa possessio est, propterea nos tramitem veræ rationis ingressos, ad explorandum dirigit Unigenitus. Et certe vocifero sermone non erat opus incorporeæ naturæ, cum (*e*) destinatio cogitationis cooperantem latere non posset, quippe quibus consiliorum societas, ex ipsa potestate suppeditat. Num vox propter auditum necessaria est, et auditus propter vocem. Ubi vero nec aer est, nec lingua, nec aures, nec tactus asperior, ad sensum capitis repercussum sonitum perducendo, ibi nec sermo necessarius est, sed ex ipsa, ut ita dixerim, cardinali cogitatione fit participatio voluntatis. Sicut ergo prædiximus, ut mens nostra consurgeret ad inquisitionem vultus ejus de quo agimus, prudenter et optime schema hujusmodi elocutionis assumpsit.

3. Secundo loco quærendum est si aliud præter id quod initio factum est cœlum, firmamentum fuit, quod tamen et ipsum cœlum vocitatur; vel si certe duo cœli sunt, quanquam philosophi de cœlo disputantes tolerabilius (*f*) acquiescent linguas suas truncandas exponere, quam ut duos cœlos esse concedant. Unum enim asserunt cœlum, cujus naturam minime pati confirmant, ut secundum vel tertium adjiciatur ei, quoniam, inquiunt, tota cœli substantia in uniuscujusque conformatione consumpta est. Singulare namque ferunt corpus esse vertibile, certoque ambitu circumseptum, quod quia in primi cœli creatione profecit, nihil (*g*) reliqui esse ad secundi vel tertii compositionem. Sed hæc dicentes materiam quamdam ingenitam Conditori opinantur habitam, ex prima fabulositate sequentium mendacia contexentes. Nos autem rogamus Græcorum philosophos, non (*h*) antea nostra reprehendere, quam inter se valeant ipsi tenere concordiam. Nonnulli enim ex his infinitos esse cœlos asserunt, et mundos innumerabiles: quorum quando malesuadam professionem superaverint acriores, probationibus quibusdam ex geometriæ necessitate collectis, rursus affirmare se putant, eo quod natura non ferat, ut aliud cœlum præter unum generari potuerit. (*i*) Sed eos tunc magis nos risu dignos dicimus, maxime quia videntur sæpe quoque in aqua fieri plurimi, unde dubitandum non est de multitudine cœlorum, et quod vivida creatrix omnium virtus, in eorum constructione suffecerit, quorum fortitudinem et magnitudinem, si Dei potentiam contemplati fuerimus, non arbitrabimur discrepare a fluxu liquoris, qui cum in vacua vasa diffunditur, quibusdam interdum reflatio-

enim res. Vulgatam lectionem retinendam censemus, sic tamen ut aliquod verbum post vocem *omnipotens* suppleatur, hoc modo: *Dominus omnipotens submovebit, opportune scilicet*, etc. Nam aliquid hoc loco et in editis et in mss. deesse vel cæco apparet.

(*a*) Colb. secundus, *creditur absentata.*

(*b*) Idem codex, *per aeris spiritum.*

(*c*) Editi et duo mss., *aliquo operante.* Colb. secundus, *cooperante*: verbum pro verbo, cum Græce legatur διὰ τινος συνεργοῦ.

(*d*) Editi, *indiciisque producti.* Libri veteres, *perducti.*

(*e*) Editi, *cum destinationis cooperantem latere*, etc. At Colb. secundus, *cum destinatio cogitationis latere*, etc. Ita hunc locum emendare conati sumus, ut, voce *cooperantem* retenta, pro *destinationis* scripserimus ex Colb. secundo, *destinatio cogitationis.*

(*f*) Colb. secundus, *acquiescerent.* Nec ita multo post idem codex, *in unius confirmatione.* Subinde hic ille ipse codex, *ambitu circumscriptum.*

(*g*) Editi, *reliqui est.* At nostri tres mss., *reliqui esse.*

(*h*) Vocem *nostra* ex Colb. secundo addidimus.

(*i*) Editi, *sed eos tanto magis risu.* Antiqui duo libri, *sed eos tunc magis nos risu*, etc. Aliquanto post editi, *et vivida creatrix omnium virtus.* Colb. secundus secundis curis, *et an creatrix omnium virtus.* Vetus hic noster codex, *et quod vivida creatrix*, etc. Sed, ut verum fatear, vox *quod* scripta est in nostro hoc libro secundis curis; sic tamen ut addita sit aut eadem manu, aut certe antiquissima. Eam vocem addendam censuimus.

nibus intumescit. Ergo risibilis eorum penitus propositio est, de omnipotentis impossibilitate certantium. **717** Nos autem tantum absumus secundo cœlo discredere : quia et tertium profitemur, cujus beatissimus Paulus non est fraudatus aspectu (*II Cor.* XII, 2). Nam psalmus nominans cœlorum cœlos etiam plurimorum nobis subjicit intellectum. Nec tamen admirabilior ista quæstio, septem illis (*a*) orbibus videtur, secundum quos ferri septem stellæ, consonanter ab omnibus prædicantur : quos etiam reconditos in se dicunt, exemplo cadorum uno super alium commissorum, et eos contrariis adversus se motibus impulsos, et acuta cum gravibus temperantes, concentum quemdam et harmoniæ melos reddere dulce confirmant. Cujus rei assertores, cum fidem dictorum suorum ratione communis sensus approbare cogantur, hoc dicunt quia per veterem consuetudinem (*b*) intenti auribus, erga crepitum illum qui ex prima nativitate resonuit, usu quotidiano, oppletarum aurium sensus obsurduit, atque ideo minus harmoniam possumus auscultare, sicut in officina fabrili, assiduis ictibus operantium contusus hebescit auditus. Verum has sæculariorum (*c*) meditatas astutias illis tractare permittentes, nos ad sermonem redeamus Ecclesiæ. Dictum est itaque a præcessoribus nostris, non esse hanc secundi cœli creationem, sed prioris expositionem. Ibi enim carptim Scriptura retulit cœli terræque facturam ; hic curiosus rationem (*d*) tradidit nobis, qua unumquodque confectum sit elementum. Nos autem dicimus quia quando et nomen aliud, et usus proprius est in secundo, aliud esse necessario illud (*e*) quod primo factum est cœlum habens naturam validiorem, quæ præstat rebus omnibus utilitatem præcipuam.

4. (*f*) *Et dixit Deus : Fiat firmamentum, et sit dividens inter aquam et aquam.* Igitur antequam radicem eorum quæ scripta sunt attingamus, experiamur ea quæ nobis objicienda putamus ab aliis improbare. Sciscitantur namque nos, proponentes, si sphæræ simile habetur firmamenti corpus, sicut visio ipsa testatur, (*g*) quomodo fluitans aqua, semperque ad inferiora delubricans, poterat in globositate curvati firmamenti consistere ? Quid respondemus ? quia non omnimodis, quod videtur nobis suspicientibus intrinsecus esse volubile, hoc etiam extrinsecus in sphæræ similitudinem creditur esse formatum. Siquidem lavacrorum marmoreas videmus cameras, interius quidem semirotundo schemate fabricatas, in fastigiis vero suis habere planitiem. Cessent ergo super hoc nobis calumniam generare, jactantes quod aqua non possit in superioribus partibus contineri. Reliquum est ut dicatur quæ natura sit firmamenti, et cujus rei gratia intercedere statuta est aquis. Solemne igitur Scripturæ est in causis virtute præstantibus, hæc proferre, velut si dicatur : *Dominus firmamentum meum et refugium meum* (*Psal.* XVII, 5). Et alibi : *Ego firmavi columnas ejus* (*Psal.* LXXIV, 4). Et : *Laudate eum in firmamento potentiæ suæ* (*Psal.* CL, 1). Et sæculares quidem firmum corpus dicunt, quasi condensatum ; et referunt quod ad distinctionem mathematici corporis indicatur ; aliud est enim mathematicum, et aliud quod intervallorum prolixitate subsistit, id est, in altitudine et latitudine distensum. Quod autem firmum est, cum sit (*h*) disjunctum spatiis, etiam duritiam possidet. Sed Scriptura consuevit illud corpus quod est validum nimis et solidum vocare firmamentum, sicut et aerem crassum et concretum eodem solet sæpius appellare vocabulo, cum dicit : *Qui firmavit tonitruum* (*Amos* IV, 13). Spissitudinis enim duritiem, quia spiritus conceptus in nubibus violenterque proruptus efficit sonum tonitrualem, firmationem tonationis appellat. (*i*) Unde nunc quoque arbitramur in aliqua firmissima natura, meatum aquarum lubricationemque consistere, et contentam vocis hujus repagulo sustineri, quoniam de aquarum communium editione nativitatem creditur habuisse, vel certe humori coagulato similem esse convenit æstimare : aut ejusmodi alicui materiæ, quæ ex diffusione liquoris sumpsit originem, qualis est lapidis natura crystallini, quem ferunt ex aquarum concretione generari. Lapis vero qui proprie lucidam possidet perspicuitatem, et qui secundum suam naturam fuerit sincerus inventus, nec alicujus putredinis admixtione (*j*) fœdatus, nec fundus rimis aliquibus fixus est, aeri similis habetur in colore ; sed nulli eorum conferre nos fas est firmamentum. Puerilis enim revera et insipientis est mentis, talem capere de cœlestibus opinionem. Sed neque si omnia in omnibus sunt, id est, ignis in terra, aer in aqua, in aliis alia, nec quia eorum elementorum quæ nostris sensibus subjiciuntur, nihil sociale habetur, vel mediarum, vel contrariarum communione causarum : ob hoc etiam arbitrari debemus, firmamentum, aut unum ex simplicibus esse, aut quod ex eis processit esse promiscuum, cum manifeste nobis Scriptura præcipiat nihil sensui nostro

(*a*) Editi, *septem illis ordinibus*. Codex noster et Colb. secundus, *septem illis orbibus*. Græce, τῶν ἑπτὰ κύκλων.

(*b*) Antiqui duo libri, *intentis auribus*. Alius, *intenti auribus*. Aliud scripsit Basilius, aliud interpres. Quare qui sententiam verborum Basilii nosse cupiet, ipsos fontes Græcos adeat suadeo.

(*c*) Editi, *meditatus*. At nostri tres mss., *meditatas*.

(*d*) Editi, *tradit....quia*. Veteres duo libri ut in contextu.

(*e*) Editi, *primo quod*. Antiqui duo libri, *quod primo*.

(*f*) Editi et duo mss., *Et dixit Dominus*. At Colb. secundus, *Et dixit Deus*.

(*g*) Editi, *quomodo fluctuans aqua semper ad inferiora*. Antiqui duo libri, *quomodo fluitans aqua semperque ad inferiora*. Alius, *quomodo fluitans aqua, semperque ad inferiora*.

(*h*) Editi, *distinctum spatiis*. Veteres libri, *disjunctum spatiis*.

(*i*) Editi, *tunc*. Colb. secundus, *nunc*. Statim idem codex, *consistere, et contentam*. Vocula *et* in editis desideratur. Aliquanto post veteres duo libri et editi, *aut ejus alicuimodi materiæ*. Alius, *aut ejusmodi alicui materiæ*.

(*j*) Sic mss. duo. At impressi libri, *fœdatur*. Ibidem editi, *ruinis alicujus*. Codex noster et Colb. secundus, *rimis aliquibus*. Græce, ταῖς διαφύσεσι. Subinde Colb. secundus, *quæ nostro sensui*.

ficere amplius quam concessum est opinari. Nec illud nos, quæso, prætereat indiscussum, quod postquam Deus præcepit, dicens : *Fiat firmamentum*, non sine ratione (*a*) adjecit historicus: *Et factum est firmamentum*. Nam ante *fecit Deus firmamentum*. Et iterum : *Divisit Deus*. Auscultent igitur surdi, et illuminentur ad videndum cæci. Quis autem tam surdus est, quam qui non audit ita palam vociferantem Scripturam? vel quis tam cæcus, nisi qui evidentibus documentis instructus, gloriam Unigeniti non respectat? Et dixit Deus : *Fiat firmamentum*. Hæc vox destinationis indicat causam. **718** Quod autem dixit : *Quia fecit Deus firmamentum*, perfectionis est demonstratio.

5. Nunc in reliqua sermo vertatur. *Et sit dividens inter aquam et aquam*. Infinita erat, quantum datur intelligi, aquarum diffusio, undique alluentium terram, ita ut aliorum etiam elementorum statutos terminos videretur excedere; (*b*) propterea in sequentibus dicitur abyssus circumdedisse tellurem. Sed multitudinis quidem aquarum causam paulo inferius exponemus. Verumtamen nullus nostrum, sed nec eorum qui valde sunt eruditi et acutissime intuentes ad corruptibilem hanc fluxamque naturam, opinando valebit reprehendere, vel (*c*) impossibilia vel figmentis quibusdam narrationi conglutinata nos verba proferre; nec exiget probationes per quas possumus astruere super quid aquarum fuerit natura fundata. Ea enim ratione qua terram aquis graviorem firmantes, in media omnium hanc librata esse pronuntiant, illam quoque cœlestem aquam, propter naturalem impetum ejus, semper ad ima tendentem, et propter æqualitatem ex omni parte collocatam, necesse est super orbem terrarum stabiliter permanere. Ergo ampla nimis erat aquarum natura, ac non pro terræ dimensione diffusa, sed multo largius illius ambitum superabat. Ita ex initio magnificentissimus artifex futura prospiciens, sequentium utilitatem ex priorum dispositione constituit. Quæ causa fuit ergo ut æquæ enormitas exuberaret in terris? Quoniam necessaria erat rebus ignis natura, non solum erga dispensationem terrestrium, sed etiam ad perfectionem cunctorum. Etenim brevissima semiplenaque forent omnia, si maximis ac principalibus elementis aliquid minus esset, quæ quidem contraria sibimet, atque alternæ substantiæ devoratoria scimus esse. Ignis enim consumit aquam, quando virtute præcellit, aqua vero cum abundaverit exstinguit ignem. Erat ergo necessarium, neque concordare inter se firmiter hæc elementa, nec integra (*d*) penitus defectione alterius, præbere causam solutionis rerum omnium, ideoque sufficientem gubernatur mundi reposuit humoris copiam, ut præscriptos sibi terminos non excedens, igneæ posset edacitati resistere. Deus enim, qui omnia sub ponderationis et mensuræ ordinatione constituit, *cui etiam guttæ imbrium numeratæ sunt*, teste Job (xxxvi, 27), noverat quanto tempore aqua in orbe terrarum permanere deberet, et vel quantam igni alimoniam præpararet. Hæc est aquarum ratio secundum creaturam. Verumtamen usus ignis quam necessarius sit rebus humanis, quis ita vivendi penitus expers habetur, ut hoc non aliter nisi ex (*e*) doctrinæ traditione cognoverit? Nam non solum eæ artes quæ vitæ humanæ sustentatrices sunt, indigent ignis auxilio, sed arborum etiam germinatio, fructuumque maturitas, et animalium tam terrestrium quam marinorum nativitas, neque principio processisset, neque perduraret in tempora, si coloris beneficium defuisset. Aquarum quoque abundantia valde fuit necessaria, ut incessabiliter et sine intermissione pastum sibi de his ignis attraheret.

6. Intuere denique diligentius creaturam, et invenies vim fervoris cunctis quæ oriuntur et occidunt, potenter hærere. Propterea terris aquæ largissimæ sunt infusæ, ultraque quam videntur sunt extensæ, quæ et fundum telluris attingunt; unde etiam fontibus et puteis largior copia manandi suppeditat, præcipitesque torrentium (*f*) cursus, ut humor in multis ac diversis videlicet horreis conderetur. Itaque ab Orientis partibus hibernis progreditur Indus fluvius omnium violentior fluentorum, sicut speculati sunt ii qui situm orbis descripsere terrarum. De meridianis autem locis Bactrus effluit et Choaspis, et Araxes, ex quo Tanais, abruptus in Mæoticam transit paludem. Phasis autem de Cancasiis exit montibus, et innumerabiles alii, de (*g*) regionibus arctois ad Euxinum feruntur Pontum. Ab Occidentis vero climatibus æstivis, sub Pyrenæo vertice Tartesus, atque Ister, quorum unus in exteriora maria decurrit, alter veniens bosius quidem, sed ita tamen ut exprimatur utcunque illud, ἢ πλασματώδη. Mox editi, *quas possumus*. Libri veteres. *possimus*.

(*a*) Editi, *adjacet historicus*. At nostri tres mss., *adjecit*. Haud longe editi, *et factum est firmamentum*. Et iterum Colb. secundus, *Et factum est firmamentum : nam et fecit Deus firmamentum. Et iterum*. Codex noster ut in contextu.

(*b*) Editi et Colb. primus, *propterea insubsicibilis dicitur*, novo necdum audito loquendi genere. Colb. secundus, *propterea in sequentibus dicitur*. Eustathius expressum voluit illud Basilii, διά τοῦτο γὰρ ἐν τοῖς κατόπιν, etc. Sed tam longe a scopo aberravit, ut longius aberrari non possit. Nam hæc verba ita reddita oportuerat : *Propterea in superioribus dicitur abyssus*, etc. Neque vero hoc loquendi genus, ἐν τοῖς κατόπιν, Eustathio soli, sed et aliis scriptoribus peritissimis errandi causa fuit et occasio.

(*c*) Editi, *impossibilia, figmentisque quibusdam narrationi conglutinatis*. Colb. secundus, *vel impossibilia vel figmentis quibusdam narrationi conglutinata*, ver-

(*d*) Editi, *penitus defectionem*. Nostri tres mss., *defectione*.

(*e*) Antiqui duo libri et editi, *ex doctrinæ traditione*. Colb. secundus, *ex doctrina et ratione*, Statim editi, *hæ artes*. Veteres duo libri, *eæ artes*.

(*f*) Editi, *cursus et humor*. Codex noster et Colb. secundus, *cursus ut humor*, etc., optime. In Græco, ὑπὲρ τοῦ.

(*g*) Editi, *de regionibus Arradis* : quæ vox quid sibi velit, ne Mopsus quidem aut Œdipus divinarit. Colb. primus, *de regionibus Arcadis*, non clarius. Alter Colb., *de regionibus arctois* : quam scripturam veram esse et sinceram constat ex Græcis illis, ἀπὸ τῶν ἀρκτῴων.

per Europam, digeritur in Pontum. Eos autem quid necesse est enumerare, qui de Riphæis Scythiæ interioris montibus oriuntur? Quorum est Rhodanus, qui cum pluribus aliis navigalibus fluviis, Galatas et Hesperios, 719 Celtorumque gentem, multasque finitimas præteriens nationes, pelago miscetur Occiduo. Nam eorum qui ex superiore meridie per Æthiopiam descendunt, id est, (a) Tages, et Nisus, et Cremeas, et Nilus; alii in nostrum mare influunt, alii in citeriorem devolvuntur Oceanum; licet Nilus non sit fluminibus comparandus, quippe qui more pelagi, tempore diffusus æstivo, terram stagnare consuevit Ægyptiam. Ita mundi pars habitabilis aquis tota repleta est, non minus fluctibus æquoreis circumsepta, quam amnibus irrigata, propter ineffabilem sapientiam Conditoris, qui repugnatricem calori naturam, ut esset sufficiens ordinavit. Erit autem tempus quo ignis cuncta torrebit, ut testatur Isaias, loquens ad omnium Dominum Deum: *Qui dicit abysso: Dissipaberis, et omnia flumina tua siccabo* (*Isai.* XLIV, 27). Despecta ergo sapientia sæculari, recipe una nobiscum magisterium veritatis, nullis quidem facundiæ phaleris exornatum, scientiæ vero ratione potissimum.

7. Propterea: *Fiat firmamentum in medio aquæ, et sit dividens inter aquam et aquam.* Diximus quid significat appellatio firmamenti: id est, non duram fortemque naturam, quæ fulcimine aliquo sustentatur et pondere. Nam multo proprius ejusmodi vocabulum terra meruisset, sed propter substantiam superiorum, quæ subtilis et rara est, nulloque sensu comprehensibilis habetur, firmamentum nuncupavit, comparatione scilicet corporum leviorum, quæ nec visu, nec tactu valemus attingere. Et simul cogita locum quemdam, qui discernit humorem, cujus partem tenuiorem supernis stationibus deputavit, crassiorem vero limosamque inferioribus destinavit, ut illa quæ ex initio facta est temperatio permaneret, aquarum paulatim (b) minutione confecta. Sed tu quidem liquoris amplitudini non discredis, ad ignis autem vim non respectas, qui licet exiguus habeatur in visu, multitudinem tamen aquarum valet expendere. Semper enim trahit ad se subjectas undas, in modum medicatoriæ cucurbitæ; facileque consumit eas exemplo luminis lucernalis, quod per (c) appositam stuppam lambens oleum mox peredit. Æther autem quis dubitet flammeum esse atque torridum? Quod nisi statutis sibi a Creatore finibus frenaretur, facile cuncta consumeret: quæ res prohibet ut non totus humor qui rebus diversis insertus est calore solis voratus aresceret. Ob hoc cœlestis facta est aqua loco superiore collecta, quam paludes, et fluvii, pelagusque

(a) Editi et mss., *id est, Tages et Nisus*, male. Quo loco errasse arbitror non librarios, sed Eustathium ipsum, qui cum in exemplari Græco ὅτε Λιγὼν invenisset, inepte syllabam τε voci Λιγὼν conjunxit, sicque ex his duabus vocibus effecit unam, Τεαιγὼν, unde non mirum si id nomen Latine reddens, scripserit *Tages*.

(b) Nostri tres mss., *minuatione confecta*.

(c) Editi, *oppositam*. Libri veteres, *appositam*.

A surgentibus de se vaporibus exhalant, ut non ardor æthereus omnia quæ subjecta sunt conflagraret. Si quidem solem quoque videmus, æstate stagna leviora brevissimo temporis spatio repente siccare. Ubi ergo aqua illa? Demonstrent nobis callidi, dubium ne cuipiam potest esse quin fervore solis expensa defecerit? Licet nec calidum solem dicant esse, tanta illis suppeditat in loquendo facultas. Et considerate quo freti documento, rebus evidentissimis adversantur. Quoniam, inquiunt, candidus (d) color ejus est, et non rubeus, aut puniceus habetur, ob hoc non igneum solem esse contendunt. Calorem autem ferunt ex (e) asperiore ejus circumversione procedere, hoc videlicet argumentantes, ut asserant solem nihil expendere de humore. Sed B ego, etiamsi non verum sit quod objicitur, non refutabo sermonem, utpote mihi astipulantem. Dicebatur enim propter ignis edacitatem aquarum necessariam esse multitudinem: nihil tamen interest utrum naturalis sit an quæsitus ardor, dummodo circa eamdem materiam similes casus exerceat, id est, sive cum inter se ligna fricantur, flamma consurgit, sive sponte succensus ignis, quæ fuerint injecta consumpserit, unus scilicet atque idem exitus ab utroque procedit. Et certe videmus moderatricem sapientiam Dei, solem in alias partes ex aliis transponentem, ut non semper in eisdem commoratus locis, fervoris aviditate mundanum depopuletur ornatum. Sed nunc eum ad Australem zonam, nunc ad signa solstitialia pro temporum mutatione traducit, atque inde in arctoam regionem convertit, ut C paulatim per diversa commigrans terrenis fructibus temperamenta custodiat. Videant tamen si non ipsi sibi probantur obsistere, cum mare ideo confirmant incrementis fluvialibus non augeri, quia calore solis absorbetur, unde etiam salsa et amara ejus aqua perficitur, ut pote quæ saporem propriæ dulcedinis, (f) raptu fervoris amittit et ubi leviorem quidem partem secum aufert, graviorem vero et limosam, velut facem aliquam hic relinquit. Sed qui de mari modo talia disserebant, rursum mutati nullam defectionem fieri liquoris a sole pronuntiant.

8. *Et vocavit Deus firmamentum cœlum.* Proprie quidem aliud illi conveniens fuerat nomen. Scimus tamen sæpissime cœlum dici locum spissum densatumque aeris istius palam nostris obtutibus occurren- D tem. Cœlum autem a cernendo vocari, quod ex Græcorum melius etymologia colligimus, quod οὐρανόν appellant, ἀπό τοῦ ὁράσθαι, sicut dicit Scriptura, *volatilia cœli* (*Psal.* VIII, 9); et alibi, *volatilia secundum firmamentum cœli* (*Gen.* I, 20). Tale est et quod dicitur: *Ascendunt usque ad cœlum* (*Psal.* CVI, 26).

(d) Antiqui duo libri et editi, *calor ejus*. Colb. secundus, *color*. τὴν χροιάν.

(e) Editi, *ex asperiori ejus circumcursione*. Antiqui duo libri, *ex asperiore ejus circumversione*: quibus verbis Eusthathius exprimere voluit Basilianum illud, ἐκ τῆς ταχείας εἶναι περιστροφῆς. Sed in hoc erravit, quod pro ταχείας legerit τραχείας.

(f) Editi, *rapto*. Colb. secundus, *raptu*.

(*a*) Et Moyses benedicens tribum Joseph, ex finibus cœli, et mutationes solis, et concursione mensium, et ex vertice montium benedictionem dat (*Deut.* XXXIII, 13); ut pote regione telluris rerum talium copiis abundante. Sed et in maledictis Israel: *Sit*, inquit, *tibi super caput cœlum æneum* (*Deut.* XXVIII, 23), indicans integram siccitatem, atque defectum liquoris aeris per quem terrenis fructibus fecunditas optata præstatur. Quando ergo de cœlo dicit emitti rorem vel pluviam, 720 aquas intellige, quæ superiorem tenere jussæ sunt regionem. Conglomeratis enim vaporibus in altum, et aere ventorum flatibus condensato, exhalationes hæ quæ subtiliter nubibus inseruntur, per mutuas accessiones guttæ perficiuntur, suoque pondere collisæ deorsum pelluntur. Hæc est imbrium generatio; cum vero fuerit despumatus humor, flabrorum violentia repercussus, cum frigore vehementius indurescit, concretis nebulis, nix gelata defertur ad terram. Et omnino (*b*) secundum ejusmodi rationem, licet tibi omnem aquarum exspectare naturam, quomodo circum aerem qui super nos congregantur. Nullus tamen argumentationi eorum qui de cœlo disputant, simplicitatem spiritualium (*c*) velit conferre sermonum. Quantum enim recte viventium mulierum pulchritudo meretriciæ formositati præponitur, tantum noster sermo sæculari noscitur prælatus esse doctrinæ. Illi enim coactam verbis suasionem soliti sunt afferre; nos autem nudam (*d*) fallendi proferimus veritatem. Sed quid opus est nos commovere certamen, illorum mendacia repellentes, cum possimus scripturas suas sibimet conferentes, sine nostro labore illorum exspectare conflictum? Qui nec eloquentia differentes, nec numero pauciores, nec dignitate deteriores, suis adversariis repugnantes, cum ignem omnia torrere penitus ac devorare confirment, rursus de recidivis seminibus, quæ ignis conflagratio derelinquit, causas regenerationis inducunt. Unde (*e*) etiam mundos innumerabiles introducunt.

9. Sed illi utriusque professionis veritate privati, hinc inde per inopiam subsidia sui erroris exquirunt. Siquidem et de his aquis quas firmamenti interjectio separavitt, occasione allegoriarum et sensus altioris, quasdem nobis figuras objiciunt, dicentes spirituales incorporeasque virtutes, mutabiliter (*f*) intellegi debere pro aquis, et sursum quidem super firmamentum remansisse digniores, in humilioribus autem diversoriis ut pote crassiorbus et cœnosis, noxias constitisse. Propterea dicunt eas aquas quæ super cœlos sunt, laudare Dominum, id est, optimas virtutes quæ dignæ sunt, ob suæ meritum puritatis, decentibus celebrare laudibus Conditorem. Eas vero quæ continentur inferius, spiritus esse pravitatis affirmant ex altitudine naturali in profundum malitiæ devolutos, quos ut turbidos, ac seditiosos, et vitiorum tumultibus fluctuantes, mare propter varietatem sui propositi, quod mutamur assidue, nuncupatos. Sed nos hujusmodi sermones, ut somniorum conjecturas et aniles fabulas omittentes, aquam intelligamus, aquam esse veram, separationemque firmamenti, ita ut Scriptura tradit, accipiamus. Et si quando laudem communi omnium Domino aquæ dicantur offerre, non ob hoc (*g*) æstimandæ sunt rationabilis esse naturæ. Neque enim quia *cœli enarrant gloriam Dei* (*Psal.* XIII, 1), modis omnibus animati sunt, nec firmamentum sensibile animal esse putandum est, quia *enuntiat facturam manuum suarum*. Quod etsi dixerit quispiam, cœlos (*h*) quidem contemplabiles esse virtutes, firmamentum autem factricem Dei potentiam, sermonem quidem nos hujusmodi, quamvis sit commentitius, tamen non aspernanter admittimus, sed rerum hunc esse nullatenus patiemur. Nam nec ros, aut bruma, vel frigus, aut æstus, quoniam laudare omnium creatorem jubentur, ut ait (*i*) Daniel (*Cap.* III), sensibilis esse vel invisibilis intelligenda natura sunt; sed consideratio eorum prudenter a sensum habentibus contemplata, glorificationem perficit Creatoris. Non solum enim aqua quæ super cœlos est, tanquam cæteris honore præcellens propter insitam sibimet venustatem, laudem dependit Domino; sed idem facere etiam quæ in terra sunt invitantur, id est, *dracones, et omnes abyssi* (*Psal.* CXLVIII, 7). Ita nec abyssus, quam in pejorem partem conantur abjicere fa-

(*a*) Editi, *quia Moyses*. Libri veteres, *et Moyses*.

(*b*) Editi et duo mss., *secundum ejus moderationem licebit* Colb. secundus, *secundum ejusmodi rationem licet*. Græce, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἔξεστι.

(*c*) Colb. secundus, *valet conferre*. Aliquanto infra editi, *meretricæ formositati*. Antiqui libri, *meretriciæ formositati*.

(*d*) Veteres duo libri et editi, *nudam fallendi proferimus*. Colb. secundus, *nudam fallendibus proferimus*; quam scripturam legenti venit in mentem fortasse scripsisse Eustathium. *fallendi artibus*, librarium vero ex his duabus vocibus conflasse unam, *fallentibus*. Ut aliquanto post legitur, *exspectare conflictum*: ibi pato librarios offendisse, qui pro *spectare* scripserint *exspectare*. Græce, θεατὰς καθῆσθαι.

(*e*) Editi et duo mss.: *Unde etiam in eorum constructione sufflecerit, mundos*, etc. At. Colb. secundus: *Unde etiam mundos*, etc. Quid in vulgatis sibi velit illud, *in eorum constructione sufflecerit*, non satis intelligo: neque etiam lectione altera bene exprimuntur verba Græca: Ὅθεν καὶ ἀπείρους φθορᾶς κόσμου καὶ παλιγγενεσίας εἰσάγουσιν.

(*f*) Editi et Colb. primus, *mirabiliter intelligi debere pro aquis, et rursum*. Quibus in verbis illud *mirabiliter* mirum in modum absonum est, neque hoc *rursum* magis est idoneum; quia tamen librarios decepit nominum similitudo, quodammodo excusandos puto. Legendum igitur ex aliis duobus codicibus, *mutabiliter.... sursum*. etc. Græce. τροπικῶς... καὶ ἄνω. Librarios si excusavi, non continuo excuso Eustathium, imo eum graviter reprehendo, quod illud τροπικῶς inepte verterit *mutabiliter*, cum vertere debuisset *tropice*, hoc est *per tropos et allegorias*.

(*g*) Editi, *æstimanda sint*. Colb. secundus, *æstimandæ sunt*.

(*h*) Antiqui duo libri et editi, *cœlos quidem non contemplibiles*. Colb. secundus, *cœlos quidem contemplabiles*, bene. In Græco, θεωρητικάς. Haud longe Colbertinus uterque, *nos hujuscemodi*. Illud *nos* in vulgatis deerat.

(*i*) Editi et duo mss., *a Daniel, sensibiles esse vel invisibiles intelligendæ naturæ sunt*. Colb. secundus ut in contextu.

bricatores allegoriarum, refutabilis æstimatur a Psalmista : cum et ipsa secundum suam qualitatem hymnos 721 potentiæ Conditoris emittit.

10. *Et vidit Deus* (*a*) *quia bonum est firmamentum.* Non oculorum probatione dixit bonum. Neque enim corpoream delectationem præstant nobis quæ constituuntur a Deo, nec ea illorum percipienda voluptas est quæ videntur jocunda mortalibus ; sed (*b*) bonum dixit opus quod artis suæ ratione pensatur, et ad finem futuræ commoditatis intendit. Merito ergo (*c*) quidem in rationem gignentium manifestam esse proposuit; illa quæ subinde per partes (*d*) effecta sunt, opifico suo virtutis sermone percurrens, ut pote mundi consummatoria collaudavit. Nam manus et oculus, cæteraque membra simulacri ænei sparsim projecta nulli videntur esse bona ; cum autem in suum ordinem composita redigantur, speciemque congruæ formationis acceperint, a quolibet imperito facile discernuntur. At vero elementorum Creator, et ante singulorum compositionem, noverat cujusque operis bonum : singulaque collaudans, cogitationem suæ mentis ad (*e*) futurum exitum dirigit formatorum. Talis ergo nunc quoque artifex singularum partium Deus, assertor et prædicator ; sed paulo post omni pariter mundo, com-

A petentem laudem, cum fuerit consummatus, impertiet. Sed hic jam narratio matutina secundæ die terminum sortiatur : ut auditoribus studiosis inducias præbeamus, quo inter se conferre quæ dicta sunt, memoriæque beneficio, intimis cordibus ad utilitatem propriam retinere (*f*) cuncta procurent, et usu meditationis assiduæ, doctrinæ cibum ruminantes, post digestionem salubrem, residui flagitent alimenta sermonis. His vero qui vivendi causas manibus exercent indulgentiam medio tempore tribuamus ; ut completis operibus animum curarum nexu sotutum, rursus dapibus exhibeant vespertinis. Interea, Dominus, qui (*g*) magnifica fecit ex nihilo, et a nobis hæc parva verborum proferri libamina dispensavit, det vobis intellectum suæ veritatis ; ut ex visibilibus invisibilem reputetis, et ex magnitudine B ac pulchritudine creaturæ, (*h*) decentem gloriam Conditoris mens vestra percipiat, ut et in terra, et in aere, et in cœlo, et in aquis, et inter diem et noctem, et in omnibus quæ cernuntur benefactoris monumenta certissima capiatis. Neque enim aut peccatis tempus dabitur, aut inimico locus suggerendi contraria relinquetur, Domino vestris sensibus adhærente ; cui gloria et veneratio, nunc et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

(*a*) Editi, *quod bonum est.* Antiqui tres libri, *quia bonum est.*

(*b*) Antiqui duo libri, *sed bonum dixit opus, quod,* etc. Vox *opus* in editis desideratur.

(*c*) Editi et Colb. primus, *merito ergo quidem in rationem gignentium manifestam esse proposuit :* quibus ex verbis quæ apta sententia effici possit non video. Alter Colb., *merito ergo quæ destinatione gignentium manifesta esse proposuit,* non melius. Codex noster, *merito ergo quidem in ratione gignentium manifesta esse proposuit ;* quod quoque vitiosum esse, negaturum puto neminem, sed sic tamen ut facile emendari possit. Igitur pro *quidem* velim legas *quædam. Merito ergo quædam in ratione gignentium manifesta esse propocuit.* Græce, ὁ τοίνυν ἐναργῆ τὸν σκοπὸν τῶν γενομένων προθέμενος.

(*d*) Editi, *affecta sunt.* Libri veteres, *eflecta sunt.* Haud longe editi, *manus et oculos.* Colb. secundus, *manus et oculi.* Codex noster, *manus et oculus.* Subinde Colb. secundus, *passim projecta.*

(*e*) Editi, *ad futurorum exitum.* At nostri tres mss., *ad futurum exitum.*

(*f*) Antiqui duo libri, *cuncta procurent.* Editi, *cuncta percurrent.* Statim codex noster et Colb. secundus, *usu meditationis assiduo.*

(*g*) Colb. secundus, *magna fecit.* Alii duo mss. et C editi, *magnifica fecit.* Græce, τὰ μεγάλα. Aliquanto post editi, *ut ex magnitudine.* Antiqui duo libri, *et ex magnitudine.*

(*h*) Editi, *decentem gloria Conditoris mensuram percipiat,* corrupte. Colb. secundus, *decentem gloriam Conditoris mens vestra percipiat :* quod cum genuinum esse satis per se pateat, potest tamen confirmari ex Basiliano illo, ἀναλαμβάνητε, *percipiatis,* aut *mens vestra percipiat.* Aliquanto post editi et duo mss., *et inter diem et noctem.* Colb. secundus, *et in die ac nocte.*

LIBER QUARTUS.

De congregatione aquarum, et apparitione aridæ disputatio.

1. Sunt urbes quædam quarum populi spectaculis mirabilibus a matutino tempore usque ad vesperum, D proprios oculos pascendo reficiunt : cantus etiam blandos, (*a*) modulationesque lascivas, luxum nimium generantes, sensibus suis injiciunt, quorum auscultatione diutius oblectati, nullatenus satiantur. Et tamen eos homines multi beatos appellare consueverunt, quia necessaria negotia deserentes, et artes quibus vivendi subsidia comparantur, per desidiam et voluptatem statutum sibi tempus vitæ peragentes, inanibus actibus occupantur, ignorantes quia saltatio spectationibus (*b*) approbata turpissimis, publicum et commune perficit magisterium vitiorum. Lyrica etiam carmina, cantusque tibicinum, et meretriciæ cantiones, cordibus audientium lapsæ, quid aliud quam infamiam spectatoribus inolescunt æmulantibus histriones ? Nonnulli autem circensium furiali ardore detenti, noctibus somniantes pro equorum velocitate contendunt, modo (*c*) currus rotantes, modo aurigas

(*a*) Sic mss. nostri. Illud *quæ* aberat a vulgatis.

(*b*) Editi et Colb. primus, *approbata pessimis.* Alii duo mss., *approbata turpissimis ;* quod magis accommodari potest ad vocem Græcam ἀχολάστοις. Ibidem duo mss., *perficit.* Editi, *perfecit.*

(*c*) Editi et duo mss., *currus notantes :* quod quin mendosum sit dubitari non potest. Colb. secundus, *currus rotantes.* Certe Eustathius illud ἅρματα μεταζευγνύντες Latine reddere voluit ; sed non ita feliciter reddidit. Melius sic interpretari licet : *Transjungen-*

n partem aliam transferentes, omnemque prorsus diurnam cogitationem tempore soporis revolvere non desistunt. Nos autem quos Dominus, qui opifex rerum maximus et valde mirificus habetur, ad demonstrationem suorum operum convocavit, deficere non debemus erga eorum spectacula, nec desides fieri in auscultandis Spiritus sancti sermonibus; sed circumdantes præclaram hanc divini operis stationem, transactaque tempora cogitationibus reputantes, contemplemur ??? cœlum quidem levatum ut cameram, sicut dicit propheta (*Isai.* XL, 22), terram autem vastam nimis, immensitate vel pondere in semetipsam constare fundatam, aeremque diffusum liquidumque natura; congruam et incessabilem spirantibus alimoniam ministrantem, scindentemque se moventibus omnibus, leniterque cedentem mollitudinis intercessu; aquam vero altricem corporum, et humano generi nimis utilem constitutam, ac moderate in deputatis sibi conceptaculis permanentem. Qua res, ita se habere, de his quæ recenter lecta sunt approbabis.

2. *Et dixit Deus : Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt in congregationibus suis, et appareat arida. Et vocavit Deus aridam terram, et congregationes aquarum vocavit maria.* Quantas mihi calumnias in his quæ sequuntur objeceris, exigens quemadmodum terra possit invisibilis haberi, colore præsente, siquidem color omnis sensu comprehenditur visionis, et fortasse tibi non videtur esse sufficiens quod diximus; quia non ad naturam, sed ad nos invisibilis fuisse terra relata est, propter aquarum videlicet injectionem, quæ tunc (*a*) omnes terras operuissent. Nunc vero ausculta Scripturam, quomodo seipsam declarat : *Congregentur*, inquit, *aquæ, et appareat arida.* Velamentum subducitur, ut conspicua fieret, quæ interim non videbatur. Illud etiam forsitan quis requiret, cur id quod per naturam subest aquis, id est, ut semper ad procliviora contendant, hoc ad præceptionem Creatoris sermo convertit. Donec enim in planitie fuerit aqua recondita, stabilis est, non inveniens quo declinet, ubi vero descensus occurrerit, irrumpente protinus parte priore, reliqua multitudo consequitur properanter effugiens, quæ præcedit urgente venientis impulsu : tantoque velocior meatus aspicitur, quanto majoris ponderis fuerit aqua quæ confluit, locusque devexior. Si ergo talis natura liquoris est, (*b*) differret utique præceptionem qua jusserat aquas in unum conceptaculum congregari. Poterat enim sine dubio, propter naturalem impetum in regiones concavas sponte decurrere, priusquam terga compleret : nullus enim terrarum locus sic æqualis est, ut aquarum situs. Deinde, inquiunt, quotes *currus.* Statim editi et duo mss., *diuturnam cogitationem.* Colb. secundus, *diurnam.* Græce, τῆς μεθημερινῆς.

(*a*) Colb. secundus, *omnem terram.* Mox idem codex, *quis requiret.* Editi, *quæ requiret.* Subinde ille ipse codex, *velocior remeatus.*

(*b*) Editi; *differet.* Libri veteres, *differret.* Statim Colb. secundus, *in unum receptaculum.*

(*c*) Ita libri veteres. Vox *hoc* in editis desiderabatur.

modo in unam congregationem jussa est convenire, cum maria esse diversa sciamus, quæ certe multum a se distare noscuntur? Ad illud igitur quod primum quæsitum est, hoc (*c*) respondebimus : quia tu quidem post editionem præcepti divini humoris motum cognovisti, et quia circumfluus habetur semperque decurrens. Nam priusquam meatum caperet ex auctoritate cœlesti, nec tu eum vidisti, nec ab alio qui viderat didicisti : unde debebis advertere quia vox Dei, naturæ formatrix est, et præceptio quæ tunc data est creaturæ, dispositionem cunctis quæ forent gignenda præbebat. Nam et dies et nox semel factæ sunt, et illo usque nunc, sibimet vicibus succedendo, curriculorum suorum tempora certis portionibus divisa custodiunt.

3. *Congregentur aquæ.* (*d*) Jussum est aquarum naturam diffluere, et nunquam deficit obsequendo mandatis. Hoc autem dico respiciens ad liquidam aquarum sortem, quarum aliæ semper manant ut fontes et fluvii, aliæ congregatæ sunt et sistentes. Sed mihi nunc de fluentibus sermo est. *Congregentur aquæ in congregationem unam.* Si quando te (*e*) stantem juxta rivum subit cogitatio, reputans cujus impulsu de telluribus aqua progreditur, vel quæ sunt horrea de quibus tam largiter effunditur, aut qui locus ad quem cogitur pervenire, vel quomodo nec illa deficit quæ sequitur, nec ea quæ præcessit exuberat; profecto reperies omnia hæc ex voce prima teneri, unde etiam meatus illi suppetit sempiternus. Quamobrem in omni semper historia memento primæ præceptionis, quæ dicit : *Congregentur aquæ.* Etenim oportebat eas decurrere properanter, ut devenirent ad propriam regionem : et postquam ventum esset, stare in conceptaculis deputatis, atque ultra non tendere. Propterea est ab Ecclesiaste dictum : *In mare fluvii delabuntur, sed mare non superimpletur* (*Eccle.* I, 7). Quia et quod aquarum cursus urgetur, et quod mare certis circumscriptum finibus retinetur, primæ præceptionis virtus est : *Congregentur aquæ in unam congregationem :* ut non scilicet illa quæ influit, expletis conceptaculis superfusa, cunctos similiter terrarum terminos inundaret; idcirco jussa fuit in unam se congregationem redigere. Propterea pelagus ventis sæpe turbatum, ac fluctibus æstuans, in altumque consurgens, ubi littora vicina (*f*) tetigerit, fervoris impetum spumando resolvens, mox frangitur atque subducitur. *Aut me non timebitis, dicit Dominus, qui arenam terminum pono mari* (*Jer.* V, 22)? Etenim mirum est quomodo res omnium quæ in terris (*g*) habentur infirmior arena, jussu Dei violentiam maris frenat. Quod si secus esset, quæ ratio vetare poterat Rubrum mare,

(*d*) Colb. secundus, *jussa est aquarum natura defluere.*

(*e*) Editi et duo et mss., *te stante... reputantem.* Colb. secundus, *te stante... reputans.*

(*f*) Colb. secundus, *vicina contigerit.* Paulo post editi, *non timebis.* Antiqui duo libri, *non timebitis.* In Græco, οὐ φοβηθήσεσθε.

(*g*) Editi, *habetur.* Libri veteres, *habentur.*

ut non Ægyptum totam, quæ utique devexior habetur, invaderet, proximoque pelago misceretur, nisi præcepto Conditoris esset inhibitum? Nam quia humilior 723 est Ægyptus Rubro mari, certissime (*a*) docemur ab his qui Ægyptium et Indicum mare conjungere voluerunt, quorum primus est Sesostres Ægyptius, secundus Darius Medus. Hæc eo dixi, ut divinæ sanctionis potentiam noscceremus. *Congregentur aquæ in congregationem unam*, id est, altera non procedat ex illa, sed in primo conceptaculo, quæ collecta est teneatur.

4. Deinde cum diceret: *Congregentur in unam congregationem*, docuit quia multæ erant aquæ variis divisæ modis. Loca enim convallia, profundioribus naturaliter cavata spatiis, habebant aquam collectam, nec non etiam campi pleni erant, similitudinem pelagi referentes, aliæque ejusmodi regiones, de quibus omnibus in unam congregationem confluere sunt præceptæ. Et nullus dicat, quia si totam terram, tunc aquarum texerat multitudo, nihilominus ea quoque loca, in quæ postea jussæ sunt aquæ concurrere, repleta tunc erant. Ubi ergo deberet aqua colligi, quæ omnes terrarum partes invaserat? Ad hoc respondemus, quia quando præceptio data est ut in unam congregationem coirent, tunc et susceptionis earum causa processit. Neque enim erat illo tempore mare quod extra Gaddiros est, nec maximum illud, et solis audacibus navigabile pelagus, quod Britannicam insulam, et Iliberos occiduos alluit, habebatur, sed postmodum jussu Dei capacitas sufficiens præparata est, ut aquarum ibidem multitudo confluerat. (*b*) De qua re quoniam repugnare videtur nostræ mundificationis sermo, dicentibus philosophis, eo quod minime in unam congregationem, sicut experti sumus, aqua collecta est, dicere quidem multa et omnibus nota possemus: (*c*) sed ne contendere cum talibus ridiculum videatur, quanquam etiam objicere nobis deberent paludes et stagna, nec non eas aquas quæ colliguntur ex imbribus, ut per hæc assertionem nostri sermonis infringerent, sciant tamen quia maximam, perfectamque aquarum omnium occursionem, Deus vocavit *congregationem*. Nam et puteus aquæ collectio est manufacta, in profundam cavationem liquore delapso. Non ergo quælibet aquarum conceptacula congregationis illius vocabulum manifestant, sed illa maxima excellensque susceptio; in quem (*d*) totum elementum repente collatum est. Nam sicut ignis in parvulis ac diversis quibusque materiis est dispersus, perhibens omnibus usum necessarium, totus tamen in æthere continetur, similiterque aer, licet singulis corporibus sit illapsus, universum tamen orbem terræ complectitur; sic et aquarum natura quamvis variis commissa stationibus teneatur, una tamen est maxima congregatio, quæ omne illud elementum discernit a cæteris. Lacus enim qui circa regiones habentur arctoas, vel in Hellesponto, seu in Macedonia, vel in Bithynia congregationes sine dubio nominantur; sed modo nobis mentio est de illa, quæ reliquis omnibus ita prolixior est, ut terrarum amplitudini coæquetur, et quanquam (*e*) in minoribus quoque congregationibus aquarum inesse multitudinem nullus obsistat, non tamen illas quis rite maria nuncupabit: quamvis certæ paludes salsugine maris infectæ sint, sicut illa quæ vocitatur (*f*) Asfaltitis in partibus Judææ, vel Serbonitis, quæ inter Ægyptum Palæstinamque jacens, deserta contingit Arabiæ. Omnes hæ quidem paludes sunt, unum tamen habetur mare, sicut asserunt qui peragando terras omnes obierunt. Sed Hyrcanium, Caspiumque lacum quidam in semetipsos circumscriptos esse pronuntiant. Et sane quoniam oportet nos historicorum cosmographiam diligentius intueri, quid de his relatum sit audiamus. Ferunt itaque memoratos lacus occultis quibusdam perforatos, cavernis, in mare maximum suos meatus evolvere; unde etiam Rubrum pelagus affirmatur in mare quod ultra Gaddiros habetur effluere. Quomodo ergo, inquiunt, si Deus diversas aquarum stationes, maria vocavit, quoniam in unum conceptaculum convenerunt, et rursus congregationes omnes, id est sinus, quos pro schemate suo terræ circumdatio comprehendit, maria nihilominus appellantur, id est, mare Arctoum, mare Australe, mare Eoum, mare Occiduum, et iterum uniuscujusque pelagi propria nomina sunt, Euxinum, Hellespontum, Ægæum, Ionum, Siculum, Tyrrhenum, et alia plurima, quorum omnium singillatim vocabula percurrere longum nimis et operosum est: propterea congregationes aquarum Deus maria nominavit. Sed nos quidem nunc ad hoc prætereuntis ordo sermonis adduxit: ad illud vero quod dudum cœpimus revertamur.

5. *Et dixit Deus*: *Congregentur aquæ in congregationem unam, et apparent arida.* Non dixit appareat terra, ne iterum eam incompositam demonstraret, ut pote limosam et adhuc ex aquarum inundatione deformem, atque invalidam; simulque ne soli quispiam causam terrenæ siccationis ascriberet, merito nativitate solis anteriorem telluris ariditatem Creator instituit. Adverte namque sensu diligentius, quia non solum aqua, quæ superfuerat terræ, sed etiam illa quæ in profundioribus partibus latitabat, famulata

(*a*) Libri impressi, *docemur ab his, quia*. Codex noster et Colb. secundus, *docemur ab his, qui*. Ibidem editi, *Ægyptum*. Colb. primus, *Ægyptium*, bene. Aliquanto post Colb. secundus, *hæc ideo*. Alii duo mss. et editi, *hæc eo*. Mox unus ms., *in primo receptaculo*.

(*b*) Antiqui duo libri, *De qua re*. Vox ultima deest in vulgatis.

(*c*) Editi, *sed nec contendere talibus*. Vetus codex noster, *sed ne contendere cum talibus*. Vox *cum* addita est quidem in hoc nostro libro, sed aut eadem manu, aut certe antiquissima.

(*d*) Sic Colb. secundus. Alii duo mss. et editi, *in quam*. Haud longe Colb. secundus, *providens omnibus usum*.

(*e*) Veteres duo libri et editi, *et quidquid in minoribus*. Alius, *et quanquam in minoribus*.

(*f*) Editi, *Asflaxitis*. Vetus ille noster liber, *Asfaltitis*. Græce, Ἀσφαλτίτις.

præcepto domnantis effluxit. *Et factum est sic.* Sufficit igitur adjectio ista, declarans vocem Conditoris effectui mancipatam; licet relatum sit in multis cosmographiæ codicibus; quia *collecta est aqua, quæ fuerat subter cœlo in congregationes suas, et apparuit arida*; quod certe nec reliquorum commentariorum ita esse manifestat editio, nec usus exprimit Hebræorum Nam revera superflua videretur post testimonium 724 quo asseritur, *quia factum est sic*, rursus de iisdem repetita narratio. *Et vocavit Deus aridam terram, et stationes aquarum* (*a*) *vocavit maria*. Cur et in præcedentibus dictum est, *congregentur aquæ in congregationem unam, et appareat arida*, cum magis dici debuisset, *appareat terræ*; et iterum: *apparuit arida, et vocavit Deus aridam terram?* Quoniam arida videlicet proprietatis est species, designans illud quod naturæ subjectum est; terra vero nuda causæ nuncupatio est. Sicut enim rationabilitas propria est homini, homo autem ipse, vox est significatoria illius animalis, cujus est proprietas, ita terræ propria præcipuaque ariditas habetur. Ergo elementum quod proprie sortitutum est siccitatem, terra non immerito nominatur; sicut animal cui proprius est hinnitus equus appellatur. Non solum autem hoc de tellure notandum est, sed etiam in aliis elementis propria cuique qualitas est decreta, per (*b*) quam a cæteris singula discernuntur, et quale sit ipsum manifeste dignoscitur, id est, aqua suam retinens qualitatem, per quam *frigida* demonstratur, aer habet *humiditatem*, ignis *ardorem*. Sed ea quidem ut pote principalia compositarum rerum elementa, secundum rationem quæ dicta est, mente sola possumus contemplari. Ea vero quæ in corporibus (*c*) illapsa sunt, et visui subjiciuntur, conjunctas sibimet possident qualitates, nullumque eorum absolutum potest esse vel simplex, quippe quæ oculis comprehenduntur, et sensu. Nam tellus est arida et frigida, qua humida et frigida, aer calidus et humidus, ignis calidus et aridus: (*d*) atque ita per hæc naturæ potentia provocata facit, ut temperamentis permixtionis alternæ sibimet omnia copulentur, vicinoque elemento per sociam qualitatem unumquodque cohæreat, et propter insitam singulis communitatem, contraris misceantur, sicut terra quæ arida est et frigida, connectitur aquis per cognationem frigiditatis; aeri autem per (*e*) aquam sociatur. Etenim media horum aqua posita, tanquam duarum porrectione manuum, gemina illis qualitate conjungitur, id est, per, frigiditatem terræ, per humiditatem aeri. Rursusque aer intercessione sua conciliator naturæ repugnantis efficitur, id est, ignis et aquæ: igni quidem sociatus per calorem, aquæ vero per humorem. Ignis autem quoniam fervidus aridusque natura est, aeri quidem caloris interventu cohæret, per siccitatem vero terræ communicat; et hoc modo (*f*) quasi circulus quidam et chorus compaginatus, alterutrum sibimet convenientibus elementis videtur esse perfectus. Hæc ideo disserui, ut ordo clarescerent, propter quem aridam Dominus terram nominavit; et non potius tellurem vocitavit aridam. Siccitas enim non postmodum secuta est, sed erat anterior; quippe quæ sit consummatoria substantiæ ejus, atque ideo jure vocabuli hujus privilegiis honoratur. Unde etiam tellus, ut pote principalis, causas suæ notionis assumpsit.

6. *Et vidit Deus quia bona est aqua.* Non omnino dis speciositatem eam quæ ex vultu maris emicuit, bonam Domino fuisse visam. sermo significat pulchritudine creaturæ; sed ineffabili sapientia, quæ sunt facta intuetur. Nobis enim revera voluptuosum est mare, cum stabili cœperit tranquillitate candescere, aut cum lenibus asperatum flabris, purpureum calorem cernentibus (*g*) ostentat; et quando non violentis tellurem verberat fluctibus, sed velut pacificis eam complexibus osculatur. Verumtamen non ita Deo videri bonum mare Scripturam dixisse putandum est; ibi enim *bonum*, non aspectu, sed facturæ ratione censetur. Primo quia fons quidam totius humoris qui terram rigat est mare: quod in occultis diffusum venis, sicut approbant scrupea defossaque loca, per quæ commeans aqua marina cum aliquibus montuosis obstaculis retardata fuerit, impulsa spiritu quo urgetur perruptis obicibus procedit ad lucem, potabilis jam effecta, (*h*) per defecationem, amaritudine deposita naturali; itemque fervidam qualitatem recipit, cum per certu quædam metalla transcurrit, et fit non solum calida, sed et ardens. Quod etiam in insulis plurimis et in diversis littoribus maritimis invenimus, siquidem et in meniterraneis ita fieri regionibus constat. Cur autem hoc dixerimus? ut assererem quia tellus omnis per abditas invisibilesque venas, aquis est repleta manantibus quæ trahunt ex mari principium.

7. Bonum etiam mare Deo visum est, et propter decursum quem peragit in profundo terrarum, et

(*a*) Editi, *vocant maria*. At nostri tres mss. *vocavit maria*.

(*b*) Editi, *per quam cæteris*. Antiqui duo libri, *per quam a cæteris*. Statim editi, *aqua suam vim retinens*. Codex noster et Colb. secundus, *aqua suam retinens qualitatem*. In Græco, ποιότητα. Ibidem Colb. secundus, *demonstrata est*. Nec ita multo post idem codex, *rationem qua dictum est*.

(*c*) Editi, *illæsa sunt*. Colb. secundus, *illapsa sunt*; et ita quoque legitur in veteri nostro libro, sed solum manu secunda. Græce, κατατεταγμένα καὶ ὑποπίπτοντα τῇ αἰσθήσει, *quæ vero jam in corporibus digesta sunt, et sub sensus caduni*.

(*d*) Editi, *atque ita natura per hæc potentia*. Antiqui duo libri ut in contextu.

(*e*) Veteres duo libri, *per aquam copulatur*.

(*f*) Editi, *currulus* pro *circulus*, negligentia operarum. Aliquanto post Colb. secundus, *consummatrix substantiæ*. Subinde editi, *verum etiam*. At mss., *unde etiam*. Ibidem Colb. secundus, *principales*.

(*g*) Editi, *ostendat*. At mss. duo, *ostendat*. Statim editi Colb. primus, *scriptum dixisse*. Alii duo mss. *scripturam dixisse*.

(*h*) Editi et Colb. primus *per defectionem*. Colb. secundus *per ædificationem* (sic). Codex noster, *per defecationem*. Quam scripturam veram quidem esse et germanam puto; sed non ita idoneam. Melius, *per percolationem*, cum Græce scriptum sit ἐκ τῆς διηθήσεως.

(*a*) receptaculum est fluviorum cunctarumque aquarum quæ in se undique devolvuntur, manens intra terminos suos. Bonum quoque ob hoc, quod aquis aeriis (*b*) fons quidam et origo est. Quæ cum fuerit fota calore solano, deponit humorem subtiliorem per tenues vapores, qui tracti in altiorem locum, frigidique perfecti, ut pote qui nubibus obumbrantur, rores generant atque imbres. Et huic rei nullus erit incredulus, si ad cacabos spumantes fervore respexerit, qui cum repleti aqua fuerint, igne supposito vacui sæpe redduntur; licet ipsa quoque maris aqua, solis decoqui radiis, ut nautici referunt, affirmetur. Nam vapores exhalantes de pelago suscipiunt (*c*) penicillis, atque ita sitis consolantur ardorem. Bonum nihilominus eo **725** videtur mare, quia constringit insutas, non minus eis munitionem perhibens quam ornatum, et quia classibus invectabilem præstat accessum, divitiarumque causas mercatoribus subministrat; et quia pluri- A ma terrarum incolis ignota, navigantium relatione discuntur, multumque penitus vitæ hominum commoditatis ex mari tribuitur. Nam ea quæ nobis exuberant, in alias provincias regionesque transvehimus, et inde rursus quæ minus hic suppeditant apportantur. Sed unde mihi possibile erit maris pulchritudinem designare, ita ut Conditori visum est? Quod si mare bonum atque laudabile est apud Deum, quomodo non cœtus Ecclesiæ catholicæ pulchrior judicetur, in qua ætatum omnium sexuumque diversitas, vocibus glorificatoriis ad Deum fusis similem marinis fluctibus sonum reddit, quæ firmiter in pacis statione fundata, nullius quassationem turbinis sustentat hæretici? Quamobrem perficite vos dignos remuneratione cœlesti. decus hujus ordinis conservantes in Christo Jesu, B cui gloria nunc et semper, et in sæculum sæculorum. Amen.

(*a*) Colb. secundus, *et receptaculum*. Vocula *et* in editis deerat. Hoc est, *et propterea quod receptaculum est*, etc.

(*b*) Editi, *fons quidem*. At mss., *fons quidam*. Statim editi et duo mss., *fota*. Colb. secundus, *cocta*, male. In Græco, θαλπομένη, *calefacta*.

(*c*) Pro *penicillis* legendum esse *spongiis*, discimus ex exemplari Græco, ubi legitur, σπόγγοις ὑποδεχόμενοι. Haud longe editi, *nihilominus Domino*. Colb. secundus, *nihilominus Deo*. In Græcis legimus παρὰ Θεῷ.

LIBER QUINTUS.

De herba seu lignis disputatio.

1. *Et dixit Deus : Germinet terra herbam pabuli, seminans semen secundum genus, et lignum fructuosum, faciens fructum secundum genus : cujus semen in semetipso est.* Consequenter ita postquam tellus respiravit, eluctata jam pondus aquarum, datum illi præceptum est germinare prius herbam, deinde pabulum : quod etiam modo fieri videmus. Nam vox quæ tunc emissa est, et prima illa præceptio(*a*) veluti lex quædam naturæ fuit, et inhæsit terræ : creandi fructificandique sibi perhibens in posterum facultatem. *Germinet terra.* Primum est in generatione nascentium germinatio, deinde cum paulisper merserit, herba fit, et cum creverit, pabulum habetur. Eademque paulatim pubescens articulatur; et ita usque ad tempestivam maturitatem seminis coalescit. Nam herbosa viridisque species omnibus est communis. *Germinet terra herbam pabuli.* Per se videlicet tellus germinare præcepta est, nullius indigens adjumento. D Quoniam quidam opinantur plantis ac seminibus solem causas præstare crescendi, dum ea quæ de terra pullulant, proprii caloris attractu, ab imis sedibus ad superna producit, idcirco sole antiquior terrenæ fecunditatis ornatas emicuit, ut occasio venerandi solem, ut pote auctorem nascentium, his qui in errore positi sunt auferretur, si tamen suaderi potuerint quia priusquam ipse creatus est, erat jam terra suis fructibus decorata, considerantes quod herbis et pabulis sol in nascendo (*b*) posterior est. Quid ergo dicemus, quia pecoribus quidem Conditor alimoniam reponebat, nostrum vero genus nullius cura dignum provisionis habuerit? Non ita est. Nam qui bubus et equis tuis pastum præparavit, uberiores utique tibi divitias, et fruendi copiam ministravit, et subsidia tuæ vitæ per illorum nutrimenta recondidit. Seminum quoque productio quid aliud debet intelligi quam tuæ dispensationis instructio? siquidem olera radicesque palmarum agrestium non sit dubium cibos hominibus ministrare. Quod etsi (*c*) est aliquod genus herbarum, alienis, non nostris usibus aptatum; tamen id ipsum videtur nostro nihilominus lucro proficere, nobisque omnium seminum commoditas deputata sentitur: et hunc esse profecto constat super his quæ dicta sunt intellectum. C

2. *Germinet terra herbam pabuli et semen seminans secundum genus* Recte inquit; sic enim et narrationis consequenter ordo constabit, qui nunc sibi quodammodo creditur repugnare; et necessitas naturalis dispensationis implebitur. Primo est enim germinatio, deinceps herba, post hoc pabuli successio; quam mox seminis perfectio comitatur. Quomodo ergo cuncta quæ nascuntur e terra, seminaria esse sermo declarat, cum nec calamus, nec gramen, nec menta,

(*a*) Antiqui duo libri, *veluti lex*. Vox prior deerat in vulgatis. Græce, οἷον νόμος.

(*b*) Veteres duo libri et editi, *posterius est*. Alius *posterior est*. Mox Colb. secundus, *pecoribus quidem*. Vox *quidem* ab editis aberat. Græce, τοῖς μὲν βοσκήμασιν. Subinde Colb. secundus, *qui bobus*. Alii duo mss. et editi *bubus*; id quod prisce dicebatur.

(*c*) Illud *est* ex duobus libris veteribus addidimus.

nec crocus, nec alia plurima nascendi principium sortiuntur ex semine? Ad hæc respondemus, quod (*a*) quædam **726** eorum quæ terra producit, in radicibus et in fundo creduntur virtutem seminis obtinere, sicut calamus post incrementa recentia, rursus aliam sobolem de radice submittit reparationem stirpis in posterum porrecturam. Hoc autem facit non solum calamus, sed etiam alia mille, quæ sub tellure nascentia, redivivam prolem in radice custodiunt. Unde verum esse probatum est quia unicuique nascentium, aut semen suppetit renovandi generis, aut vis quædam seminaria sit adjuncta. Et hoc est quod dicit *secundum genus*. Neque enim calami progenies potest olearum haberi creatrix; sed ex calamo calamus alter, per similitudinem cognationis exoritur, et ita quod de prima generatione terra produxit, usque nunc posteritatis successione servatur, *Germinet terra*. Respice quomodo ex parva voce, et præceptione brevissima tellus arida, sterilisque repente parturiens, et ad fetum fructificationis impulsa, velut quodam luctuoso amictu depositio, sumptisque lætioribus indumentis, et cultu proprii decoris exultans, omnia quæ (*b*) jussu cœlesti conceperat, effundebat. Cupio itaque in tuis sensibus altius hærere (*c*) creaturæ miracula: ut ubicunque repertus fueris et cuilibet nascentium generi spectator astiteris, magnificam percipias memoriam Conditoris, et ante omnia cum videris herbam feni, vel florem, mox te ad humanæ naturæ convertas imaginem: recordatus Isaiæ sapientis exemplar: Quia *omnis caro tanquam fenum, et omnis gloria hominis tanquam flos feni* (*Isai.* XL, 6). Etenim vitæ hujus brevitas, et minimum gaudium, et super rebus prosperis hilaritudo mortalium, congrue prorsus a propheta comparata est videtur enim hodie quispiam membris refectus, facile robustus, ætate primævus, fremens viribus, atque impetu non ferendus. Hic sequenti mox die miserabilis invenitur; dum aut senectute frangitur, aut languore tabescit. Alter itidem spectabilis habetur, et maximarum refertus opibus facultatum, fultus obsequiis, susceptorum amicorum etiam simulatorum stipatus examine, nec non parasitorum, vel affinium adulatorum circumspectus excubiis, a quibus omnibus, et procedens, et rediens invidiam cum vituperatione conquirit. Neque enim potest hunc morbum declinare qui eminet. Adde divitiis civilem quoque potentiam, et honores delatos a principibus, gentium regimenta, militum magisteria, præcones (*d*) horrifica voce personantes ante seipsum fasciumque vectores hinc et inde prosequentes gravissimumque terrorem (*e*) supplicibus ferentes: adde verba, proscriptiones, auctiones, vincula, carceres, ex quibus intolerabilis glomeratur formido subjectis. Quid postea? nox una, et febris accessio, lateris dolor, pulmonisque suspirium, divulsum ex hominibus ducit hominem, (*f*) totaque ejus scena repente detegitur, et illa tanta potentia velut transactum somnium non videtur. Quapropter tempestive propheta florum imbecillitati, simillitudinem gloriæ comparavit humanæ.

3. *Germinet terra herbam pabuli, seminans semen secundum genus*. Usque nunc igitur primæ dispositioni testis est ordo nascentium. Germinatio enim omnia quæ generantur antevenit, et si quid de radice prorumpit, ut crocus et gramen, prius id germinare necesse est, et post hoc fenum viride videri, atque ita in frugem maturam, stipula jam flavescente perduci. *Germinet terra herbam pabuli*. Semen igitur cum ceciderit in solum, et mediocriter humore fuerit et calore molitum, mox gremio terræ connectitur, quædam subinde genitiva fomenta suscipiens et in venas ejus sensim labendo demergitur, sparsisque minutissimis fibris tumorem superjectæ telluris nascendo perrumpit, fundatumque jam firmiter, armiter, facile consurgit tot numero sursum calamos explicans, quot deorsum radices extenderit. Atque ita teneritudo germinis tepefacta, subjecto vapore, qui tractu caloris illapsus est per radices, et terræ nutrimentis adhibetur: partem sui diffundit in culmum, partem ducit in corticem, partem ministrat in grana, partem porrigit in aristas. Et hoc modo (*g*) concretione perfecta, paulatim ad sui mensuram singula quæque perveniunt. Ergo sive tricticum fuerit, sive legumen, sive, olus, sive arbustum, sufficienter instruere poterit tuum sensum, quo possis intueri sapientiam conditoris artificis: quomodo tanquam genibus quibusdam stipula frumenti succingitur, ut crebris compagibus alligata, facilius valeat onus subvectare spicarum, cum gravitudine maturitatis inflexæ deorsum cœperint inclinari. Et propterea calamus avenæ totus vacuus habetur; quia nullum scilicet gerit pondus in capite. Triticum autem longæ aliter natura munivit, cujus grana providenter admodum locavit in thecis, ut non diripiantur ab avibus. Et idcirco in ei rationabiliter aristas causa custodiæ, velut hastas apposuit, quarum aculeis minores bestiæ repellantur.

4. Quid loquar, quidve reticeam, tam copiosos respiciens thesauros creaturæ? est quidem difficilis assecutio meliorum, sed jactura non tolerabilis omissorum. *Germinet terra herbam pabuli*. Mox cum vi-

(*a*) Nostri tres mss., *quia quædam*.

(*b*) Editi, *visu cælesti*. Libri veteres, *jussu cælesti*.

(*c*) Vocem *creaturæ* addidimus ex veteri nostro libro. Græce, τῆς κτίσεως τὸ θαῦμα.

(*d*) Editi, *honorifica voce*. Codex noster et Colb. secundus, *honorifica voce*. Legimus apud Basilium, μέγα βοῶντα.

(*e*) Editi, *simplicibus ferentes*. At nostri tres mss., *supplicibus ferentes*; et ita scripsisse Eustathium arbitror, qui, ut alibi passim, ita hic quoque vim verbi Græci male expressit. Ita potius scribere debuerat, *subditis ferentes terrorem*, cum apud Basilium legamus τοις ἀρχομένοις. Ibidem Colb. secundus, *gravissimumque*. Vox ultima deerat in vulgatis.

(*f*) Colb. secundus, *totumque ejus schema*. Ibidem ibidem codex, *et tanta*. Vocula *et* in editis desiderabatur.

(*g*) Editi et duo mss., *congregatione perfecta*, corrupte. Colb. secundus, *concretione perfecta*; et ita legendum esse puto. Legimus apud Basilium τῆς αὐξεως γινομένης: quod melius ita interpretabere: *accessione facta, perfecto incremento*.

ctualibus et perniciosa procedunt, id est cum (*a*) tritico cicuta, cum reliquis seminibus helleborus, et aconitum, et mandragora, et papaveris succus. Quid **727** ergo? postposita gratiarum actione super munificentia Conditoris, accusemus eum de noxiarum productione causarum? Minime: considerantes illud, quia non omnia propter nostrum facta sunt ventrem; sed nobis quidem deputatæ dapes, tam promptæ quam notæ sunt. Unumquodque vero eorum quæ generata sunt, habent propriam rationem. Neque enim quia taurini sanguinis haustus lethifer habetur, idcirco animal ipsum fieri non oportuit, aut penitus non videri, cujus utique labor, ad varios vitæ nostræ usus valde necessarius æstimatur. Sed (*b*) tibi quidem sufficiet rationabilitas familiaris hominibus, ad declinanda quæ noxia sunt. Etenim si ovibus et capris sensus suppetit naturalis cavendi contraria, solo intellectu discernentibus læsionem: tu cui et sermonis facultas præsto est, et artis medicinæ solertia suppetit, remedia sanitatis explorans, et rerum frequens experientia, malorum nobis effugia demonstrando, difficile, dic mihi, poteris periculosa vitare, quorum nihil est otiose vel inutiliter constitutum? Aut enim pastum ministrant certis quibusque pecudibus, aut nobis ægrotantibus solatia conferunt ad salutem. Nam cicutam sturni solent edere: cujus venenum pro qualitate sui corporis dicuntur effugere. Tenuissima enim sunt adjacentia eorum cordi spiramina, priusque illis evenit ut digerant quæ sumpserunt, quam frigiditas ad intima eorum intestina perveniat. Coturnicibus etiam in usu escæ habetur helleborus, hujus virus pestiferum naturæ suæ quadam temperatione devitant; hæc autem omnia nos ipsos quoque juvare creduntur. Ex mandragora enim somnifera medicamina componuntur gravissimis membrorum doloribus profutura. Quidam autem per cicutam molestissimam vescendi rabiem mitigarunt; nonnulli per helleborum diuturna vitia corporis exstinxerunt. Ergo unde putabre Conditori crimen objicere, inde potius referendæ sibi (*c*) laudis augmenta sortiris.

5. *Germinet terra.* Quantam igitur dicit alimoniam sponte in foliis herbarum et radicibus et seminibus inveniri, vel quantum ex cultu et diligentia conferri, quanquam non continuo præcepit fructum semenque produci, sed germinare prius statuit, et virere tellurem, et tunc maturare semen, ut prima illa præceptio documentum naturæ fieret ad rationem sequentium. Quomodo ergo secundum genus semina terra producit, cum fulvum triticum serentes, atrum (*d*) plerumque colligimus? Quod non pertinet ad mutationem generis, sed infirmitatem quamdam et languorem seminis fuisse dicemus. Neque enim desiit esse frumentum quod adustione nigratum est, sicut ex ipsa possumus appellatione cognoscere, quia nimietate frigoris excoctas species, in alium semen et colorem transtulit et saporem. Sicut econtra, si ager fecundus exstiterit, et cœli clementia potiatur, mox ad pristinum schema revertitur. Lolium vero et cætera adulterina genera, quæ zizania solet nuncupare Scriptura, victualibus admixta segetibus, non ex tritici corruptione gignuntur, sed ex sua propria nascuntur origine. Horum consideratio illis conferenda est, qui Domini mandata subvertunt, et non sincere verbum monitionis accipiunt; sed maligno magisterio depravati, audent se membris Ecclesiæ salubribus admiscere, ut morbi sui clandestinam perniciem latenter mentibus integris inolescant; licet Dominus perfectionem (*e*) credentium in eum merito seminis comparat incrementis, ita dicens: (*f*) *Ut homo mittat sementem super terram, et ille dormiat, et surgat nocte ac die, messis autem levatur et crescit, ipso nesciente. Sponte enim terra fructiferat: primo fenum, postea spicam. Germinet terra herbam* (*Marc.* IV, 26). Igitur in brevissimo temporis momento, a germinatione tellus incipiens, ut legem Creatoris impleret, per omnes crescendi profecta gradus, mox ad maturitatem quæ nascebantur evexit. Cerneres eo tempore, saltus omnes herbarum viriditate splendescere: campos etiam turgidis messibus exornatos, imaginem quodammodo pelagi fluctuantis spicarum motibus æmulari. Omne tunc fenum et omne genus olitorium; et si quid arbustivum vel seminarium est, copiosis super terram fructibus eminebat. Nulla tunc erat desperatio metuenda seminibus: non ignavia culpanda cultorum, non (*g*) aerum intemperantia, non ullius causæ querela corruptelam frugibus apportantis, non condemnatio, quæ fertilitatem posset impedire terrarum. Postea enim delictum exstitit; pro quo sumus addicti, ut in sudore nostri vultus panem manducaremus.

6. Inter hæc præcepit quoque *lignum nasci fructuosum faciens fructum; cujus semen in seipso est*

(*a*) Editi, *idem cum tritico.* Antiqui duo libri, *id est cum tritico.* Aliquanto post editi, *proposita gratiarum actione.* At nostri mss., *postposita*, bene. In græco ἀφέντες. Subinde editi, *sed nobis quod deputatæ.* Colb. secundus, *sed nobis quidem deputatæ.*

(*b*) Editi, *tibi quod sufficiet.* Colb. secundus, *tibi quidem sufficiet.* Ibidem editi, *ad declaranda.* At nostri tres mss., *ad declinanda.* Basilianum illud, πρὸς τὴν φυλακὴν τῶν ὀλεθρίων, exprimere voluit Eustathius, nec inepte interpretatus est.

(*c*) Editi, *laudis argumenta.* Libri veteres, *laudis augmenta*, ita postulante Græco, εἰς προσθήκην εὐχαριστίας. Ibidem editi, *et in radicibus.* Antiqui duo libri, *et radicibus.*

(*d*) Colb. secundus, *tetrum plerumque.*

(*e*) Veteres duo libri et editi, *credentium merito.* Colb. secundus, *credentium in eum, merito*, etc. Græce, τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων.

(*f*) Editi et Colb. primus, *ut homo mittat.* Alii duo mss., *sicut homo mittat.* Puto autem Eustathium scripsisse aut, *ut si homo mittat*, aut, *sicut si homo mittat*: sed voculam *si* a librariis omissam fuisse. Locus est Marci IV, 26: *Quemadmodum si homo jaciat sementem.* Paulo post Colb. secundus, *temporis spatio.*

(*g*) Colb. secundus, *non acris intemperantia.* Alii duo mss., et editi *non aerum intemperantia.* Eustathius vocem Græcam ἀέρων paulo religiosus interpretatus est, cum eam plurali quoque numero reddidit, *aerum.* Nec ita multo infra Colb. secundus, *in se ipso esset.*

secundum genus et similitudinem. Hujus igitur editione sermonis omnia confestim nemora densabantur, arbores etiam quibus mos est in altum surgere, id est, olea, vel cedrus, et cypressus, et pinus, nec non frutices foliis vestiebantur, et frondibus virgulta. Quin etiam (*a*) quæ coronaria vocitantur, roseta dico, et myrteta, et laureta sub uno temporis momento, cum ante non essent, singula cum sui proprietate surgebant : alterum ab altero, manifestissima probatione discretum, et certa designatione productum. Verumtamen illo tempore rosa sine spina fuit. Nam postea pulchritudini ejus adjuncta est, ut esset videlicet voluptati sollicitudo contigua, reminiscentibus nobis peccatum, cujus gratia dumos et vepres generare **728** terra damnata est. Quæ (*b*) quidem jubetur et lignum faciens fructum producere ; sed multa ligna videmus, neque semen, neque fructum ferentia. Ad hoc dicemus, quia quæ sunt utiliora, mandari memoriæ principaliter meruerunt, deinde subtiliter inquirentibus patefiet aut seminarias esse omnes arbores, aut similem semini habere virtutem. Populus enim vel ulmus, et salix et aliæ tales, fructum quidem nullum (*c*) videntur afferre manifestum ; semen tamen in eis, si quis attentius scrutetur inveniet. (*d*) Subjectum est enim earum foliis granum quod *mischum* nuncupare solent hi qui vocabulorum compositionibus operam dederunt, hoc vim seminis obtinet. Nam ea quæ de ramorum plantatione nascuntur, ex semetipsis, quamplurimum radices fundunt. Forsitan et illæ gemmæ quæ de stirpe truduntur, rationem quamdam seminis habent, quas agricultores avulsas reparandi causa generis, pastinare consueverunt. Primo tamen, ut supra diximus, arbores illæ dignæ memoratu habentur, quæ nostram vitam suis fructibus sustentantes, atque hominem nutrientes invidiosam ei facturæ erant fruendi libertatem : sicut vitis quæ vinum generat lætificans cor hominis, et olea fructum ferens, qui vultum exhilarat, in misericordia. (*e*) Quanta alia tunc simul emergebant urgenter, hæc producente natura. Itaque radix vineæ habet in circo sarmenta virentia, diffusa per terram : ex quibus primo germen oritur, quod fit labrusca, post hoc uva. Sufficit igitur vinea quoque prudenter inspecta, recordationem tibi naturæ subjicere. Meministi enim dominici sermonis exemplum, quo se dicit esse vitem, Patrem vero cultorem. Singulos autem nostrum, qui per fidem inserti sumus Ecclesiæ, A sarmenta nuncupavit : (*f*) provocans nos ad fructificationem copiosam, ne desidiæ accusati, flammis contradamur æternis. Denique non cessat ; ubique animas hominum vitibus comparando. Sic enim dicit : *Vinea facta est dilecto in cornu pingui* (*Isai.* v, 1). Et iterum : *Vineam plantavi, et sepe circumdedi* (*Matth.* XVI, 33), animas videlicet indicans hominum, quas cœlestium mandatorum munitione consepsit : apposita nihilominus angelorum custodia, sicut scriptum est : *Immittit angelum Dominus in circuitu timentium eum, et eripiet eos* (*Psal.* XXIII, 7). Deinde velut vallos quosdam quibus fulciremur erexit : constitutis in Ecclesia, primo apostolis, secundo prophetis, tertio magistris (I *Cor.* XII, 28). Atque ita nos exemplis veterum sanctorum suscitans B in sublime provexit : nec omnino passus est mentem nostram humi jacentem, fieri dignam calcationibus aliorum. Vult etiam nos velut (*g*) quibusdam viteis claviculis, id est, amplexibus caritatis astrictos, et proximum quemque diligentes, impetu animi semper ad superiora contendere : similes effectos sarmentis quæ solent paulatim crescendo, ad summos arborum vertices pervenire. Exigit nos etiam fossionem pati. Foditur autem mens, sæcularium depositione curarum ; quæ cordibus nostris onus grave (*h*) conficiunt. Ergo qui illecebras corporeæ voluptatis abjecerit, et exsecrabilis ambitum gloriæ divitiarumque contempserit, tanquam fossionis cultura nitescens, aspirare libere incipit, omni labe terrenæ conversationis abstersa. Convenit etiam nos secundum proverbii rationem, minime luxuriantes effu- C ere, id est, non ostentatorie vivere, nec captare decus laudis externæ ; sed fertiles nos vero demonstratore cultori bonorum operum præferentes industriam. Tu autem sicut oliva fructifera nulla tospe nudaveris, sed semper habeto fidei viridem validamque constantiam. Ita enim vivacitatem illius arboris, et opulentiam fructuosam videberis imitari : si uberrime misericordiam omni tempore largiaris.

7. Sed jam redeamus (*i*) ad scrutationem dispositionis artificis. Quanta tunc genera exstitere lignorum, quorum quædam fecunda sunt, alia projectibilia, nonnulla navibus fabricandis accommoda, quædam focis necessaria ? Rursus in his (*j*) varius spectatur ornatus, quorum et proprietatis investigatio difficilis habetur et differentia singulorum. Nam D alia profundioribus, alia summis et levibus sunt annexa radicibus : alia in altum porrecta, singulis-

(*a*) Editi *corinaria* pro *coronaria*, uti in duobus libris veteribus scriptum invenimus. Græce στεφανωματικά.

(*b*) Illud *quidem* additum est ex Colb. secundo.

(*c*) Editi, *videntur afferre, manifestum tamen semen :* quæ verba aliter distinguuntur in Colb. secundo ; idque melius, et verbis Græcis convenientius. Lege contextum.

(*d*) Ex duobus libris veteribus vocem *est* addidimus. Ibidem Colb. secundus, *et hoc vim seminis.*

(*e*) Totum illud, *quanta alia tunc simul emergebant urgenter, hæc producente natura*, ex antiquis duobus libris adjectum est : quorum in uno legitur tamen corrupte, *urgentes :* in altero corrupte quoque, *urguenter.* Græce, ὑπεργμένως, *urgenter.*

(*f*) Veteres duo libri, *provocans nos.* Vox posterior ab editis aberat. Ibidem nostri tres mss. *ad fructiferationem.* Editi *ad fructificationem.*

(*g*) Editi, *quibusdam vitis.* Libri veteres, *quibusdam viteis.*

(*h*) Antiqui duo libri, *configunt.* Alius, *conficiunt.* Editi, *confingunt.* Statim Colb. secundus, *et exsecrabiles ambitus gloriæ vel divitiarum.*

(*i*) Editi, *ad scrutationem disputationis artificis.* Libri veteres *ad scrutationem dispositionis artificis.* In Græco, περὸς τὴν ἔρευναν τεχνικῶν διατάξεων. Paulo ante pro *sed etiam* ex antiquis duobus libris scripsimus *sed jam.*

(*j*) Veteres duo libri et editi, *exspectatur.* Colb. secundus, *spectatur.* Aliquanto post duo mss., *summis et lenibus.*

que defixa stipitibus, alia humiliora ; et de (*a*) stirpibus suis oculos plures fundentia. Et quorum vertices sunt excelsi, eorum radices multiplices et profundiores 729 habentur, in circoque diffusæ : quas velut fundamina quædam natura subjecit, quibus moles superposita valeat sustentari. Quanta etiam diversitas in corticibus est, (*b*) quorum alii lenes sunt et nitidi, nonnulli nodosi et asperi, alii simplices, certi etiam multis conserti caudicibus ? Et quod magis miraberis, senectutis et juventutis humanæ similitudo reperitur in eis. Nam novellorum et pollentium virgultorum deductus et tensus est cortex ; senescentium vero rugosus et scaber. Ex his quædam cum fuerint amputata regerminant, alia mox cum truncantur aresount, tanquam mortem quamdam ex incisionis injuria perferendo. Multis sane probatum est quia exustæ vel incisæ (*c*) pinus in nemus glaudiferum se transformant. Notum est etiam quasdam diligentia cultorum curatas, naturali penitus malia caruisse. Nam mala punica quæ sunt acidiora, vel amaras amygdalas, hoc modo ferunt posse molliri, si juxta radicem, truncas earum terebratis tædæ cuneus per medium cardinis transfigatur, omnem molestiam saporis incongrui, mutatione dulcedinis exempturus. Idcirco nullus hominum caligine malignitatis (*d*) offusus de propria salute desperet, sciens quod agricultura quidem pomorum qualitates reducit in melius, labor autem spiritalis potens est omnium morborum superare nequitiam. Et sane tantam in arborum fecunditatibus videmus esse distantiam, quantam nec verbo quidem possumus explicare. Neque enim solum in alterno genere discretio fetuum continetur ; sed in singulis etiam plurima diversitas invenitur. Siquidem aliud specimen masculini fructus, aliud feminini, cultorum fertur tradidisse solertia : (*e*) qui etiam palmas gemini esse sexus affirmant. Nam videtur quomodo apud eos quæ femina nominatur, ramos proprios incurvat ad marem velut concubitum petens, ut possit ex ejus admixtione concipere. Unde ingeniosi agricolæ, sublatos de masculo certos oculos, feminæ dicuntur inserere ; et ita quasi coitu desiderato repleta confestim subductis brachiis pristinum recurrit ad statum. Hæc autem de ficis quoque narrantur. Nam quidam plantas agrestes A hortensibus narratur apponere : nonnulli etiam fructum caprifici domesticis alligant, conferendæ valitudinis causa, quo possint germina sua retinere cadentia. Cujus rei videlicet figura monere nos creditur ut agnoscamus quia oportet plerumque etiam ab alienigenis capere nos fidei documentum, ad professionem bonorum operum declarandam. Si (*f*) enim videris quempiam de gentilibus aut hæreticis ab Ecclesia Domini segregatum, vitæ morumque cultibus honestatum ; eniti debebis impensius, et studium tuum magis ac magis augere quo possis accedere prope illam fructiferam ficum, quæ de societate silvestrium vigorem mutuata fecundum, vitia quidem molesti fluxus inhibuit, subsidia vero vicinæ fertilitatis arripuit.

B 8. Igitur si tanta ratio generationis illarum est, ut vix pauca pro multis potuerimus exponere, quis omnium fructuum varietates, qualitates schematave percurrat, et quanta in singulis habeatur utilitas, cum sint aliæ quæ sole (*g*) decoctæ maturescunt, aliæ quæ tegumentorum præsidio defensæ plenescunt ? Et quomodo eorum quæ mollem fructum ferunt folia fortiora sunt, sicut fici ; quorum autem fructus durior habetur membranarum textura (*h*) tenerior est, sicut nuces : quia ficus videlicet propter imbecillitatem merito flagitat opem majoris auxilii, nucibus autem læsionem facere potuisset densior opacitas foliorum. Pampinus etiam quam rationabiliter multifida formatione perfectus est, ut uva per eam partem quæ tegitur, aeris repellat injuriam, per eam vero quæ patet, fomenta C solani caloris excipiat. Nihil itaque fortuitum, nihil irrationabile factum videmus. Est in omnibus ineffabilis quædam mirandaque sapientia. Quæ autem mens aut cujus facundia sufficiet (*i*) comprehendere cuncta subtiliter, ut et contemplari proprietates valeat, et discernere differentias singulorum, vel latentium penitus causarum secreta rimari ? Quomodo unus idemque humor per abustorum radices attractus, in officia numerosa dispergitur, aliter ipsam radicem nutriens, aliter corticem, aliter truncum, et aliter medullam ? et quomodo nunc folium fit, nunc in palmites ramosque formatur, et fructibus præbet alimenta crescendi ? Lacrymas etiam quasdam per ramos eadem fundit materia, quarum quanta sit

(*a*) Colb. secundus, *et de stipitibus suis oculos*, etc. Eustathius exprimere voluit illud Basilii, καὶ εὐθὺς ἀπὸ τῆς ῥίζης εἰς πολλὰς ἐκφύσεις διηρημένα ; nec inepte, cum *oculus* de vite et de arboribus usitate dicatur.

(*b*) Editi, *quorum aliæ lenes et nitidæ, nonnullæ nodosæ et asperæ, aliæ simplices, cæteræ etiam multis consertæ caudicibus :* quæ scriptura si cui placeat, legat oportet *quarum*, cum scriptum sit *aliæ nonnullæ*, etc. Antiqui duo libri, ut in contextu. Ibidem Colb. secundus, *et quod magis mirabile.*

(*c*) Editi et Colb. primus, *pinus glandiferum transformant.* Alter Colb., *pinus in nemus grandiferum se transformant.* Codex noster, *pinus in glandiferum se transformant.* Dubium non est quin legi oporteat uti in Colb. secundo scriptum et invenimus et notavimus ; si tamen pro *grandiferum* ex aliis codicibus legamus *glandiferum.*

D (*d*) Colb. secundus, *suffusus.* Statim editi, *primorum qualitates.* Libri veteres, *pomorum qualitates ;* nec putandus est Eustathius aliter scripsisse : qui tamen secus interpretari debuisset, cum legamus apud Casilium, τῶν φυτῶν, *arborum.* Subinde Colb. secundus, *spiritualis potest omnium.*

(*e*) Editi, *quin etiam.* Veteres duo libri, *qui etiam :* Græce, οἵγε καὶ.

(*f*) Editi, *si enim videres quempiam de gentibus.* Antiqui duo libri uti in contextu legi potest. Nec ita multo post edit., *mutuata secundum.* At nostri tres mss., *mutuata fecundum.*

(*g*) Libri veteres, *decocta... defensa.* Hoc ipso in loco editi, *tegmentorum præsidio.* Colb. secundus, *tegumentorum.*

(*h*) Colb. secundus, *tenuior est.*

(*i*) Editi, *comprehendere cunctas.* Antiqui duo libri, *cuncta.*

inter se differentia quis poterit explicare? Alia est enim (*a*) lacrima schini, alius balsami succus, alius etiam de Ægyptiis Bibycisque ferulis sudor emanat. Fama est quoque quod electrum lacryma sit cujusdam ligni, more lapidis obdurata. Cujus rei testimonio sunt surculli, vel masculæ parvæ, quæ considentes 730 in electri manantis succo cum gelaretur hæserunt. Et omnino de eorum qualitatibus, nisi qui experiendo doctus fuerit, plenam rationem proferre non poterit : quomodo iterum ex ipso humore, vitis quidem vinum generat, olea oleum. Et non solum hoc mirabile est, quia dulcis hic, et ibi pinguis efficitur : sed quod in ipsis fructibus multiplex admodum (*b*) saporis mutatione demonstratur. Alia est enim dulcedinis qualitas in uva, alia in malo, alia in ficu, alia in dactylo. Volo (*c*) itaque te adhuc hoc enucleatius examinare negotium ; quomodo labiorum sensui, gustuique placidissimus videtur humor, cum in quibusdam pamis allata maturitate dulcessit, in aliis acerbus habetur et anxius cum accessit. Contristat autem sensum per amaritudinem nimiam : cum se in absynthio vel in scamonia diffuderit. In quernis vero, vel corneis pomis, stipticus et durus efficitur; in terebintho autem vel nuce, mollem recipit pinguemque substantiam.

9. Sed cur (*d*) longinqua prosequimur, cum in una eademque ficu, modo amarissimus sit humor in succo, modo dulcissimus in fructu, in vite autem sit acerbus cum germinat, suavis in uva matura? Colorum quoque quantas dicas esse discretiones? Denique si quando florea rura respexeris, videbis eumdem liquorem, quomodo puniceus quidem habetur in hoc flore, purpureus autem vel candidus, vel aurosus in alio, majoremque rursus odoris differentiam, quam coloris ostendit. Sed jam sentio mihi sermonem in immensa spatia contemplationis aviditate proserpere. Quem nisi vinctum ad necessitatem creaturæ redegero, dies me profecto deficiet, magnificam vobis sapientiam, ex minorum comparatione pandentem. *Germinet terra lignum fructuosum faciens fructum.* Mox ut præceptum est datum, juga montium arboribus comantia crebrescebant, horti cernebantur exculti, ripæ fluminum diversis frondium generibus replebantur. Quarum quædam dispositæ sunt mensas exornare mortalium, nonnullæ pabula præbere pecudibus, aliæ medicandi usibus(*e*) aptantur; et, ut carptim dicam, quæcunque nobis experientia rerum diuturna congessit, undique necessaria colligens, hæc velocissime dispensatio Conditoris, ab initio futura prospiciens generari constituit. Sed tu cum videris domestica, silvestria terena, aquaria, florea, majorem recognosce per minima, ita tamen ut admirationi propriæ dilectionem Creatoris adjicias, inquirendo quemadmodum certa lignorum facit semper esse virentia, nonnulla quæ nudantur hyberno, et rursus eorum quæ semper virentia sunt, quædam solent folia mutare latenter, ut per nunquam possint propriis frondibus spoliari, sicut (*f*) est oliva vel pinus ; alia sempiternis induta foliis esse præcipit, ut palmam, quibus ex principali germinatione perceptis usque ad extremum finem creditur esse contenta. Illud quoque considera, quomodo arbor ea quæ myrice nominatur, velut ambigui generis est, quippe quæ non minus locis humidioribus quam siccioribus delectatur. Propter quod Hieremias (XVII, 16) mores varios et mutabiles huic virgulto prudenter æquiparat.

10. *Germinet terra.* Igitur parva ista præceptio cogit eam vires proprias (*g*) quanta habet, singulis annorum curriculis ad informandum genus herbarum, seminum lignorumque producere. Nam sicut turbo pineus, ictu prioris verberis incitatus, curvatis spatiis gyros explicat tortuosos, acutoque fundamine semel defixus semetipse circumfert; ita naturæ ratio ex priore Dei mandata sortita principium, per omne transit ævum, donec ad communem terminum finemque perveniat. Ad quem nos quoque bonorum operum repleti fructibus properemus, ut plantati in domo Domini, floreamus in aula Dei piissimi, in Christo Jesu, cui gloria et honor sit semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(*a*) Editi, *lacryma scini*. Codex noster, *schini*. Græce apud Basilium σχίνου.

(*b*) Editi, *saporis imitatione*. Colb. primus, *saporis mutatione*. Colb. secundus, *saporis mutatio* ; et ita quoque in veteri nostro libro scriptum est manu secunda. Græce, ἡ παραλλαγὴ τῆς ποιότητος.

(*c*) Antiqui duo libri, *volo itaque te*. Illud *te* in editis desideratur.

(*d*) Editi, *longinque prosequamur*. Libri veteres, *longinqua*.

(*e*) Colb. secundus, *usibus aptabantur*. Sequitur in vulgatis, *quia, ut carptim dicam*. At in duobus libris veteribus scriptum invenimus ita ut edidimus.

(*f*) Illud *est* ex antiquis duobus libris addere libuit.

(*g*) Editi cum Colb. primo, *quantas habet, singulorum curriculis*, pessime. Codex noster et Colb. secundus, *quantas habet, singulis annorum cutriculis*. Græce, καθ' ἑκάστην ἔτους περίοδον. Ibidem editi, *ad infirmandum*. Libri veteres, *ad informandum*.

LIBER SEXTUS.

1. Athleticorum certaminum spectatores, oportet dimicantium valetudinis esse consortes, quod ab editoribus ludorum lustralium facile probabitur, qui congregatos in stadio nudato capite sedere præcipiunt. Propterea, ut mihi videtur, ne non solum spectator intersit unusquisque, sed etiam particeps sudoris existat. Ita videlicet maximorum atque excellentium spectaculorum quæsitorem, et summæ sapientiæ atque ineffabilis auditorem convenit afferre proprias causas ad contemplationem rei propositæ, mecumque (*a*) partiri laboris onus, ut poterit, socium se magis arbitrans astare quam judicem ; ne forte

(*d*) Editi et duo mss., *vartiri laboris hujus, ut voterit*. Colb. secundus, *partiri laboris onus, ut poterit*.

lateat nos veritatis inventio, et mea culpa fiat cum auditoribus commune dispendium. Quorsus hæc dixerim? Quia videlicet proposita nobis est disputatio de mundi 731 compositione, non ex sæculari sapientia nacta principium, sed ex quibus famulum suum Moysen Dominus docuit in specie, non per figuram locutus ad eum. Ergo necesse est maximarum rerum studiosissimos spectatores, (*a*) non inexercitato animo, quæstionibus interesse præsentibus. Itaque si quando sub serenitate nocturna, ineffabilem siderum pulchritudinem (*b*) desuspexisti, credo te captum de rerum omnium conditore quæsisse, quis floribus ejusmodi cœlum variaverit, et quomodo in iis quæ cernuntur major delectatione probatur utilitas, itemque si interdiu, sobria mente discutiens, considerasti diurna (*c*) miracula, per visibiliumque rationem, eum qui habetur invisibilis reputasti, omnino promptus ad audiendum venisti, dignum te demonstrans celebritate honesti hujus beatique spectaculi. Quapropter faciam quod solent hi qui urbium peregrinos, manu comprehensos, (*d*) ad destinata perducunt, id est, ut vos ad occulta miracula maximæ hujus civitatis, utpote nescios introducam. In hac igitur urbe sita est antiqua patria nostra, ex qua nos traduxit homicida diabolus, suis sollicitatos illecebris. Hic conspiciens primam hominis generationem, et mortem quæ nos subinde (*e*) secuta est, quam peperit peccatum, quod est primogenitum vetusti dæmononis germen; ibi recognoscis hominem, natura quidem terrenum, sed opus esse manum divinarum; valetudine multum pecoribus deteriorem, sed animantium inanimatorumque principem constitutum; instrumentis naturalibus imbecillem, sed ad cœlum ipsum ope rationis elatum. Si hæc didicerimus, non quidem ipsos recognoscemus, Deum reminiscemur. Conditorem adorabimus, Domino serviemus, patrem glorificabimus, benefactorem reverebimur, auctorem vitæ nostræ præsentis et futuræ non cessabimus venerari, qui per eas quas largitus est nobis divitias, etiam earum fidem quas promisit ostentat, et qui experimento præsentium, illa quoque quæ seperantur affirmat. Si enim temporalia sunt ejusmodi, qualia sempiterna? Si visibilia tam bona, qualia quæ non videntur? Si cœli magnitudo mensuram humanæ mentis excedit, quis sempiternorum naturam sufficiat æstimare? Si (*f*) corruptioni sol obnoxius, tam bonus et magnus est, mobilitate velox, discursibus ordinatus, habens congruam amplitudinem, qua statutam rebus omnibus mediocritatem transgredi non queat? Decor autem naturæ velut oculus quidam prospicuus ornamentum mundo perhibet. Si insatiabilis est ejus aspectio, qualis in pulchritudine sol putabitur esse justitiæ? Si cæco jactura est hunc non visere, quantum dispendium patitur, peccator, vera luce fraudatus?

2. *Et dixit Deus* : *Fiant luminaria in firmamento cœli ad illuminandam terram, et dividant inter diem et noctem.* Cœlum scilicet et terra præcesserant, lux super his jam fuerat fabricata, dies a nocte discretus, arida jam revelata erat, aqua congregata in stationem sibi deputatam, terra suis erat fructibus repleta; quippe quæ tot herbarum millia germinaverat et variis plantarum generibus abundabat: sol autem necdum erat luna ne principem videlicet patremque luminis eum vocarent, vel auctorem e terra nascentium, qui Deum nesciunt, opinarentur. Propterea quarto die dixit : *Fiant luminaria, et* (*g*) *fecit Deus duo luminaria.* Quis præcepit? Quis obsecutus est? Num consideras in his duplicationem personarum? ubique igitur dogma Deitatis mystica narratione concertum est historiæ, causaque præsto est creandorum luminariorum *ad illustrandam terram.* Quomodo ergo si lux antecesserat, nunc *ad illuminationem* sol dicitur constitutus? Primo quidem sermonis nostri simplicitas nullum tibi risum moveat, si facundiæ vestræ non affectamus elegantiam, nec compositiones sequimur clausularum. Non enim consuevimus verborum instructuras, vel euphoniam pronuntiationis excolere; sed honestam significationem nominum ubique ducimus (*h*) præponendam. Adverte itaque quomodo per naturam sufficienter quod voluit, declaravit: pro *illuminatione* enim luminaria nominat, quod utique non repugnat his quæ de luce prædicta sunt. Tunc enim natura luminis est producta; nunc autem solanum corpus effectum est, quo superfertur illud primogenitum lumen. Sicut enim aliud est ignis, aliud lucerna, quorum unum illustrandi vim possidet, aliud ministrandi causa luminis, his qui ejus indigent est formatum; sic et mundissimæ illi et sincerissimæ luci pro vehiculis quibusdam luminaria ista subjecta sunt, licet Apostolus (*Phil.* II, 15) quosdam luminaria mundi nominat. Sed alia est vera lux mundi, ex cujus transfusione lustrati sancti, luminaria fiebant animabus his, quas veritatem docentes, de tenebris eas ignorantiæ liberabant. Sic et sol iste visibilis illo principali fulgore flammatus elucet.

3. Et nulli videatur incredibile, quod diximus aliud

(*a*) Antiqui duo libri et editi, *inexercitatos.* Alius, *inexercitato.*

(*b*) Veteres duo libri et editi, *pulchritudinem desuspexisti.* At Colb. secundus, *desuper aspexisti.* Verbum *desuspicere* Latinum non esse scio quidem; sed nescio tamen quomodo legendum sit. Cum enim Eusathius sæpe utatur verbis non Latinis, et hic quoque ejusmodi verbo fortasse usus est. Leget quisque quomodo magis libebit.

(*c*) Editi et Colb. primus, *diuturna miracula.* Alter Colb., *divina miracula.* Vetus noster liber, *diurna miracula;* et ita legi oportere patet ex Græcis, τὰ τῆς ἡμέρας θαύματα.

(*d*) Editi, *ad destinata producunt, idem ut nos ad occulta.* Libri veteres ut in contextu.

(*e*) Colb. secundus, *subsecuta est.* Mox ubi in editis legitur *valetudine*, ibi et aliis locis scriptum invenimus in antiquis libris *valitudine.* Subinde editi, *quam promisit.* Noster codex, *quas promisit.*

(*f*) Editi, *si corruptioni obnoxius.* Colb. secundus, *si corruptioni sol obnoxius*, ita postulante Græco ἡλιος. Aliquanto post Colb. secundus, *ejus aspectu.*

(*g*) Editi, *quia fecit.* Veteres duo libri, *et fecit.* Græce, καὶ ἐποίησε.

(*h*) Editi, *proponendam.* At nostri tres mss., *præponendam;* et ita legi debere ostendit Basilianum illud προτιμότερον. Nec ita multo post Colb. secundus, *cui superfertur.*

esse luminis splendorem, aliud subjectum lumini corpus, primo quia quæ composita sunt, in dua partes ἓ ἓ ἓ dividuntur, id est, in materiam receptricem, et in eam quæ sibi evenerit qualitatem. Sicut ergo aliud est naturalis candor, et aliud quod candescit: sic illa quæ dicta sunt distare a se quidem natura videntur, sed Creatoris virtute conjuncta sunt. Et non mihi dicas impossibile est hæc (*a*) ab alterutrum separari; neque enim ego separationem luminis a solano corpore comprehensibilem mihi tibique confirmo, sed quia nobis opinatione sola divisibilis æstimatur. Plane nutu Conditoris possunt hæc a natura sua facile sejungi. Denique nobis impossibile penitus est ardorem solis a splendore discernere, sed Deus volens famulum suum mirifica visione convertere, sic apposuit rubo flammam, ut solam vim claritudinis ejus, deposita torriditate, monstraret. Sicut et psalmus testatur dicens: *Vox domini intercidentis flammam ignis* (*Psal.* XXVIII, 7). Unde etiam in retributionibus delictorum quæ in vita contraximus, ratio quædam nos secretior docet partiendam ignis esse naturam: cujus lux ad illuminandos deputabitur justos, ardor autem ad concremandos (*b*) proficiet peccatores. Licet et de lunæ quoque passionibus facile queamus fidem capere quæsitorum, decrescens enim, non toto corpore prorsus expenditur; sed insertam sibi lucem modo deponens, modo recipiens, concretionis et diminutionis propriæ quasdam nobis exhibet fantasias. Nam quia senescente ea minime totum corpus ejus expenditur. testimonio sunt quæ videntur: licet enim tibi aere libero nebulosique carente vaporibus, spectare lunam deficientem, quando rotunda secundum (*c*) schema est, quando globus ejus, ex eo latere quod tenebrosum est, tali orbe circumscribitur, quali cum luce plena est. Quem evidenter integrum perfectumque conspiciens, ea manifestatum parte qua fulget. Et non mihi dicas quia lux ejus adventitia est, quoniam minuitur quidem quando contra solem vertitur, crescit autem cum ab eo discesserit. Nam nec nobis hoc modo discutere propositum est, sed quia aliud est ejus corpus, aliud causa luminis. Tale (*d*) quidam ergo mihi, et de natura solis intellige, qui ob hoc tantum discrepare videtur a luna; quod hic quidem susceptam semel insitamque sibi lucem minime deponit, illa vero sæpius exuta, (*e*) iterumque induta lumen, facile poterit ex se etiam quæ de sole dicta sunt confirmare. Hæc ergo luminaria statuta sunt dividere inter diem et noctem, (*f*) quorum naturam tunc ab alterna contrarietate destituit, ut erga se irreprehensibiliter haberentur, nullaque communitat tenebris esse possit cum luce. Quod (*g*) enim est umbra interdiu, hoc obscuritas habetur in nocte. Et sic ut omnis umbra de corporibus lumini subjectis emittitur, mane quidem tendens ad occasum, vespere vergens ad Orientem, meridianis se horis ad partem Septentrionis inclinans, nox quoque ipsa, retrorsum lucis radiis repercussa secedit. Cujus quid aliud intelligenda natura est, quam mundi obumbratio? Sicut enim lucido die stantem quempiam sub aurora solis mox umbra comitatus, sic obumbrato aere qui terræ proximus est, nox efficitur, et hoc est quod dicit, *Separavit Deus inter lucem et tenebras.* Nam fere semper obscuritas refugit lucis adventum. quippe quibus ex prima generatione alienatio inter (*h*) se naturaliter est aptata. Nunc autem solem præcepit spatia diurna peragere, lunam vero cum orbem suum compleverit, moderatricem noctis statuit: pro certaque dimensione invicem sibi luminaria ista succedunt. Nam sole procedente, luna si plena est, statim ducitur ad occasum. Rursus autem cum sol cursui suo metas posuerit, hæc incipit exori. Sed si secundum alia schemata minime spatio noctis lunare lumen æquiparat, non interest propositæ quæstionis, solum nobis illud asserentibus, quia quando perfecta est luna, noctis obtinet principatum, proprio superans astra fulgore, terramque perlustrans; temporis autem mensuram æqualiter cum sole partitur.

4. *Et sint*, inquit, *in signis, et in temporibus, et in diebus, et in annis.* Necessarias igitur humanæ vitæ, sicut longior usus docet, signorum notationes et observationes invenies, si tamen non amplius eas quam oportet inquiras. Multa enim super futuris imbribus (*i*) possumus discere; plurima quoque de vaporibus terrarum, motibusque ventorum, seu per partes ve-

(*a*) Suspicari fortasse possit quispiam vitii aliquid hoc loco subesse; sed in antiquis libris perinde ut in vulgatis legitur eodem modo, *hæc ab alterutrum separari.* Mihi facile persuaderi posset malum scriptorem Eustathium ita locutum fuisse.

(*b*) Editi et Colb. primus, *perficiet.* Alter Colb., *præficiet.* Votus noster liber, *proficiet:* quarum vocum nulla verbum Græcum bene exprimi constat. Etenim verbum ἀποτάττομαι, quo utitur Basilius, longe melius redditum fuisset *destinabitur.* Aliquanto post Colb. secundus, *nam quod senescente ea.*

(*c*) Editi, *quando rotunda*; *sed schema est.* At Colb. secundus, *rotunda secundum schema est*: convenienter Græco κατὰ τὸ σχῆμα. Ibidem Colb. secundus, *ex eo latere quo tenebrosus est* Subinde mss. duo, *et non mihi dicas.* Vocula *et* in editis desiderabatur.

(*d*) Editi, *tale quidem.* Antiqui duo libri, *tale quiddam.*

(*e*) Editi, *iterumque nudata*: quo quid alienius dici possit, non video. Antiqui tres libri. *iterumque induta*: quam scripturam veram esse et genuinam constat ex illo, καὶ πάλιν ἐπαμφιεζομένη.

(*f*) Editi et Colb. primus, *quorum natura tunc ab alterna contrarietas destitit.* Alter Colb. ut in contextu. Ibidem ubi in editis legitur *incomprehensibiliter*, in nostris tribus codicibus scriptum invenimus *irreprehensibiliter*: qua ex interpretatione suspicari licet, inepte legisse Eustathium ἀμίμπτως, cum scripserit Basilius ἀμίκτως, *sine admixtione.*

(*g*) Codex unus, *quod enim est umbra in nocte.* Mox editi, *mane tendens.* Libri veteres, *mane quidem tendens.* Subinde editi, *meridianis horis.* Colb. secundus, *meridianis se horis.*

(*h*) Editi et Colb. primus, *est naturaliter optata.* Alii duo mss., *naturaliter est aptata.* Græce τῆς ἀλλοτριώσεως κατασκευασθείσης.

(*i*) Editi, *passumus dicere.* Antiqui duo libri, *discere possumus* In Græco, ἐστὶ μαθεῖν. Nec ita multo post editi, *placide sunt venturi.* At duo mss. *placide sint venturi.* Colb. secundus, *utrum violenti an placidi*, etc. Subinde ubi legimus et in duobus mss. et in vulgatis, *solis*, legitur in Colb. secundo, *solum.*

nientium, seu generaliter ubique spirantium, et utrum violenter, an placide sint venturi. Unum itaque ex demonstrationibus habetur solum, quod ostendit nobis Dominus, dicens futuram tempestatem cum cœlum **733** cœperit igneo rubore tristari (*Matth.* XVI, 3). Nebulis enim subeuntibus, obfuscati radii rutilo sanguineoque colore cernuntur; aeris videlicet densitate talem speciem nostris obtutibus exhibente, qui necdum vi caloris expressus, (*a*) propter exhalantes subinde vapores, et augmentis aquarum magis magisque crassatus; certissimam tempestatem regionibus in quibus fuerit glomeratus intentat. Similiter etiam fit quando habetur luna circumflua, vel cum solem circumdederit area quæ vocatur, nimirum aquarum multitudinem, aut ventorum fremitus futuros annuntiat, vel cum visi circa eum fuerint discurrentes, ii qui (*b*) soles contrarii nominantur: profecto casus aliquos ætherei tractatus imminere portendunt. Sicut et virgæ illæ quæ in iridis colore sub matutinis nubibus ostenduntur, vehementes pluvias et procellas, aut aliquam omnimodo cœli perturbationem significant. Plurima etiam indicia crescente vel senescente luna, qui huic scientiæ studuerunt notasse dicuntur: asserentes quod aer terræ proximus, necessario pro lunæ schematibus qualitatibusque vertatur. Nam (*c*) cum fuerit tertia, si gracilis et minime cornibus obtusis appareat, serenitatem stabilem firmamque declarat. Sin autem rubicunda, pinguisque cornibus habeatur imbres nimios, australemque violentiam minatur. Horum igitur observatio quantum commoditatis impendat hominibus, quis ignorat? Possunt enim navigaturi intra portum retinere classem, futura pericula prævidentes: viator item cautus effectus ex cœli tristitia, tranquillitatis tempus exspectat; agricultores quoque seminibus et plantis sollicitam diligentiam commodantes, ex memoratis instructi signis opportunitatem congruam præstolantur. Quid, quod (*d*) solutionis etiam rerum omnium in sole, lunaque et stellis, visenda prodigia Dominus prædicavit dicens: *Sol vertetur in sanguinem. et luna non dabit lucem suam* (*Joel.* II, 31; *Act.* II, 20). Verum hæc indicia sunt mundanæ consummationis, ut diximus.

5. Sed illi qui ultra fossam saltus suos conantur extendere, ad rationem genesis cursum propositi ser- A monis influctunt. Ferunt enim vitam nostram de motu pendere cœlestium; propterea Chaldæi notationes astrorum ad casus humanos asserunt pertinere, simplexque dictum Scripturæ quod ait in signis, non ad mutationem videlicet aeris vel temporum qualitatem, sed ad sortem vitæ transferentes humanæ, prout sibi videtur, exponunt; dicentes quorumdam discurrentium siderum complexionem, cum ad illas stellas quæ in zodico moventur circulo, si (*e*) secundum tale verbi gratia schema coierint, certam genesim solere perficere; rursusque si alter habitus illarum fuerit, contraria decreta componit. De quibus non erit fortassis inutile, si aperiendæ quæstionis gratia, paulo superius repetita serie narrationis exordiar. Dico autem non B meum quid proprium, sed confutationis illorum causa, suis utar elogiis: ut et ii qui errore præventi sunt, remedia conceptæ læsionis accipiant, et cæteri munimen aliquod, ne similia patiantur, inveniant. Repertores igitur genesiacæ rationis diuturnitate temporis experti, quod eos de schematibus multa diffugiant, in angustum penitus temporis redegere mensuram, ut etiam minutissimo intervallo, sicut dicit Apostolus: *In momento, et in puncto* (*I Cor.* XV, 52), magna sit (*f*) inter genesim genesimque distantia, asserentes quod ille qui natus est in hoc puncto rex erit gentium princepsque populorum, maximam potentiam multasque divitias sortiturus; eum autem qui in illo momento creatus est, mendicum, et vagum fore, quotidianique victus causa, diversorum januas obiturum. Ideo namque C circulum qui signifer appellatur in (*g*) duodecim partibus dividunt; quoniam sol per triginta dies egreditur duodecimum (*h*) locum sphæræ, ejus quæ ἀπλανής, id est, inerrabilis vocitatur. Et rursus unumquodque membrum partium tricenarum per spatia duodena deducunt: quorum singulas iterum portiones in alia sexaginta distribuunt, eorumque sexaginta sexagies portiones enumerant. Hujusmodi ergo nascentium genesim disponentes, videamus si possunt hanc subtilitatem, sub temporis dimensione servare. Mox enim ut infans processerit ex utero, speculari necesse est obstetricem quæ dicat puer sit an puella quod natum est, et exspectat vagitum quo capiat parvuli viventis indicium. Quanta vis D dum hæc aguntur, sexagies dicas transisse mo-

(*a*) Editi et duo mss., *exaltantes*, corrupte. At emendate scriptum invenimus in Colb. secundo, *exhalantes*.

(*b*) Codex unus cum editis *solis contrarii*. Alii duo, *soles contrarii*.

(*c*) Editi *cum fuerit tersa*. Libri veteres, *cum fuerit tertia*, ita exigente et sensu, et Græco περὶ τρίτην ἡμέραν.

(*d*) Editi, *solutiones*. Codex noster et Colb. primus, *solutionis*, bene, cum apud Basilium legamus, τῆς διαλύσεως... σημεῖα, *solutionis signa*. Alter vero Colb. ita habet, *diligentiam commodant ex memoratis instructionibus. Et jam rerum omnium in sole*, etc. Quod ad Græcum quidem facilius accommodari potest, ἤδη δὲ καὶ : sed eo in libro vox *solutionis* desideratur. Codex noster, *præstolantur, siquidem solutionis* etc. Statim mss. duo, *videnda prodigia*.

(*e*) Editi, *si tale*. Antiqui duo libri, *si secundum tale*. Græce κατὰ τοιόνδε σχῆμα. Statim editi, *si aliter* Colb. secundus, *si alter* Subinde Colb. secundus, *repetitam seriem*.

(*f*) Editi, *inter gesim genesimque distantia*. Vetus hic noster liber, *inter genesim genesimque distantia* recte. In græco, γένεσει πρὸς γένεσιν.

(*g*) Antiqui duo libri cum editis *in duodecim partibus*. Alius, *in duodecim partes*. Quod magis idoneum esse non diffiteor; sed non inde effici puto, ut malus scriptor Eutathius ita scripserit.

(*h*) Editi, *locum feræ*. Codex noster, *locum fere*. Colb. primus, *locum fore*. Alter Colb., *locum speræ*: quæ scriptura ita corrupta est, ut emendari nullo negotio possit. Igitur pro *speræ* legendum est *sphæræ*, quod cum satis per se perspicuum sit, magis tamen confirmatur ex Basiliano illo, σφαίρας.

menta. (*a*) Itaque dum manifestatur editus puer mathematico, quanta dicimus elapsa esse puncta, dum media responsa redduntur. Quod etsi contigerit extra fores cubiculi stare eum qui nascentis horam colligit, oportet visitari laterculum, ut diligenter, et sine ulla intermissione calculari possit cursus horarum, sive diurni fuerint, sive nocturni. Quantorum igitur sexagesimorum numerus, eo ipso tempore præteriisse putabitur? Necesse est enim ut inveniatur stella, quæ non solum in quota parte duodecimi spatii, sed etiam in quoto puncto duodecies divisæ portionis assistit, vel potius in quoto momento sexagesimorum reperitur, in quibus diximus decretorum sortem fuisse divisam, aut ut omnino veritas inquiratur, in quoto eorum sexagesimorum ostento, quæ a primis sunt sexagesimis 734 (*b*) reparata. Verum istam sic enucleatam, et incomprehensibilem temporis inventionem, in singulis quibusque planetis fieri, necessarium esse confirmant: ut agnoscatur qualem habitum gesserit adversus erraticas stellas, vel quale inter se schema tenuerint, cum nasceretur infantulus. Nam si hora sollicite non fuerit custodita, contigeritque vel modicum quid de illa subtilissima ratione mutari: prorsus observatio tota confunditur. Sunt quidem risu digni qui hujus inexplicabilis disciplinæ studiis vacaverunt: sed multo magis illi qui avidius in eos inhiant, tanquam scientes aliquid.

6. Itaque solent eventus, et effigies quoque prædicere singulorum, declarantes illum crispo capillo futurum et alacrem: quoniam in ariete posita est ejus hora, talis enim species est ejus animalis; eritque magnæ potentiæ, quoniam principalis est aries. Præsidalem quoque futurum, et quæstuorum, quoniam pecus istud sine molestia depositam lanam facile resumit ministrante natura. Qui autem sub tauro creatus est tyrannicus erit, et laboriosus, idemque servilis, taurus enim jugo submittere colla consuevit. Qui vero signo scorpii nascitur, vulnificus habebitur, ut pote similis illi; qui autem sub hora libræ fuerit editus, justus efficitur; propter æquitatem quæ servatur in trutina. Quod his risibilius fieri poterit? Aries igitur ex quo genesim mutuaris hominibus, duodecima pars cœli habetur; in quo si sol constiterit, ætherea signa contingit; libra quoque vel taurus duodecima portio est signiferi circuli. Quomodo ergo principales (*c*) inde causas asserendo vitæ mortalium, de terrenis pecudibus nascentium formas mentes, et dicis munificum fore arietinum hominem: non quia morum ejusmodi pars illa cœli perfectrix est, sed quia natura talis est ovis? Hortaris ergo nos prælata dignitate stellarum, aut potius suadere conaris, per bestias mutas accommodare tibi consensum. Quod si de animalibus assumptas morum proprietates habet polus, ipse quoque subjacet necessitatibus alienis; (*d*) quippe quia nactus est ex quadrupedibus causarum ducta principia. Si autem hoc dicis ineptum esse, multo illud pronuntiabis ineptius, ut auderes de his rebus assertiones afferre, quæ nihil nobiscum videntur habere commune. Verum hæc illorum argumenta similia sunt (*e*) cassibus aranearum, in quibus si culex, aut musca consederit, tenetur innexa; cum autem de fortioribus aliquid inciderit, ipsum quidem mox penetrat, textus vero perrumpit invalidos.

7. Tamen his non usquequaque contenti sunt, sed longinquius progrediuntur errantes. Nam res quæ in arbitrii nostri libertate sunt positæ, id est, virtutes aut vitia, cœlestium necessitatibus applicant. Quibus contradicere quamvis risibile sit, tamen quia plures hac (*f*) seductione prolapsi sunt, congruum mihi videtur non transire silentio. A quibus illud principe in loco postulamus agnoscere: si non diebus singulis millies schemata mutantur astrorum. Semper enim moventur atque (*g*) discurrunt eæ stellæ quæ planetæ vocantur, quarum aliæ celeribus se vestigiis consequuntur, nonnullæ tardius discurrentes, sub eadem hora sæpius, et aspiciunt se, et absconduntur. Maxima sane vis habetur in genesi, ut illi dicunt, si aut bona stella respexerit, aut maligna nascentem. Fit autem plerumque ut eo tempore, quo bona stella præfuerit, mathematicus non inveniens tempus edicere propter ignorationem unius minutissimarum, quas supra retulimus portionum, sub cacodæmone illum jacere describat, utipsorum sermonibus cogar uti, in quibus est quidem magna dementia, sed major habetur impietas. Nam maligniores stellæ causas nequitiæ propriæ in suum transferunt conditorem: quibus si ex natura subesset improbitas, conditor profecto malignitatis (*h*) auctor exstiterit. Sin

(*a*) Codex unus, *dum manifestatur*. Illud *dum* in editis deerat. Aliquanto post editi et duo mss., *dum modice responsa redduntur*. Vetus codex noster, secunda quidem manu, sed antiqua, *dum media responsa redduntur*. Subinde Colb. secundus, *inveniet stellam. quæ*, etc.

(*b*) Editi et duo mss., *reparata*. Colb. secundus, *reputata*, fortasse *amputata*.

(*c*) Vocem *inde* ex nostris veteribus libris addidimus.

(*d*) Codex unus, *quippe quia*. Editi, *quippe qui*. Mox duo mss., *si autem hoc dicis*. Editi, *si autem dicit*. Hoc ipso in loco mss. duo, *pronuntiabis*. Editi, *pronuntiabit*.

(*e*) Verbum *sunt* addidimus ex duobus codicibus. Mox editi, *tamen his quæ quaque non contenti sunt*. Antiqui duo libri, *tamen his non usquoquaque contenti sunt*.

(*f*) Codex unus, *hac seducti ratione, prolapsi sunt*. Haud longe editi et Colb. primus, *illud principi. loco*. Codex noster, *illud principe in loco*. Colb. alter *illud primo loco*. Græce, πρῶτον. Ultimas duas lectiones ex æquo voci Græcæ convenire vident, opinor, omnes; puto tamen potius legi debere *principe in loco*, uti in veteri nostro libro scriptum invenimus. Videtur enim librarius, quicunque ille fuit qui alterum illum codicem Colbertinum scripsit, nonnulla de suo et mutasse, et correxisse, sive, cum scriberet, respexerit ad exemplar Græcum, sive id solo rationis ductu fecerit.

(*g*) Editi, *discurrunt stellæ*. At Colb. secundus, *eæ stellæ*.

(*h*) Editi, *actor exstiterit*. Colb. secundus, *auctori exstiterit*.

autem proposito faciente sunt pessimæ,primo quidem (*a*) animalia quædam putanda sunt arbitrio suo famulantia, absolutoque et libero impetu, ad hoc quod sibi libuerit incitata, siquidem totius modum furoris excedit insimulare res exanimes. Deinde 735 quanta irrationabilitas est, bonum malumve, non pro sua cujusque dignitate distinguere, sed ex loci qualitate, aut respectu alterius, vel optimum fieri definire, vel pessimum? Et cum paulisper de schemate stella diverterit, suæ propriæ dicitur malignitatis oblita. Sed hæc quidem hactenus sane per singula momenta temporis, ut dicunt,in aliud atque aliud schema se transferunt. In his itaque tot tantarumque mutationum millibus, quanta quotidie natalium regiorum decreta formari putanda sunt.Cur ergo non singulis diebus principes procreantur? Aut quare apud illos successio semper paterni custoditur imperii? Quoniam nemo videlicet eventus suorum liberorum refert ad schema stellarum ; quippe quibus regnum non genesis fato, sed generis jure defertur. Nonne igitur Joatham generavit Ozias, et de Joatham natus Acham est? Et tamen nullus illorum servilis horam conditionis incurrit. Deinde si virtutum vitiorumque principia non ex arbitrio nostro, sed ex genesis necessitate sortimur, superflui sunt, ut video, latores legum, sequenda nobis vel fugienda mandantes ; superflui quoque judices honestos laudibus exornantes, improbos suppliciis punientes : insons etiam censenda est homicidæ, vel furis audacia, qui etsi cohibere manus proprias a facinore maluissent,minime potuissent,propter indeclinabilem necessitatis impulsum. Vani omnes artifices æstimandi sunt,vitæ subsidia manuum labore quærentes. Supervacaneus porro sudor agricolarum, quibus copiæ fructuum possint etiam non operantibus abundare. Mercator etiam dives efficeretur in otio,cui vel nolenti pecuniam genesis apportasset. Christianorum vero spes, quæ magna est, sublata penitus interisset,quoniam frustra vel justitia colitur,vel damnatur iniquitas;si omnino nihil ex sententia facere permittimur. Etenim quando genesiaca vis, et decretio fatalis incumbit, nullum locum prorsus invenit examinatio justi judicii. Hæc quidem adversus illos disseruisse (*b*) sufficiat. Neque enim aut ves prolixioribus sermonibus indigetis,ut pote mentis sanitate pollentes,aut tempus patitur ulterius limitem disputationis extendi.

8. Sed sermonem magis ad reliqua retorqueamus. *Sint*, inquit, *in signis et in temporibus, et in diebus.* *et in annis.* Diximus jam de signis : tempora sane intelligimus esse partes quatuor anni vertentis, id est, ver, æstatem, autumnum, atque hiemen. Hæc sibimet succedendo vicissim proluminariorum dispositis corsibus temperantur. Hiems enim fit in australibus sole regionibus commorante, nocturnamque opacitatem,circa clima,(*c*) quod nos habitamus,spatio longiore ducente. Unde fit ut aer terræ proximus frigidus efficiatur,omnesque nebulosi vapores conglomerati, pluvias et nives, glaciesque perficiant. Cum autem de meridiana plaga rediens sol, medium orbem cœli tenuerit; tunc diebus ac noctibus tempus æquale distribuit. Quantoque altius a terra subvehitur tanto magis paulatim componit temperiem,per quam ver procedit, cujus beneficio frutices arboresque frondescunt, et animalia,cuncta terrena, vel aquaria, genitali calore stimulata (*d*) propagationem generis, successione prolis extendunt. Inde sol mox ad æstivam lineam deflectendo, per confinia transit arctoa, dies nobis longiores efficiens, diutiusque commemoratus in aere,ipsum quidem flagrantem reddit ac torridum, tellurem vero perficit sicciorem, unde maturandis seminibus, atque pomis, facultas optata præstatur. Eoque tempore habetur ardentior, et umbras meridianas facit breviores, quoniam de alto nimis loco nostram respicit regionem, diesque majores habentur, tunc quando breves sunt umbræ : sicut e contra dies parvi sunt, cum fuerint umbræ longiores : quod apud nos qui (*e*) *eteroscii* nominamur, id est, alias umbras habentes, et partes habitamus arctoas, ita contingit. Nam sunt quidam qui per integrum biduum singulis annis omnimodo sine umbra sunt cum sub meridiano sole constiterint, quos, quia sol contra ipsum verticem positus æqualibus undique spatiis illuminat, in nullam penitus partem flectere sinit umbras. Nam et putealis apud eos aqua, vix tenuissimum potest (*f*) in elveum de sole lumen excipere, propter quod eos quidam *ascios*, id est, exumbres appellant. Illi autem qui extra terras odoriferas habitant, in utramque partem mutant umbras. Nam soli qui nostram videntur incolere regionem,adversus austrum semper, id est,ad meridiem umbras credunt emittere : unde etiam a quibusdam *amphiscii*, (*g*)id est biumbres nominantur. Verum hæc omnia sole ad partes boreales commeante proveniunt. Ex his considerandum est, quantus radiorum fervor habeatur, et quantos hominibus casus efficiat. Post hæc igitur tempus autumnale succedit, quod frigoris et

(*a*) Editi, *animalia quædam putando arbitrio suo famulanti :* quod cum aperte vitiosum sit,ex Colb. secundo correximus.

(*b*) Antiqui duo libri, *sufficiet*. Alius codex, *suffician*. Statim editi et duo mss., *torqueamus*. Alius codex, *retorqueamus*. Græce, ἐπανέλθωμεν.

(*c*) Illud *nos* ex duobus libris veteribus addendum judicavimus.

(*d*) Antiqui duo libri, *propaginationem*. Alius, *propaginem*. Aliquanto post editi, *ac aridum*. Libri veteres, *torridum*.

(*e*) Editi,*ætheroscii*.Codex noster,*eteroscii*.In Græco, παρ' ἡμῖν τοῖς ἑτεροσκίοις, *heteroscii*.

(*f*) Antiqui duo libri et editi, *in alium*. At Colb. secundus, *in adveum*. Sic Eustathius Latine reddidit illud Basilii, διὰ στομίων στενῶν, cum potius scribere debuisset, *per angusta oræ*.Lege Basilium, hom. 6, num. 8.

(*h*) Editi, *id est umbræ nominantur*. Vetus noster codex, *id est biumbras*. Colb. secundus,*id est biumbres*.Ibidem libri veteres,*et quantos*.Vocula *et* deerat in vulgatis.Ibidem editi, *efficit*.At nostri tres mss., *efficiat*.

caloris æquatas obtinens portiones, sine molestia nos
736 tradit adventui (*a*) sequentis hibernii, denuo videlicet sole ad australem regionem de aquilonis partibus remeante. Hæ sunt vicissitudines temporum, quæ solis discursibus famulantes, vitam nostram dispensare creduntur. *Et sint*, inquit, *in signis et in diebus* : non ut diem faceret sol, sed ut diei moderaretur. Nam olim nox et dies, antequam luminaria crearentur, effectæ sunt, quod declarat et psalmus dicens : *Posuit solem in potestatem diei, lunam, et stellas in potestatem noctis* (*Psal.* CXXXV, 8). Quomodo (*b*) igitur sol habet diei potestatem? quia lucem in se ipse circumferens, cum ad orbem quem nos habitamus accesserit, solutis tenebris, diem præstat. Non ergo fallitur quisque diem vocitaverit aerem istum, solis radiis illustratum, et hanc diurni temporis esse mensuram, quod in hemisphærio, ut opinantur, quod supra terram est, commoratur. Sed et in annis, inquit, signa ista disposita sunt. Cum duodecies igitur spatia sui cursus luna peregerit, annum facit: unum tamen inseri sibi flagitat mensem, ut diligentius horarum possit colligi perfecta concursio: sicut Hebræi annum antiquitus observabant, et Græcorum vetustissimi. Annus autem solanus vocatur ordinatio solis, de certo signo in eodem rursus per sua se vestigia revolventis.

9. *Et fecit Deus duo luminaria magna.* Nuncupatio igitur magnorum duplex est, quorum una intellectum habet absolutum, alia vero est quæ respectu minoris illud quod est majus assignat : ut puta magnus equus, aut magnus bos. Nos enim ex nimia immensitate suorum corporum, sed ex comparatione alterius, testimonium sortiuntur ejusmodi. Quomodo ergo nunc sensum super magnorum appellationem ducamus? Sed priorem sine dubio sensum, tanquam minora majoribus conferentes, velut formicam, aut aliud quoddam animal natura parvum maximorum collatione postpositum; an potius quia pro ingenti forma sua merito luminaria magna dicuntur? Et magis opinor ita debere intelligi. Non enim quia majora sunt aliis stellis magna nuncupantur, sed quia tanta amplitudo est orbis illorum, ut fulgor qui ex ipsis eradiat, aerem totum sufficienter illuminet, et (*c*) ubique porrectus, terras omnes mariaque contingat. Qui cum in qualibet poli parte, vel oriendo vel occidendo constiterit, cunctorum mortalium visibus æqualiter apparescit. Cujus magnitudo certissimum habet documentum: quia nec ipsorum luminariorum collatione latitudo terræ, quanta sit assignatur; ut per hoc sol et luna vel minores esse comprehendi valeant, vel majores. Nam semper ea quæ eminus posita sunt, exigua nostris putantur obtutibus : cum vero juxta

A venerimus, magnitudinem eorum quanta sit facilius reperimus. Sol autem nulli unquum, vel longiu asseritur (*d*) esse, vel propius, ita ex omni parte quæ subjecta sunt, æqua lance respectat: quem Indi atque Britanni similiter intuentur. Neque enim vergens in occasum, habitantibus Orientem, de sua quippiam magnitudine sentitur amittere; nec in Occidente positis, minor apparet exoriens, nec quando medium cœli tenet axem, utriusque lateris immutat aspectum. Non te ergo brevitas ejus contemplata decipiat, nec quia cubitalis visentibus orbis suus putatur esse, revera talis haberi putandus est. Semper enim cohærere solet intervallorum tractui rerum prolixitas spectatarum ; aciesque oculorum interjecti spatii longitudinem non assequitur
B intuendo, sed tanquam deficias expenditur, et magis æstimatione quam visu, ea quæ cernuntur attingit : et ideo pro sua tenuitate res parvas existimat esse quæ magnæ sunt, imbecillitatem videlicet suam his quæ conspicit ascribendo. Profecto ergo falluntur obtutus, et judicium fidele non habent. Recordare namque infirmitatem propriam, et ex te ipso capies eorum quæ dicta sunt argumentum. Itaque si quando ex alto montis vertice subjectam camporum planitiem respexisti, nonne juga boum tam grandia, vel aratores eorum, formicis similes judicasti? Nihilominus etiam dum in excelsa specula locatus, oculos in pelagus convertisti, quales tibi videbantur insulæ? Nonne columbarum parvissimarum tibi phantasiam quamdam perbibebant? aut naves ingentes, velis (*e*) tumescentibus candidis pro-
C spectæ procul nigræ putabantur? Ob hoc videlicet, quia sensus ut diximus oculorum, aeris distentione tenuatus non sufficit comprehendere plenius quæ visuntur. Nam et rupium maximarum in altum cavatarum rotunda plenaque putatur aspectio; dum eminentibus undique marginibus occupata, medium cavatianis locum, non valet visio defectionis attingere. Ita nec corporum schemata, qualia sint advertit intuitus, sed teretes esse turres quæ quadratæ sunt opinantur. Certum est ergo, quia in (*f*) prolixioribus intervallis non definitam, sed confusam corporum capimus visionem. Sic et magna luminaria, secundum Scripturæ testimonium, multipliciora sunt quam cernuntur.

D 10. Licet illud quoque magnitudinis eorum sit probabile documentum, quia cum sint infinitæ numero stellæ, fulgor tamen qui procedit ex eis, non potest nocturnam scindere densitatem. Sol autem fusa per mundum luce, non modo cum visus fuerit, sed etiam cum venire speratur et antequam terras illuminet, obscuritatem noctis infringit, et superat astra (*g*) candore, aeremque terræ proximum, frigore nebulisque

(*a*) Editi et Colb. primus, *sequentis hiberni*. Alter Colb. *sequentis hibernii*.

(*b*) Editi, *quod igitur*. Libri veteres, *quomodo igitur*. Græce, πῶς οὖν.

(*c*) Addidimus voculam *et* ex duobus codicibus. Aliquanto post editi et duo mss., *mortalium usibus*. Colb. secundus, *mortalium visibus*.

(*d*) Colb. secundus habet in contextu *aspicitur; sed* in ora libri scriptum invenimus *asseritur*.

(*e*) Veteres duo libri, *velis tumentes*. Alius codex, *velis tumentibus*. Subinde Colb. secundus, *rotundi planique putantur aspectus*.

(*f*) Editi, *quia prolixioribus*. At duo mss. *quia in prolixioribus*.

(*g*) Colb. secundus, *astrorum candorem*. Haud longe editi, *generaretur*. Libri antiqui *generatur*.

concretum dissolvit, ac discutit: ex quo matutinus ventus, et humor roscidus, quando serenum est generatur. Tellus autem cum sit ampla nimium, quomodo poterat sub uno temporis momento, radiis tota lustrari, nisi de maximo solis orbe lux ei largissima præberetur? Hic nunc sapientiam Conditoris adverte, quomodo immensitati ejus mediocrem vim fervoris adhibuit: ut nec ardor immoderatus terram possit exurere, nec infructuosam eam denegatio penitus caloris efficeret. His vero consentanea de luna quoque 737 intelligito, cujus corpus cum sit lucidum, non tamen semper magnitudo conspicua est, sed nunc (*a*) quidem perfecta videtur in globo, nunc semiplena scilicet, sed minuata monstratur, defectumque suum gemina parte designat. Alio enim latere deprehenditur esse tenebrosa, cum crescit, et alio cum senescit. Ratio sane sacretior est, dispensationem declarans artificis Conditoris, per quam lunæ varietas, naturæ nostræ nobis exemplum subjicit, eo quod nihil in rebus humanis perseverabile, (*b*) diutinumque consistat, sed ea quæ de nihilo producuntur, ad aliquid cum adoleverint, ad summamque mensuram suæ fuerint ætatis erecta, paulatim tabescentia dissolvuntur. Ex lunæ ergo consideratione [docemur advertere res mortales, et mutabilitates illarum cogitatione capientes, cavere debemus ne rebus elati secundis, affectemus superbiam vel insolentiam, nec confidamus temporali potentiæ, nec opibus, aut divitiis, quæ nimis incertæ sunt, exalteмur: sed cupiditatem corporis coastigemus, quæ maxime habetur instabilis, et diligentiam potius animæ tribuamus, cujus bonum semper manet immobile. Quod si te forsitan luna contristat, sensim deposita luce deficiens; plus te anima debebit afficere, quæ honorem quem ex divina virtute percepit, amittit intemperentiæ vitio nunquam firmum propositum servans, sed assidue se vertens, ut pote nullis constantiæ fulta repagulis. (*c*) Re enim vera secundum proverbium: *Sine voce luna mutatur* (*Eccli.*, XXVII, 12). Opinor autem quod et animalibus creandis, cæterisque omnibus quæ terra producit, non parva confertur ex lunæ mutatione formatio. Aliter namque cum perfecta est, et aliter cum decrescit, eorum corpora disponuntur. Modo enim laxiora videntur et vacua cum senescit, modo integra et repleta cum crescit: quoniam humorem quemdam cum calore permixtum, interius is latenter infundit. Quod ita esse demonstrant ii qui sub divo dormientes lucente luna, postquam surrexerint, inveniunt capita sua largissimo rore madentia. Sed et recentes carnes, si sub luna jacuerint, fluida mox putredine corrumpuntur. Idemque significat pecorinum cerebrum, vel etiam viscera marinorum animalium, quæ sunt humectiora, nec non arborum medullæ, quæ omnia utique nullatenus sufficeret ad suam luna redigere qualitatem, nisi amplitudine virtutis excelleret, secundum Scripturæ testimonium.

11. Sed et aeris motus, hisdem ipsis commutationibus continetur, sicut lunæ novitas attestatur, quæ ex longa plerumque serenitate subito nubium glomerationes, et perturbationes exsuscitat. Euriporum quoque meatus refluus hoc indicat, (*d*) vel etiam reciprocatio Syrtium, quæ vicinæ habentur Oceano, quas pro lunæ schematibus concitari locorum accolæ prodiderunt. Euripi etiam in utramque partem soliti sunt propria leniter fluenta convertere, reliquo omni tempore: cum vero luna nascitur, nullomodo possunt quiescere, sed vehementi fervore semper exæstuant, donec luna rursus appareat, sedationem commotis turbinibus allatura. Similiter occiduum mare crebros accessus patitur et recessus, modo alluens littora fluctibus, modo destituens. Ita velut quibusdam lunæ spiraminibus retro subdicitur, et iterum ejus exuncat impulsibus. Hæc igitur disserui ad exprimendam magnitudinem luminariorum, et quia nec usque ad unam syllabam otiosum quid esse potest spiritalium præceptorum, cum certe nihil de secretioribus sermo deprompserit. Multa enim super amplitudine, vel intervallis solis et lunæ, reperire poterit cogitando, qui non desidiose affectiones eorum virtutesque disquirit. Quamobrem oportet accusare suam quemque potius imbecillitatem: ut non magnificentiam creaturæ verbis humanis metiri posse credatur. Sed ex paucis quæ dicta sunt, considerare convenit, quanta et qualia sint illa (*e*) quæ prætorivimus. Non ergo velis oculis lunam, sed ratione potius æstimare, quæ validius quam aspectus, ad inventionem valet veritatis accedere. Fabulæ igitur aniles, atque risibiles ubique percrebuerunt: quia magicis carminibus luna sedibus evocata de propriis deducatur ad terram. Primo quidem quomodo potest vi cantuum submoveri, quam ipse firmavit altissimus? Deinde quis eam locus susciperet descendentem? Vis tamen ex parvis indiciis magnitudinis ejus accipere documentum. Civitates igitur quæ in orbe

(*a*) Antiqui duo libri et editi, *nec quidem perfecta videtur in globo, nec semiplena*: quod a librariis aliud cogitantibus scriptum oportuit: alioquin enim non tam absurda scripsissent. At recte in Colb. secundo ita legitur, *nunc quidem... nunc semiplena*. In Græco, νῦν μὲν... νῦν δέ.

(*b*) Editi et duo mss., *diurnumque*, corrupte. At emenditate legitur in Colb. secundo, *diutinumque*. Græce, μόνιμον.

(*c*) Illa Eustathii, *Re enim vera secundum proverbium, Sine voce luna mutatur*, respondent illis Basilii, Τῷ ὄντι γὰρ, κατὰ τὸ εἰρημένον, Ὁ ἄφρων ὡς σελήνη ἀλλοιοῦται, *Vere enim, ut dictum est, Stultus sicut luna mutatur* (Eccli., XVII, 12). Revertamur ad proverbium Eustathii, quod si cognovissent qui olim proverbia simul colligenda sibi proposuerant, id quoque aliis addere non omisissent. Puto autem novum illud proverbium inde factum esse, quod Eustathius pro ἄφρων legerit αφωνος: qua falsa scriptura ubi semel deceptus est, nihil mirum si quidvis potius expresserit, quam quod oportuit.

(*d*) Totum illuc, *vel etiam reciprocatio Syrtium, quæ vicinæ habentur Oceano*, quam inepte expressum sit, cognoscere licet ex Basilio homilia 6, num. 11, non longe ab initio.

(*e*) Editi, *quæ prætorimus*. Colb. secundus, *quæ prætorivimus*. Statim editi, *primo quod quomodo*. Colb. secundus, *primo quidem quomodo*.

terrarum positæ sunt, longis a se spatiis disjunguntur. Harum plateæ, quæ ad partem respiciunt Orientis, æqualiter omnes lunare lumen excipiunt. His igitur cunctis, nisi coram luna videretur, solos illos qui adversus eam positi sunt angiportus perlustraret, eos autem qui latitudinem illius excedunt, ut pote ex 738 transverso venientes, nullo modo visitaret. Quod etiam lucerna domi accensa declarat, quam si plures circumsteterint, umbra illorum qui coram fuerint recta porrigitur, reliquorum vero in utramque flectitur partem. Ita nisi immensitate et amplitudine lunare corpus excelleret, nunquam omnes simul attingeret. Nam cum de solstitialibus exoritur partibus, eos qui septentrionalis axis habitant frigidam regionem æqualiter illuminat, et illos (*a*) qui in inferioribus meridianæ plagæ solis sub zona versantur æstifera valitudine complectens, certissimum propriæ nobis magnitudinis præstat indicium. Quis ergo contradicere potest, astruens non esse corpus ejus immensum, cum per tot tantaque terrarum intervalla tendatur

(*a*) Codex unus, *in inferioribus*. Vocula *in* ab editis aberat. Aliquanto post editi, *qui ideo*. Antiqui duo libri, *qui vero*.

A Et de magnitudine quidem solis et lunæ hactenus. Qui vero nobis præstitit intellectum, ut ex minimis creaturæ rebus, infinitam sapientiam cognoscamus artificis, præstet etiam super majoribus nos maximas cogitationes de Conditore percipere, quanquam ejus collatione, sol et luna formicarum credantur habere mensuram. Et ideo licet digna non sint, (*b*) ut ex his divinæ magnitudinis contemplatio capiatur, parvis tamen quibusdam caliginosisque parabolis videmur instrui, sicut nonnumquam animalia minora, vel herbas conferre solemus ingentibus. Nunc vero contenti simus serie narratorum ; me videlicet agente gratias ei, qui mihi hoc pusillum sermonis exigui munus attribuit : vobis vero largitorem spiritalis alimoniæ prædicantibus, qui vos velut hordeaceo pane, id est, nostræ vocis tenuitate cibavit in præsenti, pascatque in posterum ; pro rata cujusque fidei portione, præstans nobis revelationem Spiritus (*I Cor.* XIII, 9) ; cui gloria in Christo Jesu, nunc et semper, in sæcula sæculorum. Amen.

B

(*b*) Vocula *ut* omissa fuerat a typographis : sed eam addidimus, veterum librorum fidem secuti.

LIBER SEPTIMUS.

1. *Et dixit Deus : Ejiciant aquæ reptilia animarum vivarum, et volatilia volantia sub firmamento cæli.* Post (*a*) luminariorum formationem, aqua etiam repletur animalibus ; ut et hoc ornaretur videlicet elementum. Terra enim jam dudum de propriis germinibus congruum decus acceperat : cœlum quoque stellarum flores assumpserat : et velut geminis oculis, id est, conjunctione maximorum luminum fuerat venustatum. Reliquum erat, ut aquis etiam familiaris decoratio redderetur. Venit (*b*) præceptio : confestimque lacus et fluvii pro suo quoque genere vel natura perficiebantur uberrimi, mare quin etiam ita diversorum natantium fetura complevit, ut cœnosæ paludes, vadosaque stagna otiosam vel irritam minime vim generandi tenuerint. Ranæ etiam et muscæ, culicesque inde sine dubio pullularunt. Nam ea quæ modo videntur, transactorum faciunt documentum. Ita omnis aqua cogebatur opificibus (*c*) servire præceptis. Nam quorum nec genera quidem quispiam sufficit explicare, eorum vitam mox vegetam, mobilemque monstravit ineffabilis et magnifica Dei virtus, simulque præceptionem, quæ data est aquis, opportunitas vivificationis insequitur. *Ejiciant aquæ reptilia animarum vivarum.* Nunc primum animalia spirantia, sensusque capacia (*d*) generantur. Virgulta enim et arboreæ quanquam vivere dicuntur, ut pote alendi crescendique nacta virtutem, non tamen continuo animantia sunt intelligenda. Et ob hoc dixit: *Ejiciant aquæ reptilia.* Omne genus igitur natantium sive quod summis fluctibus superfertur, sive quod in aliis gurgitibus diversatur, profecto naturam reptandi sortitum est ; dum per aquam (*e*) corpus trahitur, quanquam et pedibus nonnulla utantur et gressibus. Et licet multa de illis habeantur ambigua, sicut vituli marini, et crocodili et ranæ et cancri, tamen eis præcipuus est natatus. Propterea, *Ejiciant aquæ reptilia.* In his igitur brevissimis sermonibus omnia genera continentur. Quid enim non comprehensum est (*f*) præcepto creaturæ ? Sive illa dixeris

C

(*a*) Editi, *prius luminarium formatione*. At nostri tres mss., *post luminariorum formationem*. Et ita Eustathium, nisi fuerit omnino rudis sacrarum Litterarum, scripsisse arbitror : eoque magis, quod apud Basilium legamus, μετὰ τὴν τῶν φωστήρων δημιουργίαν.

(*b*) Editi, *venit præceptio, confestimque lacus et fluvii proprio quique*, etc, Colbertinus secundus, *venit confestim præceptio qua lacus et fluvii pro suo quique*, etc. Colb. primus uti in contextu. Idcirco autem Colbertinum primum potius secuti sumus, quod vocem *confestim* male in Colb. secundo locari constet ex Basilianis. Lege hom. 7, num. 1, non longe ob initio.

(*c*) Colb. secundus, *opificis servire præceptis*. Sed, ut monuimus, librarius credi merito potest nonnulla de suo correxisse, elegantiæ causa aut explanationis. Malim igitur hoc loco vulgatam lectionem, quæ adjective sumatur quemadmodum et vox Græca, τῷ δημιουργικῷ. Ibidem editi, *quorum genera*. Colb. secundus, *quorum nec genera*.

D

(*d*) Editi et duo mss., *generantur, ut pote*, etc. At Colb. secundus ita ut edidimus. Nec dubium quin ita legi oporteat, cum scriptum sit apud Basilium, φυτὰ γὰρ καὶ δένδρα κἀν ζῆν λέγεται.

(*e*) Editi, *copus trahitur, quod et pedibus nonnulla nitantur et gressibus*. Colb. secundus ut in contextu. Hoc ipso in loco editi. *quia licet multa die illis*. Codex noster et Colb. secundus uti edidimus.

(*f*) Editi *præcepto creatoris creaturæ* : quæ scriptura unde orta sit dictu fortasse difficile non est. Videtur enim librarii esse, qui dubitaret *creatoris* an *creaturæ* legi oportere : qua in dubitatione lectionem utramque simul jungere maluit, ut seligendi facultas penes studiosos esset. Ejusmodi multa sunt exempla, quæ et alii jam notarunt, et quotidie notari possunt, sed

quæ catulos pariunt,id est, vitulos marinos, et torpedines, et delphinos,et his similia,sive ovifica nominaveris,qualia sunt omnia pene genera piscium. Et vox quidem præceptionis exigua est,imo non vox sed potius momentum solum et impetus voluntatis : intellectus 739 vero ejus tam multiplex habetur, quam ipsa piscium inter se potest esse discretio. Quos omnes verbis assequi non minus operosum est,quam si undarum numerum designare coneris : vel (*a*) quot amphoras habeat pelagus explicare. *Ejiciant aquæ reptile.* In his sunt æquorei,littorei, altivagi, petrei, gregales, belluini, immanes minutique pisces, sub eademque virtute præcepti, tam maximi,quam minimi continentur.Itaque cum diceret, *Ejiciant aquæ* : demonstravit quanta sit (*b*) natantium cum aqua cognatio.Denique si paulisper ad terram fuerint educti deficiunt: neque enim suppetit illis spiramen, quo possint auras vitales capere. Nam sicut terrenis animantimus datus aer est, sic piscibus aqua. Et ratio manifesta est, quia nobis videlicet adjacet rarus et patulus pulmo,qui per distinctionem pectoris aerem trahens, interiorem calorem ventilando contemperat : illis autem faucium interseptio complicabilis,modo suscipiens, modo diffundens aquam,respirandi explet officium. Est etiam propria sors piscibus propriaque natura, et cibus differens, certaque vivendi conditio. Propterea nihil de aquariis mansuescit, nec patitur hominum se manibus contrectari.

2.*Ejiciant aquæ reptilia animarum vivarum.*Uniuscujusque generis originem,nunc velut quoddam semen,præcepit educi,nam multitudinem postmodum servavit in sobole,quando eos crescere multiplicarique necesse est. Itaque alterius generis sunt, qui testicutes nominantur, sicut conchæ, pectines, et cochleæ marinæ. ac diversorum osteorum millia,et alterius ea quæ mollitestia nominantur,id est astaci, cercini,et his proxima.Aliud quoque genus est illorum quæ Græce *malacia* vocitantur, id est quorum caro tenerior habetur et laxior, sicut sunt sepiæ et polypodes,et his similia.In his iterum magna differentia est. Dracones enim et murænæ,et anguillæ, quæ in cœnosis fluviis padibusque nascuntur,venenosis potius serpentibus,quam piscibus pro naturæ similitudine copulantur.Aliud etiam genus est ovificorum : et aliud (*c*) catuligenorum.Facit autem catulos mustella, et asellus,et omeia quæ sine squamis sunt,quæ *salatia* Græci nominant.Sed et belluarum pars maxima,et delphini, et phocæ catulos pariunt, quæ fetus suos recenter editos,cum ex aliqua causa territi fuerint, denuo sublapsos in uterum, protegere ac fovere narrantur. *Ejiciant aquæ reptilia secundum genus.* Aliud genus est immanium, et aliud minutorum piscium. Item in his ipsis multæ differentiæ, pro generis qualitate divisæ sunt,quibus et vocabula propria sunt, et alimenta discreta et magnitudo membrorum dispar,et diversa inter se specie separantur.Quis igitur tynnorum speculator tantorum, nobis poterit explicare distantia,quanquam eos (*d*) asserunt conspectis piscium maximis gregibus non solum genus,sed etiam numerum posse signare? Quis autem nobis eorum artificum, qui in littoribus habitantes, et in marinis diversoriis senescentes, notitiam subtiliter valebit patefacere singulorum? Alios enim pisces noverunt hi qui in mare piscantur (*e*) Indiacum, et alios qui pelagus rimantur Ægyptium. Alios etiam sciunt insularum incolæ : et alios Maurusii piscatores. Sed omnes tam tenues,quam majores similiter prima præceptio, et ineffabilis virtus illa produxit. Magna est illis vivendi diversitas,nimia etiam in cujusque generis successione discretio. Multi piscium non incubant suis ovis,sicut aves,nec nidos ædificant,nec cum labore proprios natos enutriunt : sed aqua suscipiens ovum, facit animal, manetque in singulis generibus immutabilis ad aliam naturam, inconfusaque progenies,ac non sicut mulorum terrestrium,vel alitum (*f*) manifestarum stirpem,adulterina corrumpit admixtio. Nullus piscium, ex parte dimidia, dentibus est armatus, sicut oves videmus esse et boves,nec ruminat quisquam piscium præter scarum, ut quidam tradiderunt. Cuncti vero pisces acutissima dentium acie condensantur : ut non esca diutius ore subacta difflueret, quæ nisi discerpta celeriter utero traderetur, facile immutata, spargeretur a fluctibus.

3. Victus vero alius aliis secundum genus aptatus est. Nam certi limo aluntur : nrnnulli herbis quæ nascuntur in aqua,contenti sunt,plurimi autem devoratione satiantur alterna,semperque qui minor est apud eos, majori fit cibus. Et si quando contigerit eum qui minorem ceperat,morsu validioris absumi: in unum uterque alvum posterioris injicitur. Quasi vero nos homines aliud quid agamus dum inferiores

librarii voculam *vel* tunc addere solent,*creatoris vel creaturæ* : unde suspicari licet,voculam *vel* hoc loco a typographis omissam fuisse.Colbertinus uterque, *præcepto creatoris.* Vetus codex noster, *præcepto creaturæ.* Et ita Eustathium putamus Latine reddidisse illud Basilii,τῷ προστάγματι σῆς δημιουργίας : quasi dixisset, *precepto creationis,* hoc est *præcepto* quo usus est Deus ad res creandas.

(*a*) Editi, *vel quo amphoras.* At nostri tres mss., *vel quos amphoras,* Aliquanto post mss. duo, *sub eademque.* Illud *que* in vulgatis deerat.

(*b*) Editi et Colb.primus,*natantium cognatio.*Alter Colb., *nascentium cum aqua cognatio.* Vetus codex noster, *natantinm cum aqua cognitio.* Quæ lectiones falsæ quidem sunt omnes : sed ex eis tamen id capimus emolumenti, ut facile intelligamus legendum esse, *natantium cum aqua cognatio.* Græce, τῶν νηκτῶν πρὸς τὸ ὕδωρ συγγένειαν.

(*c*) Editi, *aliud cataligenorum.*Libri veteres,*catuligenorum.*

(*d*) Libri vetereres, *eos asserant.* Aliquanto post editi, *notitia sabtiliter.* Antiqui libri, *notitiam.*

(*e*) Colb. secundus, *Indicum.*

(*f*) Colb.secundus.*manifestarum speciem.*Aliquanto post editi, *videmus et bovcs.*Libri veteres ut in contextu. Subinde editi, *præter scaurum.* Colb. primus prima manu,*præter scarum* : quæ scriptura,cum optima sit,non debuerat corrumpi ab imperito librario, qui inepte scripsit, *escaurum.* Græca, εἰ μὴ τὸν σκαρον, Hoc ipso in loco mss.duo, *quidam prodiderunt*

(*a*) potentia premimus. Aut quid distat a pisce illo novissimo, vir qui divitiarum amore flammatus, captos inopes inexpletis hiatibus propriæ rapacitatis absorbuit? Alter substantiam pauperis vi sublatam retentabat. Hic tu minis, ac terroribus circumventum tui fecisti patrimonii portionem, atque ita injusto injustior exstitisti, et raptore rapacior. Cave igitur ne te 740 idem qui pisces eventus excipiat, (*b*) id est hamus, aut rete, vel cophinus. Nam nos quoque necesse est, nefandis facinoribus inquinatos suprema supplicia non vitare. Præterea imbecillibus etiam animalibus subesse dolos et insidias expertus, malo te callidorum fraudes effugere. Ferunt (*c*) namque cercinum ostreæ carnem concupiscere : cujus captio difficilis est illi, propter operimenta testarum, quibus mollitudinem carnis ejus natura consepsit unde etiam *testicoria* nominatur. Ergo quia sunt concava, facile ostreæ interiores partes complicata defendunt, et ob hoc irrita fit impugnantis aggressio. Quid molitur ergo adversarius? Quando viderit in apricis locis ostream se libenter sub sole (*d*) pandentem, minutum tenens calculum ei latenter apponit, cujus objectu nequeat sua tegimenta concludere, atque ita quod efficere virtute non valuerat, astu potuit impetrare. Hæc igitur et malitia eorum quibus nec ratio, nec vox ulla suppeditat. Sed ego te cupio lucrativa machinamenta cercini contemplatum, abstinere a læsionibus proximorum. Talis est enim qui subdolo animo pergit ad (*e*) fratrem : vel propinquorum bona devastat, vel qui alienis calamitatibus oblectatur. Quapropter desine vituperatos æmulari, paupertas enim cum veritate maximis opibus a sapiente præfertur. Itaque non præteribo calliditatem fraudulenti furacisque polypodis, qui cum aliquod saxum porrectis crinibus amplexatur, illius assumit colorem, multique pisces illuc imprudentes allapsi, velut ad petram simpliciter se trahentes decipiuntur, facilem sui captionem maligno protinus exhibentes. Tales sunt qui summatibus obsequentes assidue, mentis varietate mutantur; nec in uno proposito perdurantes, alios atque alios se demonstrant, pudicitiam cum castis, luxuriam cum libidinosis exercentes, et omnino ut cujusque mens fuerit, ita proprios aptantes mores. Quos etiam vitare difficile est, propter nequitiam quæ (*f*) in simulatione latet officii. Hujusmodi homines lupos raptores Dominus appellavit, vestitu se simplices oves esse fingentes (*Matth.* VII, 15). Fuge igitur ejusmodi morum varietatem, et sectare potius veritatem, sinceritatem, innocentiam, quoniam et vipera varia est; propter quod eam Dominus ventre serpere condemnavit. Justus nihil habet fictum sicut Job : propterea Dominus *inhabitare* (*g*) *facit unius moris in domo* (*Psal.* LXVII, 7). *Hoc mare magnum et spatiosum : illic serpentes quorum non est numerus, animalia pusilla et magna* (*Psal.* CIII, 25). Sed tamen est in his sapiens quædam et moderata dispositio. Non ergo totos pisces debemus arguere, sed etiam certos quosque laudare atque imitari. Nam vide quomodo singula genera regiones sibi detinent deputatas; nullusque alterius fines occupat, sed suis quisque sedibus est contentus. Et certe nullus eis agri mensor habitacula (*h*) defendenda distribuit, nec murorum circumscriptione signavit, nec terminos posuit observandos : sed omnibus utilitas in commune (*i*) collata est. Hic etenim sinus certum piscium genus nutrit, alter aliud. Et qui in hoc abundant loco, minus littoribus habentur in aliis : non quod aliquibus montium jugis asperimis separentur, aut fluviorum interpositis obicidus arceantur a transitu; sed lex naturæ singulis æquabiliter prout usus cujusque postulat, quod necessarium est impendendo, cunctos observatione suæ sanctionis astrinxit.

4. Sed nos tales non sumus : nam et majorum nostrorum fines audacter excedimus, et (*j*) saltus transgredimur vincinorum, et domos domibus, et agros agris adjungimus, et aliena jura mutilamus (*Prov.* XXII, 26). Sciunt (*k*) marini cetus concessum sibi a natura diversorium, quod in extremis pelagi situm est partibus, cui nulla penitus in conspectu terra monstratur, quodque innavigabile penitus habetur. Nam nec quale sit, vel historia referente compertum est, ut pote nemine inde confidente transire. In hoc igitur loco memoratæ belluæ quæ sunt instar montium commorantur, neque urbibus aliquibus, neque insulis infestantes. In singula genera in stationibus

(*a*) Colb. secundus, *per potentiam*. Haud longe editi, *aliter substantiam*. Antiqui libri, *alter substantiam*.

(*b*) Editi, *idem hamus*. Veteres duo libri, *id est hamus*.

(*c*) Editi, *ferunt namque cancrum cercinum* : sed vox *cancrum* in duobus mss. deest. Cum autem Eustathius et hic aliquanto superius et paulo post voce *cercini* utatur, putandus est habuisse librum corruptum, in quo legerit tribus his locis non καρκῖνος, sed κερκῖνος : quod ex eo confirmari potest, quod ipse vocem καρκῖνος voce *cancri* reddiderit, cum non longe ab initio libri sui septimi interpretaretur illud Basilii, καὶ βάτραχοι καὶ καρκῖνοι. Etenim si omnibus his locis eodem modo legisset, eum eodem quoque modo interpretaturum fuisse probabile duco. Et in Colb. primo deerat quoque primum vox *cancrum* ; sed ea deinceps addita est ab aliquo qui exemplar Græcum ob oculos habebat.

(*d*) Editi, *pendentem*. Libri veteres, *pandentem*. Mox editi, *non valeat*. Codex unus, *non valebat*. Alii duo, *non valuerat*.

(*e*) Editi, *ad fraudem*. Libri veteres, *ad fratrem* : et ita exigunt Græca, πρὸς τὸν ἀδελφόν.

(*f*) Editi et Colb. primus quo usi videntur typographi, *in similitudine*. Alii duo mss., *in simulatone*, bene. Legitur in Græco, ἐν τῷ προσχήματι. Mox Colb. secundus, *vestimentis se simplices*.

(*g*) Colb. secundus, *facit unanimes in domo*.

(*h*) Editi. *descendenda*. At nostri tres mss., *defendenda*. Statim editi, *circumscriptione*. At Colb. secundus, *circumseptione*.

(*i*) Ediii, *collocata est*. Libri veteres, *collata est*. Paulo post Colb. secundus, *singulis æqualiter*.

(*j*) Libri impressi, *saltus transgredimur vicorum*. Vetus codex noster et Colb. secundus, *saltus transgredimur vicinoram*.

(*k*) Vetus codex noster, *sciunt marini cetus*. Editi et Colb. primus, *sciunt marini cetus*. Credas librarios insigniter utroque loco lapsos fuisse : sed tamen id secus est. Cum enim legamus in Græcis, οἶδε τὰ κήτη, dubitari non potest quin Eustathius κήτη verterit ad verbum, *cetus*. Statim pro *situm* in Colb. secundo legitur *positum*.

sibi datis a natura, velut in regionibus terrarum larem proprium incolere coguntur. Certi sane pisces, quasi communi quodam decreto civium, ad exteriora direcli. laborem peregrinationis arripiunt, simulque omnes tanquam signo dato ad longinqua discedunt. Nam cum fetandi cœperit tempus vigere, alii ex alio sinu, naturæ legibus excitati, profectionem mox ad partes pelagi Borealis intendunt. Quos in revertendo cum videris densissima glomeratione consertos torrentem violentissimum putabis effluere, per (*a*) Propontidis **741** littus, ad mare commeantes Euxinum. Quis igitur eos exagitat? quæ imperantis auctoritas? quæ edicta proposita statutum illis tempus annuntiant? qui sunt duces eorum? Nonne vides ordinationem divinam cuncta complentem et per hæc etiam parva (*b*) diffusam? Pisces igitur Dei legibus non repugnant, et homines minime doctrinam recipiunt salutarem. Non spernas pisces, quia muti sunt et irrationabiles, sed verere potius ne et illis (*c*) irrationabiliter æstimeris, præceptionibus Creatoris obsistens. Ausculta pisces, qui tantum quod vocem non emittunt, nam certis significationibus fari videntur, quia propter immortalitatem generis desiderabilem peregrinationem subire coguntur. Hi non utuntur suis sermonibus, sed habent legem naturæ fortiter illis hærentem, et quæ sunt agenda demonstrantem. Pergamus, inquiunt, ad Borinum pelagus, dulcior enim cæteris æquoribus est ejus aqua, quoniam brevi tempore sol ibidem commoratus, non totas penitus radiis potabiles exhaurit aquas. Nam dulcioribus aquis etiam marina animalia delectantur; unde procul a pelago venientes pisces per fluvios sæpe cernuntur ascendere. Propterea pontum libentius expetunt quam sinus alios, quia magis opportunus est eis ad edendam fovendamque progeniem. Qui cum sufficienter destinata peregerint, catervatim cuncti simul revertuntur ad propria. Quæ autem ratio sit, a (*d*) tacitis audiamus. Quia humile videlicet est Arctoum pelagus et devexum, et ob hoc expositum violentiæ commotionique ventorum: quod tempestatibus exortis, ab imo fundo concutitur, adeo ut arena inferior nonnunquam summis fluctibus misceatur. Sed et frigidum nimis est hiemali tempore, ut pote multis ac maximis amnibus repletum. Quo cum fuerint æstivis potiti mensibus, rursus asperitate succedentis hiberni deterriti, in altiora maris loca, quæ sunt tranquilliora, se conferunt.

5. Spectavi hæc ego et admiratus sum Dei sapientiam, quia irrationabiles animantes, providæ custodesque salutis habentur propriæ, et intelligunt quid sibi sit conveniens, quid adversum. Nos igitur (*e*) quid dicemus, qui ratione sumus honestati, promissionibus invitati, spiritaliter eruditi, piscibus irrationabilius nostra negotia disponentes? Licet illis etiam studium sit scientiæ futurorum. Nos autem infidelitate futuri sæculi depravati, nostram vitam per actus fœdissimos, et illicitas voluptates expendimus. Pisces igitur tot maris intervalla transcurrunt, ut possint invenire quod utile est. Quid tandem tu dicturus es, habens cohærentem tibi desidiam, quæ nequitiæ princeps est? Nullus igitur de ignoratione causetur : naturalis enim nobis insita est ratio, vel in appetendam bonorum familiaritatem, vel in declinandam noxiorum læsionem. Itaque non recepam ab exemplis animalium marinorum ; quoniam hæc nobis exempla proposuimus examinanda. Audivi ego quemdam de littoreis habitatoribus referentem quia maritimus echinus, cum sit vilissimus ac sprebilis, fit index sæpe navigantibus futuræ serenitatis aut hiemis. Nam cum præsenserit flatus imminere ventorum, sub lapide se collocat, quo velut (*f*) anchoræ dente subnixus, quassationem tempestatis evitet. Patiturque se tantisper deprimi pondere superposito, dummodo non jactetur a fluctibus. Hoc cum viderint signum nautici, sciunt mox ventorum fremitum concitandum. Et certe nullus astrologus, aut Chaldæus ortu siderum colligens aeris qualitatem, docuit echinum. sed maris tempestatum que Dominus huic quoque animali exiguo, magnificæ sapientiæ suæ manifesta vestigia signavit. Ita nihil improvidum, nihil prætermissum est apud Deum cuncta enim speculatur oculus ille insopitus, et omnibus præsto est, remedia salutis portans. Qui si echinum suæ visitationis non reliquit exsortem : te, tuaque o homo non respiciet? *Viri diligite vestras conjuges* (*Ephes.* v, 25). Quod etsi terrarum interjecta prolixitas disjungere vos ad tempus forte videbitur, naturæ tamen fœdus, et benedictionis jugum sit vobis indiscreta conjunctio. Vipera cum sit sævissima serpentium, pergit ad connubium murænæ, sibilisque

(*a*) Antiqui duo libri, *per Propontidæ littus*. Alius, *per Proponlide littus*. Editi ut in contextu. Satis mihi verisimile fit scripsisse Eustathium *per Propontidæ littus* : sed aut librarios aut typographos ita correxisse, uti in vulgatis legimus. Ubi paulo ante legitur *glomeratione consertos*, scriptum invenimus in duobus codicibus *glomeratione confertos*.

(*b*) Editi, *diffusa*. At nostri tres mss., *diffusam*. Græce καὶ διὰ τῶν μικροτάτων διήκουσαν.

(*c*) Codex noster et Colb. primus perinde ut editi, *irrationabilior æstimeris*. Alter Colb., *irrationabilior exstiteris* : quod expressum est ad verbum e Græcis, κλογώτερος ἦς. Statim editi, *emittant*. Antiqui libri, *emittunt*. Ibidem duo mss., *faleri videntur*. Subinde editi, *demonstrationem*. At mss., *monstrationem*.

(*d*) Illud, παρὰ τῶν σιωπώντων, Eustathius ita Latine reddidit, *a tacitis* : sed malim, *a tacentibus, a mutis*. Ita habet Colb. secundus, *quæ autem ratio sit attentius audiamus*. Sed credere par est librarium ea quæ habebat exemplaria secutum non esse, sed nonnihil mutasse de suo; id quod videtur, ut jam notavi, aliquibus locis fecisse. Paulo post Colb. secundus habet in contextu *ab imo fundo concitatur;* sed sic tamen, ut vulgatam lectionem in margine præferat.

(*e*) Editi, *quid dicimus?* Antiqui duo libri, *quid dicemus?* Statim editi, *piscibus irrationabilibus*. Vetus codex noster cum Colb. secundo, *piscibus irrationabilius* : quod verius meliusque arbitramur, ob illud Basilii, τῶν ἰχθύων ἀλογώτερον. Nec ita multo post mss. duo, *venturi sæculi*.

(*f*) Editi et Colb. primus, *velut anchoræ dente*. Alter Colb. *velut anchoreo dente*. Codex noster, *velut anchora edente*. Quarum lectionum quæ aptior sit magisque idonea dicere non queo : cum omnes ex æquo carruptæ esse videantur : illud tamen Basilii, ὥσπερ ἐπ' ἀγκύρας βεβυλας, dum lego, suspicor scripsisse Eustathium *velut unchora stante*, sic ut *stans* idem ei fuerit quod *stabilis*.

significans se venisse, provocat eam de profundo maris, ad consortium nuptiale procedere, quæ mox obediens copulatur ei. Quid igitur iste sermo desiderat? quia licet et asper sit vir et moribus habeatur immitis, 742 hunc tamen uxor ferre necessario debet, nullis occasionibus contractam semel dirimens affectionem. At vero dicis illum iracundum esse vel crudelem, sed maritus est; violentum, sed conjunctus tibi est per naturam; durum et implacabilem, sed corporis tui pars habetur pretiosior.

6. Audiat et maritus congruam sibi admonitionem. Vipera pestiferum virus evomit nuptialis causa reverentiæ; tu feritatem animi, et amaritudinem non deponis, coactus pudore conjugii? Forte autem viperæ nobis exemplum alias etiam reperiemus esse conveniens, quia magis adulterium naturæ facit coitio viperæ cum muræna. Recognoscant igitur, qui alienis matrimoniis insidias parant, quali bestiæ comparantur. Itaque unum est semper propositum, quo possit Ecclesia fabricari : èt ob hoc hortor, ut cessent libidines flagitiosorum marinis exemplis et terrestribus castigandæ. Hic me sermonem statuere, tam vespertinum tempus, quam corporis cogit infirmitas. Nam plura forent quæ (*a*) tractatui deberemus adjicere, præsertim cum studiosi sint auditores, et super his quæ in mari nascuntur, admiratione dignissimis, vel de ipso mari, quomodo aqua ejus gelatur in salem, vel quomodo lapis ille pretiosus, qui corallius nominatur, herba est dum habetur in pelago, postquam vero in aerem fuerit inde educta, mox mutatur in lapidem. Vel unde vilissimis animantium ostreis, margaritam pretio gravem natura subjicit, ut eam quam reges magnopere desiderant, per littus et asperas cautes testa inclusam conchæ, pauper piscator inveniat. Unde aurosam lanam maritimæ nutriunt pinnæ; vel unde purpuram conchilia ministrant imperatoribusquæ florum omnium pulchritudinem, venustate proprii coloris exsuperet. (*b*) *Ejiciant aquæ*. Quid non necessarium factum est? aut quid non optimum, vitæ nostræ collatum est? quorum pars ministeriis hominum proficit, alia sibi contemplatio mirabilis vindicat creaturæ. Nonnulla terribilia, quæ nostram scilicet desidiam coercerent. *Fecit Deus cetos* (*c*) *magnos*, non vero quia ab aliis piscibus exiguis majus est, idcirco magnum dicitur, sed quia immanitate membrorum, montibus coæquatur excelsis, quod etiam sæpe putatur esse insula, cum se ad summas undas leni natatu sustulerit. Hoc tamen non in littoribus usitatis, aut in locis habitabilibus diversatur, sed (*d*) antiquum pontum fertur incolere. Tales igitur ad incutiendum nobis timorem atque terrorem belluæ sunt formatæ. Cum vero audieris, quia naves ingentes, sinu tumentes velorum, ventoque prospero volitantes in pelago piscis tenuissimus ita retardat ac retinet, ut diutius efficiantur immobiles, velut quibusdam fundatæ radicibus in profunde : nonne et per (*e*) hoc minimum animal divinæ virtutis accipies documentum? Neque enim solus canis aut xifius, aut balæna formidolosa est; sed etiam pastinacæ aculeus, (*f*) et certe defunctæ, lepusque marinus, pari timore caventur; indeclinabilem celeremque portando perniciem. Quæ cum ita sint, maluit te providentia Conditoris semper esse pervigilem : quatenus in eum fidens, cunctas subinde noxias pestes effugias. Sed jam de gurgite pelagi remeantes revertamur ad terram. Nam alia nobis ex aliis occurrentia creaturæ miracula, velut quidam fluctus crebris alternisque jactationibus nostrum submersere sermonem. Et (*g*) sane mirabor, si non sensus noster causis ingentioribus occupatus in terram denuo, sicut Jonas in mare refugiat. Quamobrem videtur mihi disputationis series nostræ, multis implexa miraculorum millibus, ac suæ mediocritatis oblita, similis esse navigantibus in alto, qui ad certum locum cursum minime dirigentes, ignorant quantum spatii velificando peregerint. Quod utique nostro sermoni provenisse probavimus, qui dum per creaturæ tramites latius evagatur, multitudinem relatorum sensu non percipit. Sed quanquam sit cupidus audiendi cœtus astantium, jucundissimaque cordibus eorum videatur dominicorum narratio mirabilium; tamen hic finem facimus disserendi, sequenti die residua fenoris soluturi. Nunc vero simul omnes gratias super his quæ dicta sunt referamus : et supplementum eorum quæ minus explicuimus, postulemus, faciatque nos inter ipsas epulas reminisci, quæ vel mane, vel ad vesperam noster affatus exprompsit, eorumque memoriam cohærere vobis, etiam cum somno bito quin mendum sit librariorum, qui pro *Atlanticum* scripserunt *antiquum*. Græce, τὸ Ἀτλαντικόν. Statim Colb. secundus, *tumentes*. Alii duo mss. et editi, *tumente*.

(*a*) Editi, *tractui*. Libri veteres, *tractatui*.

(*b*) Editi, *ejiciunt aquæ*. At duo mss., *ejiciant aquæ*.

(*c*) Editi, *cetos magnos non variis, quia ambaris aliis piscibus*, quo nihil ineptius unquam vidi. Nihilo emendatiores sunt libri veteres Colbertini. Codex noster secunda quidem manu, sed antiqua tamen, sic habet, *non vero quia ab aliis piscibus exiguis*, etc. Et hæc lectio videri potest quibusdam mendosa quoque esse : ego tamen aliter de ea judico. Puto igitur voculam *ab* hoc loco idem valere quod voculam *præ*, hac sententia : Magni pisces dicuntur magni non præ exiguis piscibus, sed quod similes sunt montium excelsorum. Particulam autem *ab* aliquando sumi pro particula *præ* notissimum est vel ex Luca, cujus illud est XVIII. 14 : *Dico vobis, idescendit hic justificatus in domum suam ab illo*, hoc est *præ illo*.

(*d*) Editi et mss., *antiquum pontum*; sed non du-

(*e*) Libri impressi, *et hoc per minimum*. At mss. duo, *et per hoc minimum*. Mox editi, *xipius*. Libri veteres, *xifius*. In Græco, ξιφίας.

(*f*) Editi et Colb, primus, *et certæ defunctæ*. Alter Colb., *et ceres defunctæ*. Sed librarii, qui falso sibi persuasissent sermonem hic de novo aliquo piscium genere institui, nodum in scirpo quæsierunt. Vetus noster codex, *et certe defunctæ*, hoc est *et defunctæ utique*. Legitur apud Basilium, καὶ ταύτης νεκρᾶς.

(*g*) Editi, *quia sane*. Libri veteres, *et sane*. Aliquanto post editi et Colb. primus, *ad certum locum minime dirigentes*. Alter Colb., *ad certum cursum minime dirigentes*. Liber noster vetus uti in contextu.

quiescitis,et suavitatem quam interdiu percepistis, noctis quoque ruminare tempore ; ut ita liceat vobis dicere, *Ego dormio et cor meum vigilat* (*Cant.*v, 2), meditando die noctuque legem Domini,cui gl ria et honor, nunc et semper, et in sæcula sæcu lorum. Amen.

LIBER OCTAVUS.

743 1. *Et dixit Deus : Ejiciat terra animam secundum genus : quadrupedes, et serpentes, et bestias secundum genus. Et factum est sic.* Venit præceptio passim gradiens, et recepit terra proprium (*a*) cursum. Ibi jussit *aquas ejicere reptilia animarum vivarum* : hic,*Ejiciat terra animam vivam.*Putasne ergo est animata tellus et locus præbebitur vaniloquis Manichæis, animam terræ dandi ? Non omnimodis, quia dixit,*Ejiciat*,quod in ipsa erat, eduxit,sed Deus qui præceptionem dedit, etiam virtutem terræ tribuit educendi.Neque (*b*) enim cum audisset, ut herbam germinaret feni, et lignum fructuosum, latens intra se videlicet, herbam feni tantum protulit, nec palmas,aut esculos, aut cypressos, in suis abstrusa sinibus, ad superna produxit ; sed sermo divinus nascentium profecto creator est,*Germinet terra*, non ut quod habebat,educeret ; sed ut quod non haberet assumeret, Deo scilicet operationis ei præbente virtutem. Sic et modo : *Ejiciat animam* : non eam quæ recondita erat in terra, sed quæ illi a Deo collata est per mandatum. Deinde in contrarium Manichæis sermo vertendus est.Si enim animam quam habebat tellus eduxit, exanimis ipsa facta est. Sed eorum quidem detestabilitas nota subinde est. Illud sane videamus, cur aquæ jussæ sunt reptilia vivarum animarum producere,tellus autem animam vivam. Arbitramur igitur eo quod natura natantium (*c*) imperfectam quodammodo putatur habere vitam : ob hoc quia crassiores sunt aquæ. Nam denique tardior auditus est animantibus in aqua degentibus, et visus hebetior,ut pote per aquam cernendo, nec ulla apud eos (*d*) memoria,vel opinatio, vel agnitio est proximorum. Declarat ergo sermo divinus,quia vita carnalis aquariorum moderatur animi motionibus.Nam in terrigenis bestiis, quæ vitam perfectiorem sortitæ sunt, animus corporis obtinet principatum.Etenim sensus earum vegetior est, manifestaque animalia cum præsentium maximam curam gerant, tunc diligenter memoriam custodiunt transactorum.Unde considerandum est (*e*) quod piscium quidem corpora animata produxit aqua : reptilia enim animarum vivarum produxit,ut Scr ptura significat,in terrestribus autem anima corpu regens,generari præcepta est, ut pote quæ plus v vificæ virtutis assumpserint, quamquam ipsa qu que terrestria sint irrationabilia,tamen unumquo que eorum multa per naturalem vocem super an mi passione significat. Nam et lætitiam et mœr rem,et inediam,et separationem suorum,variasq molestias voce declarant,cum aquaria non (*f*) solu muta,sed etiam immitia sint et indocta, et ad on nem vitæ societatem prorsus hominibus intract bilia *Recognovit bos possessorem suum,et asinus pr sepe domini sui* (*Isai.* I, 3), piscis vero nunqua potuit cognoscere nutrimenta præstantem.Intellig asinus et hominis consuetam vocem,novit iter quo sæpius ambulavit, interdumque dux fit agitato suo,cum erraverit, ad audiendum ita vehement acutus,ut nullum ei possit de terrestribus comp rari. Camelus habet semper tenacem memoria malorum ; et ad iracundiam gravis,et persever est. Denique si fuerit percussus, diu dissimula dolore, cum reperit opportunum tempus, illata protinus reponit injuriam. Sed hunc nulla de m rinis belluis imitatur.Audite igitur,iracundi hom nes, qui recordationem dudum læsionis accep pro virtute maxima affectatis, cui belluæ simil habemini,quando proprium bilem,(*g*) tanquam a quam scintillam cinere sopitam, usque eo retine in cordibus, quousque nacti occasionem, stimul doloris, velut igniculum parvum, fomite nutritu suscitetis in flammam.

2. *Ejiciat terra animam vivam.* Cur terra produ animam vivam?ut differentiam discas animæ peco hominisque. Et paulo quidem inferius cognosc quomodo anima sit hominis constituta : nunc ve audi de anima mutorum,quia secundumScriptura cunctorum animalium anima sanguis est proprii Sanguis autem gelatus converti solet in carnem,ca autem corrupta redit in terram. Merito ergo tabi est anima jumentorum. *Ejiciat terra animam viva* Videconsequentiam(*h*)animæ ad sanguinem,sangu *ipsa quæque.* Antiqui duo libri, *ipsa quoque.*

(*a*) Editi et mss.,*proprium cursum.*Sed non facile adduci potero,ut credam Eustathium ita scripsisse. Mihi nescio quomodo verisimilius fit eum,ex Basiliano illo,τὸν κόσμον,effecisse et scripsisse *cosmum*, hoc est *ornatum ;* librarios vero insolentia vocis deceptos, ex *cosmum* effecisse *cursum.*

(*b*) Vox *enim* ex libris veteribus addita est.

(*c*) Editi et Colb. primus, *perfectam*, recluctante Græco atque renitente. Codex noster, *imperfecta.* Alter Colb., *imperfectam.* Græce, ἀτελεστέρας.

(*d*)Editi,*memorialis opinatio vel agnitio proximorum.* Vetus noster codex et Colb. secundus, *memoria vel opinatio vel agnitio est proximorum :* quod expressum est ex Græcis illis, μνήμη...φαντασία...ἐπίγνωσις.

(*e*) Antiqui duo libri *considerandum est quia*, minus quidem recte, sed ob id potius credi potest Eustathius ita locutus fuisse. Aliquanto post editi, ita legi oportere aperte ostendit Basilianum illu ἄφωνα. Paulo post vetus noster codex et Colb. cundus, *intractabilia*, bene. Editi et Colb. primu *tractabilia*, invito Græco, ἀμεταχείριστα. Subin duo mss., *potest dignoscere.*

(*f*) Editi,*non solum multa.* Libri veteres, *muta ;*

(*g*) Addita est vox *aliquam* ex libris antiquis.A quanto infra Colb. secundus, *sanguis autem con latus.*

(*h*) In editis et in Colb. primo corrupte legi *anima ad sanguinem,sanguis ad carnem,caro ad t ram* ; at emendate in aliis duobus codicibus scri tum invenimus, *animæ ad sanguinem*, etc., ut contextu. Basilius scripsit,ψυχῆς πρὸς αἷμα,αἵμα πρὸς σάρκα, etc. ; hoc ipso in loco editi *repeten* Libri veteres, *repedando.*

nis ad carnem, carnis ad terram. Iterumque resolvens hæc, redi repedando per eadem, id est de terra ad carnem, a carne in sanguinem, a sanguine in animam, et invenies quia pecorum animus terra est. Nec eam opineris antiquiorem esse substantiæ corporalis illorum : 744 nec (*a*) expectare, ut cum corpore dissolvatur. Fuge garrulitates anxias philosophorum, qui asserere non erubescunt suas canumque animas similem tenere speciem. Siquidem profitentur etiam mulieres se quondam, pisces, fruticesque fuisse. Ego autem si fuerunt aliquando pisces, quod non credam; tamen dum ista scriberent, irrationabiliores, piscibus habebantur. *Ejiciat terra animam viram.* Quare igitur passim currente sermone, subito non brevi tempore continuerim, credo mirari nonnullos astantium, quanquam studiosissimos auditores non arbitror causas ignorare silentii ; quippe qui respectu nutuque inter se vicissim, ad memoriam nos eorum, quæ intermisimus reduxerunt. Certam enim partem creaturæ non vilissimam pene (*b*) præterivimus indiscussam. *Ejiciant aquæ reptilia animarum vivarum, secundum genus, et volatilia sub firmamento cœli.* (*c*) Dixeramus superius de natantibus, quantum tempus permiserat vespertinum ; hodie transimus ad examinationem terrestrium. Sed interea nos in narratione media volucres effugerunt. Quapropter imitandi sunt nobis obliviosi viatores, qui cum aliquid in mansione reliquerint pretiosum, quamvis maximam partem viæ progrediendo confecerint, revertuntur : dignum laborem suæ negligentiæ perferentes : (*d*) sic et nobis per eumdem quem venimus callem redeundum est. Neque enim contemptibile est quod omisimus : ut pote quæ tertia portio sit animalium creaturæ. Nam tria genera sunt animantium, terrestrium, volatilium, marinorum. *Ejiciant,* inquit, *aquæ reptilia animarum vivarum secundum genus, et volatilia volantia sub firmamento cœli secundum genus.* Cur igitur ex elemento maris, avibus quoque nativitatem tribuit ? Quia velut affinitas quædam volucribus habetur et piscibus. Sicut enim pisces aquam secant motibus alarum in priora tendentes, caudæ vero gubernaculo flexus dirigunt proprios, ita et aves aerem pennis creduntur natando perrumpere. Ergo quoniam una proprietas in genere utroque natandi est, (*e*) eadem illis etiam suppetit ex aqua cognatio. Quorum hæc differentia est, quia nullus alitum sine pedibus esse potest, ut pote qui pastum consequuntur e terra, et ob hoc necessario pedum potiuntur obsequio. Raptoribus autem etiam unguium acies, ad convectandas prædas accommodata est. Nam cæteris tam propter alimoniæ quæstum, quam propter aliam vitæ dispensationem pedum ministeria sunt tributa. Paucæ vero avium pedes inutiles habent, neque gressui neque venatui opportunos, sicut hirundines, meropesque, quibus esca solo præbetur ex aere. Sed hirundo solet volare depressior, terramque pene contingere, ut per hoc usum pedum videatur explere.

3. Sunt sane multa genera quæ, si quis eo modo voluerit explicare quo nos piscium multitudinem pro parte descripsimus, inveniet unum quidem avium cunctarum generale vocabulum, sed plurimas in his differentias, vel habitus, vel (*f*) magnitudinis, vel coloris. Nam et morum, et actuum, et victus nimia diversitate distinctæ sunt. Quidam autem affectaverunt nominibus circa eas uti variis, ut tanquam per inusitata sigilla novæ inauditæque nuncupationis proprietas in singulis volucrum generibus (*g*) agnoscatur. Sed nobis sufficiens est significatio, ad qualitatem cujusque generis contemplandum, ususque communis Scripturæ, quæ mundas immundasque discernit. Aliud enim est genus earum quæ carne vescuntur, aliaque forma, suis congruens moribus : habent enim falcatos ungues, obuncum rostrum, volatum pernicem, quo præda citius capiatur, discerptaque pedibus, facilem cibum suggerat captori. Alia species est earum quæ seminibus nutriuntur, et alia earum quæ pro alimonia percipiunt quidquid casus obtulerit. Et in his rursus maxima differentia est. Quædam enim sunt gregales, exceptis prædatricibus : quarum nulla cum aliis præter coitum sociatur. Aliæ sunt communiter viventes, sicut columbæ, sturni, grues, et graculi : ex quibus quædam sine ducibus habentur, semetipsas regentes, aliæ sub moderamine continentur, ut grues. Est etiam in eis alia discretio, secundum quam certas videmus advenas esse, alias indigenas. Nonnullas hieme compellente, (*h*) causa pastus, ad peregrina discedere. Plurimas mansuetas fieri, et patientes : exceptis infirmioribus, quæ propter nimiam timiditatem, contrectationem manus nequeunt tolerare. Aliæ inter homines diversantur, iisdem quibus

(*a*) Illud *nec exspectare ut cum corpore dissolvetur.* non satis intelligo. Videtur omissa fuisse a librariis vocula *non : nec exspectare ut cum corpore non dissolvatur.* Quanto clarius hoc leguntur apud Basilium, cujus hæc sunt, Μὴ νόμιζε πρεσβυτέραν εἶναι τῆς τοῦ σώματος αὐτῶν ὑποστάσως, μηδὲ ἐπιδιαμένουσαν μετὰ τὴν τῆς σαρκὸς διάλυσιν, *Cave existimes animam constitutione corporis ipsorum vetustiorem esse, aut ipsam post carnis dissolutionem permanere.*

(*b*) Editi; *prætermimus.* Antiqui duo libri, *prætermivimus.*

(*c*) Colb. secundus, *dixeramus superius de nativitatibus aquatibilium.* Statim editi, *invitandi sunt.* Libri veteres, *imitandi sunt,* satis accommodate ad Græcum, κατὰ τοὺς ἐπιλήσμονας τῶν ὁδοιπόρων.

(*d*) Totum illud *sic et nobis per eumdem quem venimus callem redeundum est,* addidimus ex nostris codicibus Græce, οὕτω καὶ ἡμῖν ὡς ἔοικε τὴν αὐτὴν πάλιν βαδιστέον. Mox Colb. secundus, *elementum maris ;* quo exemplo rursus confirmari potest quod diximus, librarium, cum recepta lectio ei non placeret, aliquid identidem de suo immutasse.

(*e*) Editi, *et eadem illa etiam.* Libri veteres ita ut edendum curavimus. Aliquando post editi, *raptoribus avium etiam.* Libri antiqui, *raptoribus autem etiam.* Nec ita multo infra libri impressi, *ad convertendas prædas.* At nostri tres mss., *ad consectandas prædas.*

(*f*) Editi et duo mss., *vel magnitudines, vel colores.* Alius ms. *vel magnitudinis vel coloris* bene. Statim editi, *uti ut tanquam.* Antiqui duo libri, *uti variis, ut tanquam.*

(*g*) Hoc loco aliquid omissum est aut a librariis, aut Eustathio ipso. Lege homil. 8, num. 3.

(*g*) Editi, *causa partus.* Antiqui duo libri, *causa pastus.*

illi domiciliis commanentes, aliæ locis desertis et montibus 745 delectantur. Est etiam avibus magna differentia vocum, et sua cuique proprietas. Sunt enim quædam loquaces et garrulæ, aliæ taciturnæ : nonnullæ canoræ atque clamosæ, certæ stridulæ, nullumque penitus habentes cantum. Aliæ naturaliter æmulatrices sunt, vel ex hominum traditionibus eruditæ. Aliæ unicum, nunquamque mutabilem sonum vocis habent. Lascivus est gallus, diligens pavo, libidinosa columba, domesticaque gallina. Dolosus et zelotypus perdix ; interdumque venantibus hominibus,ad aliorum captum malitiose consentiens; et omnino multiplex in illis actuum morumque discretio est.

4. Sunt et certa animalia urbana, si tamen urbanitatis est ad unum communemque finem, operationem perducere singulorum : sicut in apibus est videre, quibus communis habitatio est, et volatus, et unus labor omnibus, et quod maximum est sub regibus et ducibus una quæque proprium munus exercet. Nec prius audent campos patentes appetere, quam suum principem viderint volasse. Rex autem apud eas non constituitur a populo, nam sæpe suffragia multitudinis imperitæ solent indignos ad culmen imperiale provehere, nec regnum sorte præstatur. Sunt enim irrationabiles exitus urnæ, quippe quæ sæpius infimo cuique potestatum decernit insignia. Sed nec ex parentum hæreditate imperialia sceptra traduntur, quoniam principum liberi per voluptates et delicias facile corrumpuntur, et vecordes efficiuntur ac stulti. Sed naturæ judicio, qui dignus fuerit, infulas (*a*) accipit principatus,non minus proceritate membrorum quam lenitate morum cæteris præstans, et habet spicula quædam, sed his ad læsionem non utitur aliorum. Ita leges quasdam tacitas eis natura præscripsit, quibus retinentur ad inferenda tormenta supplicibus.Ipsæ vero apes si secutæ non fuerint instituta regnantium,propria pœnitudine castigantur. Nam si pupugerint aliquem, dimittunt animam cum aculeo simul in vulnere. Audiant hæc Christiani, quibus mandatum est, nulli malum pro malo reponere, in bonitate superare malitiam. Quamobrem imitamini mores (*b*) apium : quæ nulli molestiam facientes, nec aliena patrimonia rapientes, fingunt quidem fovas constructos ex floribus, mel autem de humore roscido, qui arborum foliis insidet, ore collectum in cereis recondunt cellis.Nam denique liquidius habetur mel,quod primo percipitur,deinde paulatim tempore procedente digestum, ad suam spissitudinem suavitatemque revertitur. Non immerito ergo tantarum laudum apes gloriam consequuntur : utpote quas laboriosas et sapientes vocitavit antiquitas.Ita studiose victum proprium reponentes, quarum usus, tam regibus quam privatis remedia salutis impertit. Et sic,quia sic (*b*) sapienter horrea mellis ædificant.In tenera enim membrana crebras thecas, sibique contiguas exstruunt : ut earum condensatio tenuissimæ textu compaginationis arctacta, et fulta velut quibusdam repagulis opus omne contineat. Unumquoque vero spiramen mutuo strictum nexu sustentatur ab alio, et subtilissima forulorum interseptione discluditur :qui binis,aut ternis super se sunt ordinati tegminibus.Neque enim directas vel simplices cavernarum profunditates efficere maluerunt,ne sui pondere stipatus humor (*d*) manaret extrinsecus.'Disce quomodo geometriæ affectatio, sapientissimis apibus comparata postponitur.Sex enim angulis totidemque lateribus,cerarum fistulæ continentur, nec tamen erectæ sunt, ne fundus videlicet laboraret, si junctuarum vacuus foret auxilio. Sed inferiores illi sex anguli, sedes et firmamentum quoddam superjectis abentur : quo (*e*) tolerabiliter pondus superpositum subvectarent, humoremque reconditum in cavationibus singulis conservarent.

5. Quis igitur volatilium valeat diligenter cunctas proprietates exponere ? Vel quemodmodum grues excubias vicissim noctu suscipiunt,quarum aliis corpora sopore curantibus, nonnullæ tuitionem illis perhibent vigilando. Quæ cum statutum sibi tempus excubandi peregerint, ipsæ quidem clamore dato,quiescere incipiunt,aliæ vero sorte succedunt. Hunc autem ordinem et in volatu custodiunt,dum diversis vicibus(*f*)operam ductandi coguntur explere. Ciconiæ sane non procul distant ab his, quibus rationabilis collata prudentia est. Nam uno tempore simul omnes adveniunt, itemque sub uno signo cunctæ pariter ad longinqua discedunt. Suffragantur autem eis cornices, quas et proficiscentes honorifice prosequuntur, et sicut mihi videtur auxilium præstant illis,adversus quasdam volucres pugnaturis.Cujus rei certum est documentum:primum quidem,quia cornix eo tempore penitus non videtur: deinde quod sauciæ redeuntes, manifestissima præliorum signa demonstrant. Quis, rogo, illis hospitalitatis jura mandavit?Aut quis sub comminatione præcepit ut ciconias in procinctu positas suo non destituerent comitatu ?Audiant hæc avari homines, qui (*h*) negata peregrinis adventantibus humanitate, januas suas claudunt, et nec tectis eos succedere noctis aut hiemis tempore patiuntur.Liberalitas vero quæ senibus ciconiis a junioribus exhibetur

(*a*) Editi, *accepit*. Libri, veteres, *accipit*.

(*b*) Codex unus, *apum*. Statim Colb. secundus,*nec aliena patrimonia*. Alii mss. una cum editis,*alia patrimonia*. Aliquanto post Colb. secundus, *quod primum percipitur*.

(*c*) Editi, *Cur sic? quia sic*. Colb. secundus,*et quia sic sapienter*. Liber noster vetus, *Et sic,quia sic*,etc.

(*d*) Editi et duo mss., *maneret*, inepte. At Colb. secundus, *manaret*, satis accommodate ad Græcum verbum, διεκπίπτῃ. Ibidem editi, *disce quoniam*. Libri antiqui, *disce quomodo*.

(*e*) Editi,*quod tolerabiliter*.At mss. duo, *quo tolerabiliter*. Aliquanto post Colb. secundus, *aliis corporali sopore cubantibus*. Subinde idem codex, *ipse quidem*. Vox ultima ab editis aberat.

(*f*)Colb.secundus,*operam ducendi coguntur implere*. Aliquanto post editi,*primum, quia*. Colb. secundus, *primo quidem,quia*.Codex noster,*primumquidem,quia*.

(*g*) Colb. secundus. *qui negant... humanitatem*. Paulo post editi et duo mss.,*eos succedere*.Colb.secundus, *eos suscipere*. Haud longe editi, *patientur*. At mss., *vatiuntur*.

sufficeret hominum filios, si mallent advertere, amatores suorum reddere genitorum. Quis enim tam insipiens est, ut non se (*a*) censeat ignominia notari, cum avibus irrationabilibus cultu postponitur pietatis? Illæ parentes suos ætate confectos pennisque eorum vetustate dejectis, circumstantes, propriis plumis fovent, 746 alimoniamque convectant, et in volatu quod potuerint, hinc inde se supponentes, senectæ lassitudinem consolantur, alarum suarum eas auxilio sustentantes. Quæ res per omnes ubique gentes ita percrebuit, ut hodie remuneratio delati beneficii apud Græcos ἀντιπελάργωσις nominetur. Quapropter nemo se penitus obtentu paupertatis excusans, de vita propria desperet, quamvis nullæ domi suppeditent facultates, dum (*b*) ingeniosam contemplatur hirundinem. Illa enim in fabricando nido paleas quidem ore comportat, limum autem pedibus ferre non valens, alarum summitates humectat in fluvio, deinde in cinere volutata, cæmenti usum videtur explere. Paulatimque surculos inter se luto apposito, velut quadam glute conjungens, suos educat pullos. Quorum si quispiam oculos effoderit, habet eorum mater a natura sibi traditam medicinam, qua mox ad sanitatem fetuum suorum reducat aspectum. Hæc te videlicet hortabuntur, ne ad (*c*) improbitatem velis egestatis occasione converti, nec in pessimis artibus spem vivendi collocans, immunis bonitatis exsorsque reddaris, sed ad Deum confugias : qui cum hirundini tam magna donaverit, quanto majora præstabit his qui eum tota mentis intentione implorant? Alcyon avicula est quædam in littoribus marinis fetare consueta, quæ super ipsam arenam ponit ova, eo tempore quo mare multis gravibusque ventorum flatibus commovetur : sed tamen omnes tunc tempestates procellæque sedantur per integros septem dies, quibus avis memorata cubare narratur : nutriendorumque gratia pullorum, postquam fuerunt de ovis educti, septem dies alios illi Deus magnorum largitor adjecit, quos dies nautici diligentius observantes, alcyonios eos vocant. Hæc tibi præscripta sunt, super remediis indubitanter a Deo salutaribus deprecandis. Quid enim non mirabile fiat tui causa, qui ad imaginem Dei factus es, cum propter avem parvulam maximum formidolosumque mare videas tempestuoso tempore fieri tranquillum, divina præceptione frenatum?

6. Turturem ferunt si quando casu aliquo separetur a conjuge, nullatenus coire cum altero, sed memoria prioris connubii perdurante, contractum secundæ copulationis abnuere. Audiant mulieres quomodo apud aves irrationabiles continentia viduitatis frequentibus nuptiis antefertur. Aquila in educandis pullis propriis injusta fertur esse. Duobus enim procreatis, unum verberibus alarum (*d*) mulctatum projicit in terram, alterum retentatum fovet. Ita propter victus inopiam cogitur negare quem genuit, nec tamen eum sinit interire ossifragus, sed assumptum propriis applicat pullis, et studiose nutrit. Tales sunt nonnulli parentes hominum, qui paupertatem causati suos exponunt liberos, vel hæreditatis sortem non æquam constituunt inter eos. Quibus quoniam pares causas præstitere nascendi, justum esset ut his vivendi etiam parem tribuerent portionem. Ne velis ergo prædatricum avium mores æmulari, quæ cum viderint pullos suos jam volatui (*e*) confidentes, de nidis eos præcipites exturbant atque projiciunt, nullam penitus illis curam deinceps impendentes. Laudatur e contra circa natos cornicis affectio, quos et volantes prosequitur, et escam largiter subministrat. Certæ vero volucres, ad nutriendos fovendosque fetus, masculorum juvamine non utuntur. Aliæ sane earum quæ altius volitant steriles omnino sunt, sicut vultures, quos asserunt sine coitu generare, præcipue cum sint longævi. Nam vitam eorum centum annis manere (*f*) affirmant. Sit igitur hæc tibi pars historiæ notata de avibus, ut cum videris aliquos cachinnantes, propter ineffabile mysterium catholicæ fidei, quod quasi impossibile sit, alienumque naturæ virginem peperisse, statu virginitatis integro custodito, cogites quia ille qui dignatus est in stultitia prædicationis salvare credentes, idem quoque nobis innumerabiles causas ex natura sumptas ad fidelitatem mirabilium præstitit.

7. *Ejiciant aquæ reptilia vivarum animarum, et volatilia volantia super terram sub firmamento cœli.* Volare ideo (*g*) jussæ sunt super terram, quia victus omnibus e terra suppeditat. Sub firmamento autem cœli dixit, propter illa quæ supra disseruimus. Cœlum autem hic intelligere debemus, a cernendo dictum : Græce οὐρανὸς vocatur ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι. Nam comparatione corporis ætherei, aer iste, qui super nos est, ex vaporibus terræ concretus et crassus efficitur. Habes igitur polum decoratum, terram formosissimam, mare opulentissimum, aerem repletum avibus : quæ omnia ex nihilo ad hanc vitam Dei præceptione producta sunt. Et alia multa quæ nunc consulto sermo præteriit, ne in hisdem diutius commoratus, modum disputandi videretur excedere. Tu autem cuncta hæc tecum ipse reputans, et intente sapientiam Dei, quæ in omnibus habetur, inquirens,

(*a*) Editi, *ut non recenseat.* Vetus noster codex, *ut non se censeat.* Paulo post mss., *hodieque.* Vocula *que* deerat in vulgatis.

(*b*) Editi, *domi ingeniosam.* Libri veteres, *dum ingeniosam.* Haud longe editi et duo mss., *velut quadam glute.* Alius codex, *velut quodam glute;* ubi suspicari licet Eustathium ex Græco scripsisse, *velut quodam glutine,* οἷον καλλῃ τινι.

(*c*) Colb. secundus, *ad pravitatem.* Aliquanto post idem codex, *tota intentione cordis implorant.*

(*d*) Editi, *multarum*, male. Libri antiqui, *muletatum.*

(*e*) Editi, *confidentes, nidis eos præcipites exturbant ac projiciunt.* Libri veteres ita ut edidimus.

(*f*) Antiqui duo libri, *confirmant.*

(*g*) Colb. secundus, *jussa sunt.* Si leges *jussæ sunt,* velim subaudias vocem *aves.* Vocem *supra* ex nostris codicibus paulo post addidimus. Subinde Colb. secundus, *consulto sermone præteriit.*

nunquam (*a*) deficias admirando, nec Conditorem glorificando desistas. Habes etiam volatilia nocturna (*b*) et diurna. Vespertiliones enim et noctuæ lucifugæ sunt. **747** Ergo si quando te minime sopor oppresserit, sufficiet te conversationis eorum examinatio, vitæque proprietas ad prædicandam sapientiam Creatoris impellere, quomodo luscinia vigilat ovis incubans omni tempore noctis cantilenam trahendo, quomodo etiam vespertiliones non minus quadrupedes sunt quam pennatæ, quas etiam solas ex avibus omnibus dentes habere constat; et catulos procreare feruntur; aut in aere non plumis, sed quadam membrana pellita volare. Est etiam illis mutua inter se magnaque dilectio per naturam. Nam velut setæ quædam (*c*) piscatoriæ de alternis hærent nexibus: quod in hominibus utique videmus non facile provenire, quorum nonnulli separati ab aliorum conversationibus singularitate et solitudine delectantur. Quomodo etiam nocturnam oculis similes habentur sæcularis sapientiæ professores. Nam et illarum aspectus noctibus quidem acrior est, exorto autem sole cæccatur, sicut istorum cum sit acutissimus ad contemplandam vanitatem sensus, erga inquisitionem veræ lucis hebescit. Interdiu autem facile tibi est admirationem Conditoris undique attrahere; quemadmodum gallus domesticus homines ad labores compellit et opera, claraque voce proclamans, solem procul advenire significat. Anserum quoque genus, quam vigilans habetur et providum, et cito sentiens quæ tentantur occulte? Ii quandam urbem Romam nocturnis hostium liberasse dicuntur insidiis: quos per (*d*) occultos aditus latenter ingredi molientes arcemque pervadere, festinanter prodidere clamando. In quo autem genere propria miracula non usquequaque natura demonstrat? Quis vulturibus futuram nuntiat hominum mortem, quos contra se bella gesturos, mox catervæ vulturum prosequuntur, armorumque instructione vel apparatu, qualis sit exitus habendus intelligunt? Quod quidem non procul est rationis humanæ. Quemadmodum etiam tibi locustarum expeditiones (*e*) aperiam? Quæ sub uno signo propriis egressæ de sedibus in spatioso campo castra constituunt, et non ante subjecta contingunt, quam datur eis divina præceptio. Quomodo etiam mergus insatiabilem vescendi patitur orexim, per quam vulneribus sui ventris remedia sanitatis (*f*) acquirit. O virtutis admiratio cœlestis! quæ rabiem famis in usum medicaminis reformavit. Quanta quoque ratio est in cantibus cicadarum, quæ sub ardenti sole plus resonant tractu aeris impulsæ, qui per earum pectus illabitur dum respirant? Sed jam sentio sermonem nostrum non minus miraculis volatilium superari, quam si experirer ipse pernicitatem suam meis pedibus anteire. Sane cum videris apes et vespas, considera quia nullus eis spiritus aut pulmo subest, sed semper ex aere nutriuntur. Denique si oleo tactæ fuerint, continuo perimuntur, utpote præclusis earum spiramentis: et si aceto (*g*) rursus illas asperseris, reviviscunt, venarum videlicet meatibus patefactis. Ita nihil quod supersit, aut desit nostris utilitatibus, fecit Deus. Iterum si aquariorum genus examinare volueris, invenies in illis aliam dispositionem. Pedes enim non habent fissos ut corvus, nec uncos ut aquila, sed latos atque membraneos, ut natantes facile superferantur undis, tanquam remis quibusdam pedum nisibus repellentes aquam. Item si consideres quomodo cygnus in altum guttur extendens, ab imo fundo trahit alimoniam, tunc advertere poteris sapientiam Creatoris, (*h*) qui ob hoc illi longiora colla quam pedes abhibuit, ut tanquam setam quamdam porrigens se in profundum, reconditum possit invenire nutrimen.

8. Igitur simpliciter inspecta verba Scripturæ syllabæ quædam videntur esse: *Ejiciant aquæ volatilia volantia super terram sub firmamento cœli.* Si considerata fuerit vis verborum, tunc Conditoris mirificatio declaratur, qui futuras avium differentias longe prævidit, easque secundum genus a se discrevit. Dies me profecto deficiet, si cuncta vobis aeria miracula referre voluero. Verumtamen terra nos vocat ad inspiciendas bestias, et pecudes ac serpentes. Parata est enim similia piscibus et volatilibus quadrupedum et virgultorum genera demonstrare: *Ejiciat terra animam vivam.* Quid dicitis, qui Paulo apostolo de resurrectione non creditis, cum videatis certa de aereis animantibus figuram propriam commutare, sicut Indiacum vermem, qui est corniger, primo in (*i*) verucæ se speciem transformantem, deinde fieri bombulionem, nec tamen in eo schemate persistentem, sed membranis mollioribus (*j*) ac latioribus plumescentem aligerum reddi? Itaque vos, matronæ, quando sedetis eorum revolventes opera, id est stamina quæ Seres huc dirigunt ad confectionem vestium delicatarum, reminiscimini hujus animalis refigurationem,

(*a*) Editi, *deficies*. At nostri tres mss., *deficias*.

(*b*) Antiqui duo libri, *et diurna*. Vocula *et* ab editis aberat.

(*c*) Editi, *piscatoris*. Libri veteres *piscatoriæ*. Aliquanto post Colb. secundus, *nam ut... acutior est... sic et istorum* : quam scripturam ex eo suspectam habeo, quod melior sit et aptior. Nam librarius, nisi valde fallor, nonnulla aliquando ad arbitrium emendavit.

(*d*) Colb. secundus, *per obscuros aditus*.

(*e*) Editi, *operiam*. Libri veteres, *aperiam*. Græce διηγήσομαι. Mox editi, *quam detur iis divina præcetio. Quomodo autem*. Antiqui libri ut in contextu.

(*f*) Codex unus *inquirit*. Statim mss. duo, *ratio est*. Illud *est* in editis desideratur. Subinde duo mss., *ex aere*. Vocula *ex* in vulgatis deerat.

(*g*) Editi et duo mss., *et si aceto rursus asperseris, resipiscunt*. At Colb. secundus, *et si aceto rursus illas asperseris, reviviscunt*, ita postulante et sensu et Græco, ἀναβιώσκεται. Aliquanto post duo mss., *nec obuncos*.

(*h*) Editi, *quia ob hoc*. At Colb. secundus, *qui ob hoc*. Ibidem editi, *illis longiora*. Vetus codex noster, *illi longiora*.

(*i*) Editi et nostri tres mss., *in verucæ se speciem*, vel, *in verrucæ speciem* : quod, quam absurdum sit et ineptum, nihil attinet dicere. At ejus loci facilis est emendatio. Nam pro *verucæ* legendum esse *erucæ*, si nihil aliud, ipse certe nomen Græcum aperte ostendit, εἰς κάμπην, *in erucam*.

(*j*) Illud *ac latioribus* addidi, librorum antiquorum fidem secutus: quibus consentiunt Græca καὶ πλατέσι.

ut evidens de resurrectione capiatis exemplum, et nihil dubitetis de reformatione corporis, quam Paulus exponit. Sed jam sentio me modum disputationis excedere. Etenim si ad multitudinem respexero relatorum, in infinitum videbor sermone (*a*) prolapsus. Sin autem oculos ad diversitatem creaturæ convertero, nec exordium narrationis arbitror assumpsisse. Verumtamen non est utile vos præterire transcursu. Quid enim facietis usque ad vesperam? A pransoribus certe non urgemini, nec conviviorum apparatus abire nos admonet, quoniam tempus jejunandi est. Quapropter si placet, abstinentiam corporis in voluptates animi convertamus. Sæpius utique corporibus paruistis, hos saltem dies deputemus usibus animorum, sicut scriptum : *Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui tui* (*Psal.* xxxvi, 4). Si divitias amas, opes tibi præsto sunt spirituales, id est, *judicia Dei vera, justificata in semetipsa, desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum* (*Psal.* xviii, 10). Si edax et gulosus es, habes verba Domini *dulciora super mel et favum* (*Ibid.*). Nunc si dimisero vos cœtumque dissolvero, alii mox vestrum currunt properanter ad aleam, in qua juratio et contentio vehemens, et lucrandi cupiditas habetur, astatque dæmon obscenus, modo A hunc erigens exultatione victoriæ, faciensque adversarium tristem, modo illum alacrem superbumque demonstrans. Quid juvat corpore jejunare, si animus multis pravitatum millibus oneratur? Porro qui non ludit tesseris, sed vacat, quas non vanitates ex ore depromit, aut quid non percipit auribus exsecrandum? Ita otiositas sine timore Dei magistra nequitiæ est. Et quidem præsumo aliquid vobis utilitatis ex his quæ locuti sumus acquiri. Quod si secus fuerit, tamen peccato vos vacuos (*b*) commoratio loci hujuscemodi perficiet. Quantoque plus vos in Ecclesia Domini retentamus, tanto magis a malorum cogitationibus separamus. Sufficientia sunt quæ disseruimus apud æquissimum cognitorem, si tamen non ad copiosas creaturæ divitias, B sed ad parvitatem nostræ possibilitatis aspexerit, vel ad mensuram (*c*) super lætitia capienda præsentium. Sit itaque terminus hic matutini convivii, ne ultra modum ingesta satietas fastidium vespertinæ vobis epulationis injiciat. Dominus sane, qui creaturæ suæ copiis cuncta complovit, et qui in rebus omnibus mirabilium suorum nobis (*d*) æterna monimenta præbuit, cumulet mentes nostras gaudio spiritali in Christo Jesu, cui gloria et honor nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(*a*) Editi, *perlapsus*. Libri veteres, *prolapsus*. Nec ita multo post Col. secundus, *judicia Domini*. Subinde mss. nostri, *gulosus es*. Illud *es* in editis desiderabatur.

(*b*) Editi, *commemoratio loco hujusmodi..... Ecclesia Dei*. Colb. uterque ut in contextu. Aliquanto post Colb. secundus, *ad parvitatis nostræ possibilitates*.

(*c*) Editi et Colb. primus, *super læva capienda* : quorum verborum quæ idonea sententia esse possit, alii viderint. Alii duo mss., *super lætitia capienda*. Græce, εἰς εὐφροσύνην.

(*d*) Mirari subit vocem *æterna* et in editis et in veteribus libris reperiri, cum scriptum sit apud Basilium, ἐναργῆ τὰ ὑπομνήματα καταλιπών, *manifesta* C *monimenta reliquit*.

LIBER NONUS.

1. Dicite quæso qualis vobis nostræ sermocinationis matutina visa est mensa. Mihi enim (*a*) libet comparare tenuitatem nostram egeno cupiam exhibenti convivium, qui munificentiam animi sui copiose desiderans ostentare, deficit facultatum retardatus inopia, et ob hoc apparatum pauperem qualiscunque est, largius ministrare molitur, risum deserpibens invitatis. Ita fit ut exprobrationis ignominia liberalitas affectata non careat. Tale quidem est et in nobis, si tamen vos non aliter sentietis ; verumtamen utcunque se habent nostra, non extenuabuntur a vobis. Neque enim Hælisæum ut improbatum pastorem (*b*) refutabant illius temporis convivæ (*IV Reg.* D iv, 39) : et certe agrestibus eos reficiebat olusculis. Compertas itaque habeo leges quasdam super allegoria, non quas ex meipso confeci, sed quas didici aliorum voluminibus recensitis, per quas hi qui acquiescunt communibus consentire scripturis, aquam dicunt non esse aquam, sed aliam quamdam naturam, pisces quoque vel serpentes, aut bestias, non pro veritatis ratione, sed pro suo commentantur arbitrio : sicut interpretes somniorum, visis per soponem variis imaginibus, quid futurum sit pro sua voluntate pronuntiant. Ego autem cum audiero fenum, hoc intelligo quod dictum est. Item pisces aut quadrupedes, aut virgulta, quomodo relata sunt, ita percipio : *Neque enim erubesco Evangelium* (*Rom.* ii, 16). Nam licet hi qui de mundo plura scripserunt, certa de terræ schematibus disputarint, modo eam sphæræ, modo cylindro, modo circulo similem, et æqualibus undique collectam partibus designantes, et in medio esse cavam. Ad omnes enim hujusmodi opiniones, scriptores cosmographiæ prolapsi sunt, alter alterius dogmata rescindendo. Ego tamen non adducor ut dicam idcirco deteriorem nostram mundificationem videri : qua nihil de schematibus ejus famulus Dei disseruit, et quia non dixit tot millia stadiorum ambitum telluris tenere, vel quod metitus non est quantis spatiis obumbratio ejus in aere distenditur, cum sol proprios cursus agit sub terra,

(*a*) Colb. secundus, *mihi eum licet....egeno cupienti exhibere convivium*. Ibidem editi, *defecit*. Libri veteres, *deficit*. Rursus hoc ipso in loco ms. nostri, *et ob hoc* Eerat conjunctio *et* in vulgatis.

(*b*) Editi et mss., *refutabant* : ubi suspicamur scripsisse Eustathium, *repudiabant* : cum scriptum inveniamus apud Basilium, παρητοῦντο. Aliquanto post Colb. secundus, *ex me ipse*.

qui cum lunæ propinquaverit, luminis ei defectum præstat. De quibus omnibus prudenter ille retinuit, sciens inutilia nobis haberi quæ ad nos minime pertinerent. Ideo ne (*a*) debemus verba spiritualia viliora esse vanissimis philosophorum assertionibus arbitrari, et non glorificare potius Deum qui nostram mentem superfluis quidem quæstionibus liberavit, ad excitandas vero ædificandasque nostras animas proficere cuncta disposuit? Unde videntur mihi quidam rerum ignari, seductionibus pravis et suasionibus falsis eniti, quo possint (*b*) honestatis quemdam colorem, per argumenta propria, divinis Scripturis obducere. Quod quid aliud intelligendum est, quam sapientiores se esse tales homines verbis spiritalibus profiteri, suaque magis dicta sub prætextu interpretationis astruere? Quapropter ut scriptum est intelligatur : 749 *Ejiciat terra animam vivam pecudum et bestiarum et serpentum.*

2. Adverte igitur Dei verbum currens per omnem creaturam. Quod quidem olim cœpit : sed usque operatur et properat ad finem, donec consummationem mundus accipiat. Sicut enim pila cum ab aliquo fuerit impulsa, cum spatia devexa repererit, ipsa sui volubilitate, locique proclivitate velocius incitata perfertur, nec prius stare poterit, quam ad plana descendat, ita natura rerum Dei præceptione commota, nascentium morientiumque facturam passim penetrans, uniuscujusque generis sobolem per similitudinem sui custodit æqualiter, donec ad statutum terminum valeat pervenire. Equum enim facit equo succedere, et leonem leoni, et aquilam aquilæ, et singulas animantes, sequentium successione servata, usque ad finem rerum omnium exitumque perducit. Nullum enim tempus valebit proprietates animantium commutare, sed tanquam nuper constituta natura sit, ita recens fertur cum tempore. *Ejiciat terra animam vivam.* Hæc præceptio mansit in terra, et nullatenus famulando (*c*) desinit Conditori. Certa enim ex eorum posteritate quæ prima facta sunt, nasci non dubium est, alia de terra nunc etiam formari et vivificari conspicimus. Non enim cicadas solum ex imbribus rigata producit, vel alia plurima volatilium millia, quorum maxima pars propter sui tenuitatem vocabulis caret; sed etiam mures et ranas ex terra generari videmus. Denique in Ægyptiacis Thebis, si pluvias largiores æstivo tempore fuderit, mox infinitis muribus regio tota completur. Anguillas etiam non aliter nisi de cœno nasci certissimum est, quarum genus nec ovum, nec alter aliquis partus instaurat, sed ut diximus, de limo gignendi sortiuntur originem. *Ejiciat terra animam vivam.* Pecudes omnes terrenæ sunt, ob hoc inclinantur ad terram. Sed alia est (*d*) planta cœlestis homo : qui quantum habitu figuræ, tantum dignitate distat a pecoribus. (*e*) Illorum facies deorsum flexa, uterumque prospectat, et quod ejus libidini jucundum est, hoc sectatur : tuum vero raput ad cœlum semper erigitur, oculi tui superna respiciunt. Sed si tu quoque corporis te voluptatibus fœdaveris, obediendo luxui ventris, et inferioribus ejus partibus, *comparatus es jumentis insensibilibus, et similis illis factus* (*Psal.* XLVIII, 13). At vero tibi alia sollicitudo nimisque decora est quærendi sublimia, ubi habetur Christus (*Col.* III, 1). Convenit enim altius te ferri terrestribus, ut quomodo natus es, ita propriam disponas vitam. Conversatio tua sit in cœlo (*Philipp.* III, 20), vera tibi patria est superior Hierusalem, cives et sodales habes primogenitos ascriptos in cœlo (*Hebr.* XII, 2).

3. *Ejiciat terra animam vivam.* Igitur quadrupedum anima, non olim sub terra reposita, subito tunc ejecta prosiluit, sed simul creata est cum præcepto. Una est illis anima, et decor omnis in figura (*f*) locatus : proprietatibus variis singulæ discernuntur. Boves graves sunt, et constantes, asini hebetes, calidi equi desiderio feminarum. Lupus indomitus, vulpes dolosa, cervus timidus, laboriosa formica, gratificus canis, et memor amicitiæ, singularumque nativitatibus morum etiam qualitates aptatæ sunt, sicut iracundia congenerata leoni est, et solitudo conversationis, similiumque vitatio. Nam velut tyrannus quidam bestiarum, vitio superbiæ naturalis elatus refugit aliorum consociationem, nec quotidiano cibo pascitur, quamvis reliquias suæ captionis adierit. Huic nimium grande vocis ministerium natura perhibuit, adeo ut certæ quadrupedes cum sint cursu velociores, rugitu ejus pavefactæ deficiant. Torvus est pardus, et acutus in impetu convenientsque animi sui motibus habet corpus. Ursorum segnior natura est, mens aspera, subdola, et non (*g*) minus setis, quam simultate contecta. Quod si sermonem latius extendentes, voluerimus asserere quanta multis animalibus diligentia conservandæ propriæ salutis sine cujusquam traditione suppeditet, fortasse quidem incitabimur erga studium nostræ munitionis : sed vereor ne in æmulandis quoque bestiis minores esse credamur. Ursus lethali vulnere sæpe transfixus, omnibus utitur machinamentis, ut se curare prævaleat, herba præcipue quadam natura sicciore plagas proprias oppilando. Vulpes etiam frequentius depreum, cum ipsi recepta lectio non probaretur, aliter ad arbitrium scripsisse.

(*a*) Colb. secundus, *ideone ergo.* Ibidem mss. duo, *viliora esse.* Illud *esse* aberat a vulgatis. Haud longe Colb. secundus *perficere cuncta disposuit.*

(*b*) Editi, *honestatis quondam.* Libri veteres *honestatis quemdam.* Illud *se* quod mox sequitur additum est ex libris veteribus. Subinde Colb. secundus, *et cum spatia.*

(*c*) Editi, *desinet.* Libri antiqui, *desinit.*

(*d*) Colb. secundus, *sed aliter est ex natura cœlestis homo.* Sed jam notavimus videri librarium ea quæ habebat exemplaria non semper secutum esse : sed

(*e*) Veteres nostri libri, *illarum facies:* ubi, si ita legas vox *pecudum* suppleri potest. Mox nostri tres mss, *corporis te voluptate.*

(*f*) Colb. secundus, *locatur.*

(*g*) Editi, *et minus setis.* Libri veteres, *et non minus setis.* Nec ita multo post editi, *fortasse quodam incitabimus.* At Colb. secundus, *fortasse quidem incitabimur.* Legimus in Græco, κινησομεθα. Subinde editi, *eredamus.* Libri antiqui, *credamur.*

hensa est,succo pineo sibimet remedium contulisse. Testudo autem cum viperinis visceribus ingluviem ventris expleverit,organi medicamine quod est serpentibus contrarium, pestem venosi cibi fertur effugere.Coluber vero dolores gravissimos oculorum, feniculum depastus exstinguit. Nam præscientia pecudum de futuris cœli mutationibus,(*a*) quam non rationabilem prudentiam creditur superare ? Itaque ovis,impendente hieme,herbam carpit avidius,tanquam reficere se largius indicans ad tolerandam ex futura tempestate penuriam.Boves autem cum diutius inclusi tempore fuerint hiberno, perturbationem aeris naturali præsentientes intellectu,de stabulo foris simul omnes aspiciunt mutantes vultum Multi sane homines echinum terrestrem captaverunt duplices cavernas 750 in suis fecisse cubilibus, ut cum flatibus aquilonis urgetur, ad australem se conferat partem, iterumque cum notus spiraverit, boreale foramen aperiat.Quid igitur nobis hominibus per hæc signa Scriptura significat? non solum ut per omnia nostri Creatoris quanta sit erga nos indulgentia contemplemur,sed etiam consideremus, quia cum nimia futurorum providentia in multis pecoribus habeatur, nec utique nos debemus præsentis vitæ voluptatibus contaminare,sed intentionem nostram ad venturum sæculum destinare. Tu ne ergo homo non laborabis in hoc mundo,ut possis tibi subsidia quietis futuræ reponere,cum (*b*) videas formicam hiemis memorem, victum sibi studiose tempore æstatis attrahere ? Quæ non ideo minus diligens est, quia nondum pericula experitur hiberni, quin potius omni nisu curaque pervigili laborat et operatur,cunctaque discurrendo pertentat,quo possit sufficientia sibimet alimenta recondere : mirabilique prudentia prospicit, ne species quæ collectæ sunt corrumpantur. Secat enim dentibus granum, ne incipiens germinare pastum sibi præberet inutilem : semen quoque ipsum si fuerit humectatum vapore (*c*) telluris,siccat in solem ; nec tamen semper hoc facit,sed cum serenitatem stabilem fore præsenserit. Denique non videbis imbres emitti de nubibus,quousque formica torrendum sub sole semen exponit. Quis igitur sermo comprehendere, quis auditus capere, vel quantum temporis sufficere poterit, ad explananda cuncta mirabilia ? Quapropter et nos simul cum propheta dicamus : *Quam magnificata sunt opera tua, Domine ! omnia in sapientia fecisti* (*Psal.* CIII, 24). Ergo non proderit nobis illa satisfactio,qua putamus excusare nos posse dicentes, minime litteris didicisse quod expedit,cum legis magisterio naturalis electionem utilium percepisse credamur. Nosti enim tu bonum quod facere debebis in proximum, et malum quod idem nolis ab alio perpeti. Nulla scilicet ars medendi,nec aliquis usus herbarum remedia pecoribus quærenda monstravit, sed naturaliter animal unumquodque novit propriæ saluti consulere, et ineffabilem diligentiam genitiva captare prudentia.

4. Sunt (*d*) tamen et apud nos genera nonnulla virtutum : quas non ex hominum doctrina,sed ex naturæ traditione sortimur.Sicut enim nulla nos institutio monet odisse languorem, sed spontaneum habemus erga omnia quæ nos contristare creduntur horrorem ; sic et animo naturale subest officium noxia declinare.Omne autem (*e*) malum morbus est animi, virtus autem rationem sanitatis apportat. Unde bene quidam statuerunt,asserentes sanitatem esse motuum naturalium constantiam. Quod etiam in animi vigore profitendo quis non judicabitur errare? Sui enim semper appetens est naturaliter animus : ideoque laudanda prudentibus est castitas, assequenda justitia, sectanda sapientia, miranda fortitudo. Quæ res magis animis familiares sunt quam corporibus valetudo. Parentes,diligite filios: filii, nolite parentes exasperare (*Ephes.* VI, 4).Nunquid non hoc idem natura (*f*) præcepit ? Nihil ergo novi Paulus hortatur, sed astringit altius vincula naturæ.Cujus tanta vis est in affectu,ut etiam lupus pro catulis suis pugnet. Quid dicturus est homo,qui et mandatum spernit,et naturam despicit,cum aut juvenis deformat injuriis canitiem genitoris,aut pater secundas (*g*) nactus nuptias liberos ex patrimonio priore contristat? Infucatus est amor ferarum inter parentes et filios, quoniam qui eas creavit Deus quod (*h*) minus illis in ratione præstitit,sensus beneficio compensavit. Ex quo fit ut præsentibus tot ovium millibus,de mandra laxatus agnus mox matris vocem agnoscat : et ad eam currat exsultans, fontesque lactis inquirat.Quod etsi forte mater sterilior habeatur, ipsa sola contentus ubera præterit aliena, quamvis copiosa sint et referta. Materque nihilominus in tanta multitudine suum recognoscit fetum. Et certe vox una est in diversis, color unus et odor idem, quantum nos videlicet nostro possu-

(*a*) Editi et Colb. primus,*quam irrationabilem prudentiam.* Alter Colb., *quantum rationabilem prudentiam.*Vetus noster codex *quam non rationobilem prudentiam.* Hoc est, *rationabilem omnem prudentiam superat.*Verba quæ vertenda sibi proposuerat Eustathius, hæc sunt : ποίαν οὐχὶ σύνεσιν λογικὴν ἀποκρύπτουσι. Ibidem Colb.secundus,*imminente hieme.* Haud longe idem codex, *nostri Conditoris quanta.*

(*b*) Colb. secundus, *cum videris.*

(*c*) Colb. secundus, *rore telluris.* Aliquanto post idem codex, *cuncta miracula* ?

(*d*) Editi, *tamen apud nos.*Antiqui duo libri,*tamen et apud nos.*Paulo post editi,*institutio movet.*At mss. nostri, *monet.* Nec ita multo infra Colb. secundus. *contristare videntur.*

(*e*) Editi,*omne autem nullum morbus,*etc.At nostri tres mss., *omne autem malum morbus,* etc. Paulo post Colb. secundus,*virtus autem sanitates apportat.*

(*f*) Colb. secundus *præcipit. Nihil enim novi.*

(*g*) Editi et Colb. primus,*secundas nactus nativas nuptias.* Alter Colb. *secundas nactus nuptias.*

(*h*) Editi et Colb.primus, *quod minus illis irrationabile.*Alter Colb.et vetus noster codex ut in contextu, nisi quod Colb.pro *quod* habeat *quæ.*Græce, τὴν τοῦ λόγου ἔλλειψιν. Nec ita multo post antiqui duo libri et editi, *copiosa sint et refecta.* Aliud codex, *copiosa sint et referta.* Haud longe editi, *quanta videlicet.*At Colb. secundus, *quantum nos videlicet.*

mus odore colligere : verumtamen est illis acutior intellectus (*a*) ab homine : per quem cuique suppetit agnitio propriorum. Necdum scilicet 751 catulo dentes formati sunt, et tamen infestantes conatur ore repellere. Nondum vitulo cornua surrexerunt, et novit jam in qua parte futura sibi sint arma pugnandi Hæc igitur indicium nobis faciunt, quia naturalis prudentia doctrinæ traditione non utitur, et quia nihil inordinatum, vel improvidum habetur in rebus; sed omnia certissimum specimen in se sapientiæ Conditoris ostentant, qui sic instructas pecudes ad defensionem propriæ salutis instituit. Expers quidem rationis est canis, sed æquiparantem rationi sensum creditur possidere. Nam ea quæ per otium vitæ longum quidam sedentes vix invenire potuerunt, id est philosophi sæculares, syllogismorum dico tendiculas beneficio naturali canis consecutus asseritur: (*b*) quia vestigia ferarum sagaciter indagando, cum viderit multipliciter intercisas semitas, omnes discursibus interrumpit, (*c*) vocem tantum articulatam non emittens ; nam per ea quæ agit indicat profecto, quo bestiæ quæ lustrantur abierint. Nec illum relinquens inexploratum locum, ubi suspicio nulla vestigii est, donec omnibus odore repetitis explicatisque fallentibus viis, (*d*) cubile reperiet. Quid amplius hi faciunt in descriptionibus, qui otiose sedentes, pulverem stylo signant, et ex tribus propositionibus duas aufe. runt, in illa autem quæ reliqua est inveniunt veritatem? Memoria igitur canis erga depensum sibi beneficium, quem non ingratum hominem suo benefactori pudore confundit, cnm etiam dominis interfectis in loco deserto, multi canes observatione longissima defecerunt ? Alii peremptis dominis indices homicidii fuerunt, reosque præsentavere judiciis, accusationem latratu peragentes. Quid igitur dicturi sunt qui creatorem pastoremque suum Deum non modo non diligunt, sed etiam maledicos ejus habent amicos, et in eadem cum illis simul cibantur mensa, largitoremque epularum sacrilegis blasphemorum sermonibus (*e*) lacerari patiuntur ?

5. Sed nunc ad creaturæ contemplationem redeamus. Ideo scilicet imbecilliores bestiæ fecundiores sunt, id est lepores et damæ, ovesque silvestres : ut non facile deleretur genus earum, a carnificibus expensum feris. Hæ autem quæ devoratrices sunt aliarum, steriliores habentur. Nam denique leoni vix A leæna fit mater : unguibus enim dum nascitur, vulgenitricis exulcerat, sicut vipera quæ non aliter nisi matris exeso discerptoque ventre procedit, congruam creatrici mercedem pro tali partu rependens Ita nihil in rebus humanis habetur improvidum : nec ulla diligentiæ sibi competentis immunitas est. Quod si studiosius ipsa (*f*) pecorum membra discusseris, invenies nihil illis superfluum dedisse Conditorem, nihil necessarium denegasse. Belluis namque carnisumis acutos dentes apposuit, quoniam talibus opus erat ad speciem alimoniæ præfinitæ ministeriis. Eis vero quibus ex una parte dentes instituit, plurimorum receptacula pabulorum inesse disposuit, ut pars quæ prior assumpta est de stomacho, denuo decurrat ad dentes, quo facilius eam B possit ruminando conterere, ac sine labore digerere. Neque enim (*g*) sine causa gurgulionem, stomachumque certis animalibus dedit, utpote necessarios usus præbentem. Camelus igitur idcirco longum guttur habet : ut coæquatum pedibus, facite escam quam quærit attingeret. Brevis autem humerisque suppressa cervix ursorum est, itemque leonis et tygridis, et similium ferarum, quibus herbosa non sunt alimenta, nec habent aliquam necessitatem inclinandi se ad terram : quippe quæ carne vescuntur. Quid de promuscide elephanti dicemus. cui cum omnium sit maximus belluarum, visentibusque terribilis, par fuit ut membris immanibus formaretur? Quorum magnitudini si cervix fuisset æquiparans, immobilis haberetur, pondere ipso deorsum curvatus. Nunc autem paucis ossibus cervices et caput innexum spinæ co- C hæret, habetque promuscidem ministerium sibi colli longioris explentem, quæ pastum (*h*) percipit et aquam trahit. Pedesque rjus nullis geniculorum conjunguntur articulis, ut tanquam columnæ quædam gravitatem superjecti ponderis subvectarent. Si enim gracilia nutantiaque ejus fuissent crura, sine dubio ejectiones junctarum pateretur assiduas, utpote non sufficientium molem tantam sublevare, cum surgeret. Itaque vides quomodo velut quædam corporeæ turres belli tempore locantur ante aciem, vel montes animati opponuntur, hostium munimenta rupturi. Quorum si magnitudini fundamina gressuum non haberentur æqualia, nullatenus tanta membrositas portaretur. Fertur (*j*) autem elephantum trecentos annos et amplius vivere, ministerioque promuscidis

(*a*) Antiqui duo libri et editi, *ab homine*, hoc est *præ homine* uti paulo ante admonui. Colb. secundus, *ad hominem*. Sed arbitror ita emendatum esse a librario, aut ab alio quovis, qui vim voculæ *ab* non intelligeret.

(*b*) Codex unus, *qui vestigia*.

(*c*) Editi, *vocem tantum articulatim non emittens*. At Colb. secundus, *vocem cantuum articulatam non emittens*. Admonebo præterieus, videri librarium et hic quoque aliter atque in suis exemplaribus repererat scripsisse. Vetus noster codex et Colb. primus, *vocem tantum articulatam non emittens*. Suspicor scripsisse quidem Eustathium, *vocem tantum non articulatam emittens;* sed non propterea vim verborum Græcorum expressit. Sunt autem hæc, μονονουχὶ τὴν συλλογιστικὴν φωνὴν, etc., *emittens vocem tantum non adjunc-* D *tam ratiocinationi*. Aliquanto post Colb. secundus, *quo bestia quæ lustratus abierit*. Græce, τὸ θηρίον. Ibidem editi, *nec allum*. Libri veteres, *nec illum*.

(*d*) Editi et duo mss., *cubile reperiat*. At Colb. secundus, *civilem reperiat*. Utra lectio magis eligenda sit nescio : sed probe scio neutram ad Græcam dictionem accommodari ullo modo posse, cum apud Basilium scriptum sit, εὑρίσκει τὸ ἀληθές *verum reperit*.

(*e*) Editi, *lacerare*. Antiqui duo libri, *lacerari*.

(*f*) Editi, *ita pecorum*. At duo mss., *ipsa pecorum*.

(*g*) Illud *scne causa* addidimus ex duobus libris veteribus.

(*h*) Editi, *percepit*. Libri antiqui, *percipit*. Paulo post editi, *ponderis subjectarent*, At nostri tres mss., *subvectarent*.

(*j*) Colb. secundus, *ferunt autem*.

cibum sibimet, ut diximus, admovere; qui velut serpens quidam sinuosus et lubricus, huc atque illuc flectitur. Ita verus est sermo qui asserit nihil minus, nihil superfluum in (*a*) rerum creatura reperiri. Hanc tamen 752 ipsam belluam tam ingentem Deus subjectam nobis esse præcepit: ut et quod doceretur intelligat, et dum cæditur patiatur, manifeste declarans cuncta nobis ideo fuisse subjugata, quia nos ad imaginem Dei facti sumus, et non solum in maximis animalibus ejus inæstimabilem sapientiam possumus contemplari, sed in minimis quoque bestiolis eadem considerare miracula. Sicut enim non satis admirer magnorum vertices montium quia, cum proximi nubibus habeantur, assiduis flatibus gravissimas perferunt tempestates, vel e contra speluncarum cavationes, quia non solum ventorum fremitus evitare solent, quibus ardua quatiuntur, sed sempiterna etiam (*b*) temperie gratulantur: sic et in animalium forma, non tantam vastitudinem elephanti stupeo, quantum murem, qui formidolosus elephanto est, vel aculeum substilissimum scorpii, quem tanquam fistulam quamdam sapientia perforavit artificis, ut per eam virus a se vulneratis injiceret. Sed nullus ob hoc reprehendat Conditorem: quod vitæ nostræ bestias venenosas adhibuit. Ita (*c*) enim quis et præceptorem insimulabit infantum, qui officia eos disciplinæ custodire compellens, lascivias et protervitates illorum minis verberibusque castigat.

6. Quin potius confessionem fidei nobis intelligimus res noxias indicare. Si enim confidis in Dominum, *super aspidem et basilicum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem* (*Psal.* xc, 13). Reminiscere namque quomodo Paulus cum ligna colligeret morsu viperæ sauciatus, nihil læsionis accepit: ob hoc scilicet, quod fidei plenus vir ille sanctissimus (*d*) habebatur. Sin autem fueris infidelis, non tam serpentem metuere debebis, sed infidelitatem propriam, per quam tu te ipse perditioni obnoxium perfecisti. (*e*) Sed jam sentio me humanæ nativitatis debito flagitari, et auditorum voces in cordibus audio mussitantes, eo quod nostra quidem qualia sint doceamus, nosmet vero ipsos ignoremus. Necessarium est ergo, nubem illam quæ hominum sensus caligat eripere: nam revera omnium causarum difficillimum est se ipsum cognoscere. Non enim solus oculus ea quæ extrinsecus habentur ins- A piciens, seipsum non valet intueri: sed etiam mens ipsa satis acute aliena delicta contemplans, tardior est erga suorum cognitionem vitiorum, unde etiam nunc quoque velociter alienis actibus (*f*) sermo decursis, obtusior habetur et pigrior ad exuminanda quæ sunt: et non tam ex elementorum compositione reputare possumus Conditorem, quam etiam ex nostra ipsorum formatione: si tamen se quisque velit prudenter inspicere, sicut dicit propheta: *Mirificata est notio tua ex me* (*Psal.* cxxxviii, 6); id est, dum me ipsum intueor, ineffabilis tuæ sapientiæ disco virtutem. *Et dixit Deus, faciamus hominem.* Ubi sunt nunc Judæi, qui (*g*) in sequentibus velut per quasdam cavernas Deitatis luce fulgente, secundaque persona quæ mystice quidem declaratur, necdum tamen manifeste conspicitur, repugnabant dicentes sibimet ipsum loqui Deum, quoniam ipse dixit et ipse fecit, *Fiat lux, et facta est lux?* Erant quidem in promptu, et nunc quæ modo proferuntur ab eis ineptiæ. Quis enim faber ferrarius, aut carpentarius, aut coriorum confector solus in suo consistens ergastulo, cui (*h*) nullus artis socius præsto est, sibimet ipse dicit, faciamus gladium, vel aratum compaginemus, aut formemus calceum; et non magis tacitus speciem quam mente destinavit inceptat? Etenim vana garrulitas est, hominum quempiam, velut judicem aut censorem districte sibimet aliquid imperare. Quanquam hi quoque qui Dominum crucifixerunt, quid non dicturi sint, exercitatias ad mendacium linguas habentes, licet præsens vox eorum penitus ora præcluserit? *Et dixit Deus, Faciamus hominem.* Donec igitur minime qui doceretur existeret, in profundo fuit abdita prædicatio Deitatis. Ubi vero cœpit hominis exspectari creatio, revelata est, fides, et evidenter dogma veritatis emicuit. Ausculta, Judæe Christi repugnator, quomodo socium mundificationis alloquitur, per quem sæcula fecit, qui agit omnia verbo potentiæ suæ: sed tuus animus verba non recipit pietatis. Sicut enim feræ cum includuntur in caveis, vulvas earum dentibus excedunt, amaritudinem propriam demonstrantes, furorem tamen suum nequeunt explere: sic Judæus adversarius veritatis, alligationum coarctatus angustiis, multa asserit esse personas: ad quas Verbum Dei processisse mentitur. Ferunt enim, quod angelis dixerit: *Faciamus hominem,* Judaica vere fictio, suæque digna perfidiæ fabulosi-

(*a*) Idem codex, *in rerum natura:* sed tamen vulgata lectio in ora libri notatur. Mox ille ipse codex, *idem quod docetur.*

(*b*) Editi, *tempore* Libri veteres, *temperie.*

(*c*) Libri impressi, *ita enim et quis præceptorem insimulabit infantem.* Vetus noster codex et Colb. primus ut in contextu. Statim editi et Colb. primus, *et vanitates.* Alii duo mss., *et protervitates.* Græce, τὸ ἀκόλαστον. Ibidem mss. duo, *intelligamus.* Paulo post Colb. secundus, *confidis in Deum.*

(*d*) Editi, *habeatur.* Antiqui duo libri, *habebatur.*

(*e*) Editi et Colb. primus, *sed jam sermonem humanæ nativitatis,* etc. Alii duo mss., *sed jam sentio me humanæ,* etc., quod verum esse et germanum probat Basilianum illud, ἀλλὰ γὰρ αἰσθάνομαι. Statim mss. duo, *nostra quidem.* Vox ultima in editis desiderabatur. Nec ita multo post Colb. secundus, *hominis sensus.*

(*f*) Antiqui duo libri et editi, *decursus.* Codex noster, *decursis.* Ibidem editi et Colb. primus, *habetur et pinguior.* Colb., *habetur non purior.* Vetus noster codex, *habetur et pigrior:* et ita legi oportere satis ostendit illud Basilii, καὶ ἐκνοῦ πλήρης.

(*g*) Illud *in sequentibus* respondet his Græcis vocinus, ἐν τοῖς κατόπιν; sed potius vertendum erat *in præcedentibus.* Mox editi, *necdum tum.* Antiqui duo libri, *necdum tamen.* Nec ita multo infra Colb. secundus, *in promptu, et tunc quæ.*

(*h*) Editi et Colb. primus, *nullius.* Alii duo mss., *nullus.* Hoc ipso in loco duo mss., *sibimetipsi.*

tas ! Ut unum non recipiant, plurimos confitentur, filiumque famulis per participationem dignitatis asciscunt, et (*a*) conlibertos nostros auctores humanæ 753 formationis efficiunt, hominisque perfectorem volunt angelis coæquare, cum sit absurdum ut quælibet factura possit æqualis esse factori. Consideremus quoque sequentia : *Faciamus hominem ad imaginem nostram*. Quid respondes ? Nunquid Dei et angelorum una imago est ? Nam Patris necesse est eamdem esse quam Filii, sic tamen, ut Deo decens intelligatur esse figura, id est, (*b*) non in habitu corporeo, sed in divina proprietate consistens. Ausculta tu etiam, qui de nova circumcisione progrederis, Judaismi cultum sub Christianitatis simultatione commendans. Cui dicit, *Ad imaginem nostram* (*Hebr.* I, 3), nisi illuminationi gloriæ, et titulo paternæ substantiæ, quæ est imago Dei invisibilis ? Suæ ergo loquitur imagini, quæ dixit : *Ego et Pater unum sumus* (*Joan.* X, 30) ; et, *Qui me videt et Patrem meum videt* (*Joan.* XIV, 9), huic dicit : *Faciamus hominem ad imaginem nostram*. Etenim ubi unitas imaginis est, nihil potest esse dissimile. Non enim dixit ad imagines nostras, sicut et Scriptura testatur : *Fecit Deus*, inquit, *hominem :* non *fecerunt*. Prudenter vitavit nunc multitudinem personarum : ut (*c*) ubi quidem Judæum confunderet, hic ritum gentilitatis excluderet. Ideo commemoravit unitatem, ut et Filium simul esse cum Patre cognosceres : et periculum de personarum multitudine declinares. *Ad imaginem Dei fecit hominem*. Rursum cooperantis personam inducit. Non enim dixit : *Fecit ad imaginem suam* sed *ad imaginem Dei*. Et in quo quidem dispositum est habere hominem imaginem Dei, vel quomodo (*d*) recipit similitudinem Divinitatis, in sequentibus Christo sensum largiente narrabitur, nunc vero tantum dixisse sufficiet, quia una imago est. Tibi vero coincidit in mentem, tam sacrilege blasphemare, ut diceres Filium Patri esse dissimilem ? O animum ingratum ! Similitudinem Dei quam tu ipse sumpsisti, benefactorem tuum habere non pateris. Et tibi quidem proprium vis esse quod de cœlesti gratia percepisti, filio autem similitudinem natura insitam, cum genitore non sinis esse communem. Sed jam nobis silentium vespere tempus indicit : dudum ad occasum sole delapso. Quapropter hic nos etiam sermonis (*e*) curricula terminemus, his contenti quæ dicta sunt. Tantum enim in præsentia disseruimus, quantum intentionem vestram possumus acuere. Pleniorem vero de propositis quæstionem alias vobis, sancto Spiritu (*f*) astipulante, reddemus. Ite nunc exsultantes, et pro dapibus copiosis pomisque diversis, memoria relatorum mensas vestras instruite. Confundatur impius, erubescat Judæus, exsultet justus prædicationibus veritatis : glorificetur Dominus, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

(*a*) Editi, *et cum liberos nostros*. Colb. primus, *et cum libertos nostros*. Vetus noster codex, *et conlibertos nostros*. Græce, καὶ τοὺς ὁμοδούλους. Hæc et reliqua omnia ad finem usque desunt in Colb. secundo.

(*b*) Editi, *id est, non habitu corporeo*. At nostri duo mss., *id est, non in habitu corporeo*.

(*c*) Editi et Colb., *ut ibi*. Vetus noster codex, *ut ubi*.

(*d*) Codex noster, *recepit*.

(*e*) Editi, *cursum terminemus*. Libri veteres, *curricula terminemus*.

(*f*) Editi *stipulante*. At nostri duo mss., *adstipulante*.

MONITUM.

Auctores nobis fuere eruditi quidam homines, ut viri doctissimi Ducæi Notas hoc loco ederemus: sed id tamen incommodi monemus futurum, quod ejus notæ ad nostram editionem sæpius non quadrent nec quadrare possint, ob novam interpretationem.

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI

BURDEGALENSIS

SOCIETATIS JESU THEOLOGI.

Basilii Magni Cæsariensis archiepiscopi opera, quem merito Suidas ἄνδρα ἐλλογιμώτατον, καὶ πάσης παιδείας εἰς ἄκρον ἐληλακότα, « virum eloquentissimum, et ad apicem omnis eruditionis provectum, » fuisse dicit, cum ante annos tredecim Latine tantum Parisienses edidissent, notas illis aliquas attexendas censuimus, quibus ex collatione cum Græco textu loca non pauca in interpretatione restituta sunt vel illustrata, et easdem nunc, cum hæc Græco-Latina pararetur, recenseri et augeri operæ pretium duximus. Nam cum Frobenianam Basiliensem Græcam editionem anni 1552 a viris quibusdam eruditissimis, cum manuscriptis codicibus collatam, et variis lectionibus in margine ornatam, ex Anglia missam accepissent, nova diligentia labores illorum cumulandos curarunt, et libros *adversus Eunomium* ex regis Christianissimi codicibus emendari, novasque varias lectiones in reliquos Basilii libros ex illis colligi: quod dum fit, illud simul animadversum est, num sincere omnia ex archetypis ac bona fide fuissent descripta. Sed quoniam Latina eorumdem operum interpretatio fuerat ab illis in homiliis tantum *in Psalmos*, et paucis commentariorum *in Isaiam* locis recognita et emendata, faciendum illud nobis existimavimus, ut pari studio præcipuas ejus lucubrationes illustrare conaremur, et eorum omnium quæ fuerant a nobis immutata, rationem his Notis redderemus, ac si qua forte currente prælo fuissent minus accurate expensa, recenseremus. Cum enim vix possit quis multis annis vitæ suæ unius ex Patribus operum interpretationem emetiri, ne diutius eorum Græco-Latinas editiones Ecclesia requirat, boni profecto consulendum est, si receptæ jam interpretationes ex adverso Græci textus recognitæ collocentur. Quam ad rem commodius exsequendam novo insuper adjuti subsidio sumus, cum immortali beneficio V. C. Nicolai Fabri τοῦ μακαρίτου vetus Eustathii interpretatio novem homiliarum *in Genesim* prodierit, quem tanta laude Cassiodorus commendat, ut ingenium doctissimi viri facundiæ suæ viribus eum æquiparasse contendat. Communis igitur harum homiliarum titulus in excusis et mss. est Εἰς τὴν Ἑξαήμερον ὁμιλία, vel, ut in Mediceo, τῆς Ἑξαημέρου ὁμιλία πρώτη. Quamobrem vitandus est error Henrici Stephani, qui in *Thesauro* contendit spatium illud sex dierum, quo conditus fuit mundus, τὸ Ἑξαήμερον hic appellari, unde Basilii tractatus Εἰς τὸ Ἑξαήμερον· neque enim absolute τὸ Ἑξαήμερον appellant Patres, sed ὁμιλίας Εἰς τὴν Ἑξαήμερον, intellige κοσμοποιΐαν, vel δημιουργίαν, « de creatione mundi, » vel « opificio mundi sex diebus absoluto. » Clemens Alexand. lib. VI *Strom.* : Ἡ τε γὰρ κοσμοποιία ἐν ἓξ περαιοῦται ἡμέραις· « Mundi enim creatio sex diebus absolvitur. » Philo Judæus lib. II *De vita Mosis* : Νόμων ἱερῶν ἀλληγορίαι τῶν μετὰ τὴν Ἑξαήμερον· « Sacræ legis allegoriæ post sex dierum opus. » Hieronymus in *Catalogo:* « Basilius egregios *contra Eunomium* elaboravit libros, et *in Hexaemeron* homilias IX. » Sophronius Græce interpretatur : Βασίλειος κατὰ Εὐνομίου ἐξαιρέτους συνέταξε λόγους, καὶ Εἰς τὴν Ἑξαήμερον ὁμιλίας θ'. Item in *Hippolyto :* « Hippolytus scripsit in Ἑξαήμερον, » Sophronius, εἰς τὴν Ἑξαήμερον. Anastasius Sinaita in præfatione *Explanationum in Genesim :* Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑξαημέρῳ πολλοῖς ἀπορουμένων· « Eorum de quibus dubitatur a multis in *Hexaemero*, id est, in creatione sex dierum. » Photius in *Bibliotheca* : Ἀνεγνώσθη Βασιλείου τοῦ θεσπεσίου τὰ Εἰς τὴν Ἑξαήμερον· « Legimus beati Basilii opus sex dierum, seu de mundi fabrica. » Vocatur et ipsa homiliarum collectio, sive *Liber de opere sex dierum*, Ἡ Ἑξαήμερος, ut a Gregorio Nazianzeno orat. 20 : Ὅταν τὴν Ἑξαήμερον αὐτοῦ μεταχειρίζωμαι, μετὰ τοῦ κτίστου γίνομαι· « Cum *Hexaemeron* illius in manus sumo, cum creatore conjungor. » Hieronymus epist. 55 : « Nuper sanctus Ambrosius sic *Hexaemeron* Origenis compilavit, ut magis Hippolyti sententias Basiliique sequatur. » Bedæ quoque hic titulus est libri *in Genesim : Hexaemeron, sive de sex dierum creatione libellus.* Antiquissimus omnium,

quos εἰς τὴν Ἑξαήμερον edidisse constat homilias vel commentarium fuit Rhodon, ut ex Hieronymo discimus in *Catalogo* : « Rhodon Tatiani auditor temporibus Commodi et Severi in *Hexaemeron* elegantes tractatus composuit. » Sophronius, εἰς τὴν Ἑξαήμερον κομψὰς ὁμιλίας συνέταξε. Colligere tamen ex Anastasio Sinaita possumus ante Rhodonem aliquos, dum in librum Geneseos scriberent, allegorice opus sex dierum exposuisse. Sic enim scribit lib. I jam citato : Λαβόντες τὰς ἀφορμὰς ἐκ Παπίου τοῦ πάνυ τοῦ Ἱεραπολίτου τοῦ ἐν τῷ ἐπιστηθίῳ φοιτήσαντος, καὶ Κλήμεντος, καὶ Πανταινέτου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἱερέως, καὶ Ἀμμωνίου σοφωτάτου τῶν ἀρχαίων καὶ πρώτων συνψδῶν ἐξηγητῶν εἰς Χριστὸν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν πᾶσαν τὴν ἑξαήμερον νοησάντων· « Accepta occasione ex Papia viro clarissimo Hierapolitano, qui discipulus fuit apostoli, qui supra pectus recubuit, Clemente et Pantæno Alexandrino sacerdote, et Ammonio sapientissimo interpretibus vetustis et primis, qui totum sex dierum opus de Christo et Ecclesia intellexerunt. » Interpres legisse videtur φήσαντος non φοιτήσαντος, quod φοιτητήν hoc loco sonat, hoc est, discipulum ; nam et de eodem Papia Hieronymus in *Catalogo* : « Papias Joannis auditor Hierapolitanus episcopus in Asia quinque tantum scripsit volumina. »

Col. 3 A 11, Ψυχὴν πρός. In duobus regiis codicibus mss. quorum alter Henrici II, alter Medicæus Henrici Magni fuit κτῆμα, ita scriptum invenimus : Ψυχὴν ἔχοντας πρὸς τὴν τῶν τηλικούτων · « Adornatam convenit habere animam eos, qui eam voluerint ad tantarum rerum auscultationem appellere. » Eustathius tamen vetus interpres hoc non agnoscit : solum enim vertit, « vel quemadmodum instructus esse debeat animus. »

Col. 6 A 3. *Profunda sensa.* Janus Cornarius, in editione Basiliensi Frobeniana 1552, interpretatur, « Etiamsi scriptoris acumen non assequamur. » At Eustathius ad verbum : « Nam licet altitudinem cordis historici non valeamus attingere, » τῆς βαθείας καρδίας μὴ ἐφικώμεθα· quæ locutio Scripturæ familiaris. Jeremiæ XVII, 9 : Βαθεῖα ἡ καρδία παρὰ πάντα, καὶ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν ; *Profundum cor super omnia, et homo est, et quis cognoscet eum ?* Hieronymus ex Symmacho refert, « inscrutabile cor omnium, » et Isaiæ XXIX, 15, Latine effert : *Væ qui profundo estis corde, ut a Domino abscondatis consilium.* Chrysostomus de proditione Judæ, tom. V editionis nostræ Parisiens. : Ἕκαστον τῶν λεγομένων πολλὴν ἔχει τὴν θεωρίαν, καὶ πολὺ τὸ βάθος τῶν νοημάτων· « In singulis dictis multa est contemplatio, multa profunditas sententiarum. » Et homil. I *ad Antiochenos* : Ἴδετε πρὸς πόσον βάθος κατηγάγομεν τὸν λόγον· « Vidistis in quantam sermonem deduximus profunditatem. »

Ibid. 9. Eustathius, insistens propius verborum sententiæ dixit : « Qui perhibetur venustus apud Dominum fuisse. » Sic ut intelligamus Moysen venustum fuisse apud Deum ipsum, qui nimirum Scriptura auctor est, cujus hæc sunt verba Exodi II, 2 : Ἰδόντες δὲ αὐτὸ ἀστεῖον, ἐσκέπασεν · *Videntes autem eum elegantem, occultaverunt.* Interpres Origenis ἀστεῖον *elegantem* etiam vertit, Aquila ἀγαθόν, *bonum*, Symmachus ὡραῖον. Vox Hebræa טוֹב ὡραῖος etiam, id est, *pulchre*, redditur Græce, III Reg. I, 6. Apostolus item Hebræorum XI, 23 : Ἐκρύβη τρίμηνον ὑπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ, διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον. *Occultatus est mensibus tribus a parentibus suis, eo quod vidissent elegantem infantem.* Sic infra, κατὰ τὴν μαρτυρίαν αὐτὴν τοῦ Θεοῦ. Suffragatur etiam Josephus, qui placuisse infantem scribit lib. II, cap. 5, *quod magnus esset ac pulcher*, ὑπερηγάπησε μεγέθους τε ἕνεκα καὶ κάλλους. Secutus tamen videtur S. Stephani narrationem Basilius ; cujus hæc sunt Actor. VII, 20 : Ἐγεννήθη Μωσῆς, καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ. Ubi Vulgata Lat. : *Natus est Moyses, et fuit gratus Deo.* Et inesse potest Hebraismus, ut dicat S. Stephanus Moysen fuisse gratum, festivum ac lepidum, pulchrum Deo, id est eximie pulchrum sicut Jonæ III, 3 : Ἡ δὲ Νινευὶ ἦν πολὶς μεγάλη τῷ Θεῷ · *Erat autem civitas magna Deo.* Quemadmodum et ex Hebræo vertitur ad verbum, hoc est, valde magna, quod omnia. *quæ magna sunt*, dicantur esse Dei, ut Psal. XXXV, 7 : *Justitia sicut montes Dei.* Mavult tamen Fr. Ribera noster nihil aliud significare pulchrum Deo, quam pulchrum coram Deo, ut Genes. XIII, 13, dicuntur Sodomitæ *peccatores coram Domino*, Hebraice, *peccatores Domino, in oculis Domini*, vel *Dei*, hoc est, revera, etiamsi homines dissentiant. Itaque recte dixit Basilius, ἀστεῖος παρὰ Θεῷ, ut dixerat S. Stephanus, ἀστεῖος Θεῷ.

Col. 7 A 6. *Sed secundum.* Hæc uberius interpretatus erat Argyropylus, sive is qui ejus versionem recensuit. Et ne quis damni se aliquid fecisse suspicetur, poterunt cum Græcis ea conferri quæ sustulimus : « Et se totos permittentes atque accommodantes primæ illi suæ de Deo ignorantiæ, quæ videmus cuncta ad ortum progredi, hæc ita emergere concluserunt perpeti quadam serie successionis. » Eustathius scripsit : « Sed familiari ignoratione sublapsi variis omnia definitionibus concluserunt. »

Col. 8 C 11. Ζητεῖται ὁ τήν. Sic editum est ex variis lectionibus Anglic. codicum, quibus adjungunt viri docti τίς, ut legatur ζήτει τις, vel ζητήσει τις, τίς ὁ τὴν ἀρχήν. Vulgata lectio Basiliensis editionis ferri potest, cui duo Regii codices suffragantur, ζήτει τίς ὁ τὴν ἀρχήν, et Eustathius cum Cornario vertens : « Quære quis illi dedit principium, » vel certe scribetur, ζητεῖται τίς ὁ τήν. « Quæritur, quis sit, qui principium dedit. »

Col. 9 A 14. Διαφεύγει. Emendandum ex duobus Regiis codd. διαφεύγει, et contra mox διαφεύγῃ.

Ibid. B 7. Μηδενὶ μέσον. Ex iisdem duobus libris et Regiis et Angl. corrigendum μηδενὶ μέσῳ ·

cui lectioni astipulatur Eustathius, « Quod planities eorum nullis mediis interpolatur obstaculis. » Quod sequitur, vitiose legebatur antea, τὴν τοῦ κόσμου ἄναρχον καὶ ἀτελεύτ., sed restitutus est eorumdem librorum auctoritate locus. Paulo post c. 1, Εἰ γὰρ ἀρχήν, horum interpretationem clarius efferendam censuimus.

Col. 12 A 10. Expunximus duas voces addititias, « cum Deo, » quas Græca non requirunt, neque vetus interpres Eustathius agnoscit, « Rerumque per partes institutarum actorem dispensatoremque. » Cicero *Academic quæstionum* lib. IV : « Zenoni et reliquis fere Stoicis æther videtur summus Deus, mente præditus, qua omnia regantur. » Idem lib. I *De natura deorum* : « Chrysippus disputat æthera esse eum, quem homines Jovem appellarent. » Idem ait, Platonem in *Timæo* dicere, mundum Deum esse, et cœlum et astra, et terram : idemque Platoni tribuit Proclus argumento 20, quem refutat Benedictus Pererius lib. XV *De principiis rerum naturalium*, cap. 4.

Ibid. B 2. Ἀλλ' οἱ τῶν ἄστρων. Fortasse scribendum, ἄλλοι τῶν ἀστέρων, quod suadet Eustathius vertens : « Alii stellarum intervalla dinumerant. »

Ibid. B 5. Τοῖς μέν εἶσι φαινόμενοι. Duo Regii τοῖς μέν εἰσι φανεροί. Eustathius : « In certis suspiciuntur hominibus, nobis autem habentur ignotæ. » Sic enim emendandum pro « suscipiuntur. »

Ibid. B 8. *Declinationes*. Basiliens., στηριγμοὺς καὶ ἀποκλείσεις. Eustathius, *præclusiones*. Quam lectionem secutus Tilmannus ediderat *stationes*, *exclusiones*, et annotorat Argyropylum legisse ἀποκλίσεις· prout et in duobus Regiis mss. exaratum fuit, ideo *declinationes* interpretati sumus. Est enim *declinatio* apud astrologos stellæ vel puncti ecliptica distantia ab æquatore versus alterum polorum mundi. Aristoteles de sole agens, *Problem.*, sect. 15, probl. 6 : Ἀπείρους γὰρ ἐγκλίσεις ἐγχωρεῖ αὐτὸν κλιθῆναι· « Cum fieri possit ut infinito numero inclinetur. » Cleomedes lib. I *Geograph.* : Τοῖς τροπικοῖς πλαγιώτερος, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐγκεκλιμένος παράκειται· « Tropicis vero obliquior, et magis inclinatus accubat. » Sic Basilius ipse infra : Οὐκ ἔχουσαν, ὅπου μᾶλλον ἀποκλιθῇ. Quod sequitur : Ἐπὶ τὰ προηγούμενα κίνησιν, Cornarius vertit : « Motum omnium ad præeuntia ac primordialia ; » Montacutius, « motum in antecedentia. »

Col. 13 A 6. Ὑπέρχρονος. Ita duo RR. non ut Basiliens., ὑπερχρόνιος. Quanquam utrumque usitatum, ut ἰσόχρονος et ἰσοχρόνιος. Subinde, « quod semper urgetur. » Interpres verterat : « Accedens semper et more fluentis aquæ recedens, nec unquam a cœpto cursu restitans aut conquiescens. » Cornarius propius ad mentem auctoris : « Festinans semper ac præterfluens, ac nusquam a cursu quiescens. Nos Eustathium secuti sumus. »

Col. 15 A 3. *Principium vias*. Locus est Proverbior. XVI, 5. Paulo post, κρηπὶς καὶ βάθρον, « fundamentum et gradus. » Eustathius melius expressit, « munimentum et fulcimentum, » et Cornarius, « basis ac fundamentum. » Βάθρον hic non κλίμαξ est, sed θεμέλιος, ἢ ἔδρασμα, « firmamentum, aut fundamentum. » Sic in hac ipsa homilia et pagina, θεμέλιοί τινες καὶ κρηπῖδες προκατεβλήθ.

Col. 18 A 5. *In summa*. Eustathius : « Summatim, id est, brevi, subitoque. » Cornarius : « In summa fecit Deus, hoc est, coacervatim et brevi. » Κεφάλαιον hic summam numeri vel temporis sonat, qua notione sæpe voces Hebraeæ ראשית et ראש accipiuntur in Scriptura, et a LXX nunc κεφάλαιον, nunc ἀρχή, nunc συλλογισμός vertuntur, quemadmodum et ab Aquila, Theodotione et Symmacho, quos hic designare videtur Basilius, Numer. IV, 2 : Λάβε τὸ κεφάλαιον τῶν υἱῶν Καάθ · *Accipe summam filiorum Caath*. Vulgata quoque Latina « summam » vertit, et interpres Origenis, « numerum ; » Numer. I, 2 : Λάβετε ἀρχὴν πάσης συναγωγῆς · *Accipite summam omnis congregationis* ; Exodi XXX, 12 : Ἐὰν λάβῃς τὸν συλλογισμὸν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ · *Cum accipies computationem filiorum Israel*. Sic inferius Basilius dixit : ἐν κεφαλαίῳ παραδεδόσθαι οὐρανοῦ καὶ γῆς ποίησιν. At Ecclesiastici XVIII, 1, scriptum est : Ὁ ζῶν εἰς τὸν αἰῶνα, ἔκτισε τὰ πάντα κοινῇ · *Qui vivit in æternum, creavit omnia simul*. Hoc est, pariter vel communiter, inquit Jansenius : ne quis ex hoc colligat omnia simul eodem tempore esse condita, quemadmodum ex eodem loco intellexit S. Augustinus, omnia opera creationis, quæ sex diebus facta commemorantur, simul unoque tempore facta esse, lib. IV *De Genesi ad lit.* cap. 33, neque « simul » temporis identitatem hic designat, sed universa sine exceptione comprehendit. Sed faveret Augustini sententiæ hæc illorum interpretum ἔκδοσις, cujus videtur habuisse notitiam Acacius in hoc Catenæ Græcorum *in Genesim* loco, qui perperam apud Franciscum Zephyrum Theodoreto tribuitur. Sic enim textus Græcus se habet in codice illustrissimi cardinalis Joeusæi : Ἐρωτητέον πάλιν αὐτοὺς, πότερον ἅμα πάντα δεδημιούργηται, ἢ τάξει καὶ ὁδῷ. Καὶ εἰ μὲν τὸ πρῶτον εἰποιεν, δῆλον, ὅτι ἅπαντα δημιουργήσας κατέπαυσε πάλαι ποτὲ, καὶ ὅσον ἐν αὐτοῖς νῦν ἀργὸς ὢν τυγχάνει. Εἰ δὲ τὸ δεύτερον ἐροῦσι, τὸ τάξει καὶ ὁδῷ δημιουργεῖν, καιρὸς αὐτοὺς μεμνῆσθαι τοῦ ἐξ ἀρχῆς ὁμολογημένου, ὡς οὐκ ἂν εἴη ἄπειρα τὰ δεδημιουργημένα. « Rursus interrogandi sunt, num omnia simul facta sint, an deinceps et consequenter. Ac si prius quidem dixerint, nemini dubium est, quin Deus omnibus creatis jampridem quieverit, vitam nunc, quantum ad eos attinet, otiosam degens. Sin posterius dixerint, et ordinem ac progressum quemdam in creatione rerum agnoscant, jam meminisse debent, quod initio pro comperto dedere, creata non esse infinita. »

Col. 18 B 14. Συνυπαρχεῖν. Emendandum ex duobus Regiis mss. συνυπάρχειν, et παρ' αὐτοῦ συνεχώρησαν. Porro illud, αὐτομάτως παρυποστῆναι,

vertit Cornarius, « sua sponte substituisse. » Ambrosius lib. I, c. 5 : « Asseruit enim sua sponte subsistere ; » Montacutius : « Una cum illo et simul exstitisse. » Rursus quod sequitur : Οὐχὶ αὐτὸ τοῦτο, sic Eustathius : « Id est, non causam præstitit, ut esset solum, sed fecit, ut bonus, utilem. » Ambrosius autem : « Non dixit, quia subesse fecit, non dixit, quia causam mundo, ut esset, præbuit, sed fecit, quasi bonus, quod foret utile. » Justinus ex Platone sic distinguit, τὸν ποιητὴν καὶ τὸν δημιουργόν, » factorem et opificem, » in *Cohortatione ad Græcos* : Ὁ μὲν γὰρ ποιητής, οὐδενὸς ἑτέρου προσδεόμενος, ἐκ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως καὶ ἐξουσίας ποιεῖ τὸ ποιούμενον· ὁ δὲ δημιουργὸς τὴν τῆς δημιουργίας δύναμιν ἐκ τῆς ὕλης εἰληφὼς κατασκευάζει τὸ γινόμενον· « Factor quidem, nullius alterius indigens rei, suapte virtute et potestate, quod creat efficit : opifex autem opificii sui virtute ex materia accepta opus suum construit. »

Col. 20 A 8. Ἐκ δύο τῶν ἄκρων. Ita correximus ex duobus Regiis codicibus, ex quibus etiam addendus est articulus τοῦ παντός· mendose antea ἐκ δύο τῶν ἀρχῶν. Eustathius : « Ex duobus summatibus elementis omnium substantiam designat exstructam. » Cœlo nimirum et terra, quæ duo sunt extrema sibi opposita.

Ibid. B 15. Μὴ ζήτει. In quibusdam Anglicis libris legebatur μὴ ζητεῖν et ἀλλὰ νοεῖν. At duo Regii Francisci vulgatam tuentur lectionem, et Eustathius : « Non ergo quæras de singulis rationem, sed illa quoque, quæ silentio Scriptura præteriit ex his, quæ relata sunt, debebis advertere. » Infra, c. 9, συμβουλεύωμεν. Basiliensis editio συμβουλεύομεν, et ita codex Medicæus Regius. Cornarius interpretatur : « Eadem hæc etiam de terra consulimus, ut ne quis sibi ipsi negotium faciat. » Eustathius ἑαυτοῖς retulit ad nos ipsos : « Eadem etiam de terra sentiri suademus, minime videlicet discutientes qualis sit ejus substantia, nec conficere nos cogitationibus. » Alter vero codex Regius Henricianus habuit συμβουλεύωμεν, quæ potior lectio videtur. « Hæc eadem et de terra nobis ipsis consulamus, ut ne ejus subst. q. illa tandem sit, cur perscrutemur. »

Col. 21 B 12. Ὑποθῇς αὐτῷ. Medicæus et Henric. ὑποθῇς ἑαυτῷ. Quo pacto videtur exaratum offendisse Argyropylus, cum vertit, « statueris tecum. » Eustathius : « Quod si aquam posueris terrenæ stabilitati esse subditam. » Ambrosius lib, I, cap. 6 : « Aut quomodo si super aquas, non demergatur in aquam gravis ruina terrarum. »

Col. 24 A 4. Ἐπὶ τίνος οἱ κρίκοι. Locus est Job. XXXVIII, 6, in quem notat Olympiodorus : Οἱ δὲ ἄλλοι βάσεις οἱ κατάπηγες. Κρίκους λέγει τοὺς ἀναβαστακτῆρας. Πρῶτον μὲν ἐκκρεμές ἐστι, φησί· ποῖοι κρίκοι αὐτὴν φέρουσι ; τὴν γῆν δηλονότι, οὐχ ὡς τούτων ὄντων, ἀλλ' ὡς ἀσφαλῶς οὕτω βεβηκυίας αὐτῆς, ὥσπερ ἂν εἰ κρίκοι ἦσαν ἄνωθεν βαστάζοντες καὶ πεπηγότες. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ κρίκος μετέωρον φέρει τὸ σῶμα, τὸ δὲ μετέωρο οὐ ἕστηκε, διὰ τοῦτό φησι, πεπήγασιν· « Alii vero, bases, pali. Fulcra enim ac firmamenta ipsa circulos nuncupavit. Primum enim ea suspensa est, inquit ; quinam illam circuli sustinent ? terram nimirum : non quasi illi sint uspiam : sed quod ea ita fixa et stabilis maneat, ut si desursum fixis gestaretur circulis. Nam quia circulus vel annulus suspensum corpus sustinet, quod autem suspensum est, non stat, idcirco dixit, fixi sunt. » Annulos intelligit, sive orbes ferreos, quibus conopæa vel tapetes tentoriorum seu velorum sustentantur. At interpretationis Latinæ auctor ex Hebræo vertit, « super quo bases illius solidatæ sunt : » cum quo conveniunt, quæ ex Aquila, Symmacho vel Theodotione Oliympiodorus in medium attulit. Eustathius demum ediderat : « Super quid circuli ejus infixi sunt ? »

Col. 26 A 9. *Sin hoc.* Clarius hoc Cornarius, « Sin minus hoc. » εἰ δὲ μή. Eustathius, « aut si secus evenerit. »

Col. 27 C 3. *Mane.* Interpres ediderat, « ab usque nimirum diluculo. » Eustathius contentus fuit dicere, « modicis mane decursis sermonibus. » Verisimile namque est mane tempore sacræ συνάξεως, id est, collectæ vel missæ, habitam fuisse concionem ab episcopo unam tempore Quadragesimæ, atque alteram sub ipsam vesperam : hinc illud est homil. 3 : Τὴν μὲν ἑωθινὴν τροφὴν τῶν ψυχῶν, τὴν δὲ ἑσπερινὴν εὐφροσύνην, et homil. 9 : Ἡ ἑωθινὴ τῶν λόγων τράπεζα. Cæterum illud, ὁμοτίμως, c. 6, dilucidius vertit Eustathius, « pari honore constructis. » Cornarius, « utrisque pariter factis, » id est pari jussu, et eodem tempore.

Col. 31 A 5. *Quod si ingenita est.* Argyropylus verterat, ut ex antiquioribus Latinis editionibus admonet Montacutius : « Si igitur hæc ingenita est, nempe materia, de qua prius sermo erat, quam ingenitam philosophi pronuntiabant. » Cornarius itidem : « Si quidem igitur ingenita est hæc, primum quidem æqualem cum Deo senii dignitatem habebit. » Eustathius : « Quam si dixerimus ingenitam, sine dubio coæquari Deo in promerendis æstimatur honoribus. »

Col. 31 C 7. Melius expressit hæc Cornarius, quam Argyropylus : « Ex hoc autem contingit ipsis negare magnum Deum constitutionis rerum præsidem esse. » Corrigendus porro Eustathius, apud quem legendum : « Hinc illis data occasio negandi causis Deum præesse mundanis, » pro « occasione grandi causis. »

Ibid. D 5. *Ventilabrum.* Tilimannus annotarat in hunc locum, legisse Argyropylum ἄροτρον pro πτύον, aratrumque vertisse, non ventilabrum : Hesychius : Πτύον· ξύλον, ἐν ᾧ διαχωρίζουσι τὸν σῖτον ἀπὸ τοῦ ἀχύρου· « Lignum, in quo frumentum a palea separant. » Alii volunt palam ligneam esse, qua semina ex acervo sumentes agricolæ ab una areæ extremitate in alteram contra ventum jactant.

ut ista ventilatione a pulvere et aceribus purgentur. Eustathius : « Sic agricultoribus ventilabrum. » Paulo post c. 1, non ἀῤῥήτῳ ut erat in Basil. sed ἀῤῥήκτῳ legendum ex duobus Regiis mss. Eustathius: « Inviolabilibus cujusdam concordiæ vinculis. »

Col. 35 C 5. *Juxta intelligentiæ.* Argyropylus, ut monet Montacutius, ediderat « præ intellectus sui ratione contendunt, » sed et hoc minus recte, cum hic διάνοια non intellectum, sed sensum et sententiam indicet. Eustathius dixit, « obscuritas est secundum rationem sensus ; » Cornarius, « juxta sententiæ consequentiam, » quia nimirum tenebræ luci opponuntur ; et tenebræ, quarum princeps est diabolus, Deo contrariæ.

Ibid. C 12. *Lupi graves.* Addidimus epithetum, quod est additum et Actorum xx, 29 : Εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μου λύκοι βαρεῖς · *Intrabunt post discessionem meam lupi rapaces.* Ita Vulgata, quemadmodum et Eustathius hoc loco, « qui non lupi raptores, dilaniantes gregem? » Idem subjicit : « Hinc Marcionis et Valentini, et exsecrabilis Manichæorum secta manavit. » Apud Argyropylum legebatur « Valentiniani, » sed auctor hæresis fuit Valentinus, sectatores ejus Valentiniani.

Col. 39 B 5. Τὸ κακόν. Istud etiam ex codicibus scriptis additum asserit Montacutius, quod duo Regii nostri non agnoscunt, sed Eustathius, « Neque enim si malum ex necessitate descenderet, tantus peccantibus legum metus incumberet. » Paulo post scribendum hoc loco, « immineret, pœnæ vero judiciorum tam inevitabiles essent. »

Ibid. C 12. *Si quid erat ante.* Excripsit ad verbum hunc locum usque ad illas dictiones, σώματος παρυπέστη, Theodoretus, quæstione 6 *in Genesim*, et quamvis hic ita Basilius loqui videatur de angelorum existentia ante mundi creationem, ut dubitet, vel ex suppositione de iis agat : tamen homilia 1 disertis verbis et sine dubitatione asserit, in lumine creatos fuisse beatarum mentium ordines, pag. 5 : Τὰς λογικὰς καὶ ἀοράτους φύσεις, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν νοητῶν διακόσμησιν Quo factum est, ut hæc in suam quæstionem sextam inserere non dubitaverit Theodoretus, postquam dixerat quæstione tertia : Συνομολογουμένου δὲ τούτου, τῷ τῆς εὐσεβείας οὐ λυμαίνεται λόγῳ τὸ πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς γεγενῆσθαι λέγειν τῶν ἀγγέλων τοὺς δήμους· « Hoc autem concesso, si quis angelorum turbas ante cœlum et terram conditas esse dixerit, non offendet verbum pietatis : » et hæc fuit pene communis Græcorum Patrum sententia : sed alteram, quæ sancti Augustini est, fere omnes, qui post Augustinum Latine scripserunt, sequuntur. Apud eumdem Theodoretum legitur τῶν ἀγαθῶν ἐπαγγελίαις, non τῶν ἁγίων· eique lectioni favent duo Regii codices, et Eustathius, « in bonorum promissionibus operitur. » Rursus quod sequitur, ἱκανὸν τῶν ἔξω, inverso ordine exhibet Theodoretus, ἱκανὸν τῶν ἔνδον διαστῆσαι τὰ ἔξω. « Quod possit ea, quæ foris sita sunt, separare ab iis, quæ intra se comprehendit. » Et hanc fuisse lectionem textus Basilii ex Eustathio conjici potest, qui vertit : « Ut possit ea, quæ extrinsecus habentur ab interioribus separare. » Denique ἐναπολειφθέντα idem Theodoretus habet cum duobus Regiis, non ἐναπολῃφθέντα.

Col. 43 A 14. *Sed viri Syri.* Annotarat in hunc locum Tilmannus, vel alius quispiam, Ephræm Syrum intelligendum, quem alii addunt æqualem et perquam familiarem fuisse Basilio ; sed et Diodorus Tarsensis idem de verbo Hebraico מרחפת docet in Catena Zephyri : Βούλεται ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις ἡ τοῦ ἐπεφέρετο σημαίνειν, ὅτι καθάπερ ὄρνις ὠὰ θάλπει ταῖς πτέρυξιν ἀπαλῶς ἐφαπτομένη εἰς τὸ ζωογονεῖν· οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα ἐπεφέρετο τοῖς ὕδασι ζωοθαλποῦν· « Hebraica dictio pro qua nos habemus ferebatur, illud per se videtur significare, quod sicut a gallina foventur ova, dum alis ab ea leniter attrectantur, ut animata reddantur : ita quoque Spiritus super aquas ferebatur, ut suo illas tepore animaret. » Hieronymus in *Quæst. Hebraicis* : « Pro eo quod in nostris codicibus scriptum est, *ferebatur*, in Hebræo habet *meraepheth*, quod nos appellare possumus : incubabat, sive confovebat, in similitudinem volucris ova calore animantis. Ex quo intelligimus non de spiritu mundi dici, ut nonnulli arbitrentur, sed de Spiritu sancto, qui et ipse vivificator omnium a principio dicitur. » Deducitur a radice רחם quæ moveri significat, aut movere se expansione et dilatatione alarum, ut solent aves pullis incubantes, ut Deut. xxxii, 11 : *Et super pullos suos volitans.*

Col. 46 A 10. *Deducit.* Aer nimirum, ut expressit Eustathius : « Sicut enim obtutus nostros illo momento temporis aer movet ad ea dirigit : aer, inquam, is, cujus antea dixit naturam esse perspicuam. » Ibid. c. 1, ἐμφεγξάμενος. Medicæi codicis non omnino contemnenda varia lectio ἐμφεγξάμενος, « illucens, affulgens, » aut « cum illuxisset. » Φέγγουσαν exponit Hesychius λαμπρύνουσαν. Et paulo post mendose Basiliensis habuit τυπόμενον, pro quo duo Regii, τυποῦμενον, « efformatum lingua ; » Eustathius tamen vulgatæ suffragatur lectioni, « nec aerem lingua verberatum sermonem. »

Col. 49 B 3. Συνυπακουομένης. Vox μιᾶς duabus inclusa virgulis aberat a duobus Regiis mss. et ab uno Anglico. Eustathius : « Subaudientibus videlicet nobis, quia nuncupatione diei nox quoque debet intelligi. »

Col. 50 B 14. *An ea ratio.* Hæc ita cum sequentibus jungenda sunt, ut interrogatio usque ad finem periodi differatur, « septies redeuntem, » et deleatur vox « sane » hoc modo : « Litteris traditur : Deus nimirum qui temporis, » etc. Eustathius : « Vel sicut secretior tradit ratio, Deus cum naturam temporis procrearet. » Item illud, τοῦτο δὲ κυκλικόν, sic vertendum est : « Hæc autem est circularis figura, a seipso initium sumere. »

Col. 52 A 5. Ἵνα τί ὑμῖν. Paulo aliter se habet locus apud prophetam : Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν Κυρίου. Ἵνα τί αὕτη ὑμῖν ἡ ἡμέρα τοῦ

Κυρίου ; Καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος, καὶ οὐ φῶς· *Væ desiderantibus diem Domini. Ut quid hæc vobis dies Domini? Et ea est tenebræ, et non lux.* Apud Cyrillum legitur : Ἵνα τί τοίνυν αὐτὴ, φησὶν, ὑμῖν, σκότος οὖσα, καὶ οὐ φῶς ; Διά τοι τὸ πλείσταις ὅσαις ἀναπεπλῆσθαι συμφοραῖς· « Ut quid igitur, inquit, ipsa vobis, quæ tenebræ est, non lux? Quia nimirum longe plurimis calamitatibus opplebimini. » Vulgata Latina, *Ad quid eam vobis?* nimirum, optatis advenire? Itaque ad sensum, non ad verbum citavit hunc locum Basilius, cum dixit : « Ut quid vobis quærere diem Domini? » Sic enim interpretatus est Latine Ambrosius lib. I, c. 10.

Ibid. B. 6. Ἐκεῖνοι λόγοι. Duo Regii legunt ἐκείνης, et Eustathius suffragatur, « sed vesperæ illius narratio. »

Col. 52. C. 2. Περὶ τῶν πρώτων. Emendanda est inscriptio, licet eam præferant manuscripti quidam, ex oscitantia librariorum, pro περὶ τῶν τρόπων τῆς γενέσεως.

Col. 54 B. 4. *Quam commodarint.* Immutavimus interpretis verba, « quam fenori tradiderint Deo : » quibus simile illud Cornarii, « quod temporis pars ad usuram tradita non evanescit, » et Eustathii, « pars modici temporis fenerata Deo non deperit. » Ambigua est vox fenerandi, et sæpe de pecunia ad usuram mutuo data usurpatur : at τὸ δανείζεσθαι, Aristophanis Scholiastes τὸ δάνειον distinguit ἀπὸ τοῦ τόκου, « mutuum quodvis, ab eo quod ad usuram datur, » unde libellus Plutarchi : Περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι· *De vitando ære alieno*, recte Latine inscribitur, non ut Gallicus interpres edidit, « De pecunia mutua ad usuram non accipienda, » vel « De non fenerando. » Sic intelligendum illud psalmi XXXVI, 22 : Δανείζεται ὁ ἁμαρτωλὸς, καὶ οὐκ ἀποτίσει· *Mutuatur*, vel *mutuum accipit peccator, et non solvet;* et Proverb. XIX, 17 : Δανείζει Θεῷ ὁ ἐλεῶν πτωχόν· *Mutuum Deo dat, qui pauperis miseretur.* Verbum enim Hebraicum לוה commodato vel mutuo accipere sonat, et fidem mutuanti obstringere.

Ibid. C 12. *Quomodo Deus.* Argyropylus ediderat, « Hoc est : num Deus nostro loquatur more. Et quidem prius a rebus ipsis typus sive adumbratio abstracta se inserit, et imprimitur intellectui sive cogitationi hominis. » Simplicius Eustathius, quem secuti sumus : « Quomodo Deus alloquitur, nostrone, id est, hominum, more, qui prius futuræ rei formam concipimus intellectu. »

Col. 58 A 8. *Ecqua tandem.* Scripserat fortasse interpres : « En quæ tandem ; » clarius Cornarius edidit : « Hæc quidem igitur hi qui materiam ingeneratam opifici superinducunt. »

Ibid. B 11. *Nos contra.* Consentiunt cum Basilio Theodoretus quæstione 11, et auctor *Quæstionum* apud Justinum, quæstione 57, cum ex verbis Mosis colligunt duos esse cœlos : quod nimirum dixerit, primo Deum creasse cœlum et terram, deinde jussisse, ut fieret firmamentum in medio aquarum. Licet autem plures duobus cœlos esse colligere ex loco Pauli, II Corinth. XII, 2, ubi scribit Apostolus raptum se usque ad tertium cœlum, et ex psalmo CXLVIII, 4 : tamen in eo cum illo consentiunt alii duo Patres, quod esse duos ex iisdem Scripturæ sacræ locis colligunt, et quod cum illis agnoscit, ex illo genere locutionis, quod numero multitudinis utatur, cum de cœlis agit, concludi non posse plures cœlos esse : quamobrem immerito reprehendendus quibusdam videtur vir doctissimus Benedictus Pererius, quod similia dixerit tradidisse Theodoretum et Justinum, cum Theodoreti hæc verba sint: Τοιγαροῦν καὶ ὁ τῷ δευτέρῳ διαπιστῶν οὐρανῷ, ἔξω βαίνει τῆς εὐθείας ὁδοῦ, καὶ ὁ πλείω πειρώμενος ἀριθμεῖν, μύθοις ἕπεται, τῆς τοῦ θείου Πνεύματος διδασκαλίας καταφρονῶν· « Qui igitur non credit secundum esse cœlum, semitam rectam transgreditur : qui vero plures numerare conatur, neglecta divini Spiritus doctrina, fabulis adhæret. » Apud Justinum autem : Ἐκ τῆς ἀκολουθίας οὖν τῶν κειμένων φωνῶν νοοῦμεν οὐρανοὺς κατ' οὐσίαν μὲν δύο, κατὰ διαστήματα δὲ πλείονας· « Ex hisce dictis ergo, quæ posita sunt, consequens est, ut intelligamus cœlos substantia quidem duos, interstitiis autem plures. » Porro ibidem legetur aptius ἄρτος ἐξ οὐρανοῦ, « panis de cœlo, » Joan. VI, 41 ; quam ἀετὸς ἐξ οὐρανοῦ, « aquila de cœlo : » neque enim tale quidquam in Scriptura occurrit, sed tantum Threnor. IV, 19 : Διώκοντες ἡμᾶς ὑπὲρ ἀετοὺς οὐρανοῦ· *Persequentes nos super aquilas cœli.*

Col. 61 A 8. Ἀποτελοῦντος. Cum antea legeretur ἀποτελοῦντας, emendavit ex Anglicis mss. Montacutius ἀποτελοῦντος, nempe πνεύματος· at duo Regii codices præferebant ἀποτελουμένους ψόφους. Cornarius : « Eo quod violenter erumpant strepitus tonitrua efficientes. » Eustathius : « Qua spiritus conceptus in nubibus violenterque proruptus efficit sonum tonitrualem. » Cæterum idem quod de crystalli origine tradit Basilius ex aquæ congelatione nascentis, tradit et Statius in *Epithalamio Stellæ*,

Raraque longævis nivibus crystalla gelari ;

et Plinius lib. XXXVII, cap. 2 : « Contraria causa crystallum facit gelu vehementiore concreto. Nec alibi certo reperitur, quam ubi maxime hibernæ nives rigent glaciemque esse certum est, unde et nomen Græci dedere. » In quem locum annotat Dalecampius, ex Agricola, lib. VI *De fossilibus*, « falli Plinium, quod crystallus vere fiat ex lapidescente perspicuo succo, quem sub terris, aut inter gelidas rupium venas frigiditas vehemens glaciat et durat. » Diodorus quoque Siculus aliam causam profert lib. II *Bibliothecæ* : Τοὺς κρυστάλλους λίθους ἔχειν τὴν σύστασιν ἐξ ὕδατος καθαροῦ παγέντος, οὐχ ὑπὸ ψύχους, ἀλλ' ὑπὸ θείου πυρὸς δυνάμεως· « Crystallum ex aqua purissima in glaciem indurata coalescere aiunt, non quidem a frigore, sed divini ignis potentia. »

Col. 62 B 5. *Specularis.* Sic reposuimus, pro « specularii. » In quibusdam Anglicis erat σπι-

κλου, ut et in Regiis duobus ; mendose. Plinius lib. xxxvi, cap. 22 : « Specularis vero, quoniam et hic lapis nomen obtinet, faciliore multo natura, finditur in quamlibet tenues crustas ; » et lib. iii, c. 31 : « Metallis Hispania tota scatet citerior, et specularibus lapidibus. » Specularis dicitur, ex quo fiebant specularia. Seneca epist. 60 : « Quædam nostra demum prodiisse memoria scimus, ut specularium usum perlucente testa clarum transmittentium lumen. » In quem locum Lipsius recte monet, specularia quadras sive orbes fuisse fenestris insertos ad lucem immittendam, ventos excludendos, vicem et usum hodie vitreorum, dicta a lapide speculari, idemque Catanæus in Plinium annotarat. Martialis lib. viii, epig. 14 :

Hibernis obiecta notis specularia puros
Admittunt soles....

Sed ea exemptitia fuisse tradunt, ut cum liberet auferrentur. Eustathius hoc loco sic emendandus : « Et qui secundum suam naturam fuerit sincerus inventus, nec alicujus putredinis admistione fœdatur, nec fundus rimis aliquibus fissus est, aeri similis habetur. » Addidimus apud Argyropylum « ad fundum, « et « aut fissuris perforatus, » ut Græcus textus exigebat. Cornarius vertit, neque putredine aliqua exesus, neque segmenta, aut strias in altum productas habens. »

Col. 64 A 6. Ὁ μὴ ἑνορῶν. Anglici libri rectius, quam vulgata lectio vel Regii mss. Ἀλλ' ὁ μὴ ἑνορῶν, sicut paulo ante ἀλλ' ἢ ὁ μὴ ἀκούων. Eustathius dixit, « Quis autem tam surdus est, quam qui non audit ita palam vociferantem Scripturam, vel quis tam cæcus, nisi qui evidentibus documentis instructus. » Alludit autem ad illa prophetæ Isaiæ xlii, 19 : Καὶ τίς τυφλὸς, ἀλλ' ἢ οἱ παῖδές μου, καὶ κωφοὶ, ἀλλ' ἢ οἱ κυριεύοντες αὐτῶν ; *Et quis cæcus, nisi pueri mei, et surdi, nisi qui dominantur illis ?*

Col. 66 D 3. *Ex Pyrenæo.* Fidelius expressit mentem auctoris Eustathius : « Ab occidentis vero climatibus æstivis sub Pyrenæo vertice Tartessus : » tametsi Aristoteles, ex quo ista desumpsit Basilius, dixit, ἐκ τῆς Πυρήνης, « ex Pyrenæo. » Quem enim Ptolemæus et alii Bætim appellant, Straboni et Pausaniæ Tartessus est. Atque in Atlanticum quidem mare verum est Tartessum exonerari ortum ex Pyrenæo, sed Istrum seu Danubium ex illo fluere falsum est, ut quod ait Seneca, lib. vi *Naturalium quæstionum*, illum Europam et Asiam disterminare, quod Tanai potius fluvio convenit ; sed ista geographica non ita exacte Aristoteles aliique philosophi expenderunt, quos dum ἀβασάνίστως sequitur sanctissimus Pater Basilius, multa hic descripsit, quæ ad Ptolemæi potius et Strabonis aliorumque historicorum amussim examinanda sunt. Danubii ergo fontes collocat Strabo in medio silvæ Hercyniæ, quemadmodum et Rheni, lib. vii, quæ silva in Germania est : Ptolemæus autem ejusdem caput situm esse vult sub 30 longitudinis gradu, latitudinis vero 46, 20 minuto.

Col 67 A 2. *Quorum est Eridanus* apud Eustathium legimus, « quorum est Rhodanus, » sed utrumque falsum est, sive Rhodanum sive Eridanum Padumve dicas, ex montibus Riphæis oriri, et in occidentalem Oceanum infundi : nam Rhodanus in mare Mediterraneum non longe a Massilia, Eridanus in Adriaticum sinum devolvitur prope Venetias. Porro ex Alpibus fluere Rhodanum, et per Allobrogum campos lapsum apud Lugdunum cum Arari concurrere, docet Strabo lib. iv, eodemque libro fontes Eridani statuit in finibus Ligurum et Medullorum, quemadmodum et Plinius. Ptolemæus caput ejus juxta Larium locum collocat sub gradu longitud. 29, m. 20, latitudinis 44, m. 45. Postremo, quod hic dicuntur per Æthiopiam fluentes amnes quidam ἐπὶ τὴν ἔξω τοῖς πλεομένοις ἀποκενοῦσθαι, rectius ex Medicæo legimus ἔξω τῆς πλεομένης ἀποκενοῦνται, quod apud Eustathium vertitur, « alii in citeriorem devolvuntur Oceanum, » ubi corrigendum fortasse « in exteriorem, » qui scilicet est extra Columnas Herculis, et extra mare Mediterraneum, quod navigari solet, ut dixit Aristoteles loco jam citato : Ὅ τε Χρεμίτης εἰς τὴν ἔξω ῥεῖ θάλασσαν· « Chremetes in externum mare exoneratur. » Ita dixit et Lucianus in *Prometheo* : Καὶ τὴν θάλατταν πλεομένην, καὶ τὰς νήσους κατοικουμένας· « Mare navigatum, et insulas habitatas. » Externum autem mare, ut infra, οὐ γὰρ ἦν ἡ ἔξω Γαδείρων θάλασσα.

Ibid. B 3. *Qui dicis abysso.* Ita quoque Latine extulit Eustathius : *Qui dicis abysso : Dissipaberis* et Cornarius, qui non animadvertunt prophetam introduci ad Deum verba facientem : itaque rectius vertes ad sensum Basilii : *Qui dicis abysso.* Sin autem spectes prophetæ ipsius textum apud LXX, sine dubio lapsus memoria videtur Basilius, neque jam propheta πρὸς τὸν Θεὸν διαλέγεται, aut ut volunt quidam, προφήτης περὶ τοῦ Θεοῦ, sed potius, πρὸς τὸν λαὸν Θεὸς, *populum Deus alloquitur.* Itaque recte Vulgata Latina, *Qui dico profundo, Desolare,* Unde et sequitur Græce : καὶ τοὺς ποταμούς σου ξηρανῶ, *et flumina tua arefaciam.* Præcessit enim, *Hæc dicit Dominus redemptor tuus,* et : *Memento horum, Jacob.* Duo Regii codices constanter legunt πρὸς τὸν Θεόν. Immutavimus illud, « vulgarem quidem sermone, » et substituimus Vulgatæ Latinæ versionem : mutuatur enim hoc ab Apostolo, II Cor. xi, 6 : Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει. *Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia.* Eustathius dixit : « Nullis quidem facundiæ phaleris exornatum, scientiæ vero ratione potissimum. »

Col. 69 C 10. Μεταθεῖσαν. Legebatur antea μετατιθέντος, sed ex Anglicis codicibus in margine ascriptum erat μεταθεῖσαν, quod operæ typographicæ in textum admiserunt, at sequentia participia non item immutarunt : in duobus Regiis

scriptum offendimus μετατιθεῖσαν, et in sequentibus τροπὰς ἀπάγοντα σημεῖα μετατιθέντα, et τροπὰς ἐπανάγοντα· quæ cum nonnihil sint ἀνακόλουθα, libenter receptam antea lectionem retinerem. Eustathius quomodo legerit, ex ipsius verbis conjice. « Et certe videmus moderatricem sapientiam Dei, solem in alias partes ex aliis transponentem. Sed nunc eum ad australem zonam nunc ad signa solstitialia pro temporum mutatione traducit. »

Col. 71 B 3. *Ut hæc cæli appellatio.* Non de appellatione cœli agitur, sed de dictione firmamenti: neque recte vertit hoc Eustathius: « Proprie quidem aliud illi conveniens fuerat nomen: scimus tamen sæpissime cœlum dici locum spissum densatumque aeris. » Cornarius: « Tanquam proprie quidem alteri appellatione congruente, juxta similitudinem vero etiam hoc appellationem transsumente. » Hoc vult scilicet, firmamenti appellationem alteri convenire, sed cœlum tamen per participationem similitudinis appellari. Cæterum locus ille, πετόμενα κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ, decerptus est ex Genesi cap. 1, vers. 20, quem ita expressit S. Ambrosius lib. II, cap. 4: « Volatilia cœli, et volantia super terram secus firmamentum cœli; eo quod volatilia circa superiorem versantia locum terram spectent. » Sed distinguendus est tamen prior locus ex psalmo VIII, 9, *volucres cæli*, a posteriori ex 1 Genesis. Quartus demum ex Deuteronomii XXXIII, 13, qui sic efferebatur in Basiliensi editione ἀπὸ ὅρων οὐρανοῦ καὶ δρόσου, quo pacto et Ambrosius videtur legisse libro *De benedictionibus patriarcharum*, cap. 11: Eustathius, *a finibus cæli*: at in Henriciano codice ἀπὸ τῶν ὀρῶν, *a montibus*, quod et in nonnullis Deuteronomii codicibus scriptum reperiri Flaminius Nobilius testatur: vera est lectio Mediceæ libri, quam expressimus, et Romanæ editionis LXX, ἀπὸ τῶν ὡρῶν, *a fructibus*; Vulgata Latina, *de pomis cæli et rore*. Vox Hebræa delicias et delicatos fructus significat, unde Pagninus ad verbum, « de delicatis cœlorum. » Male igitur Kircherus Augustanus in *Indice Bibliorum Hebraico-Græco* vocem istam docuit « montem » significare, hunc locum citans, cum ὡρῶν legendum sit, non ὀρῶν· tametsi Biblia Germanica Basiliensia lectionem illam tueantur: quemadmodum et perperam contendit ibidem vocem eamdem Hebræam מגד τροπὴν *conversionem* sonare, propterea quod in eodem loco dicitur, καθ' ὥραν γεννημάτων ἡλίου τροπῶν, « secundum horam fructuum solis conversionum: » cum tamen illic vox Hebræa תבואת « proventus » aut « frucus, » γεννήματα sonet; aut τροπάς, « conversiones, » non autem מגד quam « delicias » diximus, aut « delicatos fructus Pagninum et alios Hebraicæ linguæ peritos interpretari.

Col. 74 C 10. *Adversus ecclesiasticos.* Dilucidius Cornarius: « Nobis autem ad ecclesiasticos etiam quosdam sermo quidem est de discretis aquis. » Hoc est, disputandum adversus eos qui ex Ecclesia sunt, non jam ethnici aut pagani ut illi philosophi de quibus antea loquebatur. Origenem enim suppresso ejus nomine taxat, et quasi somnium anilemque fabulam expositionem ejus rejicit, ut admonet Pererius eruditissimus ordinis nostri theologus in Commentario in hunc Geneseos locum. Is enim, quemadmodum refert Epiphanius in *Epist. ad Joan. Hierosolymitanum*, quæ apud Hieronymum est 60, veritatem historiæ allegoriæ mendacio depravabat, et aquas quæ super firmamentum sunt, non esse aquas, sed fortitudines quasdam angelicæ potestatis et rursus aquas quæ super terram sunt, hoc est sub firmamento, esse virtutes contrarias, id est dæmones: et Hieronymus, epist. 61, sextum ejusdem errorem numerat, quod sic paradisum allegorizet, « ut historiæ auferat veritatem, pro arboribus angelos, pro fluminibus virtutes cœlestes intelligens. Septimum, quod aquas, quæ super cœlos in Scripturis esse dicuntur, sanctas supernasque virtutes; quæ super terram, et infra terram, contrarias et dæmoniacas esse arbitretur. » At contraria sententia fere omnium veterum Patrum est tam Græcorum quam Latinorum, quos enumerant cum Pererius idem, tum Martinus Delrius item noster in 1 Geneseos, veras et naturales esse aquas supra cœlum siderum, ut Theodoretus quæst. 11, Justini *Quæstionum* auctor, quæst. 93, et Gennadius in Catena, cujus expressisse verba Beda videtur in libro *De natura rerum*, eas aquas dicens ad refrigerationem et temperationem ardoris siderum Iuisse comparatas. Gennadii verba sunt ex ms. codicis illustriss. cardinalis Joeusæi exscripta: Ἵνα οὖν μὴ τοῦτο πάσχων ἀπείροι πρὸς τὴν στάσιν ποτὲ ἀλλ' ἀράματον ὁμοίως καὶ ἀγήρω πάντοτε διαμένοι, σοφῶς ὁ ἀριστοτέχνης Θεὸς τὴν ἀφαίρεσιν ἐπ' αὐτοῦ τῶν ὑδάτων ἐμηχανήσατο, τῆς ἐκ τούτων ἐγγινομένης αὐτῷ καταψύξεως πρὸς τὴν ἐκ τῶν ἄστρων ἀντικαθισταμένης θερμότητα· « Ne qua igitur caloris vicinitate solveretur, sed in suo statu semper indefessum æternumque duraret firmamentum, sapiens architectus ipse Deus separationem hanc aquarum prudenter excogitavit, ut earum refrigeratione æstus siderum ita temperaret, ut neutram in partem laboraret. »

Col. 75 B. 2. *Etsi dicat quis.* Interpres scripserat « annuntiat, ut astruat aliquis et interpretetur hosce cœlos virtutes esse quasdam contemplationi concreatas, firmamentum vero facultates, quæ operose admodum et efficaciter fungantur officio, nempe operatrices. » Emendandum apud Eustathium, « contempla' rices esse virtutes, firmamentum autem factricem Dei potentiam, » pro « contemptibiles virtutes; » et paulo post, « quæ istis dictionibus inest, » non dictionibus, sed rebus inest ratio et consideratio, unde Eustathius vertit: « Sed consideratio eorum prudenter a sensum habentibus contemplata, glorificationem perficit Creatoris. » Coruarius optime « Verum sermo in his speculative acceptus. »

Col. 76 C. 10. Ἐν ἀρχῇ τὸν σκοπόν. Basiliensis editio habuit ἐναρχῇ conjunctim, at Regii duo emendant ἐναργῇ, et comprobat emendationem Eustathius, dum vertit: « Merito ergo quidem in rationem gignentium manifestam esse proposuit: » quæ licet mendosa indicant hic scribendum, « Qui igitur manifestum eorum quæ fiunt, finem sibi prop. » Eodem modo infra, legebatur in Basiliensi edit., ὁρωμένοις ἐν ἀρχῇ, et ex iisdem mss. correctum est ἐναργῇ, quocirca vertendum est, « manifesta statim exempla, » ut dixit Eustathius, « benefactoris monumenta certissima capiatis. »

Col. 79 A 13. *Jam vero.* Verba Eustathii substituimus in locum istorum interpretis: « Non desunt, qui vel usque ad insaniam se totos addixerunt equis ad obeunda certamina exercendis, adeo ut in equorum gratiam sibi videantur per somnum confligere. » Atqui non περὶ ἱπποτρόφων, « de iis qui equos alunt vel exercent, » sed de iis agitur, qui in factiones divisi spectant certamina, vel in circensibus ipsis decertant: proprie namque de circo ita loquuntur Patres, ut insanire ac furere dicant eos, qui inter spectandum contendunt. Tertullianus *De spectaculis* cap. 16: « Cum ergo furor interdicitur nobis, ab omni spectaculo auferimur, etiam a circo ubi proprie furor præsidet. » Gregorius Nazianz. orat. 27: Περὶ τοὺς ἱππικοὺς καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὰ στάδια, καὶ τὰ κυνηγέσια τοσοῦτον μεμηνέναι, ὥστε ταῦτα ποιεῖσθαι βίον· « Circa ludos circenses et spectacula, et cursus, et venationes adeo insaniat, ut hæc pro vita et serio quodam instituto habeat. » Hieronymus in *Vita S. Hilarionis*: » Non circi furoribus, non arenæ sanguine, non theatri luxuria delectabatur. »

Col. 80 C 13. Συναγωγὰς αὐτῶν. Ita legitur in codicibus Regiis mss. et ἐκάλεσε θαλάσσας, non ut in Anglicis θάλασσαν, neque mutandum est quidquam, ut volunt, qui rescribunt συναγωγὰς αὐτοῦ. Constanter enim omnes libri excusi et calamo exarati habent αὐτῶν.

Col. 82 B 5. *Sequitur.* Atqui non ἵπεται dixit Basilius, sed ἐπωθεῖ, unde Eustathius, « Urgente venientis impulsu; » et Cornarius: Protudit autem superveniens. »

Col. 84 A 14. Ἐκκλησιαστοῦ. Quidam Anglici habent Ἐκκλησιαστικοῦ, at Gallici cum excusis Ἐκκλησιαστοῦ, recte; est enim locus Ecclesiastæ I, 7: Πάντες χείμαρροι· *Omnes torrentes vadunt in mare.*

Ibid. C 1. Χαλινοῦται. Anglici libri addunt vocem θάλασσα, quam nec excusus, neque Regii duo agnoscunt, sed Eustathius: « Jussu Dei violentiam maris frenat. » Porro quod sub finem paginæ profert de Ægypto, quæ mari Rubro sit depressior, ex Aristotele decerptum est I *Meteoror.*, c. 14: Ἀλλ' εὗρεν ὑψηλοτέραν οὖσαν τὴν θάλατταν τῆς γῆς, διὸ ἐπαύσατο διορύττων, ὅπως μὴ διαφθαρῇ τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ συμμιγείσης τῆς θαλάττης· « Sed excelsius mare Rubrum comperit, quam terram Ægypti: quapropter fodere desiit, ut ne immisso mar corrumperetur aqua fluvii. » Strabo tamen natione Ægyptius falso id renuntiatum Dario Medo tradit lib. XVII: Καὶ οὗτος δὲ ψευδεῖ πεισθεὶς ἀφῆκε τὸ ἔργον περὶ συντέλειαν ἤδη γενόμενον. Ἐπείσθη γὰρ μετεωροτέραν εἶναι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν τῆς Αἰγύπτου, καὶ εἰ διακοπείη πᾶς ὁ μεταξὺ ἰσθμὸς, ἐπικλυσθήσεσθαι τῇ θαλάττῃ τὴν Αἴγυπτον· « Hic quoque pene absolutum opus deseruit. Falso enim persuasus est rubrum mare Ægypto esse sublimius, ideoque si medius isthmus incideretur, Ægyptum a mari obrutum iri. » Diodorus Siculus lib. I vocat διώρυγα χειροποίητον εἰς τὸν Ἀραβικὸν κόλπον, « fossam hominum manibus in sinum Arabicum et Erythræum mare deductam. » Plinius autem quomodo conjungere voluerint hi reges utrumque mare clarius explicat lib. VI, cap. 29: « Daneon portus, ex quo navigabilem alveum perducere in Nilum primus omnium Sesostris Ægypti rex excogitavit, mox Darius Persarum deinde Ptolemæus sequens, qui et duxit fossam latitudine pedum centum, altitudine triginta, in longitudinem triginta septem millium cccc passuum usque ad fontes amaros. Ultra deterruit inundationis metus. » Non dicit erga Basilius regem ullum perfodisse isthmum, qui pertingit a mari Rubro ad Mediterraneum, sed tantum duo illa maria conjungere voluisse: non quidem ducta ab Arabico ad Mediterraneum fossa, sed ea ducta a mari Rubro ad unum ex ostiis, quibus Nilus in Mediterraneum devolvitur, quod tamen isthmum perfodere appellant historici, licet a mari uno ad alterum fossa non ducatur; atque hoc idcirco monuisse placuit, ne quis memoria lapsum Basilium existimet, aut parum cum eorum narratione consentire, quæ hic tradidit.

Col. 88 A 12. *Mare Rubrum.* Argyrop. ediderat, « ad id quod trans Gades mare Oceanum tendere, eique conjunctum esse ferunt. » Connecti autem cum Oceano vel mari Atlantico cum ait Basilius mare Rubrum, auctores sequitur non paucos, qui Rubri maris nomine non eum tantum, quem vocat Ptolemæus Ἀράβιον κόλπον, sinum Arabicum intelligit qui etiam Erythræum mare dicitur, sed totum illud meridionale mare quod ad Indiam usque in orientem et ad extremas Africæ oras occidentem versus extenditur, quale est quod ait Seneca *Troad.* actu I:

> *Et qui renatum prorsus excipiens diem*
> *Tepidum rubenti Tigrin immiscet freto.*

Fluvium enim Tigrin exonerari ait in Rubrum mare cum non in Arabicum sinum, sed in Persicum effluat, quia Rubrum mare appellat australem Oceanum, quemadmodum et Herodotus in *Clio*, Diodorus lib. II *Bibliothecæ*: Quintus Curtius lib. VI, Josephus lib. I, cap. 2 *Antiquitatum*: tametsi Africa antiquis tempore Ptolemæi ultra montes Lunæ esset incognita, neque dum Lusitani extremum ejus promontorium, quod caput Bonæ Spei appellant, navigando superassent.

Col. 88 C 14. *In multis.* Etsi non reperiuntur

hæc in Hebræo textu, neque in Vulgata Latina S. Hieronymi, minime tamen superflua ea judicat S. Ambrosius lib. III, cap. 5 : « Cum dixerit, quia factum est sic, satis esse putant vocem operatoris ad acceleratæ operationis indicium. Sed quia in aliis quoque creaturis habet et definitionem præceptionis et repetitum operationis vel indicium vel effectum, ideo nos non putamus absurdum id quod perhibetur additum, etiamsi cæteris interpretibus vel veritas doceatur suppetere vel auctoritas. Multa enim a Septuaginta viris Hebraicæ lectioni addita et adjuncta comperimus. » Augustinus etiam *Lib. de Genesi ad litteram imperfecto* : « Ut postea quod dicitur non superfluo additum videatur : sed ut post rationalem et incorpoream operationem intelligeremus etiam corporalem secutam.» Eadem quoque Theodoretus agnoscit, quæst. 12 *in Genes.*, et sibi objicit, cur unam cum dixerit congregationem Scriptura multas postmodum congregationes aquarum commemoret, quia nimirum una est aquarum congregatio, quoniam inter se maria conveniunt, quædam deorsum per subterraneos meatus decurrentia, alia secundum superficiem terræ : sed plurali numero dixit, quoniam aliud est mare Indicom, aliud Ponticum, et aliud Tyrrhenum, aliud Propontis : Ἔξωθεν δὲ πάλιν ἐπίκειται τὸ μέγιστον πέλαγος, ὅπερ τινὲς μὲν Ἀτλαντικὸν, τινὲς δὲ Ὠκεανὸν ὀνομάζουσιν· « Extra autem rursus adjacet mare maximum, quod nonnulli mare Atlanticum, nonnulli Oceanum appellant. » Extra dixit esse Oceanum, hoc est, extra Gades; non ut interpres Theodoreti scripsit : « Præter hæc autem omnia. » Sic locutus est hic noster antea, ἡ ἔξω Γαδείρων θάλασσα, « quod est extra Gades mare, sive ultra Gades externum. » Postremo illa verba, τὰ τοίνυν ἀκριβῆ, usque ad finem periodi non agnoscit Eustathius vetus interpres, nec a Basilio videntur inter concionandum prolata, præsertim cum dicat Epiphanius libro *De ponderibus et mensuris*, appositum esse obelum Scripturæ dictionibus apud LXX Interpretes positis, quæ apud Aquilam et Symmachum non habentur, quod eas Septuaginta ex seipsis apposuerint, non frustra, sed potius in utilitatem : et Hieronymus epist. 89, ad Augustinum, « ubicunque virgulæ, id est obeli, sunt significatur, quod Septuaginta plus dixerint, quam habetur in Hebræo. » At non quidquid in Hebræo non habetur, aut apud Aquilam et Symmachum, reprobatum est.

Col. 96 A 4. Τοῦ γεννᾷν αὐτῇ. Sic Basiliens edit. At Anglici mss. αὐτῆς. Tuentur lectionem editam duo Regii, et Eustathius, « sibi perhibens facultatem. »

Col. 99 A 8. *Lictores.* Immutavimus illa interpretis, « feruligerosque lictores, » et cum Eustathio qui vertit, « faciumque vectores, » maluimus Romanorum voces usurpare, qui fasces, præferri aiebant a lictoribus. Auctor etiam Vulgatæ Actor XVI, 35 : Ἀπίστειλαν οἱ στρατηγοὶ τοὺς ῥαβδούχους· *Miserunt magistratus lictores.* Plutarchus in *Romulo* ῥαβδούχους item appellat Græce lictores Romanorum, ὅθεν οἱ ῥαβδοῦχοι λικτώρεις, αἵ τε ῥάβδοι βάκυλα καλοῦνται. Cruserius interpretatur, « et virgæ, quas gestabant, fasces. » Ad verbum esset, « et virgæ baculi vocantur. »

Col. 105 A 8. Προβληθεῖσιν. In Basiliensi erat βληθεῖσιν, Regii duo præferebant προβληθεῖσι, unde est προβολή supra, τῇ προβολῇ τῶν ἀνθερίκων. Ambrosius hæc expressit lib. III, cap. 10 : « Haud dubium quin majore proventu : siquidem nec cultoris desidia terrarum destituere poterat ubertatem. « Cæterum quæ paulo post στεφανωματικὰ dixit φυτὰ Argyropylus « quæ ad plectendas corollas faciunt, » interpretatus erat Eustathius, « quæ coronaria vocitantur, » sic enim corrigendum est mendosum illud, « quæ corinaria. » Utitur hac voce Dioscorides lib. I, cap. 9 : Ἄσαρον πόα εὐώδης στεφανωματική. « Herba est odorata et coronaria asaron. » Nheophrastus lib. VII, cap. 27, *De caus. plant.* : Ἐν Αἰγύπτῳ χείριστα τὰ ἄνθη καὶ τὰ στεφανώματα· « In Ægypto pessimos provenire flores et coronamenta, » scribit, hoc est, folia vel herbas ex quibus coronæ contexuntur, Plin. lib. XXI, cap. 1 : « In hortis seri coronamenta jussit Cato. » Postremo quod sub finem paginæ Basilius addit caruisse spinis ante peccatum rosam, repetit etiam Ambrosius loco citato, nec dissentit ab utroque Augustinus lib. I *De Genesi contra Manichæos*, cap. 13. Ubi ait « herbas venenosas ad pœnam vel ad exercitationem mortalium creatas esse, et hoc totum propter peccatum : » sed ut admonet optime doctissimus Pererius noster in Commentariis *in Genesim*, postea maturius et accuratius rem scrutatus retractavit et emendavit lib. III *De Genesi ad litteram*, cap. 18, et contrariam sententiam est amplexus. Certe cum venenosas et exitiales herbas ante peccatum natas asserat Basilius pag. 58, eædem rationes docere possunt, cur etiam ante peccatum spinas cum rosis edere terram Deus voluerit.

Col. 108 C. 6. Παρεμβαλεῖ γάρ. Interpres scripserat : « Immittet enim se, aut medium constituet angelus Domini. » Et sonat hoc quidem Græce παρεμβάλλειν cum alterius rei casus additur, ἑαυτὸν, ὑποψίας, « inserere se, » vel « suspicionem injicere, » sed et « castra locare, » tentoria collocare ordinibus distincta, nullo præscrtim alterius vocis casu addito, ut in hoc loco Davidis Budæus in *Commentariis linguæ Græcæ* profert ex Polybio, lib. III. Τὴν δὲ δύναμιν πρὸ τῆς πόλεως παρεμβαλὼν, ὠχυρώσατο τάφρῳ καὶ χάρακι τὴν στρατοπεδείαν· « Cum ante urbem castra metatus esset, fossa et vallo exercitum communivit. Positus enim tentoriorum et metatio ordinatione castrensi constans, παρεμβολὴ dicitur. » Porro quotiescunque vox Græca Septuaginta interpretum vel aliorum Græcorum ambigua est, et duas pluresve notiones habet, ea potissimum amplectenda videtur quæ cum Hebræo convenit : atqui ex eodem archetypo vertunt Joa. Campensis et Pagninus, « Castra metatur angelus Domini : » Et Hieronymus ex eodem

textu Hebræo, « Circumdat angelus Domini, » et in cap. LXV Isaiæ unumquemque nostrum habere angelum probans, et hunc versum e Græco citans sic effert : « Circumdat angelus Domini. » Certe Basilium sic intellexisse hunc locum indicant, quæ sequuntur, καὶ οἱονεὶ χάρακας ἡμῖν παρακατέπηξε, θέμενος ἐν, Ἐκκλησία πρῶτον ἀποστόλους, et in homiliis *in Psalmos*, ὅτι ὅλῳ στρατοπέδῳ καὶ παρεμβολῇ πολυανθρώπῳ παρεικάζεται εἷς ἄγγελος. Apud Eustathium mendose, sicut et in quibusdam Latinis codicibus tempore Augustini, legitur, « Immittet angelum Dominus in circuitu. »

Col. 111 B 3. *Velut quædam mascularum semina.* S. Ambrosius lib. III, cap. 13 : « Præjaciunt ramis ejus palmarum quædam velut semina masculorum, quibus illi velut quidam sensus perfruitionis infunditur, et expetiti concubitus gratia repræsentatur. » Sic enim emendandum censeo, cum hic Græce legatur, ἐν συναισθήσει τῆς ἀπολαύσεως. Cornarius, « semina quædam, quos culices appellant, atque sic velut in sensu fruitionis ac voluptatis illa constitui. » Apud Eustathium quoque depravata est lectio, « sublatos de masculo certos oculos feminæ dicuntur inserere, » ubi forte corrigendum « certos culices; » quemadmodum locum illum expressit Aristotelis l. v *Histor. animal.*, cap. 32, Theodorus Gaza : Οἱ δὲ ἐρινεοὶ ἐν τοῖς ἐρινοῖς ἔχουσι τοὺς καλουμένους ψῆνας· γίνεται δὲ τοῦτο πρῶτον σκωλήκιον, εἶτα περιῤῥαγέντος τοῦ δέρματος ἐκπίτεται, τοῦτο ἐγκαταλείπων ὁ ψὴν, καὶ εἰσδύεται εἰς τὰ τῶν συκῶν ἐρινὰ καὶ διαστομῶν ποιεῖ μὴ ἀποπίπτειν τὰ ἐρινά· « Ficarios culices caprificus generat suis pomis : fit primum vermiculus, mox rupta cute evolat culex, mutataque sede petit ficus immaturas, quibus se insinuans, facit ne decidant. » Ita emendatus legitur hic locus in editione Casauboni, et Plinius favet, qui lib. XV, cap. 19, hæc tradit de caprifico : « Ergo culices parit : hi fraudati alimento in matre putri ejus tabe, ad cognatam volant. » Hesychius, ψῆνες, κωνώπια τὰ ἐν τοῖς ὀλύστοις γινόμενα, sed idem quoque alio loco ψῆνας exponit τὰ σπέρματα τῶν φοινίκων, « semina palmarum. » Etymologus etiam : Ψῆνες, αἱ μικραὶ μυῖαι, καὶ ψῆνας λέγουσι τὸ σπέρμα τῶν φοινίκων· « Ψῆνες sunt parvæ muscæ, et ψῆνας appellant semina palmarum. » Quibus adducor ut credam caprificorum ψῆνας distinguendos esse ab istis palmarum, de quibus agit Basilius, neque culices istos esse, sed florem quemdam vel lanuginem, ut verterat hic Argyropylus, « maris florem seu lanuginem immittere. » Confirmat conjecturam nostram Plinius lib. XIII, cap. 4, ubi de palmis agens hæc addit, « ut coitus etiam excogitatus sit ab homine, ex maribus flore ac lanugine, interim vero tantum pulvere insperso feminis. »

Ibid. D 7. *Partim radios.* Interpres scripserat fortasse, « radio solis. » Cornarius, « et radium solis per raritatem large suscipiat. » Ambrosius autem, « et impedimentum non affertur ad recipiendum solis calorem. »

Col. 116 C 10. Ὑπάρχον. Emenda ex duobus Regiis codd. ἐνυπάρχον τῇ γῇ. « Illud etiam nunc præceptum quod terræ inest. » Et καθ' ἑκάστην ἔτους περίοδον fidelius expressit Cornarius : « Juxta singulorum annorum circuitum : » apud Eustathium deest vox, « annorum : vires proprias quantas habet singulorum annorum curriculis informandum genus herbarum. »

Col. 118 A 11. *Concertantium.* Addimus vocem « athletarum » e Græco, et pro « theatro, » substituimus « stadio, » quod mendose apud Eustathium legitur, « congregatos in studio. » Quod enim Latinis circus a theatro diversus, id stadium Græcis fuit. Martialis tamen lib. XIV, apophoreto 26, significat se usurum tegmine causiæ in theatro, si vela ventus invidisset; et Vopiscus in *Carino* donatos fuisse spectatoribus ludorum publicorum testatur Atrebaticos birros. Umbellis præterea velisque a sole tegebantur Romani; sed Basilius in oriente capitibus nudis in stadio spectatores spectasse testatur. Sed et stadium fuisse Romæ temporibus Constantii principis ex Ammiano Marcellino constat. lib. XVI *Historiar.*, « et Pompei theatrum et Odæum et stadium. »

Col. 120 D 3. Τὸ δόγμα τῆς θεολογίας. Theologiæ vocabulum apud Græcos interdum minus late patere, quam apud Latinos observat doctissimus Jac. Billius in Scholiis ad orat. VII Gregorii Nazianz. Nam apud Latinos theologiæ operam dare dicuntur, qui in sacrarum litterarum studio versantur : apud Græcos autem θεολογεῖν dicuntur, qui divinitatis doctrinam sermone vel scripto persequuntur. Ita S. Gregorius orationes, in quibus ex professo de Patris et Filii et Spiritus sancti divinitate verba facit, *De theologia* inscripsit : ita hoc loco Basilius θεολογίας δόγμα vocat « doctrinam de duabus Trinitatis personis. » Sed et θεολογεῖν nihil aliud significare docet, quam θεὸν λέγειν καὶ ὁμολογεῖν, « Deum dicere ac confiteri, » ut epist. 26 idem Gregorius : Φανερῶς ἤδη τὸ Πνεῦμα θεολογεῖς· « Palam Spiritum esse Deum profiteris. » Rectius ergo cum Eustathio hic vertes : « Ubique igitur dogma deitatis mystica narratione consertum est historiæ; vel ex Cornario, « Ubique, « Ubique ad historiam theologiæ doctrina mystice interspersa est. »

Col. 123 C 3. *A corpore luce.* Scripserat fortasse interpres, « luci se opponente; » nam et ita Græca expressit Eustathius : « Sicut enim lucido die stantem quemdam sub aurora solis mox umbra comitatur, » et Cornarius . « Quemadmodum enim in die umbra ad id, quod splendorem obstruit, consistit, » quasi dicat, umbram comitari corpus quod sese luci opponit, camque excludit.

Col. 127 A 1. *Sol vertetur.* Paulo aliter apud prophetam scriptum est, Joelis II, 31 : Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα· *Sol*

convertetur in tenebras, et luna in sanguinem. Illud autem alterum membrum Basilii memoria suggessit ex Evangelio Matthæi XVI, 29 : Ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος, αὐτῆς· *Sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum :* cui similis locus Ezechielis XXXII, 7 : Ἥλιον ἐν νεφέλῃ καλύψω, καὶ σελήνη οὐ μὴ φάνῃ τὸ φῶς αὐτῆς· *Solem in nube tegam, et luna non splendebit lumine suo;* Vulgata : *Et luna non dabit lumen suum.*

Col. 127 C 13. Ἑξήκοντα. Henricianus codex ἑξήκοντα διαιροῦντες· at Medicæus διελόντες, cum Basiliensi : Montacutius suspicatur legendum διελόντες μοῖρα, et paulo post ἕκαστον πάλιν τῶν ἑξήκοντα ἐκείνων μοίρων ἑξηκοντάκις. At duo Regii præferunt παλίν τῶν ἑξηκοστῶν ἑξηκοντάκις. Eustathius, *eorumque sexaginta sexagies portiones enumerant.* Ita paulo post loquitur, τῷ χρόνῳ παραδραμεῖν ἑξηκοστά.

Ibid. In Basiliensi edit. erat ἑκάστην τριακοστὴν μοῖραν· aberat autem a ms. Regio vox τριακοστήν. Eustathii interpretatio mendosa est, in quibus diximus decretorum sortem fuisse divisam. Cornarius aptius, « in quas singulas tricesimas partes dividi diximus. »

Col. 130 A 12. *Erit etiam.* Interpres verterat : « Faciet etiam omnia animo prompto : denique ad quæstum ingenio solerti. » At προετικός est. qui facile προΐεται, ut apud Aristotelem, μήτε φυλακτικὸν προετικὸν δέ, « nec ad custodiendum pertinax, sed ad profundendum facilis ac paratus, » IV *Ethic.*, cap. 2. Cornarius ab auctoris mente non aberravit, « et voluntarius ad dandum. et rursum promptus ad acquirendum. » Eustathius contra interpretatur quasi non προΐεσθαι voluerit, sed πρᾶεστάναι eum, qui sub ariete natus sit, « Præsidalem quoque futurum et quæstuosum. » Sed προετικόν qualem appellarit indicat postea clarius, cum ait, εὐμετάδοτος γὰρ ὁ κριανός. Porro hanc genethliacorum vanitatem iisdem rationibus oppugnat S. Augustinus lib. II *De doctrina Christiana*, cap. 21, cum ait mathematicos illos, qui dum stellarum positionem, cum quisque nascitur, consectantur, et inde conantur vel actiones nostras vel octionum eventa prædicere, nimis errare, ac vendere hominibus imperitis miserabilem servitutem. « Nam quisque liber, inquit, cum ad ejusmodi mathematicum ingressus fuerit, dat pecuniam, ut servus inde exeat aut Martis aut Veneris, vel potius omnium siderum, quibus illi, qui primi erraverunt, vel bestiarum propter similitudinem, vel hominum ad ipsos homines honorandos imposuerunt vocabula. » Vide etiam Joan. Picum in *Astrolog.* lib. VI, cap. 15, et Jos. Scaligerum in *Notis ad Manilium*, qui ex Aben Ezra refert alias imagines fixisse cœlo Persas, alias Indos, alias sphæræ Barbaricæ auctores. Arabes etiam omnes Ægyptiorum Chaldæorumque imagines evertisse, omnesque asterismos commutasse tradit Alexander de Angelis, lib. IV, cap. 23, *Adversus astrologos.*

Col. 134 B 13. *Copia frugum.* Εὐθηνήσει dixit non εὐθυνεῖ, ut legisse videtur interpres scribens, « quando recte quidem facturus videtur agricola; » atque εὐθύνειν « quidem, » ut ait Sophoclis scholiastes, dicitur ἐπὶ των ὀρθουμένων λοξῶν, » cum ea quæ sunt tortuosa, recta fiunt; » at εὐθηνεῖν ἐπὶ των εὐτυχούντων, « cum prosperis successibus utimur, cum exuberant res, ut optamus, » ut homil. 4 dicitur ὀρχήστρα εὐθηνουμένη θεάμρσιν ἀκολάστοις. Eustathius, « quibus copiæ fructuum possint etiam non operantibus abundare. » Cornarius, « imo fertilitate abundabit agricola. » Porro eamdem astrologorum vanitatem inducere fati necessitatem, et a pietate ac fide homines avocare, pluribus ostendit in Commentario in Isaiæ cap. XIV : Πᾶς δὲ ὁ τᾶ τῆς γενέσεως πράγματα ἀποδεχόμενος, καὶ ἀνάγκην καὶ εἱμαρμένην, καὶ πεπρωμένην πρεσβεύων.

Col. 35 A 10. *Pro portione.* Κατὰ μέρος mavult doctiss· Montacutius verti « per partes, paulatim. » Cornarius scripsit, « particulariter. » Eustathius, « paulatim componit temperiem. » Porro quæ de asciis et amphisciis affert sub finem paginæ Basilius, ex Strabone desumpsisse videtur, cujus interpres his iisdem vocibus utitur. Plinius etiam lib. II, cap. 73, dixit : « Quibus in locis Indiæ umbræ non sint, septentrionem non conspici, et ea loca appellari Ascia, nec horas ibi dinumerari. » De Arabibus etiam amphisciis quod subjicit, germanum est illis, quæ ab astronomiæ peritis citantur ex II Lucani libro :

Ignotum vobis Arabes venistis in orbem,
Umbras mirati nemorum non ire sinistras.

« Volunt enim significare, inquit Clavius noster, Arabes citra tropicum Cancri venisse, ubi perpetuo corporum umbræ in meridie versus septentrionem, hoc est ad dextram mundi partem, nunquam versus austrum ad sinistram partem projiciuntur. »

Col. 137 B 11. *Quatuor anni.* Non, ut interpres, « exactissimum temporum concursum, » τῶν ὡρῶν συνδρομήν. Eustathius vertit ad verbum, « ut diligentius horarum possit colligi perfecta concursio. » Ita dixit Horatius in *Arte :*

Qui purgo bilem sub verni temporis horam :

et ode 12 lib. I :

Qui mare et terras, variisque mundum
Temperat horis.

Quod autem ait Hebræos quondam ita metiri solitos annum, ut luna cum sunm cursum peregisset, anni effectrix esset, indicat lunares illorum fuisse annos et menses, ac proinde cum duodecim lunationes elapsæ essent, dies tantum CCCLIV peractos; cumque solaris annus sit dierum CCCLXV cum quadrante, necesse fuisse mensem intercalerem addere, ut lunares illi anni solaribus æquarentur. Carolus Sigonius lib. III, cap. I, *De republica Hebræorum* tradit, eos interposuisse dies illos undecim cum quadrante, secundo et quarto quoque anno

post mensem duodecimum qui dicitur Adar, decimum tertium, quem vocabant Veadar, dierum viginti duorum et viginti trium, « vicibus alternatis habita ratione quadrantis. » Beda vero in lib. *De temporum ratione*, cap. 43, Hebræos ait, qui solos lunares in lege noverant et observabant menses, juxta naturalem lunæ cursum tricenis undetricenisque diebus communium annorum menses duodenos explicuisse, et tertio vel secundo, ubi decebat, anno tertium decimum in fine anni mensem triginta dierum apposuisse embolismum. Non igitur, ut vult Sigonius, secundo et quarto quoque anno mensis viginti duorum aut viginti trium dierum : sed, ut docet Beda : « Colliguntur post tres annos dies undecim, et fiunt dies triginta tres, unde tertio anno fit embolismus seu intercalatio mensis unius triginta dierum ; tres vero qui supersunt dies, adjectis trium annorum sequentium tribus diebus, fiunt triginta sex : quos sex si duobus annis adjeceris qui habent 22 dies, fient dies 28. Propterea post septimum annum non tertio, sed secundo anno fit intercalatio. » De Græcis antiquis audiendus Solinus in *Polyhist.* cap. 3 : « Græci, inquit, singulis annis undecim dies et quadrantem detrahebant, eosque octies multiplicatos in annum nonum reservabant, ut contractus nonagenarius numerus in menses tres per tricenos dies scinderetur, qui anno nono restituti efficiebant dies quadringentos XLIV, ἐμβολίμους, vel ὑπερβάλλοντας nominabant. » Macrobius etiam lib. I *Saturnal.*, cap. 13 : « Intercalares statuta ratione commenti sunt, ita ut octavo quoque anno nonaginta dies, ex quibus tres menses tricenum dierum composuerunt, intercalarent. Id Græci fecerunt, quoniam erat operosum atque difficile omnibus annis XI dies et quadrantem intercalare. Itaque maluerunt hunc numerum octies multiplicare, et nonaginta dies, qui nascuntur, si quadrans cum diebus undecim octies componatur, inserere in sex menses distribuendos. » Item Herodotus lib. II : Ἕλληνες διὰ τρίτου ἔτος ἐμβόλιμον ἐπεμβάλλουσι τῶν ὡρέων ἕνεκα· « Græci tertio quoque anno intercalarem mensem introducunt temporum gratia. » Denique secundum quosdam Græcos apud Epiphanium, hæresi LXX, licet tertio quoque anno fiat intercalatio unius mensis triginta dierum, et sexto item anno alterius mensis triginta item dierum, tamen octavo anno interjecto tertio item mense concludit : Καὶ οὕτως κατὰ περίοδον ὀκταετηρίδος ἐννενήκοντα ἡμέραι, οἵτινές εἰσι πληρέστατοι ἐμβόλιμοι μῆνες τρεῖς, οἳ νίνονται κατὰ τρία ἔτη μὴν εἷς, καὶ κατὰ δύο ὕστερα ἔτη μὴν εἷς· « Atque ita per octennii circuitum intercalantur dies nonaginta, qui sunt plenissimi menses intercalares tres, et fit in primis tribus annis mensis unus, et in duobus posterioribus annis mensis unus. » Itaque in eamdem summam redit post octo annos nonaginta dierum in tribus mensibus intercalatio. Postremo observa Basilium dixisse Græcorum antiquissimos menses habuisse lunares, et unum intercalasse : propterea quod recentiores Græci, ut Athenienses, anni formam C. Cæsaris edicto mutarunt, et Julianum amplexi sunt : habuitque initium suum non solstitiale, sed autumnale et Alexandreum, a mense Octobri, ut ex decreto illorum colligitur quod pro Hyrcano summo pontifice Judæorum ediderunt apud Josephum lib. XIV *Antiquit.*, cap. 16.

Col. 139 A 10. *Peræque contuentur.* Eustathius eodem modo vertit, « similiter intuentur. » Montacutius mavult, « æqualem contuentur, hoc est, ejusdem magnitudinis, » et ita Cornarius, « Britanni æqualem vident. « Itaque locum hic non habet illud Virgilianum I *Æneid.*, vers. 568, populariter dictum :

Nec tam aversus equos Tyria sol jungit ab urbe.

Col. 143 B. 10, *Euriporum refluxus.* Interpres ita hæc expresserat, ut Euriporum æstum cum Oceani æstu misceret, « et æstus etiam gurgitesve maris reciproci, partim in Euripis, partim in Oceano, quos ordinate consequi ; « distinxit eos Eustathius hoc pacto : « Euriporum quoque meatus refluus hoc indicat, vel etiam reciprocatio Syrtium, quæ vicinæ habentur Oceano ; » et Cornarius : « Euriporum refluxus, et maris circa Oceanum appellatum reciprocatio ; » distinxit et Strabo lib. I, pag. 38 : Περὶ μὲν οὖν τῶν πλημμυρίδων καὶ τῶν ἀμπώτεων εἰρήκασιν ἱκανῶς Ποσειδώνιός τε καὶ Ἀνθηνόδωρος· περὶ δὲ τῆς τῶν πορθμῶν παλιρροίας εἰπεῖν ἀπόχρη, ὅτι οὐδὲ εἷς τρόπος τοῦ ῥοώδεις εἶναι τοὺς πορθμούς, δ γε κατ' εἶδος· οὐ γὰρ ἂν ὁ μὲν Σικελικὸς δὶς ἑκάστης ἡμέρας μετέβαλεν, ὁ δὲ Χαλκιδικὸς ἑπτάκις· « Cæterum de maris æstuatione sufficiunt, quæ a Posidonio sunt et Athenodoro dicta. De fretorum autem fluxu ac refluxu, cum ipsi quoque magis physicam causam habeant, hoc dixisse sufficiet, non unum esse in universum modum æstus fretis omnibus : alioqui non Siculum bis quotidie mutaretur, Chalcidicum septies. » At libro IX, pag. 278 : Ἑπτάκις μεταβάλλειν φασὶ καθ' ἡμέραν ἑκάστην καὶ νύκτα· « Septies quavis die ac nocte mutari. » Pomponius Mela lib. II, cap. 7 : « Euripum vocant rapidum mare et alterno cursu septies die ac septies nocte fluctibus invicem versis. » Livius tamen lib. XXXVIII, non septies die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocare scribit, sed temere in modum venti nunc huc nunc illud verso mari. Plinius denique, lib. II *Histor. natural.*, cap. 97, ubi Euripum dixit septies die ac nocte reciprocare, addit : « Æstus idem triduo in mense consistit, septima, octava, nonaque luna. » Ita varia de æstibus maris narrantur, quorum causas diversas profert idem Plinius toto illo capite libri II.

Col. 144 D 1. Ὑμᾶς τῆς ἑαυτῶν. In Basiliensi editione scriptum fuit ἡμᾶς, at interpres ὑμᾶς legit. Rursus Basiliensis habuit λόγῳ μετρῆτε, et ἀναλογίσασθε, duo vere Regii præferunt ἡμᾶς, et μετρῆται, et ἀναλογίζεσθαι. Emendandum videtur ἡμᾶς τῆς ἑαυτῶν, et μετρῆτε, et παρ' ἑαυτοῖς ἀναλογίση-

σθε. Eustathius : « Quamobrem oportet accusare suam quemque potius imbecillitatem, ut non magnificentiam creaturarum verbis humanis metiri posse credatur. » Cornarius ad verbum extulit : « Candide igitur oportet nos nostram ipsorum imbecillitatem accusare, ut ne nostra oratione maxima opificia expendatis, sed ex paucis relatis apud vos ipsos supputetis quotnam, » etc.

Col. 147 B 10. *Ranæ, muliones.* Omiserant ἐμπίδες Argyropylus et Cornarius : Eustathius « muscæ » vertit. Glossarium ἐμπίς, « musca vinaria. » Tilmannus substituit « muliones. » Sunt quidem e culicum genere muliones apud Plinium, libro nimirum XI, c. 18 : sed quærunt viri docti quis auctor dixerit, ἐμπίδας Græcorum esse « muliones. » Scholiastes Aristophanis *in Nubes :* Ἐμπίδες, οὓς ἡμεῖς κώνωπας καλοῦμεν, οἱ δὲ εἶδος κώνωπος παραποτάμιον ζωὴν ἔχοντος· « Ἐμπίδες, quos nos culices vocamus : alii dicunt ἐμπίδας esse genus culicum, quod juxta flumina solet vivere : » et *in Lysistratam,* Ἐμπὶς κώνωψ, ἢ εἶδος ζώου παρὰ τοῖς ὕδασι γενόμενον ὅμοιον κώνωπι, μεῖζον δέ· « Genus animalis quod juxta aquas nascitur simile culici, sed grandius. » Dalecampius tamen annotat in illum Plinii locum, ἐμπίδας Aristoteli esse muliones, qui onustos in via mulos æstatis tempore divexant. Locus est lib. V *Historiæ animalium,* cap. 19 : Αἱ δ' ἐμπίδες γίνονται ἐκ τῶν ἀσκαρίδων : quem ita interpretatur doctissimus Theodorus Gaza : « Culices muliones ex ascaridis, hoc est tipulis generantur. »

Ibid. C 12. *Etsi autem.* Hæc substituta sunt in locum istorum verborum ex recognitione Tilmanni : « Et si qua aquatilium pedum fulturis nituntur et incedunt. Horum enim pleraque sunt amphibia maxime, ceu sunt phocæ, crocodili, hippopotami, ranæ, et canori. In his prærogativa nominis gaudet, quod suapte natura natatile est, ob id dictum est. » Argyropylus ediderat : « Præcipue tamen his nandi facultas accommodatur. » Hoc nimirum vult Basilius, reptilia dici quæcunque in aquis degunt, licet ex iis quædam pedes habeant, quia quæ sunt amphibia, diutius et sæpius in aquis, quam in terra versantur. Ambrosius lib. V, cap. 1 : « Quin etiam cum pleraque pedes habeant, et ambulandi usum, eo quod sint amphibia, quæ vel in aquis vel in terris vivant : tamen cum in alto aquarum sunt, non ambulant, sed natant. » Eustathius aptius mentem exprimit auctoris : « Quia licet multa de illis habeantur ambigua; tamen eis præcipuus est natatus. » Propterea inter reptilia numerantur.

Ibid. D 5. *Quibus nomenclaturis.* Recte admonet doctissimus Montacutius multo aptius vertisse Argyropylum in prioribus editionibus, quæ nobis nunc ad manum minime sunt : « Non ea quæ ova pariunt, quæ sunt omnia fere piscium genera : » nam Basilius de solis oviparis loquitur, cum ait, ἅπερ ἐστὶ πάντα σχεδόν, non autem de ζωοτόκοις, viviparis, et oviparis simul, ut videntur significare ista Tilmanni verba, « quibus nomenclaturis. » Eustathius quoque melius extulit : « Sive ovifica nominaveris, qualia sunt omnia pene genera piscium; et Cornarius : « Non ovipara, quæ ferme sunt omnia piscium genera. »

Col. 149 A 4. Ὅσα φωλιδωτά. Emendandum ex duobus Regiis φολιδωτά. Cornarius, « squamosa et corticosa, » vertit λεπιδωτά et φολιδωτά, quod Latinus sermo aliud synonymum squamosi non habeat : quod enim est in reptilibus φολὶς, id in aquatibus est λεπὶς, Latine « squama » in utrisque. Sic in Epistola S. Ignatii ad Antiochenos, p. 196, legendum, ut nuper emendavimus, τοὺς ὄφεις τοὺς συρομένους, τὰ φολιδωτὰ δρακόντια, τὰς ἀσπίδας, « serpentes super pectus repentes, dracones squamosos, aspides, non φιλόδορα, dracunculos pellium amictu gaudentes : » φωλιδωτός vero nidulator, vel qui nidum struit, aut qui latitat, παρὰ τὸ φωλεῖν, quod est in lustris latere. Corticosa dixit interpres, quoniam et Plinio, « quæ animal pariunt, pilos habent; quæ ova, pennas, aut squamas aut corticem, aut testam, aut testudines, aut cutem puram, ut serpentes. »

Col. 150 A 15. *Gregalia, solivaga.* Antea legebatur, « gregalia, solitaria, ut cete; » atqui non dixit Basilius gregalia esse solitaria, nec in exemplum solitariorum cete adduxit; imo tria hæc diversa piscium genera statuit, gregalia, dispersa, cete. Ἀγελαῖα καὶ σποραδικὰ Cicero vertit « congregata et solivaga, » *Tusculan.* V. Theodorus Gaza, « gregalia et incivilia : » nam et Aristoteles docet, I *Hist. animal.*, cap. 1, ex gregalibus quemadmodum et ex solitariis quædam esse πολιτικά, « civilia, » quædam σποραδικά. Paulo post sustulimus illud, « porro, » ante has voces, « rarum, meatibusque, » ne duæ res diversæ esse videantur, pulmo et viscus rarum. Sic Ambrosius lib. V, c. 4 : « Nobis pulmo per thoracis laxiora penetralia recipit spiritum, et cum sit ipse poris plerisque penetrabilis, interiorem calorem refrigerat. »

Ibid. C 11. *Testis conclusa.* Latine sic exprimere maluimus, quam cum interprete « ostracoderma » dicere; Cornarius « intecta testa; » ad verbum esset « ea quibus testa cutis loco est. » Plinius lib. IV *Hist. nat.*, cap. 28, « testis conclusa duris » appellat; quæ vero Basilius μαλακόστρακα, « contecta crustis tenuibus, » et lib. XI, cap. 37, « crusta fragili inclusa. » Mollia denique Græcis sunt μαλάκια. Plinio itidem « mollia, » quæ neque squamas habent neque testas, sed pellem humanæ similem, ut docet Galenus lib. III *De alimentis.*

Col. 153 A 2. Σὺ τοῦτο. Regii duo libri emendant, σὺ τοῦτον λαβών, nempe eum qui pauperem spoliaverat.

Ibid. 10. *Effugito damnatorum.* Argyropylus, « despiciendorum; Cornarius, « Fuge imitationes condemnatorum. » Scripsimus, « damnatorum hominum, » ut ad Galat. II, 11, dixit Apostolus : Ὅτι κατεγνωσμένος ἦν· *Quia reprehensibilis erat,* vertit

auctor Vulgatæ, Sic apud Ciceronem orat, *in Pisonem:* «Quis te miserior? quis te damnatior?» Eustathius denique dixit, « desine vituperatos æmulari, » Cæterum cum polipo comparat frudulentos, ejusque fraudem eleganter exprimit ex Basilio Ambrosius lib. v, cap. 8 : « Qui vadoso in littore petram nactus. affigitur ei,atque ejus nebuloso ingenio colorem subit,et simili specie terga obductus plurimos piscium sine ulla suspicione fraudis allapsos, dum notam non præcavent,et saxum opinantur,cassibus furtivæ artis includit,» Accipitur et polypus pro homime rapaci,quod soleat polypus,quidquid brachiorum flagellis nactus fuerit, arctissime retinere. Plautus *Aulularia*, act. II, scena II, 21 :

Ego istos novi polypos, qui ubi quid tetigerint, tenent.

Nonnunquam et cum homine inconstanti confertur, ut apud Nazianzenum orat.27,pag.470:"Αλλοτε ἄλλος γινόμενος καὶ πολλὰς μεταλαμβάνων χρόας ὥσπερ τὰ τῶν πετρῶν οἱ πολύποδες, αἷς ἂν ὁμιλήσωσιν. « Alias alios mores induens,ac novos subinde colores assumens,non secus ac polypi petrarum ad quas accesserint, colores referunt.» Aristoteles lib. IX *Histor. animalium*, cap. 37, in timorem confert causam non solum mutati coloris,sed etiam effusi atramenti,

Col. 155 B 6. *Terminos æternos.* Locus est Proverb. XXII, 28 : Μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου· *Ne transfer terminos æternos quos posuerunt patres tui.* Propterea immutavimus verba interpretis,« terminos quos posueruni patres nostri eosque continenter servandos transferimus. » Non utitur Scripturæ locutione,ut neque Eustathius hoc eodem loco : « Nam, et majorum nostrorum fines audacter excedimus, et saltus trangredimur vitiorum. » Aliud est excedere, vel transire fines, aliud terminos et limites agro positos transferre, et ulterius collocare. Sic Deuteron. XIX, 14 : Οὐ μετακινήσεις ὅρια τῶν πλησίον σου, ἃ ἔστησαν οἱ πατέρες σου. *Non commovebis terminos*, Vulgata, *Non transferes*, Quod vero sequitur, παρατεμνόμεθα γῆν vitiose legebatur in editione Basiliensi posteriori παραπείνομεν, quod emendans Cornarius, et restituendum putans παρατείνομεν, vertit, « empliamus terram ; » at in priori Basiliensi scriptum reperit Volaterranus, παρατεμνόμεθα γῆν, quod ita expressit, « terram secamus,» nõn ut apud Argyropylum post Tilmanni recognitionem erat,« terram limitari sectione diducimus. » Ambrosius a nobis stat, lib.v, cap.10 : « Rursus pro singulorum libidine incidit terra : » denique eamdem lectionem duo Regii mss. confirmant.

Ibid. C 10. *Nam cum destinatus* Apud Argyropylum scriptum fuit,« ab natura articulus accesserit κινήσεως, alii ab aliis, » etc., quam ob causam substitueram in ultima editione Latina Parisiensi ex Jano Cornario : « Cum enim destinatum tempus motus institerit ; » quam lectionem suadere videtur ut admittamus, quod sequitur, τίς ὁ κινῶν ; « quis est, qui movet ? » Postquam autem in utroque Regio ms. et in Anglicis offendimus κυήσεως, et apud Eustathium, « Nam cum fetandi cœperit tempus vigere, alii ex alio sinu ; « plane retinendam censuimus hanc lectionem,cui suffragantur et illa Ambrosii cap. 10 : « Sunt tamen aliqua genera piscium,qui non ingenii facilitate loca mutent, sed fovendi partus necessitate,quæ opportuno atque legitimo procurantes tempore. » Suffragatur et Oppianus lib. I Ἁλιευτ., vers. 598 :

Πολλοὶ δ' ἀγρόμενοι ξυνὴν ὁδὸν ὁρμαίνονται,
Εὔξεινον μετὰ Πόντον, ἵν' αὐτόθι τέκνα τέκοιεν·
Multi vero congregati communem viam meditantur,
Euxinum ad Pontum, ut ibi liberos pariant.

Et Aristoteles lib, VIII *Hist. animal.*, cap. 13 : Διὰ δὲ τὴν τροφὴν εἰσπλέουσιν εἰς Πόντον, καὶ διὰ τὸν τόκον. Τόποι γάρ εἰσιν ἐπιτήδειοι εἰς τὸ τίκτειν, καὶ τὸ πότιμον καὶ τὸ γλυκότερον ὕδωρ ἐκτρέφει τὰ κυήματα· « Tum itaque victus, tum etiam partus gratia Pontum subeunt. Sunt enim ibi loca ad partionem aptiora, et aqua dulciur ac potulentior fetum melius educat. »

Ibid.D 1.*Uti torrentem.*Hoc maluimus,quam quod interpres « uti flumen et per Propontidem et Euxinum Pontum. » Significat ῥεῦμα undas cum impetu fluentes : quam ob causam Ambrosius vocem Græcam retinuit : « Dicas,si ascendere videas, rheuma quoddam esse, ita proruunt,fluctusque intersecant per Propontidem in Euxinum Pontum violento impetu profluentes. » Idcirco etiam correximus « per Propontidem in Euxinum Pontum,» quem paulo post absolute Pontum appellat, et Aquilonium mare, βόρειον πέλαγος, quia Propontidi est ad Aquilonem, seu mare boreale. Oppianus lib. I Ἁλιευτ, vers. 626 :

Ὡς τότε μυριόφυλοι ἁλὸς τέμνουσι κέλευθα
Εὔξεινον μετὰ κῦμα, περιπλήθει δὲ θάλασσα.
Ita tum infiniti maris secant vias
Euxinum ad fluctum, plenum est autem mare.

Addit doctissimus Montacutius emendationem Isaaci Casauboni, quam tuentur duo Regii codices pag. 67, cap. 4, ἀλλὰ καὶ ψυχρὰ χειμῶνος ὥρᾳ, non ψυχρᾷ, ut voiuit etiam correctum interpres, « hiemis tempore pergelidum est : » et Eustathius,«sed et frigidum nimis est hiemali tempore. »

Col. 158 D 7. *Quid ipse dices.* Hæc ab interprete male accepta erant, qui perperam interpungendo a præcedentibus ea sejungebat,et cum subsequentibus conjungebat ; hoc modo : « Aliud consequatur.Quid ipse dixeris, quæso, qui vitam in otio degis, quod quidem maleficii principium esse nemo qui ignorantiam prætexere possit ? » Similis sententia est Ecclesiastici XXXIII, 29 : Πολλὴν γὰρ κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία· *Multam enim malitiam docuit otiositas.* Immutavimus et illud,quod sequebatur : « Haud exiguum subit sub ipso tanquam anchora seipsum stabiliene.»Eustathius : « Quo velut anchoræ dente subnixus, quassationem tempestatis evitet. »

Col. 159 B 14. *Quid sibi vult hic.* Argyropylus, « Quid hæc mea ratio vult ? quid portendit ? » Melius Eustathius,« Quid igitur iste sermo desiderat?»

Optime Ambrosius lib. v, cap. 7, quem secuti sumus: « Quid sibi vult sermo hujusmodi nisi ferendos esse mores conjugum? » Cæterum quod hoc loco de viperæ cum muræna coitu profert auctor, confirmatur variorum scriptorum testimonio, ut Licinii Macri apud Plinium lib. xxxii, cap. 2, qui murænas tradit feminini tantum sexus esse, atque ex serpentibus concipere; Oppiani, qui lib. i *De piscatione* hæc de serpente:

Στὰς δ' ἄρ ἐπὶ ῥηγμῖνος ἐὸν νόμον ἐρρο(ζησε,
Κικλήσκων φιλότητα· θοῶς δ' ἐσάκουσε κελαινὴ
Ἰυγὴν μύραινα, καὶ ἔσσυτο θᾶσσον ὀϊστοῦ.

Littore consistens horrendum sibilat ore,
Concubitusque petit, subito muræna profundo
Excita voce furens, ruit ocior illa sagitta.

Ælianus lib. i, cap. 50, *De animalibus*, et lib. ix, cap. 66: Μέλλων ὁ ἔχις ὁμιλεῖν μυραίνῃ, ἵνα δόξῃ πρᾶος καὶ πρέπων νυμφίῳ, τὸν ἰὸν ἀπεμεῖ, καὶ ἐκβάλλει, καὶ οὕτως ὑποσυρίσας τὴν νύμφην παρακαλεῖ· οἱονεὶ προγάμιόν τινα ὑμεναῖον ἀναμέλψας· « Cum proximum est, ut vipera complexu venereo cum muræna jungatur, venenum vomitione ejicit atque expellit ut blandus decorusque sponsus videatur. Postea edito sibilo, tanquam hymenæo quodam ante nuptias misso, sponsam appellat, » Hippolytus tamen Salvianus, *Aquatilium animalium historiam*, opinionem auctorum istorum non probat, primum quod neque omnino vera credatur a Nicandro in *Theriacis*, vers 826:

Εἰ δ' ἔτυμον κείνην γε σὺν ἰοβόλοις ἐχίεσσι
Θόρνυσθαι προλιποῦσαν ἀλὸς νόμον ἠπειροι-
[σιν;

Fama est, si modo vera, muræ̃nam, maris pascuo derelicto, in continenti cum venenum jaculantibus viperis coire; secundo quod hæc opinio vulgaris censeatur a Plinio dicente lib. ix, cap. 23: « In sicca littora lapsa vulgus coitu serpentem impleri putat; » tertia quod ea opinio falsa videatur Andreæ cuidam apud Athenæum lib. vii, pag. 312: Ἐν τῷ περὶ τῶν ψευδῶς πεπιστευμένων ψεῦδός φησιν εἶναι τὸ μύραιναν ἔχει μίγνυσθαι προερχομένην ἐπὶ τὸ τεναγῶδες· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τενάγους ἔχεις νέμεσθαι, φιληδοῦντας λιμώδεσιν ἐρημίαις· « In libro de iis quæ falso creduntur eos mentiri scribit, qui aiunt murænam in lutulentam maris oram progredientem cum vipera misceri: quæ in cœnosis locis non degit, sed loca sola amat, ubi nihil eorum inveniatur, quibus fames sedatur; » quarto demum, quod cum in quamplurimis maris littoribus frequentissimæ degant murænæ nec piscatorum, nec eorum, qui circa littora versantur aliquem invenerit Salvianus ipse, qui semel eas cum viperis viderit concumbentes.

Col. 162 A 11. *Lanam auream.* Ita maluimus ad verbum cum Jano Cornario, quam cum Argyropylo, « vellus aureum, » ne quis ad Colchidum illud spolium alludi putaret, licet Ambrosius quoque sic extulerit, lib. v, cap. 11: « Aureum etiam vellus aqua nutrit, et lanam in memorati speciem metalli gignunt littora. » Aristoteles lib. v, cap. 15, *Histor. animal.*: Αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τοῦ βύσσου ἐν τοῖς ἀμμώδεσι καὶ βορβορώδεσι· « Pinnæ erectæ locis arenosis cœnosisque ex hysso, id est villo sive lana illa pinnali, proveniunt. » Ipse Basilius noster homilia *In divites avaros* de hac pinnarum lana locutus est, tametsi locus non satis fideliter ab interprete expressus videtur: Τὰ δὲ ἐκ θαλάττης ἄνθη ἡ κόχλος, ἡ πίννα, ὑπὲρ τὸ ἐκ τῶν προβάτων ἔριον· « Flores vero ex mari, conchylium, pinna lanam ex ovibus excædunt. » Hoc est, tanta copia pretiosorum istorum colorum exquiritur, ut communium ex ovibus lanarum multitudinem superet. Quam Basilius lanam auream Aristoteles, ratione flavi coloris, byssum appellat, ut notat vir doctus in Athenæi librum v.

Ibid. C 2. *Ut.... immobilem.* Cum a nobis correctus sit textus Græcus, interpretis quoque verba necesse fuit immutari. Sic igitur habuit posterior editio Basiliensis: Φυλάσσειν ὥσπερ καταῤῥιζωθὲν ἐν αὐτῷ τῷ πελάγει. Henricianus Regius liber: Φυλάσσειν τὴν ναῦν, ὥσπερ καταῤῥιζωθέν, quasi ad τὸ ἰχθύδιον referatur; at Medicæus καταῤῥιζωθεῖσαν habuit, quem secuti sumus, unaque Eustathium veterem interpretem, « naves ingentes ita retardat, ac retinet, ut diutius efficiantur immobiles, velut quibusdam fundatæ radicibus in profundo; » item Ambrosius, lib. v, cap. 10: « Sicut brevis piscis ulus echeneis tanta facilitate memoratur navem ingentem statuere, ut quasi radicatam mari hærere videas, nec moveri. » Oppianus lib. i *De piscatione* vers. 225:

...Κατὰ δ' ἔμπεδον ἐστήρικται,
Ἠύτ' ἐν ἀκλύστοισιν ἐργομένη λιμένεσσι.

Firmiterque defixa est navis, tanquam in tranquillis inclusa portubus. In quem locum scribens scholiastes ex Rondeletio tradit triremem, in qua cardinalis Turnonius vehebatur nostra ætate Romam, in medio cursu omnibus admirantibus fuisse inhibitam, ut minus miremur, quod est apud Plinium lib. xxxii, cap. 1: « Ruant venti licet, et sæviant procellæ, imperat furori, et cogit stare navigia. Fertur Actiaco Marte tenuisse navim Antonii: tenuit et Caii principis navim, et quadragentorum remigum obsequio intercessit, qui quinqueremem trahebant, cum gubernaculo adhæreret. » Idem Plutarchus, lib. ii *Symposiac.*, quæst. 7, de Chæremoniano, cum in Siculo mari navigaret, καὶ θαυμάσαι τὴν δύναμιν, οὐκ ὀλίγην βραδύτητα καὶ διατριβὴν παρὰ τὸν πλοῦν ἀπεργασαμένης τῆς ἐχενηΐδος, « admiratum ejus fuisse vim, cum navigationi haud exiguam tarditatem moramque injecisset, »

Col. 163 C 9. *Deinde ratio.* Argyropylum vertisse admonet Montacutius, « Deinde ratio Manichæorum in contrarium evertetur. » Aptius Cornarius: « Deinde Manichæorum sermo in contrarium ipsis convertetur; » et Eustathius: « Deinde in contrarium Manichæis sermo vertendus est. » Hoc est, ipsorum doctrina de anima, quæ jam terræ inesset, ipsorum dogmatibus adversabitur.

Col. 164 C 13. Οὔτε γάρ. Ita Medicæus codex, at Regius alter, οὔτε γὰρ ὅτε ἤκουσε, βλαστησάτω ἡ γῆ βότανην.

Col. 171 C 12. *Nec facile.* Non hoc vult Basilius, gallinas domo non excedere, sed et ipsas ut columbas esse lascivas. Unde Eustathius, « libidinosa columba, domesticaque gallina. » Cornarii potius usurpanda est interpretatio, « Lascivæ sunt columbæ et domesticæ gallinæ, omni tempore coitus consuetudinem habentes. » Quod sequitur de perdice, obscurius expressit interpres, dicens eum malitiose in præda agere; Eustathius potius audiendus : « Dolosus et zelotypus perdix, interdumque venantibus hominibus ad aliorum captum malitiose consentiens. » Cornarius item ; « Dolosus et zelotypus est perdix, nequiter adjuvans venatores ad prædam. » Meminit et Aristoteles perdicum quorumdam, quos θηρευτάς, *venatores* appellat lib. IX *Histor.*, *animal.*, cap. 8 : Ἐπὶ δὲ τὸν θηρευτὴν πέρδικα ὠθεῖται τῶν ἀγρίων ὁ ἡγεμὼν ἀντιάσας ὡς μαχούμενος· τούτου δ' ἀλόντος ἐν ταῖς πηκταῖς, πάλιν προσέρχεται ἄλλος ἀντιάσας τὸν αὐτὸν τρόπον. « Perdicem venatorem dux silvestrium primus invadit, pugnamque obviam conserit : quo capto compede, alter occurrit, tum alius, atque ita singulis dimicatur. » Plinius lib. X, cap. 33, dum Aristotelis interpretem agit, θηρευτήν appellat *indicem* vel ut corrigit Turnebus, *illicem* : « Capiuntur quoque pugnacitate ejusdem libidinis contra aucupis illicem exeunte in prælium duce totius gregis. Capto eo procedit alter, ac subinde singuli. » Ælianus lib. IV, c. 16, quibus dolis feros illiciat perdices venator exponit : Προσάγεται δὲ ἄρα ὁ πέρδιξ καὶ σειρῆνας εἰς τὸ ἐφολκόν· ἔστηκεν ᾄδων ὁ πρῶτος τὸ μέλος προκλητικὸν εἰς μάχην ὑποθῆγον τὸν ἄγριον· « Utitur perdix venator illecebris quibusdam ad illiciendos feros : ante retia enim positus cantum edit eos lacessentem ad pugnam. »

Col. 174 B. *Nunquam utitur illo.* Hoc quidem nonnulli de apum rege scripserunt, sed id non dicit Basilius, verum aculeo eo non uti ad ultionem. Itaque amplectenda potius videtur Cornarii versio, quæ sic habet : « Et est quidem aculeus regi, sed non utitur eo ad ultionem. » Eustathius : « Et habet spicula quædam, sed his ad læsionem non utitur cæterorum. » Ælianus lib. I, cap. 60 : Λέγει μέν τις λόγος ἀκέντρους εἶναι τοὺς τούτων βασιλέας, λέγει δὲ καὶ ἕτερος καὶ πάνυ ἐῤῥωμένα τὰ κέντρα συμπεφυκέναι αὐτοῖς, καὶ τεθηγμένα ἀνδρειότατα· οὔτε δὲ ἐπ' ἀνδρί ποτε χρῆσθαι αὐτοῖς, οὔτε ἐπὶ ταῖς μελίτταις· « Opinio una est apum reges aculeatos non esse : est rursus altera, eos robore aculeorum peracutorum armatos esse : nunquam tamen eo neque contra hominem, neque contra apes uti. » Plinius lib. XI, cap. 17 : « Non constat inter auctores, rex nullumne solus habeat aculeum, majestate tantum armatus : an dederit eum quidem natura, sed usum ejus illi tantum negaverit. Illud constat, imperatorem aculeo non uti.

Ibid. C. *Pulchra decoraque.* Locus est Proverbior. VI apud LXX, ubi post versum 6, *Vade ad formicam, o piger*, additur in Græco textu, ἢ πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστὶ, τήν τε ἐργασίαν ὡς σεμνὴν ποιεῖται, ἧς τοὺς πόνους βασιλεῖς τε καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγίειαν προσφέρονται. Quæ S. Ambrosius lib. V, cap. 21, *in Hexaemer.*, Basilii locum Latino exprimens eloquio, sic vertit, *Vade ad apem, et vide quomodo operaria est· operationem quoque quam venerabilem operatur, cujus laborem reges et mediocres ad salutem sumunt.* S. Hieronymus in cap. III Ezechielis : « Et in Proverbiis de ape dicitur, quanquam hoc Hebræa non habeant exemplaria : *Vade ad apem, et disce, quomodo operatrix sit.* » Hæc absunt a textu Græco Bibliorum Plantinianorum, ut et alia fere omnia, quæ in Hebræo textu non habentur.

Ibid. C 12. *Deinde aliæ super.* Ὄροφος quidem cameram, vel tectum, at ὀροφή contignationem sive tabulatum sonat : quam ob causam has apum cellulas describens ait ex interpretatione Cornarii Basilius : « Deinde fistulæ hæ bis ac ter concameratæ, atque instar contignationum ædium inter se superædificatæ sunt; et Eustathius : « Subtilissima forulorum interseptione discluditur, qui binis aut ternis super se sunt ordinati tegminibus. »

Col. 178 C 12. *Quin hunc quoque.* Perperam hoc expressit interpres, quasi nimirum velit auctor aquilam alterum pullum, quem sibi proprium ascivit, tandem ob nutricationis difficultatem abjicere, quod de primo tantum intelligendum est, et cum Jano Cornario vertendum, « familiarem sibi facit, propter alimenti difficultatem abdicans, quem generavit. » Eustathius pariter : « Ita propter victus inopiam cogitur negare, quem genuit. » Ambrosius tamen Basilio non assentitur neque auctoribus, quos ille secutus est. Ait enim : « Aquila quoque plurimo sermone usurpatur, quod suos abdicet fetus, sed non utrumque, verum unum ex duobus : quod aliqui fieri putaverunt geminandorum alimentorum fastidio : sed id non arbitror facile credendum, cum Moyses tantum testimonium pietatis in pullos suos huic dederit avi, ut diceret : *Sicut aquila protegit nidum suum, et super pullos suos concupivit* (*Deut.* XXXII, 11). » Tum addit existimandum esse idcirco nonnunquam rejici pullum, quod radiis solis objectus intrepidam oculorum aciem non servet, ac proinde quasi degenerem abjici. Tuetur tamen Basilium fides et auctoritas Aristotelis, ex quo ista decerpsisse videtur, lib. VI *Histor.*, *animalium*, cap. 6, qui veteris poetæ Musæi versum citat de aquila :

Ὃς τρία μεν τίκτει, δύο δ' ἐκλέπει, ἓν δ' ἀλεγίζει.
Ὡς μὲν οὖν τὰ πολλὰ οὕτω συμβαίνει, ἤδη δὲ καὶ τρεῖς νεοττοὶ ὠμμένοι εἰσίν. Ἐκβάλλει δ' αὐξανομένων τὸν ἕτερον τῶν νεοττῶν ἀχθόμενος τῇ ἐδωδῇ. Τὸν δὲ ἐκβληθέντα δέχεται καὶ ἐκτρέφει ἡ φήνη.

Excludit binos, edit terna, educat unum.

« Sed quamvis magna ex parte sic fiat, tamen et tres

visi aliquando sunt pulli. Alterum in educando expellit tædio nutriendi. Sed pullum ejectum ossifraga excipit atque educat. » Observandum est autem apud eumdem Aristotelem plura aquilarum efferri genera, lib. IX *De historia animalium*, cap. 32, ac de tertio earum genere colore nigricante illum subjicere, ἐκτρέφει δὲ μόνος οὗτος τὰ τέκνα, καὶ ἐξάγει, « una hæc fetus suos alit, atque educit:» tum expositis variis aquilarum generibus in commune de illis prædicat, τρέφουσι δὲ νεοττοὺς, ἕως ἂν δυνατοὶ γένωνται πέτεσθαι· τότε δὲ ἐκ νεοττίας αὐτοὺς ἐκβάλλουσιν. « Alunt suos pullos, donec potestas volandi fiat : tum nido eos expellunt. » Utrumque locum expressit Plinius lib. X, c. 3. Sic enim de aquila quam melænaeton Græci dicunt : « Minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans ; sola aquilarum fetus suos alit ; cæteræ, ut dicemus, fugant. » Tum de aquilis cæteris in commune addit : « Pariunt ova terna ; excludunt pullos binos ; visi sunt et tres aliquando : alterum expellunt tædio nutriendi. » Quod igitur de aquilis in Deuteronomio scriptum est pullos nutrientibus ac foventibus, ad malænaeton referendum est, præsertim cum scribat Ælianus lib. II, cap. 40 : Ζηλοτυπώτατον εἶναι ζῶον ἀετὸν περὶ τὰ νεόττια· ἐὰν γοῦν θεάσηταί τινα προσιόντα, ἐπελθεῖν ἀτιμώρητον οὐκ ἐπιτρέπει· « Ex omnibus animalibus maximo studio in fetus suos exsistere aquilam : quare acriter eum persequitur quem in nidum invasisse conspexerit. » Quæ vero de sævitia quarumdam aquilarum in pullos suos alii narrant, in aliud aquilarum genus competunt.

Col. 180 C. Οὐρανοῦ, *cœli*. Desunt hic quædam apud Argyropylum, neque enim exprimunt illa, τοῦ ἀέρος προσειρημένου. Recte Cornarius, « cœlo hic urano Græcis ipso aere appellato. » Hic ergo scribendum : « Juxta firmamentum autem cœlum appellatur, hoc est οὐρανός, a verbo ὁρᾶσθαι, quod est *videri*. » Nec ipse Eustathius mentem auctoris expressit : « Cœlum autem hic intelligere debemus a cernendo dictum : Græce enim οὐρανός vocatur ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι. » Ambrosius, lib. V, cap. 22 : « Οὐρανός autem ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι, id est a videndo : ideo quod aer perspicuus sit, et ad videndum purior, in aere volitantia genera dixit animantium. » Ab Hippocrate quoque more vulgi dicitur aer, qui supra nos est, usque ad nubium regionem, ut annotat Gorræus ex Galeno. Alii derivant ab ὅρος. Aristoteles *De mundo*, cap. 6 : Οὐρανὸν ἐτύμως καλοῦμεν ἀπὸ τοῦ ὅρον εἶναι τῶν ἄνω· « Uranon ab origine vocis dicimus, quasi terminum extimum supremorum corporum. » Philo Judæus libro *De plantatione Noe* : Τὸν δὲ αἰθέριον ἐν κύκλῳ τόπον ὠχυροῦτο, τῶν ἐντὸς ὅρον τε καὶ φυλακτήριον αὐτὸν τιθείς· « Hæc autem circumquaque munivit aere, extimum hunc terminum pro munimento custodiaque statuens, unde cœlum Græcis nominatum videtur. »

Col. 182 C 6. *Per occultos*. Eustathius. « per occultos aditus latenter ingredi molientes. » Nam Livius quidem, lib. V, cap. 47, scribit Gallos animadverso ad Carmentis saxum ascensu æquo, sublevantes invicem, in summum evasisse, et Plutarchus in *Camillo*, περὶ μέσας νύκτας ἐπιβάντες ἅμα πολλοὶ τῆς πέτρας ἐχώρουν ἄνω μετὰ σιωπῆς· « Noctis conticinio multi simul cœperunt silenti agmine petram scandere. » Diodorus Siculus lib. XIV : Τῶν δὲ Κελτῶν τινες κατὰ τῆς πέτρας ἔδησαν· « Quidam autem ex Gallis in summum rupis evasere. » Attamen Servius quorumdam meminit, qui Basilio suffragantur, et per occultos cuniculos ascendisse Gallos volunt, scribens in VIII *Æneid.* et in illud,

Galli per dumos aderant, arcemque tenebant :

« Gallos alii per dumeta, et saxa aspera, alii per cuniculos dicunt conatos esse ascendere. »

Col. 182 D 4. Ἀνθρώπων κατασκ. Duo Regii mss. παρασκευάσαντος.

Ibid. D 5. *Ut seleucis avis*. Hæc aliter interpungenda sunt, atque ab interprete digesta occurrunt; iteratur enim interrogatio in textu Græco hac ratione : « Atque mandatum? quonam pacto seleucis avis eam insequitur, remedium cladis, insatiabilem a creatore naturam sortita, quo tanta divino benef. pernic. e med. tolli possit? » Illustrat hunc locum interpretatione sua et exemplo Ambrosius, lib. V, c. 23 : « Locusta, sicut in Exodo legimus, cœlestis ultionem offensionis exsequitur, piæ ministra vindictæ : hanc quoque avis devorat seleucis, sic enim Græco avis hæc nuncupatur nomine, data ad remedium malorum, quæ locusta consuevit inferre. » Eustathius Latina dictione utitur : « Quomodo etiam mergus insatiabilem vescendi patitur orexim, per quam vulneribus suis ventris remedia sanitatis acquirit? » Galenus, lib. VI *De locis affectis*, cap. 3 : Ὡς τοῖς ὀρνιφύοις, ἃ καλοῦσιν ἐν Ἀσίᾳ παρ' ἡμῖν σελευκίδας· ἀτρεκέως γὰρ ταῦτα δι' ὅλης ἡμέρας ἀπλήστως ἐσθίοντα διαταχέως αὐτοὺς ἐκκρίνει· « Ut aviculæ, quas nostrates in Asia seleucidas vocant, jugiter enim ac toto die locustas edunt, at celeriter eas excernunt. » Gesnerus, lib. III *De avibus*, addit ex Ant. Galat. De Japygiæ situ : « De harum avium genere videri avem marinam, quæ in Apulia gaina dicitur, quæ bruchos iis locis nimium abundantes devorat, et ovis eorum fetibusque vescitur : » quod annotare operæ pretium censui, quoniam Ulysses Aldrovandus lib. X, cap. 5 *Ornithologiæ*, meras esse fabulas putat, quæ de seleucide veteres prodiderunt. Zosimus Comes seleuciades appellat aves istas lib. I *Histor.*, pag. 659 edit. Wechel. : Ἅπασι τοῖς ὑπὸ λύμης ἀκρίδων ἐνοχλουμένοις σελευκιάδας παραδιδοὺς, αἳ δὴ ταῖς ἀκρίσι συμπεριιπτάμεναι, καὶ τοῖς στόμασι ταύτας δεχόμεναι, παραχρῆμα πλῆθος ἄπειρον διέφθειρον· « Quod omnibus a locustarum lue vexatis seleucides dare solitus fuerit, quæ circum locustas volantes, et rostris eas capientes, infinitam earum multitudinem statim absumebant. » Meminit earum et

Plinius lib. x, cap. 27, et ipse Basilius hom. 7 *in ditescentes*.

Col. 183 D 8. ***Mulieres, sedetis.*** Interpres ediderat, « O mulieres, repetitis vicibus ordimini, et retorquetis vestram operationem sedentariam, fila nimirum, » etc. Eustathius, « Itaque, vos matronæ, quando sedetis eorum revolventes opera, id est stamina, quæ Seres huc dirigunt. » Cornarii verba usurpavimus, neque obsecuti sumus doctissimi viri conjecturæ, qui hic legendum censuit, ἐνατενιζόμεναι, « intuentes, » pro ἀναπηνιζόμεναι, quippe quod et duo Regii vulgatam lectionem tueantur, et Aristoteles de bombycibus agens hoc eodem verbo utatur, lib v, c. 19, *Histor. animal.* : Ἐκ δὲ τούτου ζώου καὶ τὰ βομβύκια ἀναλύουσι τῶν γυναικῶν τινες ἀναπηνιζόμεναι, κἄπειτα ὑφαίνουσιν· « Ex hoc animalis genere bombycia illa mulieres nonnullæ retorquendo in filum deducunt, deinde texunt. » Plinius quoque lib. xi, cap. 23, lanificia bombycum scribit humore lentescere, mox in fila tenuari junceo fuso. Suidas, ἀναπηνίζω, ἀναλέγομαι, ἑκλύω, ἀνακυλίω, « hoc est, fuso circumacto recolligo, ac revolvo. » S. Ambrosius, lib. v, cap. 23 : « Ex hujus filis mollia illa Seres depectunt vellera, quæ ad usus sibi proprios divites vindicarunt. » Alludit nimirum ad illud Virgilii II *Georgic.* :

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.

Sed observandum est quosdam ex veteribus ita lanificii hujus ortum narrare, ut velint Seres Indiæ populos ex foliis et ramis arborum fila depectere hæc serica. Ita Plinius, lib. vi, cap. 17 : « Seres lanificio silvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem : unde geminus feminis nostris labor, redordiendi fila, rursumque texendi. » Amm. Marcellinus, lib. xxiii : « Apud Seras sublucidæ silvæ, in quibus arborum fetus aquarum asperginibus crebris velut quædam vellera mollientes, ex lanugine et liquore mistam subtilitatem tenerrimam pectunt. » At Basilius et Ambrosius ab his populis Indiæ mitti sericum ex bombycum lanificio desumptum volunt; quo pacto etiam Servius, in illum Virgilii locum scribens, vermes illos bombyces in arboribus collocatos fuisse putat, neque lanam arboream admittit, licet alii multi dissentiant historici.

Col. 185 B 7. Ἐπιθυμητικᾶ. Duo Regii melius ἐπιθυμητά, ut et psalm. xviii, 11.

Col. 187 A 11. ***Matutina.*** Non ut interpres scripserat, « quam aurora exoriente primum apparavi. » Ad verbum, « mensa sermonum. » Eustathio, « sermocinationis matutina mensa : » ne quis forte putaret summo mane concionari solitum Basilium. Porro factum Elisei narratur IV Reg. iii, 39 : sed illud, παρῃτοῦντο, non satis expresserat Argyropylus, « in præbendis epulis vilis habebatur. » Eustathius dixit : « Neque enim Eliseum ut improbum pastorem refutabant illius temporis convivæ. » Insistit vestigiis beati Ambrosii, lib. vi. c. 2 : « Neque enim Eliseum amici, quasi malum convivam agrestia apponentem olera, refutarunt. »

Ibid. C 14. *An speciem habeat vanni.* Græcam vocem retinuerat Argyropylus, « an lienoeides, et in medio concava. » Cornarius dixit, « vanno ac ventilabro similis. » Eustathius penitus omisit. Sic apud Aristotelem, lib. ii *De cœlo*, cap. 13, eadem terra dicitur : Πλατεῖα καὶ τὸ σχῆμα τυμπανοειδές, « plana et figura tympano similis, » quod unum fuisse ex placitis Leucippi philosophi refert Plutarchus lib. iii, c. 10, *De placitis philosoph.* Democritus vero, δισκοειδῆ μὲν τῷ πλάτει, κοίλην δὲ τὸ μέσον, « formam disci habere terram in superficie, in medio cavam esse dicebat. »

Col. 194 B. 3. *Ut figuratus.* Argyrop. : « Uti forma te natura insignivit, et tuam vitam disponere velis. In republica cœlesti versare. » Eustathius dixit, « quomodo natus es, ita propriam disponas vitam : » sed Cornarius multo fidelius vertit : « velut figuratus es, ita etiam dispone tuam ipsius vitam. » Hoc nimirum vult quod iisdem pene ac plane germanis horum verbis Gregorius Nyssenus ejus frater, orat, 2 in illud, *Faciamus hominem*, Ἄνθρωπος οὐκέτι εἰς γαστέρα βλέπει, ἀλλ' εἰς τὰ ἄνω. Κεφαλὴ αὐτῷ ὑψηλή, ἵνα τὴν ἄνω βλέπῃ συγγένειαν. Ὀφθαλμοὶ οὐκ εἰς τὴν γῆν νεύοντες. Μὴ τοίνυν ποίει σεαυτὸν παρὰ φύσιν, μὴ τὰ γήινα περισκόπει. « Homo non ventrem despicit, sed superiora contuetur. Caput illi sublime est, ut genus cœleste suspiciat. Oculi non tendunt in terram. Quocirca ne vim inferas naturæ tuæ, terram ne spectes. » Cicero, II *De natura deor.* : « Primum homines humo excitatos celsos et erectos constituit, ut deorum cognitionem cœlum intuentes capere possint. » Ovid., I *Metamor.* :

Os homini sublime dedit, cœlumque tueri
Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.

Illud porro, πολίτευμα ἔχε ἐν οὐρανοῖς, « in republica cœlesti versare, » interpretatus est Argyropylus, non animadvertens fortasse uti Basilium verbis Apostoli, Philippens. iii, 20 : Ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει· quod Vulgatæ Latinæ auctor interpretatur, « Nostra autem conversatio in cœlis est, » non, ut inepte Beza : « Nostra vero civitas in cœlis est : » melius Tertullianus, *De corona militis*, cap. 3 : « Municipatus noster in cœlis est; » et *contra Marcionem*, lib. iii, cap. 24 : « Utique cœlesti civitati eum deputat, et municipatum nostrum in cœlis esse pronuntians. » Passim tamen apud Patres Græcos pro moribus cujusque privatorum sumitur πολιτεία, vel pro Ecclesiæ disciplina, quamobrem illud Chrysostomi, homil. 75 *in Matthæum*, recte immutatum est nuper sub finem homiliæ : Ἀλλ' οὐδὲν ὄφελος ἐντεῦθεν εἰς ἀπολογίαν αὐτοῖς, ὥσπερ οὖν οὐδὲ τοῖς πολιτείας ἕνεκεν μετανοοῦσι τότε· « Sed nihil utilitatis inde accipient, quemadmodum neque illi qui eversa civitate resipiscunt. » Imo, « quemadmodum nec illi, quos tum vitæ anteactæ pœnitebit.

Col. 192 C 7. Διὰ τὴν ἐκ φύσεως. Omisit hoc interpres, at non Eustathius, qui vertit eleganter, « vitio superbiæ naturalis elatus refugit aliorum consociationem. » Cornarius, « propter naturæ superbiam. » Ad verbum, « propter insitam a natura superbiam. » Immutavimus etiam illud paulo ante εὐχάριστον ὁ κύων, « gratiosus canis, » nam εὐχάριστος est « memor beneficii, » non, « qui gratia valet. » Eustathius, « gratificus canis. » Simile illud infra, τὸ δὲ μνημόσυνον τῆς χάριτος τοῦ ζώου τίνα τῶν ἀχαρίστων πρὸς εὐεργ. οὐ καταισχ.

Col. 194 B 8. *E stabulis ad ex.* Argyropylus, « lætis aspectibus e stabulis suis egrediuntur, et recta ad viarum exitus spectant. » At non dicit auctor, boves egredi e stabulis hiemis tempore, sed ex iis prospectare, atque egrediendi cupiditatem præ se ferre : quod quomodo fiat, fusius exponit S. Ambrosius, lib. VI, cap. 4 : « Iidem ubi naturali sensu mutationem cœli collegerint, foras spectant, et ultra præsepia cervices extendunt suas, una omnes specie, ut prodire se velle testentur. » Eustathius denique sic vertit : « De stabulo foris simul omnes aspiciunt mutantes vultum. »

Col. 198 C 7. *Ex his liquet.* Sic interpretati sumus loco illorum, quæ Argyropylus ediderat : « Hæc indicant animantes cunctas istiusmodi natura indociles esse ac doctrinæ rudes. » At enim hic ἀδιδάκτους cum dicit εἶναι τὰς φύσεις, idem significat, ac si αὐτοδιδάκτους appellaret, hoc est, suapte natura facere pleraque animalia res illas omnes, nec opus esse, ut ipsis illæ doctrina vel præceptis aliorum innotescant. Sic loquutus videtur Clemens Alexandrinus, lib. III *Pædagog.*, cap. 8 : Οἱ μὲν διδαχθέντες ἐσώθησαν· οἱ δὲ αὐτοδιδάκτως, ἢ ἐζήλωσαν ἢ ἐζήτησαν ἀρετήν· « Ex hominibus alii quidem docti servati eunt, alii vero sua sponte virtutem vel amplexi sunt vel quæsierunt. » Basilius ipse in Commentario *in Isaiam* : Τὰ γεννώμενα ὑπὸ τῶν κερασφόρων ζώων τὴν θηλὴν ἀδιδάκτως ἐπιζητεῖ· « Cornutorum animalium pulli ubera nullo docente perquirunt. » Eustathius hoc loco vertit, « Quia naturalis prudentia doctrinæ traditione non utitur. » Paulo post D. 3, ταῦτα δείκνυται παρὰ τῆς φύσεως ὁ κύων πεπαιδευμένος, idem Eustathius clarius interpretatur, « ea quæ per otium vitæ longum quidam sedentes vix invenire potuerunt, beneficio naturali canis consecutus asseritur. »

Col. 199 A 14. *Leonis unius.* Addidimus vocem « unius » verbis interpretis, quam et Eustathius omisit : sed agnoscunt Regii duo λέοντος ἑνός. Suffragantur huic sententiæ de leænæ partu unico Herodotus, *Thalia*, p. 232 : Ἡ λέαινα ἰὸν ἰσχυρότατον καὶ θρασύτατον, ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἕν· τίκτουσα γὰρ συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας· « Leæna, validissimum ferocissimumque animal, semel in vita unum parit : nam una cum fetu uterum emittit. » Ægyptii quoque, ut est apud Horum Niliacum, mulierem quæ semel tantum peperit significare volentes, leænam pingunt. Epiphanius demum hæresi 78 : Εἰ γὰρ σκόμνον λέοντος Ἰούδας ἀνίστεται Ἰακώβ, λέγων τὸν Χριστὸν, καὶ τοὺς ἐν τῇ Ἀποκαλύψει Ἰωάννου· Ἰδοὺ ἐνίκησεν ὁ λέων ὁ ἐκ φυλῆς Ἰούδα· λεαίνῃ δὲ δευτέρα οὐ γίνεται κύησις· ἄρα οὐκέτι κύησιν οἶδεν ἡ Μαρία, οὐκέτι συνάφειαν σωμάτων ἡ ἁγία παρθένος· « Si enim catulum leonis Juda obscure dixit Jacob, Christum dicens, et in Apocalypsi habetur, *Ecce vicit leo de tribu Juda*, leænæ autem non contigit secundus partus : ergo non amplius partum novit Maria, non amplius conjunctionem corporum sancta virgo. » Avicenna causam reddit, citatus a Cœlio Rhodig., lib. XXVIII, cap. 9, cur semel pariat ; ob caloris nimietatem. Adversantur tamen eidem sententiæ, et historiæ περὶ μονοτοκίας, primum ipsa Scriptura sacra, quæ plurium catulorum leænæ meminit, non singulari numero catuli tantum, Job XXXVIII, 39 : « Nunquid capies leænæ prædam, et animam catulorum ejus implebis ? » Hieronymus in VII Danielis : « Dicunt qui de bestiarum scripsere naturis, leænas esse ferociores, maxime si catulos nutriant. » Homerus, lib. XVII *Iliados* :

Ἑστήκει ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν.
Utque leo in silva stabat, sua pignora circum.

Horat., lib. III *Carm.*, ode 20 :

Non vides, quanto moveas periclo,
Pyrrhe, Gætulæ catulos leænæ.

Plutarchus, lib *De amore prolis*, citans ex eodem Homeri libro *Iliados* versum, leonem ait, πρὸς τοὺς κυνηγοὺς σπένδεσθαι περὶ τῶν τέκνων· « Cum venatoribus pacisci de catulis. » Plinius, lib. VIII *Histor.*, cap. 16, vulgarem illam opinionem refutat : « Semel autem edi partum lacerato unguium acie utero in enixu vulgum credidisse video Aristoteles tradit, leænam primo fetu parcre quinque catulos, ac per annos singulos uno minus, ab uno sterilescare. » Verba Aristotelis hæc sunt, lib. VI, cap. 31, *De Histor. animal.* : Τίκτει, ὡς ἐπὶ πολὺ δύο, τὰ μέντοι πλεῖστα ἕξ, τίκτει δὲ ἐνίοτε καὶ ἕν. Ὁ δὲ λεχθεὶς μῦθος περὶ τοῦ ἐκβάλλειν τὰς ὑστέρας τίκτουσι ληρώδης ἐστί. « Parit magna ex parte geminos, sed cum plurimos sex catulos, nonnunquam etiam unum. Quod autem de leæna fertur vulvam cum partu emittere, delira fabula est. » Tum addit, *leones* Syriæ quinquies in vita parere, primum quinque, post uno subinde pauciores, deinde steriles agere ; sed hoc generatim de omnibus leonibus, lib. III *De generatione animalium*, cap. 1 et 10, unde Plinius illud accepit, et Ælianus, lib IV, cap. 34, *De animalibus*. Oppianus, lib. III *Cyneget*, Philostratus, in *Vita Apollonii*, lib. I, cap. 16, ter leonem in vita parere, prima vice tres, secunda duos, quod si tertio, forte unum. Severus Sulpicius, *Dial.* 1, cap. 9, scribit Nitriæ monachos ad quemdam anachoretam pervenisse in deserto Memphi contiguo, qui leænæ catulis quinque cæcis visum restituit, quos in spelunca nutriebat. Idem ferendum est judicium de altera viperæ historia, seu fabula, quam subjicit hic Basilius ex eodem Herodoti fonte deductam, et ex ejus lib. III, quam et Horus Apollo,

hieroglyphico 56, Plutarchus, lib. *De garrulitate*, Plinius, lib. x, cap. 62, Ælianus, lib. i, cap. 25, *De animalibus*, propagarunt. Theophrastus, lib. xv, cap. 16, non catulos viperæ parentis uterum exedere, sed matrem uteri angustiis compulsam disrumpi tradit. Nicander item, in *Theriacis*, et Athanasius, quæst. 56 *ad Antiochum*, Epiphanius, hæresi 26. Refellitur hæc historia contraria experientia et auctoritate Aristotelis, lib. v, cap. 34, *Historiæ animalium*, qui de vipera hoc tradit : Τίκτει μικρὰ ἔχιδνα ἐν ὠμέσιν, οἳ περιῤῥήγνυνται τριταῖοι· τίκτει δὲ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καθ' ἕν· « Parit catulos obvolutos membranis, quæ tertia rumpantur : parit autem singulis diebus singulos. » Philostratus, iib. II *Vitæ Apollonii*, scribit, visam viperam serpentes, quos pepererat, lingua lambere. Albertus Magnus, in *Histor. animal.*, 25, vulgarem sermonem de partu viperæ et ipsum Plinium velut mendacium asserentem irridet, quem recentiores multi sequuntur, ut Pierius, lib. XIV *Hieroglyphicorum*, Brodæus, *Miscellaneor*, lib. XXXIII, cap. 11, cardinalis Toletus, in III Lucæ annot. 22, qui sacros doctores admonet, vulgarem secutos opinionem, eam satis sibi existimantes ad similitudines, quibus utebantur, concinnandas.

Col. 202 B 8. *Et quidem sunt.* Admonet Argyropylum aptius interpretatum in veteribus editionibus doctiss. Montacutius : « Nunc vero sunt, qui memoriæ prodiderunt trecentis annis et ultra elephantem vivere. » Τινὲς ἱστοροῦσι, dixit, non, τινὲς ἴσασιν. Cornarius : « Nunc autem tradunt aliqui trecentos annos et plures adhuc vivere elephantem. » Eustathius, « fertur autem elephantum trecentos. » Item illud quod sequitur, διὰ τοῦτο συμπεπηγός, non affertur a Basilio tanquam diuturnitatis vitæ causa, ut interpretis verba sonant, et hæc Ambrosii : « Nunc autem et trecentis et amplius feruntur annis vitam producere, quia omnia sibi ad magnitudinem membra conveniunt ; » et hæc Cornarii : « Propter hanc artuum compagem nullos articulos habentem : » sed hoc significant, cum diu vivat, idcirco compactis et non distinctis membris eum præditum esse. Hic ergo scribendum, « his tanto plures, propterea compacta et nullis articulis distincta sunt ejus membra. » De longævitate elephanti Aristoteles, lib. VIII, c. 9, *De histor. animal.*: Τὸν δ' ἐλέφαντα ζῆν φασιν οἱ μὲν περὶ ἔτη διακόσια, οἱ δὲ τριακόσια· « Elephantem alii annos circiter ducentos vivere aiunt, alii trecentos. » Idem Plinius, lib. VIII *Histor.*, cap. 10, et Ælianus, lib. XVII, cap. 7.

IN HOMILIAS IN PSALMOS.

Col. 211 B 14 *Aut certe.* S. Augustinus in Prologo *in Psalmos*, vel quisquis ille est, qui Prologum hunc e Græco Basilii Latine convertit, et S. Augustini tractatibus *in Psalmos* præfixit, quem tamen theologi Lovanienses in manuscriptis codicibus ejus operum non receperunt, hunc locum ita interpretatus est ; non ut Tilmannus, « vel certe morum maturitate nondum incanuerunt : » possunt enim maturitate morum etiam non senes pollere, et juvenilis ætas exprimenda fuit. Cornarius edidit, « quo pueri ætate, aut etiam omnino moribus. » Atque hæ genuinæ sunt et legitimæ homiliæ Basilii in Psalmos, ex quibus in Catena Nicetæ Heracliensis et aliis similibus decerpta fragmenta citantur, non item illa scholia *in Psalmos*, falso illi attributa, quæ in Latinis editionibus ad calcem libri subjungebantur, quæque alibi monuimus ex homiliis *in Psalmos* B. Joan. Chrysostomi in compendium redactis, et commentario Theodoreti *in* eosdem *Psalmos* esse consarcinata.

Col. 214 C. *Superne attactum.* Non hoc vult Basilius, in superiori parte tangi psalterii chordas, sed in superiori parte concava sonum efformari, ut ex Beda constat in Commentario *in Psalmos* : « Psalterium musicum instrumentum ad modum litteræ Delta, quæ triangulata est, formatum ; superne habens ventrem concavum. » Hausit hoc fortasse Beda ex Commentario Hieronymi *in psalmum* XXXII : « Psalterium desursum habet cavamen, prædicatio cœlestis vel mandata intelliguntur in sanctis, quæ de supernis veniunt : cithara deorsum habet cavamen. » Quin etiam hinc allucet explicatio verbis Joan. Chrysostomi *in Psalmos*, quæ repetuntur etiam ab Euthymio : Ψαλτήριον τῶν ἐντατῶν μὲν ἦν, πλὴν ὄρθιον, καὶ ἄνωθεν εἶχε τῶν φθόγγων τὰς ἀφορμάς· « Psalterium ad id genus instrumentorum pertinet quæ intenduntur : est autem arctum, et superne causas habet, unde voces emittat. » In proœmio quod eidem Chrysostomo tribuitur observatum est, quod etiam a plerisque recentioribus, qui Commentarios ediderunt *in Psalmos*, approbatur, quod apud Græcos psalterium, ab Hebræis nablam dici vel potius נבל *nevel* : et sane LXX sæpius Hebræam vocem illam τὸ ψαλτήριον vertunt, ut psalmo LVI, 11, Ἐξεγέρθητι, ψαλτήριον καὶ κιθάρα, *Exsurge, psalterium et cithara* ; et psal. CL, 3, Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ καὶ κιθάρᾳ, *Laudate eum in psalterio et cithara* ; in quibus locis prius נבל deinde כנור *kinnor* ponitur. Sæpius dixi, quia non semper, sed aliquando vice versa, priori loco *nevel* κιθάρα, posteriori *kinnor* ψαλτήριον Græce effertur, ut psalmo LXXX, 2, Ψαλτήριον τερπνὸν μετὰ κιθάρας, *Psalterium jucundum cum cithara* : et Genesis IV, 21, ubi Vulgata : « Ipse fuit pater canentium cithara et organo. » LXX. Οὗτος ὁ καταδείξας ψαλτήριον καὶ κιθάραν, *Hic fuit*

Qui ostendit psalterium et citharam. Hebraice est כנור ועוגב *kinnor veghougab*, quod tertium instrumenti musici genus aliquando κιθάρα dicitur, ut hoc Genesis loco, aliquando ψαλτήριον, ut Ezechielis XXXIII, 32, Ὡς φωνὴ ψαλτηρίου, et psalmo CL, 4, Ὄργανον· *Organum.* Quod igitur hoc loco Basilius de forma psalterii narrat, sic accipiendum censeo,ut ei generi musici instrumenti conveniat, quod aqud Græcos in usu erat, et ψαλτήριον ab eis vocabatur : an vero nablæ conveniat, sive alteri Hebræorum instrumento, non ita certum est, cum nobis non certo constet, an eadem fuerit forma psalterii et nablæ.cum a cithara psalterium distinguant scriptores, et tamen Septuaginta varia Hebræorum instrumenta nunc psalterii exprimant, nunc citharæ dictione. Sed ut ad interpretationem redeamus Basilii, ea concipienda videtur his verbis Cornarii : « Nam citharæ ac lyræ æs ex inferiori parte ad plectrum sonitum edit : hoc vero psalterium concentuum concordiæ causas ex superiori parte habet. » S. Augustinus demum scribens *in psalmum* LVI, et in illud, *Exsurge, psalterium*, differentiam illam psalterii et citharæ sic explicat, ut Basilii interpretem agat : « Psalterium est organum, quod quidem manibus fertur percutientis, et chordas distentas habet : sed illum locum, unde sonum accipiunt chordæ, illud concavum lignum, quod pendet et tactum resonat, quia concipit aerem, in superiore parte habet. »

Col. 215 B 2. *Ut oculis ultra.* Ὑπερκύπτοντες πόνους dixit, quod alii auctores aliter extulissent, ὑπερκύπτοντες πόνων, ut in veteri lexico, ὑπερκύπτον τοῦ ὕδατος φύλλον, « folium extra aquam eminens. » Budæus tamen in *Commentariis* citat similem locum hujus nostri auctoris homil. *De invidia* : Ὅλως δὲ ὑπερκύψας τῷ λογισμῷ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ πρὸς τὸ ὄντως καλὸν καὶ ἐπαινετὸν ἀπιδών· « Qui mente et cogitatione se sustulerit supra humana, et ad veram pulchritudinem laudemque se converterit. » Male igitur verterat interpres hoc loco, « ut laboribus, dum in manibus sunt, veluti jam transmissis, tota mente ad bona. » Similem sententiam protulit Chrysostomus homil. 8 *De pœnitentia*, p. 692 edit. Paris : Ἂν μὲν γὰρ τὸν πόνον ἴδῃς τῶν κατορθωμάτων, βαρὺ καὶ φορτικόν· ἂν δὲ τὴν ἀμοιβὴν ἴδῃς, κοῦφον καὶ ῥᾷστον τὸ προκείμενον· « Sic enim laborem prospexeris, grave atque onerosum ; si vero retributionem consideraveris, leve et facile, quod proponitur. »

Ibid. B 13. *Quam nulla attingit.* Atqui dixerat interpres, » nulla eam attingit loci permutatio. » Verumtamen non loci tantum, sed nec ullius rei mutationem experitur. Alludit enim ad illud Jacobi I, 17 : « Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio ; » οὐκ ἔνι παραλλαγή, *non est*, inquit Apostolus, non ut interpres, « non conspicitur. » Quamobrem Cornarius potius sequendus, *Circa quam non est alteratio.* Paulo post « proinde merces. » Omissa fuerant hæc ab interprete, scripserat enim : « Nam una virtus viri et feminæ est, quando par utrique creatio est, honorque similis. Audi Gen. Ergo sequitur par sententia. Τούτων καὶ ὁ μισθός. » Cornarius edidit : « Nam et creatio utrisque æqualis, quare etiam merces eadem utrisque. » Sequebatur apud interpretem. « Fiat, inquit Deus, homo : » quod immutavimus, neque enim his verbis concepta sententia hæc in Scriptura reperitur, sed prout edidimus, et Græca Basilii verba sonabant. Gen. I, 26, 27.

Col. 222 D. *Sed meliori.* Admonuimus olim πολιτείαν hic non rempublicam aut civitatem, jusve civitatis sonare, ut Actor. XXII, 28 : Ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην · *Ego multa summa civitatem hanc consecutus sum ;* sed vitæ rationem et conversationem, ut Ephesior. II, 12, ἀπηλλωτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραήλ, *alienati a conversatione Israel* ; quam alibi apostoli ἀναστροφήν appellant, I Petri III, 2 ; vel πολίτευμα, ut Philippens. III, 20.Idcirco merito a viro doctissimo emendata est prior versio, « sed superiore ratione ad rempublicam sive sodalitatem studiosam pietatis se recepit : » eodemque modo corrigendus similis apud Chrysostomum locus homil. 75 *in Matthæum* : Ἀλλ' οὐδὲν ὄφελος ἐντεῦθεν εἰς ἀπολογίαν αὐτοῖς· ὥσπερ οὖν οὐδὲ τοῖς πολιτείας ἔνεκεν μετανοοῦσι τότε· « Sed nihil inde utilitatis accipient ; quemadmodum neque illi qui eversa civitate resipiscunt. » Nonnunquam etiam non tam de privata cujusque vita, quam de publica Ecclesiæ disciplina,et cultu Dei usurpatur, ut apud eumdem Chrysostom. *in psalm.* XLIX : Τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἡ λατρεία πᾶσα, καὶ ἡ πολιτεία τῆς παλαιᾶς νομοθεσίας· « Sancta sanctorum, omnis cultus, omnisque forma ac ritus legis veteris ; » et, Μάλιστα μὲν καὶ αὐτὸς ὁ τῆς διδασκαλίας τρόπος ἐνηλλαγμένην παρεισάγει πολιτείαν· « Maxime quidem et ipse modus docendi introducit mutatam formam religionis. »

Col. 223 B 3. *Dum æterna.* Αἰώνια verterat interpres « sæcularia, » qua voce res mundi hujus ceduci designantur. Cornarius, « ubi æterna secum volutarit. » Subjicit deinde, ἐκεῖ δουλαγωγίαν σαρκός, « disciplinam carnis, » ubi substitui posse pridem monuimus, « castigationem carnis : » vel « mancipationem, « vel « macerationem. » Sic enim expressit Latinæ Vulgatæ auctor illud Apostoli I Cor. IX, 27 : Ὑποπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ. *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo.* Cornarius scripsit, « Hic videt carnis delicias, illic carnis servitutem. »

Ibid. D. *Ut in plerisque aliis.* Aptius Cornarius· « Cum in naturam plerumque consuetudo transeat. » Id enim valet τὰ πολλά, ut infra, καὶ στρατιῶται μὲν ὡς τὰ πολλὰ τοῖς στρατοπεδάρχαις ἐξομοιοῦνται· « et milites plerumque ducibus assimilari solent. » Huic dicto germanum illud in regula fusius disput. 6 : Ἔθος γὰρ διὰ μακροῦ χρόνου βεβαιωθὲν φύσεως ἰσχὺν λαμβάνει. At Gregorius Nazianzenus non φύσιν, sed νόμος aliquando fieri dicit orat. 34 : Ἐπειδὴ χρόνῳ τὸ ἔθος βεβαιωθὲν ἐνομίσθη νόμος· « Consuetudo

enim temporis longinquitate confirmata pro lege habita est. »

Col. 223 D 6. *Ne injicias.* Interpr. « Ne applices oculum tuum.» Verbis usi sumus editionis Romanæ in quam Nobilius annotavit, Proverb. IX, 18, hæc abesse a Vulgata Latina, sed haberi apud LXX, et citari a sanctis Patribus Cypriano, et Ambrosio et Hieronymo, quibus addi et S. Basilii calculus potest. Apud Cornarium perperan Proverbior. cap. v annotatum erat : sed inversus est ordo verborum Scripturæ, ἀλλ' ἀποπήδησον, μὴ χρονίσῃς ἐν τῷ τόπῳ αὐτῆς, μηδὲ ἐπιστήσῃς τὸ σὸν ὄμμα πρὸς αὐτην.

Col. 225 D 5. Συνεμφαίνουσιν. Oliv. codex habet, συνεμφανίζουσιν ἑαυταῖς. Anglici συναναφαίνουσιν ἑαυταῖς καὶ τ. β. τῶν περιβλεπόντων. » eorum a quibus circumspiciuntur.» Plinius in *Panegyrico*: «Vita principis censura est eaque perpetua : ad hanc dirigimus. » Claudianus, *De quarto Honorii consul.* :

....Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec sic infiectere sensus
Humanos edicta valent, quam vita regentis.

Col. 226 D. *Qui potentia* Græca sonant ex verbis Cornarii, « qui avarum imitatur aut alium, qui ex alia quadam malitia civilem aliquam illustrem potestatem adeptus est,aut gentium imperium habet, aut exercituum dux est.« Omisit interpres,ἐξ ἄλλης τινὸς πονηρίας· et paulo post τοῦ ζηλονουμένου perperam expressit, « quem imitatorem habet, » cum scribere debuisset, cum Cornario,« ejus quem imitatur. »

Col, 227 A 10. *Etsi autem quæ.* Interpres, « Si antem, quæ cœpi dicere de vitandis ante omnia malis, deque profectione per bona opera consequenda, hoc sermone non absolvi. » In quibus verbis truncatam fuisse sententiam auctoris lector animadvertit

Col. 230 A 7. *Irrita faciendo.* Legebatur antea, « in irritando ita strenuam ac fortem operam.» Valaterranus scripserat, « consilium irritavit, atque ita strenuam. » Tilmannus fortasse hoc pacto immutarat ; « consilia irritando.» quod Latinum non est. Basilius dixit : διαλύων δὲ τὰς βουλάς, « consilia vero Achitophelis viri acerrimi et ductandi exercitus peritissimi reddens irrita strenuam ac for. » Porro quod ait hic Basilius Chusi socium et amicum Davidis filium fuisse Arachi non Jemeni,verum est : sic enim scriptum reperitur II Reg, XVII, 5 : Καλέσατε τὸν Χουσὶ τὸν Ἀραχί· *Vocate Chusi filium Arachi :* sed dubium est, an ille sit iste Chusi, de quo fit mentio in hujus psalmi titulo : cum hic Hebraice appelletur כוּשׁ Chus, per Caph, unde Scholium Græcum a Nobilio citatum vertit Αἰθίοπος, *Æthiopis*, vel putius unus ex tribus antiquis interpretibus, Aquila, Symmacho, et Theodotione, pro Χουσὶ vertit τοῦ Αἰθίοπος, ut constat ex homilia Chrysostomi in hunc psalmum : at ille alter II libri Regum חוּשַׁי, per Ceth, Chusai dicitur : tametsi Septuaginta utrobique scripserunt Χουσί. Sed Vatablus Saulem putat hic vocari Chus, id est Æthiopem filium Jemini, I Reg. IX, 21, quod atris esset moribus, quos non magis mutaret, quam cutem Æthiops. Et mirum sane Basilium hic dicere neque Chusi, neque alium aliquem in historia Regum filium Jemini reperiri,cum Semei nominetur II Reg. XIX, 16, Υἱὸς Γηρὰ, υἱοῦ Ἰεμινεί. Postremo notet hic lector, quam antiquus error huic loco adhæserit in voce ἀρχιεταῖρος, *Princeps sociorum* II Reg. XV, 32. Omnino enim probabile videtur, quod suspicatur vir doctissimus Flaminius Nobilius in librum II Reg., duas fuisse voces ὁ Ἀραχὶ, ἀρχιεταῖρος, ut habgt editio Complutensis, vel ex duabus,Ἀραχὶ et ἑταῖρος, unam esse conflatam ἀρχιεταῖρος, *Chusi, Arachi filius, socius David.* Sic enim est in Vulgata Latina II Reg. XVI, 19 : *Chusai Arachites amicus David*; unde factum est errore librariorum,ut nomen Arachi repeteretur, legereturque ὁ Ἀραχὶ ἀρχιεταῖρος.

Col. 231 C 3. *Vade in pace.* Hæc addita sunt ex Oliv. et Anglicis, quæ adduntur etiam Lucæ VII,50; illud vero, *Fiat tibi, sicut credidisti*, Matthæi VIII,13.

Col. 234 B 4. *Fon solum recepto* Emendandum hunc locum esse monueramus,cum edidisset interpres,« non solum in præmium aliquod boni et mali accipere, sed in actionum principio, ut, *Retribue*, » psal. CXVIII, 17. In quem locum et in psalmum CXV scribens Fran. Vatablus admonet,גְּמֹל verbum Hebraicum, quod retribuere sonat, sumi pro beneficium conferre, et retributionem pro beneficiis quibusve.Euthymius;qui plerumque solet Basilii verba repetere, hic dicit ἀνταπόδοσιν sumi ἀντὶ τῆς ἀποδόσεως, retributionem pro redditione : Τὸ δὲ πρῶτον τῆς ἀνταποδόσεως ὄνομα, καταχρηστικῶς ἀντὶ τῆς ἀποδόσεως εἴληπται. Δόσις μὲν γάρ ἡ καταρχὴ τῆς εὐποιίας ἢ κακώσεως, ἀπόδοσις δὲ ἡ τοῦ ἴσου ἀντιμέτρησις, ἀνταπόδοσις δὲ δευτέρα τις καταβολὴ κακῶν ἢ καλῶν, ἀπὸ τῶν δόντων εἰς τοὺς ἀποδόντας· « Retributionis nomine primo loco improprie hic usus est,pro redditione.Nam qui bonum aut malum aliquod primus infert,is dare dicitur : reddere vero is qui datis parem vicem tribuit : retribuere autem, vel ἀνταποδοῦναι, contra retribuere, is dicitur, qui secundam beneficiorum aut injuriarum vicissitudinem reddit. »

Col. 238 B 14. *Rursus dictum.* Legebatur antea, « Rursus dicit,Judicio contendet Dominus adversus omnem carnem. » In Olivarii codice, κριθήσεσθαι Κύριον. Arbitror tamen Jeremiæ locum citari cap. XXV, 31, κρίνεται αὐτὸς πρὸς πᾶσαν σάρκα· nam et illum video notari in margine Catenæ Græcorum Patrum *in Psalmos*,Daniele Barbaro interprete, qui haud satis apposite vertit,« Dominum judicaturum omnem carnem.» Sed et illic et apud Basilium melius fortasse legeretur εἴρηται κρίνεσθαι Κύριον, ut ad ipsum prophetam, cum sequatur hic ἑαυτὸν ὑποβάλλει τῇ κρίσει, « acta sunt, judicio seipsum subjicit.»Delendum enim est illud «uniuscujusque.»

Col. 239 D 9. *Multa, inquit.* Imo hoc sibi vult Basilius : « Multa, inquit, de justitia dici possunt, et perfectæ justitiæ fines comprehensu sunt difficl-

les.» Similem habes locutionem apud Apostolum ad Hebræos, v, 11 : Περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λογος, καὶ δυσερμήνευτος λέγειν· « De quo nobis grandis sermo, et ininterpretabilis ad dicendum. » Paulo post pro γεννητῇ φύσει aliquando suspicati sumus aptius legi posse γενητῇ, « creatæ naturæ, » quod γεννητῇ « generatam, « vel « generatione productam » sonat qua ratione, cum de personis Trinitatis agitur, γεννητός,« genitus,» dicitur Filius, non γενητός, « creatus, » et Pater ἀγέννητος, « non genitus : » cum tamen in Oliv, et aliis mss. hic constanter legatur γεννητῇ, nihil mutandum censemus, cum apud Justinum Martyrem ex Aristotele ἄφθαρτος καὶ ἀγένητος ὕλη vel καὶ ἀγέννητος dicatur, incorruptibilis vel ingenita sive increata materia, et in *Exhortatione ad Græcos* : Τὸν μὲν ἀγέννητον ἀΐδιον εἶναι λέγοντα, τοὺς δὲ γεννητοὺς ἢ δημιουργητούς. « Ingenitum quidem sempiternum esse, genitos autem sive conditos. » Itaque γεννητά nonnunquam dicuntur, quæ quovis modo procreata sunt.

Col. 243 C 14. *Qui eruit me.* Sic restituimus ex Genesis XLIII, 16.Paulo post illud, « Obliquum non dirigetur, » nonnihil immutatum est a Basilio. Sic enim legitur Ecclesiastæ I, 15 : Διεστραμμένον οὐ δυνήσεται ἐπικοσμηθῆναι· « Perversum non poterit adornari : » Vulgata Latina, « Perversi difficile corriguntur : » at psalmo CXXXIX, 12 : Ἀνὴρ γλωσσώδης οὐ κατευθυνθήσεται· « Vir linguosus non dirigetur. »

Ibid. D 1. *Nam quisquis.*Cornarius, « Qui enim a fortitudine infra declinat, secundum timiditatem pervertitur.» Montacutius vero corrigit, « Qui enim in defectu declinat a fortitudine.Nam et audax declinat a fortitudine, sed in excessu. »

Col. 246 B 2. *Non irascitur.* Verte, « et non iram adducens per singulos dies. » Sic enim ista convertuntur e Græco LXX apud S. Augustinum *in Psalmos*, et in utraque Basilicnsi editione legitur,καὶ μὴ ὀργὴν ἐπάγων, primo loco : secundo vero conjunctio καί omittitur, quod fortasse in causa fuit, ut Flaminius Nobilius annotaret apud Basilium non legi καὶ μή, sicut apud Theodoretum et Nicephorum : at in mss. Oliv. in utroque loco reperitur.

Col. 266 B 2. *Non fenerabis.* Locus est Deuteron. XXIII, 19, ubi Vulgata Latina, *Non fenerabis fratri tuo ad usuram* Verbum enim Latinum fenerandi solum mutuum aliquando significat : ut Deuter.XV, 9 : *Fenerabis gentibus multis, et ipse a nullo accipies mutuum* ; quod LXX Græce dixerunt.: Καὶ δανείσεις ἔθνεσι πολλοῖς, σὺ δὲ οὐ δανειῇ. Hebraicum est עבט. At hoc loco verbum est נשך, quod « mordere » significat, et « arrodere, » et ἐκτοκίζειν, hoc est, « ad usuram mutuum dare. » Quod vero sequitur ex Jeremiæ IX, 6, nonnihil immutatum est ab auctore, cum apud prophetam legatur,τόκος ἐπὶ τόκῳ, δόλος ἐπὶ δόλῳ. Manuscripti cum editis consentiunt. Tertius locus est psalm. LIV,12. Cæterum in codice Oliv. inscriptio hujus expositionis psalmi fuit ; Ὁμιλία κατὰ τοκιζόντων, καὶ εἰς τὰ λειπόμενα τοῦ ιδ' ψαλμοῦ.

Col. 278 A 1. *Creditore.* Addendum est, *inquit*, ut constet esse verba Scripturæ,quæ reperies Proverb. XXIX, 13 : Δανειστοῦ καὶ χρεωφειλέτου ἀλλήλοις συνελθόντων, ἐπισκ. « Dum fenerator, inquit, et debitor inter se conveniunt. » Cornarius ex Græco Basilii, « Dum fenerator et debitor inter se obviam venerunt,inspectionem utrorumque facit Dominus.» Excipit hunc locum alter ex eodem libro Proverb. v, 15 : *Bibe aqudm ex vasis* Ex eadem sententia Platonis legem exponit Plutarchus in libello *De vitando ære alieno*,qua vetabat cives suos alienæ aquæ participes fieri prius,quam domi solo usque ad argilam exhausto, aquæ id sterile deprehendissent. Ἀρα δέδειχται περὶ χρημάτων εἶναι νόμον, ὅπως μὴ δανείξωνται παρ' ἑτέρων, μηδ' ἐπ' ἀλλοτρίας πηγὰς βαδίσωσι, μὴ πρότερον οἰκοι τὰς αὐτῶν ἀφορμὰς ἐξελέγξαντες· « Nonne evidens est eam legem ad rem pecuniariam pertinere,ne ab aliis mutuum sumant, alienosque fontes adeant, non ante domi copiis suis examinatis ? »

Col. 274 A 15. *Vasa quoque.* Legit ἐσθιόντων interpres ut ex Anglicis substitutum est ; magis tamen arridet Basiliensis editionis et codicis ms.Oliv. lectio, ἐστιώντων, ex qua apud Cornarium, « vasa et supellectilem eorum a quibus convivio excipitur. » Eorum enim potius, qui convivio excipiunt, sunt vasa, quam convivarum.

Ibid. B 11. Τί πολυπλόκῳ θηρίῳ. Unde expressit Cornarius, « Quid multiplici bestiæ teipsum adjungis ? eodemque modo in Oliv. scriptum fuit. Sane πολυπλόκων etiam meminit Scriptura, Job v, 13, βουλὴν δὲ πολυπλόκων ἐξέστησεν, *consilium autem astutorum disjecit*. Sed aptior est lectio Anglic. et interpretis πολυτόκῳ, « fecundæ, » quod epithetum nomini et naturæ magis convenit, unde et de leporibus superfetantibus subjicit. Ita psal. CXLIII, 16 τὰ πρόβατα αὐτῶν πολύτοκα, *oves eorum fetosæ*.

Col. 275 A 15. *Liber* Ἐλεύθερον præ se fert etiam ms. Oliv., at emendandum est ἐλεύθερος. Ab eadem mente illud est Plutarchi libro jam citato pag. 828 : Ἡμεῖς δὲ τὴν αὐτάρκειαν αἰσχυνόμενοι καταδουλοῦμεν ἑαυτοὺς ὑποθήκαις καὶ συμβολαίοις, δέον εἰς αὐτὰ τὰ χρήσιμα συσταλέντας καὶ συσπειραθέντας, ἐκ τῶν ἀχρήστων καὶ περιττῶν κατακοπέντων ἢ πραθέντων, ἐλευθερίας αὐτοῖς ἱερὸν ἱδρύσασθαι· Nos dum contentos esse nostris rebus pudet, dandis pignoribus contractibusque subeundis in servitutem nosmet damus, ubi par erat, contractis ad utilia cupiditatibus,inutilia nos et otiosa concidere aut divendere, itaque nobis libertatis fanum exstruere. » Sequitur locus apud Basilium partim ad verbum partim imitatione expressus, ex eodem libro Plutarchi descriptus pag. 830 : Πῶς οὖν διατραφῶ ; Τοῦτο ἐρωτᾷς, ἔχων χεῖρας, ἔχων πόδας, ἔχων φωνὴν, ἄνθρωπος ὤν, ᾧ τὸ φιλεῖν ἐστι· καὶ φιλεῖσθαι, καὶ τὸ χαρίζεσθαι, καὶ τὸ εὐχαριστεῖν,

γράμματα διδάσκων, καὶ παιδαγωγων : « Dices : At quomodo alar? Hoccine, inquam, te rogare æquum est, qui habeas manus, pedes, vocem? quo homo sis, qui et amare possis et amari, beneficium accipere et agere gratias? litteras docendo, pueros liberaliter formando? »

Col. 282 C 4. *Non enim munda.* Expunximus illa interpretis, « Non enim castæ sunt preces, nec accepta. » Spectant enim hæc ad præceptum illud Deuteron. XXIII, 18 : Οὐ προσοίσεις μίσθωμα πόρνης πρὸς πᾶσαν εὐχήν. *Non offeres mercedem meretricis ad omne votum.* Porro εὐχή non est Hebraice תפלה, quæ προσευχήν, id est, precationem, significat, sed נדר, quæ ὁμολογίαν, votum aut promissum, ut Jeremiæ XLIV, 25 : Ποιήσομεν τὰς ὁμολογίας ἃς ὡμολογήσαμεν· *Faciamus vota, quæ vovimus ;* et : Ἐνεμείνατε ταῖς ὁμολογίαις ὑμῶν· *Implestis vota vestra.* Basilius autem verba usurpavit Salomonis Proverbiorum XIX, 13 : Καὶ οὐχ ἁγναὶ εὐχαί, ubi altera vox est Hebræa דלף, quæ votum item sonat, licet sæpius guttam ; unde Symmachus ibidem σταγόνες vertit, et Vulgata Latina, *et tecta jugiter stillantia litigiosa mulier.* Alter locus est Jeremiæ XI, 15 : Μὴ εὐχαὶ καὶ κρέα ἅγια ἀφελοῦσιν ἀπὸ σοῦ τὰς κακίας σου, ἢ ταύταις διαφεύξῃ ; ubi quod propheta dixit, *aut propter ista effugies* ; Basilius circumlocutus est : ἢ τούτοις ἔσῃ καθαρός ; « aut per hæc purus eris? » Paulo post δι' ἁγιασμοῦ interpres verterat, « per vitæ enim sanctimoniam nobis pervius est ad eum sanctum ac familiaris aditus ; » at plus aliquid est οἰκειοῦσθαι, quam aditum habere.

Col. 286 A 1. *Post hujus vitæ.* Restituimus hanc sententiam, prout a Volaterrano expressa fuerat. Dispensationem enim vocat istius vitæ cursum, in qua scelera permittit, et quasi dissimulat Deus.

Col. 186 C 8. *Præterito creatore.* Scripsimus deletis illis, « **præter creatorem,** » ne obnoxia esset illa versio censuræ Theod. Bezæ, qui merito Erasmum reprehendit hunc eumdem locum sic exprimentem ad Rom. I, 25, *supra eum, qui condidit.* Nam qui παρὰ τὸν κτίσαντα hoc modo vertit, aut, « præter creatorem, » videtur confiteri homines Deo quoque cultum aliquem exhibuisse, sed ita ut creaturas etiam colerent : at Apostolus vult eos cultum, qui Deo debebatur, ad creaturas transtulisse. Vulgatæ Latinæ auctor dixit, *et servierunt creaturæ potius quam creatori.* Nec aliter Hieronymus apud Origenem in Commentario Epistolæ S. Hilarius XII *De Trinitate,* « et servierunt creaturæ, præterito creatore. » Subinde scripsimus, « ordinabitur, » non « ordinabatur ; » alludit enim ad illud Lucæ XII, 46 : Καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει· *Et partem ejus cum infidelibus ponet.*

Col. 287 B 11. *Multi enim.* Omiserat corporis statum interpres, « Plures enim speciem orationis præferre videntur, qui tamen in hac aula. » Stans etiam Pharisæus orabat, Lucæ XVIII, 12, et Christiani quondam, diebus Dominicis et a Paschate ad Pentecosten, stantes, non genibus flexis orabant. Hieronymus in *Dialog. adversus Luciferianos :* « Die Dominico et per omnem Pentecosten nec de geniculis adorare, et jejunium solvere, multoque alia, quæ scripta non sunt, rationabilis sibi observatio vindicavit. » Idem Ambrosius serm. 61 de Pentecoste ex concilio Nicæno can. 20 : Ἑστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ θεῷ· « Ut stantes ad orationem vota Domino reddamus. »

Col. 291 A 7. *Qui aspirant.* Emendandum in Græco ex ms. Oliv., τελειουμένων, « in animas eorum qui jam initiati sunt. » Cornarius scripsit, « in animis eorum qui jam perficiuntur. » At quod sequitur, παρὰ τοῦ Κυρίου μετονομασθέντες, interpres ediderat, « per metaphoram filii tonitrui appellati ; » Cornarius, « per translationem appellati ; » quasi metaphoram in locum metonymiæ substituerent. Imo hic nominis mutationem intelligit, quam agnovit etiam S. Hieronymus in I Danielis : « Porro Dominus in bonam partem nomina mutat antiqua, et ex rebus imponit virtutum vocabula, ut Abram appellaret Abraham, et in Evangelio filii Zebedæi appellati sunt filii tonitrui (Marci III, 17). » Ejusmodi est argumentum libri Philonis Judæi : Περὶ τῶν μετονομαζομένων, καὶ ὧν ἕνεκα μετονομάζονται· « Quare quorumdam in Scripturis mutata sint nomina. » Ab eadem mente est illud Gregorii Nazianzeni orat. 19 in laudem Patris, pag. 301 : Οἱ τοῦ Ζεβεδαίου το μεγαλόφωνον, ὃ καὶ βροντῆς υἱοὺς αὐτοὺς προσηγόρευσε· « Filii Zebedæi grandiloquentiam unde et filii tonitrui appellati sunt : » et orat. 20, pag. 369, commendat etiam τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου τὸ μεγαλόφωνον. At licet nimis stolide Theodor. Beza in Marci III scribens minus probabiliter a Gregorio dicat id excogitatum, confirmatur tamen auctoritate S. Basilii, qui hac nominum mutatione designari vult Evangelium, quod grandi voce filii Zebedæi promulgarunt, tonitru quoddam esse.

Ibid. B 9. *Rota* Ezechielis I, 15, sic legitur in Vulgatis Bibliis : Ἐχόμενος τῶν ζώων τοῖς τέσσαρσι, καὶ τὸ εἶδος τῶν τροχῶν ὡς εἶδος Θαρσεῖς· *Juxta animalia ipsis quatuor, et species rotarum quasi species Tharsis.* Annotat vero Flam. Nobilius in quibusdam libris addi καὶ ἡ ποίησις, aut ποίημα αὐτῶν, quod apud S. Hieronymum in LXX, « et factura earum ; » quomodo et hic apud Basilium additur, et requirit Hebræum, ex quo Vulgata Latina, « et aspectus rotarum, et opus earum, quasi visio maris. » Cornarius hic minus apte vertit, « hærens ex quatuor animalibus. »

Col. 205 B 13. *Ut enim in Job.* Quod est in Latina Vulgata Job XXXIX, 10 : *Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum in loco tuo?* sic apud LXX legimus ; Βουλήσεται δέ σοι μονόκερως δουλεῦσαι· *Volet autem unicornis servire tibi.* Quo factum est, ut in Catena Græcorum a Niceta Heracliensi collecta, quæ in Regia bibliotheca servatur, exscriptus fuerit totus hic Basilii locus nonnihil etiam amplificatus : Οὐδὲ κοιμηθήσεται ἐπὶ φάτνης, οὐδὲ ὁμαλί-

σει κοιλάδας, ἀκολουθων σοι, οὐδὲ ἐγκαταλείψεις αὐτῷ τὰ γεώργια, οὐδὲ ἀποκαταστήσει σοι τὸν σπόρον, οὐδὲ συνάξεε τὰ ἀλοηθέντά, καὶ πολλὰ περὶ τοῦ ἐλευθεριάζειν τὸ ζῶον, καὶ μὴ ὑπείκειν ἀνθρώποις, ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς προφητείας εἴρηται· « Neque in præsepi dormiet, neque convalles æquabit te sequens neque illi arva committes, neque tibi sementem restituet, neque ea quæ triturata sunt in arca colliget : et multa de hujus bestiæ licentia et contumacia,quod humanum contemnat imperium,in hac prophetiæ parte sunt dicta. » Cæterum in editione Veneta quæ sequuntur ab iilis verbis : « Hujus ergo vis animalis ultrix, » non Basilii sunt, sed Olympiodori, ut ex eodem Regio codice ms. constat.

Col. 298 B 4. *Facta est flamma.* Vocem « flamma » de suo addidit interpres; Cornarius scripsit : « Facta est enim, inquit, velut spiritus roris sibilans ;» ego malim, « Factus est velut spiritus roris sibilans ; » tantum enim legimus Danielis v, 50 : Ἄγγελος Κυρίου ἐποίησε τὸ μέσον τῆς καμίνου ὡς πνεῦμα δρόσου διασυρίζον. « Angelus Domini fecit medium fornacis quasi ventum roris susurrantem. »

Ibid. D 3. *Sanctificationis.* Τοῦ ἁγιασμοῦ legit interpres ; at Basiliensis editio præfert τὸν ἁγιασμόν, cui suffragatur ms. Oliv. Corn., » sanctificationem. » Euthymius quoque huic lectioni favet : Σωσσείει δὲ, φησὶν, οὐ πᾶσαν τὴν ἔρημον, ἀλλὰ τὴν Κάδης· τουτέστι, τὴν ἁγίαν, τὴν ἀφωρισμένην καὶ ἀξίαν αὐτοῦ. Κάδης γὰρ ἁγίαν ἑρμηνεύει καθ' Ἑλληνας· « Conentiet autem non omne desertum, sed desertum Cades : hoc est, sanctum et segregatum et ipso dignum. Cades enim sanctum Græci interpretantur. » Quod autem de cervis subjicit viperas devorantibus, testatur etiam Plinius eos serpentes mandere solere,lib. VIII, cap. 32 : « Est iis cum serpente pugna : vestigant cavernas,nariumque spiritu extrahunt renitentes ; » et lib. VIII, cap. 9 : « extractas cavernis mandentes. » Idem Ælianus lib. III, cap. 9, *De animalibus*, Ἔλαφος ὅφιν νικᾷ κατά τινος φύσεως δωρεὰν θαυμαστῆς· « Mirifico quodam munere naturæ cervus serpentem vincit; » et lib. XIII, c. 35, simile quid de alia purgatione cervorum : Λέγουσι φυσικοὶ ἄνδρες τὸν ἔλαφον καθάρσεως δεόμενον σέσελι ἐσθίειν· φαλαγγίων δὲ κνήσμασιν ἐχόμενον καρκίνους. « Physici dicunt cervum indigentem purgatione seseli comedere, laborantem vero ex phalangiorum morsibus, cancros. » Alia lectio præ se fert σίλινα, sed hanc tuentur Aristoteles lib. IX *Histor.*, cap. 5, et Plinius lib. VIII, c. 32.

Col. 302 C. *Alius ex affectu.* Ad verbum et ad mentem propius Cornarius, « Quis ex affectu, quis perite cœlestia inquirit, quis defunctorie summis labris. »

Col. 303 B 10. *Inhabitare.* Legit interpres quod habet etiam Oliv.κατοικιεῖ,non ut Basilienais edit. κατοικεῖ, « inhabitat, » quo pacto et in quibusdam Bibliis scriptum est ut agnoscit etiam Hieronymus, qui tamen ad verbum ex Hebræo vertit, *Dominus diluvium inhabitat*, et citant alii ex Aquila, Κύριος εἰς κατακλυσμὸν ἐκάθισεν, Dominus in diluvio sedit. » Κατοικίζειν est « habitabile reddere, » κατοικεῖν, « habitare, » quod videtur potius amplexus esse Basilius, cum addat animam fieri κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν Πνεύματι.

Col. 306 A 9. *Adimpleatur*, πληθυνθείη. Cornarius fidelius ex I Petri I, 3, *Gratia vobis et pax multiplicetur* : idemque reperitur II Petri I, 2, et Judæ 2. Sub finem homiliæ omisit interpres illud, ἐν εἰρήνῃ, « benedictionis offici in pace participes. »

Ibid. B 6, Τοῦ ἐγκαινισμοῦ. In inscriptionis interpretatione superfluum est illud,« innovatæ,» cum ἐγκαινισμός renovationem sonet aut dedicationem cujusvis rei non modo renovatæ,sed etiam tum primum conditæ atque fundatæ. Paulo post mendosæ lectio κατ' ὄργανον, mendosam item peperit versionem apud Cornarium,« Psalterium quidem figurate juxta instrumentum : » emendandum est ex Oliv. καὶ ὄργανον, » Psalterium quidem ac musice adaptatum instrumentum,figurate est structura corporis. » Ita supra psalterium instrumentum appellavit : καὶ σοφῶς διὰ τῆς τοῦ ὀργάνου κατασκευῆς ἐνδεδεῖχθαι.

Col. 307 *Expuncta.* Observat. doctissim. Montacutius Volaterranum scriptum reperisse in suis codicibus, οἱ ἐκβάλλοντες τῆς μνήμης τὸν Θεὸν οἱονεὶ λήθην· Nam Basiliensis editio ad verbum sonat, « ejecti e memoria Dei. » Cornarius idcirco edidit, « qui ejecta memoria Dei. » Oliv. ms, constanter retinet receptam lectionem, ἐκβληθέντες.

Col. 309 B. Ὑψώσειν. Oliv. et Anglic. ὕψωσιν ἐπαγγελλέται τῷ Θεῷ, « per bona opera exaltationem Deo pollicetur. » Recepta lectio concinnior est. Citatur initio paginæ sequentis locus Genesis XLIX, 25. Verba sunt Jacob benedicentis filio suo Joseph.

Col. 354 B 4. *Dum particeps.* Interpres,« quo nutritur, quisquis particeps divini fit verbi,qui panis de cœlo descendit. » Verbi vitæ fit mentio Ephesior. V, 26, secundum Vulgatam ; sed Græce tantum est ἐν ῥήματι· panis vero, qui de cœlo descendit Joan. VI, 33.

Col. 2.5 A 2. *Neque enim illi.* Τεχνῖται dixit, non τέχναι, ut legisse videtur interpres,« Non enim artes illæ, quæ meniæ sunt, et indifferentis naturæ veram habent laudem :» et Cornarius: « Neque enim artes, quæ in medio versantur, quod vere laudabile est habent. » At exempla, quæ subjicit Basilius, gubernatorum, architectorum, latomorum sunt artificum, non artium.

Col. 358 D 4. *Plus enim.* Emendandum ex cod. Olivar. πλεῖον γάρ τι. Cornorius : « Amplius enim quiddam supra simpliciter quærere significat exquirere. »

Col. 359 B. *Non sinens.* Imo, ut recte admonet Montacutius,contrarium vult Basilius, « Non quod

nequaquam me patiatur tribulari, sed cum tentatione exitum præbens. » Nec tamen in eo assentior illi, quod ex Anglic. τῷ δύνασθαι substituit, pro τοῦ δύνασθαι, ut erat in Basiliensi editione. Sunt enim ex Apostolo desumpta verba, apud quem ita legitur I Cor. x, 13, τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν.

Col. 362 A 6. *Et revelare.* Ediderat interpres, « accedere et manifestari velle, » quasi legisset ἀποκαλύπτεσθαι. Propterea ex Cornario rescripsimus, « et revelare. » Jam tamen arrideret magis quod legit interpres, si alicujus codicis manuscripti auctoritate fulciretur, cum videatur alludere Basilius ad illud Isaiæ XLIX, 9, Λέγοντα τοῖς ἐν δεσμοῖς, Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει ἀνακαλυφθῆναι· quod Hieronymus vertit : « Diceres his qui in vinculis sunt : Exite ; et qui in tenebris : Revelamini. » Ad verbum esset, « manifestari, » vel certe, « ut manifestentur, » aut « illustrentur. »

Col. 363 A 4. *Castrametabitur.* Scripserat interpres, « Immittet se sive interseret angelus Domini : » nec aliter doctissimus Basilius apud Joan. Damascenum lib. I *Parallel.*, cap. 12, hunc Basilii locum proferens. Enimvero in vulgatis etiam lexicis παρεμβάλλειν exponitur « diversi generis milites certo ordine interserere et collocare ; » sed et « tentoria collocare » apud Polybium sonat, et « castrametari, » ut Budæus observat in *Comment.*, ut in III *Historiæ*, Τὴν δὲ δύναμιν πρὸ τῆς πόλεως παρεμβαλών, « cum ante urbem castra posuisset. » Usi sunt etiam hoc verbo LXX, ut Numerorum IX, 18 : Διὰ προστάγματος Κυρίου παρεμβαλοῦσιν οἱ υἱοὶ τοῦ Ἰσραήλ· *Per præceptum Domini castra collocabunt filii Israel.* Joan. Campensis hic vertit ex Hebræo, « Castrametatur angelus, » et S. Hieronymus : « Circumdat angelus Domini in gyro timentes eum. » Omnino autem exigit hanc versionem mens auctoris, qui idcirco postea assimilari castris angelorum dicit, ὅλῳ στρατοπέδῳ καὶ παρεμβολῇ παρεικάζεται· quamobrem addidimus, « et angelorum custodia te muniat, » quod omiserat interpres. Repetitur hic locus et exscribitur ab Euthymio in Commentario, apud quem perperam vertit interpres : « Nam cum unus numero tantum sit, universo atque integro hostium exercitui resistit. » Εἷς γὰρ ὢν, ὅλῳ στρατῷ παρείκασται. « Nam cum unus sit, integro exercitui comparatur. »

Col. 366 A 5. *Suavitatis.* Cornarius itidem, « et hic bonitatis gustus, » quasi legerit, aut corrigendum censuerit, tametsi mss. reluctentur, non χάριτος, sed χρηστότητος, quoniam dixit antea, καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς Κύριος, *et videte quoniam suavis*, vel *bonus est Dominus* : alioquin ad verbum esset, *gratiæ arrhabo et qualiscunque*, quod sane minus convenit.

Col. 367 B 5. *Qui enim corporal.* Omiserat interpres, σωματικά, *corporalia*, et paulo post illa omnia non expresserat, ἢ εἴ ἐκζητοῦντες ἀπετύγχανον τῶν τοιούτων ἀγαθῶν.

Col. 370 A 8. *Vox est magistri.* Cornarius interpretatur, « Benigni præceptoris vox est. » Alii malunt, « interni, » vel, « intus residentis magistri : » sed exponitur tamen ἐνδιαθέτως nonnunquam ἐμπαθῶς, « cum magno affectu, » ut ἐνδιάθετος διδάσκαλος dicatur, « qui magno affectu complectitur discipulos, » nisi quis malit corrigere εὐδιαθέτου. Constanter tamen Oliv. et alii mss. vulgatam retinent lectionem, sed προκαλουμένου legit Oliv. non προκαλουμένου, hoc est, « cohortantis. »

Ibid. C 10. *Satisfacere.* Recte Oliv. ἡμῶν corrigit pro ὑμῶν. Cornarius, « et Domino debitum exsolvere, qui pro nobis est mortuus. » Subinde, « ignem aspectu reddentes. » Ita substituit Montacutius, expunctis illis interpretis verbis, « Ignem paratum contuentes. » Cornarius item minus apte, « igneam faciem præ se ferentes. » Solum enim ex oculis quodammodo emicare ignem innuit. Simile quod affertur ex Aristophane, ἀστραπὰς βλέπειν, « Ex oculis quamdam veluti coruscationem emittere, coruscante aspectu esse. » Homerus Ὀδυσσ. Τ :

Φρίξας εὖ λοφιὴν, πῦρ δ' ὀφθαλμοῖσι δεδορκώς.
Valde exhorrens setosa cervice, ignem oculis inspiciens.

Philostratus in *Iconibus*, pag. 771, vestigia relegens Homeri, ὁρῶ δὲ αὐτὸν καὶ τὴν χαίτην φρίττοντα, καὶ πῦρ ἐμβλέποντα. « Video autem ipsum et setis horrentem, et ignem vibrantibus oculis intuentem. » Ita Gregorius Nazianzenus, orat. 20, p. 261, dixit, μὴ πιθήκιον βλέπῃ, ἀλλὰ βλοσυρὸν καὶ βασιλικόν : « Non simiæ aspectum, sed torvum quemdam et horrificum ac regium præferat. » Sub finem paginæ pro μακρὰν ἀποπεσόντας fortasse rectius legeretur μακρὰν ἀπόντας, « longe absunt. » Ibidem immutavimus locum illum interpretis, « qui per baptismum et adoptionem Dei facti sunt domestici. »

Col. 378 A 3. *Nunc igitur potentiam.* Omiserat interpres illud, καὶ τὴν τῶν εὐχῶν ἀντιληπτικήν. Cornarius appellat, « inspectivam nostri potentiam, et precum nostrarum susceptricem : « hoc est, quæ adjuvat preces nostrrs, ut dicebat Raphael Tobiæ cap. XII, 12 : Ὅτε προσηύξω σὺ, καὶ ἡ νύμφη σου Σάῤῥα, ἐγὼ προσήγαγον τὸ μνημόσυνον τῆς προσευχῆς ὑμῶν· *Quando orasti tu, et nurus tua Sarra, ego offerebam memoriale orationis vestræ.* Ita citatur ex eodem Basilio in Lexicis : πρὸς τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς ἀδελφότητος, *ad manum adjutricem porrigendam fraternitati.*

Col. 384 A 12. *Quid autem.* Hæc periodus, usque ad illa verba, « Ad eos item, » a nobis adjecta est, ab interprete prætermissa : locus proxime sequens est Isaiæ XLII, 18.

Col. 387 B 8. *Qui juvenilibus.* Admonet doctiss. Montacutius fidelius verti, « qui aggredi juvenilia jam potest, vel potius fortia facta. » Cornarius, « fortia jam opera contingere potens. » Sub finem paginæ emendandum ὑφαίρεσιν ὑπομείνῃ, ut in Oliv., non ut in Basil. ὑπομένῃ.

Col. 395 C 3. *Et dedecoris plena.* Addendum, « et deficiens præ filiis hominum : » sic enim apud Isaiam LIII, 3 vertit Hieronymus. *Non habebat speciem neque decorem, sed species ejus inhonorata, et deficiens præ filiis hominum.* Idem Isaiæ locus in eamdem sententiam ab Euthymio profertur in hunc psalmum, παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· περὶ τοῦ σώματος λέγει, οἷον ἦν ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ προπηλακιζόμενον, καὶ μαστιζόμενον, καὶ μυρία πάσχον. *Et deficiens super filios hominum :* « De corpore (Christi) loquitur, quale nimirum tempore passionis erat, cum probris et plagis afficeretur, et innumera mala pateretur. » Quod ex Aquila hic profertur, κάλλει ἐκαλλωπίσθης, apud Eusebium in Catena sic se habet, κάλλει ἐκαλλιώθης ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων.

Col. 398 A 5. *Sermonibus.* Περὶ Χριστοῦ, « sermonibus de Christo. » Cornarius dixit, « doctrinis de Christo. »

Col. 406 B 10. *Odi.* Scribendum ex psalmo CXXXVIII, 21 : *Oderam, et super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio.* Græca enim verba ex Oliv. et Anglic. sunt addita Basiliensi editioni, a qua aberant. In Oliva. tamen legebatur, ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς σου, non, ut in vulgatis Bibliis, ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς. σου.

Col. 411. D 5. *Perfectandæ.* Imo, « perfectæ et acquisitæ virtutis. » Itaque Cornarius propius ad sensum, licet haud satis Latine, « sed quæ in lætitia et exsultatione ob virtuosum hoc factum gaudent. » Codex Oliv. constanter vulgatam lectionem retinet ἐπὶ τῷ τοιούτῳ κατορθώματι χαίρουσαι, ut minus necessaria sit doctissimi viri conjectura, hic emendandum suspicantis ἐπὶ τὸ τοιοῦτο κατόρθωμα χωροῦσαι. Exponit enim Basilius, unde illa sit εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίασις, ex conscientia recte factorum seu bonorum operum. Neque interseri opus est, post illa verba οἱ ἀπόστολοι· nam neque codex ms. Oliv. illud addit, neque Catena Græca manuscripta *in Psalmos*, quæ integrum hunc Basilii locum exscriptum exhibet. De apostolis tamen a Basilio intelligitur, et exponitur, ut et ab Euthymio, cujus hæc verba sunt ex Regio ms. codice : Υἱοὶ δὲ οἱ ἀπόστολοι, οἵτινες ἐπανέβησαν εἰς τὸ ἀξίωμα τῶν πατέρων αὐτοῦ, πατριάρχαι τε γενόμενοι, ἐν τῷ γεννῆσαι διὰ τοῦ βαπτίσματος πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀξιωθέντες τοῦ προφητικοῦ χαρίσματος· « Filii vero apostoli, qui ad dignitatem patrum ejus provecti sunt, effecti nimirum et ipsi patriarchæ, dum omnes gentes per baptismum genuerunt, et prophetiæ donum obtinuerunt. »

Col. 423 C. *Qui per victoriam.* Hæc est mens Basiliensis editionis, quam Cornarii verbis repræsentavimus ; at interpres ediderat, ex codice fortasse calamo exarato, vertens : « Diluculo, hoc est, victoriam contra mortem die tertia matutina confecit. » Sane in codice Oliva, sic erat, βοηθήσει ὁ Θεὸς τὴν νίκην πρωΐᾳ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως ἐργασάμενος· at in Catena Græca Regiæ bibliothecæ, βοηθήσει αὐτῇ ὁ Θεὸς τῇ πόλει τὸ πρὸς πρωὶ πρωΐ· ὁ τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην πρωΐας τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως ἐργασάμενος. Quæ utraque lectio cum eo libro, quo usus fuit interpres, convenit. Observandum hic est Basilium legere πρὸς πρωὶ πρωΐ, non ut in aliis libris Psalmorum βοηθήσει αὐτῇ ὁ Θεὸς τῷ προσώπῳ, « Adjuvabit eam Deus vultu, » et utramque lectionem junxisse Apollinarium in metaphrasi, hoc versu,

Ἐξ ἠοῦς ἐπίκουρον ἔχει πανεπίσκοπον ὄμμα ·
Ab aurora adjutorem habet oculum omnia speculantem.

Idem Apollinarius in Catena Barbari videtur utramque lectionem iterum conjungere, sed merito dubitat Flaminius Nobilius an utraque expositio sit Apollinarii : siquidem in Catena Regia manuscripta alteri auctori tribuitur illa : Πρόσωπον Ἐκκλησίας νοηθεῖεν ἂν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, καὶ οἱ κατὰ διαδοχὴν ἡγούμενοι αὐτῆς, οὓς καὶ νεφοῖ πρὸς τὸ δύνασθαι εὐτόνως ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ κηρύγματος· « Vultus Ecclesiæ possunt intelligi sancti apostoli, et qui ordine sibi succedunt ejus præsules, quos etiam corroborat, ut fortiter possint Evangelii prædicationem capessere. »

Col. 435 B 3. *Sapientia.* Locus est Ecclesiastici XX, 32 : « Sapientia abscondita, et thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque? » Quod sequitur, εἰς τὸ ἑτέρων ὠφέλιμον, recto verterat Volaterranus. « Quamobrem ad aliorum usum. » Tilmannus scripsit « utriusque, » quasi esset ἀμφοτέρων. Cornarius, « quapropter ad aliorum quidem utilitatem. »

Col. 436 B 13. Ἐναγγέλλω. Oliv. et Anglic. ἀναγγέλλω, οὐδὲν ἐμὸν, οὐδὲν ἀνθρωπ. λέγων.

Ibid. D. Οὐ κυκλώσει. Delenda est negatio in Græco, ut in Volaterrani interpretatione a Tilmanno deleta est, cum absit a LXX, et ab Hebræo, et a ms. Oliv. Isaiæ XIII, 9, scriptum est : Ἰδοὺ γὰρ ἡμέρα Κυρίου ἔρχεται, ἀνίατος, θυμοῦ καὶ ὀργῆς, θεῖναι τὴν ὀργὴν ἔρημον. « Ecce enim dies Domini venit, insanabilis, furoris et iræ, ad ponendum orbem terræ desertum. » Quod vero sequitur, ex alio propheta desumptum est ; Osee VII, 2 : Ἐκύκλωσιν αὐτοὺς τὰ διαβούλια αὐτῶν· *Circumdederunt eos cogitationes eorum.* Paulo post scribe, « Non enim me peccatorum, » οὐ γὰρ περιστήσ.

Col. 439 B 11. *Neque enim.* Non dixit ζητεῖ, sed ζήτει. Audiendus potius Cornarius, « neque igitur fratrem quære in redemptionem, sed eum qui extendit naturam tuam. » Subjicitur deinde historia Exodi XXXII, 28, et altera, cum διστατικὴν φωνὴν dubiam et hæsitantem emisit vocem, Numeror. XX, 10.

Col. 446 B 9. *Insipientem.* Hæc ita verti mavult Montacutius, ut Græca sonant, « Poterit autem

quispiam dicere, insipientem illum nominari, qui ethnico more vivit, amentem, qui Judaico more. » Postea locus citatur ex Osee VII, 11; non, ut notarat Cornarius, Osee IX. Idem paulo post commodius Volaterranum ait vertisse, ὧν γὰρ ὁ βίος νεκρῶν· « Quorum enim vita mortuis operibus ab omnis generis peccato resultantibus adimpleta est, istorum domus in æternum sepulcra fiunt. » Locus de Jacob est Gen. XXV, 27.

Col. 454 B 9. *Qui imperium*, Cornarius edidit, « propter eum qui ipsam destruxit, et imperium mortis habet. » Uterque interpres a sensu Basilii et ab Apostoli sententia aberravit; at Volaterranus in antiquiori editione recte interpretatus erat, ut suggerit Montacutius,« propter eum a quo vastabatur is, qui mortis habebat imperium. » Locus est Hebræor II, 14: Ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον· *Ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolnm.* Ita vertit et Ambrosius, lib. III *De fide*, cap. 5, addens : « Per quam nisi per corporis mortem, mortis vincula dissolvit? » Cum ergo potestas ista mortis dicatur abolita, ut fatetur Beza, inepte censendus est interpretatus, τὸν ἔχοντα, « eum qui habet imperium, » non ut Vulgata, « qui habebat. »

Ibid. C 10. Ἐν τῷ ᾅδῃ. Ad verbum est, « in inferno protendetur, » non ut Volaterr. et Cornarius « ad infernum usque; «at quod sequitur,τελειωθῶσιν οἱ προειληφότες, rectius expressit Cornarius, « qui prægressi essent. » Hebr. XI. 40.

Col, 458 A 10. *Introibis*. Theodoretus admonet tres Græcos interpretes, Aquilam nimirum, Symmachum, et Theodotionem, edidisse, εἰσελεύσῃ,« introibis, » et ita legisse apud Basilium videtur interpres, non ut habet Oliva. et Basilicns. εἰσελεύσεται, « introibit. » Cornarius etiam scripsit, « introibis, » quod adverterit id exigere explanationem Basilii : propterea sequitur, Τοσοῦτον οὖν παραγίνῃ σὺ, ὁ Θεός· « Tantum igitur accedis tu, Deus, et tanta est in ipso de te notio : » et ita restituenda est interpretatio·

Col. 460 B 13. Εἶτα διὰ φιλανθρ. Hæc addita sunt ex Anglic. et Oliv. : « Iidem rursus propter misericordiam Dei admissi ac recepti. »

Ibid. C 11. Βασιλέως. Emendandum ex Oliv. et Angl. βασιλέα Σωβᾶ *regem Soba*. Apud LXX legitur βασιλέα Σουβᾶ, iidemque appellant Σύρον Ῥαάβ, *Syrum Rhaab*, quod Basilius Συρίαν Ῥαάβ.

Col. 461 A 9. Ηαρετάξαντο. Corrigendum ex Oliv. et Anglic. παρετάξατο, ut versio requirit.

Col. 462 A 12. *Progressioni*. Ita Cornarius, « historiæ processus, » sed in Oliv. et Angl. non προκοπῇ, sed περικοπῇ legitur, « hujus historiæ parti, seu fragmento· » Suidas, περικοπή, μέρος τι τῆς ὑποθέστως, « pars aliqua disputationis integræ, vel narrationis. » Hieronymus ad Pammachium, « Illam Apostoli περικοπήν, in qua de virginitate et nuptiis disputat, aliter disserere compelleris. » Basilius quæstione de baptismo 4, καὶ ὁλόκληρον τὴν περιέκοπὴν ἀναγινώσκοντες. Ita demum legitnr in Catena Græca ms. in qua totus hic Basilii locus exscriptus est.

Ibid C 3. *Viginti millia.* Corrigendum ex editione Basiliens. et Oliva. « viginti duo millia. « Sic enim scriptum est II Regnorum VIII, 5 : Καὶ ἐπάταξε Δαυὶδ ἐν τῷ Σύρῳ εἴκοσι δύο χιλιάδας ἀνδρῶν· *Et percussit David in Syro viginti duo millia virorum.*

Col. 464 B 8. Τῶν ἀνθρώπων. εἴκοσι Oliva. τῶν πατέρων, « paternæ vanitatis. » Non aspernanda varia lectio, cum de gentilibus agatur, qui paternis superstitionibus adhærebant. Dixit tamen pagina præcedenti id posse de omni omnino humano genere intelligi, περὶ παντὸς τοῦ ἀνθρώπων γένους.

Col. 470 B 7. *Idithum vero consecratam.* Ad verbum e Græco vertit Cornarius, « Idithum datam esse in utilitatem ipsius. » Nam ut scribit S. Ambrosius in *in psalm.* XXXVIII : « Psalmum David scripsit, et Idithum viro disciplinis leviticis et sacerdotalibus erudito canendum dedit. Denique etiam in sæcularibus scriptis, alii erant qui scribebant, alii qui in scena vel cantica vel comœdias vel tragœdias canere consueverant. » Et Theodoretus *in* hunc *psalmum* LXI : Δῆλον τοίνυν ὡς τοῦ μακαρίου μὲν Δαβὶδ ὁ ψαλμός· ἤδετο δὲ ὑπὸ τοῦ Ἰδιθοὺμ, ὃς χόρου προστατεύων ἐν τῷ θείῳ νεῷ ὕμνει τὸν τῶν ὅλων Θεόν· « Liquet igitur psalmum quidem beati Davidis esse, Idithum vero eum cecinisse, qui chori præfectus cum esset, Deum universorum in sacro templo laudabat; » et *in psalm.* XXXVIII : Τοῦ μὲν Δαβὶδ ὁ ψαλμός· τῷ δὲ Ἰδιθοὺμ ὡς τὸν τῶν ᾀδόντων χορὸν ἐμπεπιστευμένῳ εἰς τὸ ψάλλειν ἐδόθη· « Psalmus quidem Davidis est, Idithum vero ad canendum datus fuit, cui canentium chorus commissus erat. » Porro in codice ms. Olivar. constanter legebatur Αἰμάν, non ut in Anglic. Αἰθάν, et ita I Paralipom. XXV, 1 : Ἀσὰφ καὶ Αἰμὰν καὶ Ἰδιθοὺμ τοὺς ἀποφθεγγομένους ἐν κινύραις, καὶ ἐν νάβλαις, καὶ ἐν κυμβάλοις· *Asaph et Aimam et Idithum personantes in citharis et in psalteriis et in cymbalis*; atque hoc etiam pacto legendum hoc loco,non, *in cymbalis et oryanis.* Basilius addidit καὶ ἐν τυμπάνοις, quod illic non habetur, illud autem σάλπιγγές τε καὶ κύμβαλα, τοῦ ἀναφωνεῖν, est ex I Paralipomenon XVI, 42.

Col. 473 A 8. Περιδονούμενοι. Ita mss. Anglici et Olivarianus : retineri tamen potest vetus lectio edit. Basiliens. περιδονούμενα. Cornarius, « plantæ, quæ a leni aura agitantur. »

Col. 476 C 12. Οἱ καὶ τὸ φονεύειν. Anglici mss. οἱ καταφονεύειν. Oliv. οἱ τὸ καταφονεύειν· sequitur tamen absque ulla præpositionis additione simplex κατὰ τὴν τοῦ φονεύειν περιουσίαν.

Col. 479 A 7. *Delicias*. Τρυφῆς legit, ut præfert

Oliv. una cum Angl. At ex Basiliensi ζωῆς Cornarius expressit: « An electa in virtutis exercitio affectione per hujus beneficium consequi æternam vitam. » Paulo post occurrit Epicureorum vel impiorum e circo petita sententia: « Mihi præsentia dentur, » cui similem adjungit in margine Tilmannus ex S. Joan. Chrysostomo, homil. 9 in *II Epist. ad Corinthios*: Καὶ γὰρ πολλῶν ἀκούω λεγόντων τὰ καταγέλαστα ταῦτα ῥήματα· Δός μοι τὴν σήμερον, καὶ λάβε τὴν αὔριον. Ἂν μὲν γὰρ τοιαῦτα ᾖ, φησὶν, οἷα καί φατε ἐκεῖ, ἓν ἀνθ' ἑνὸς γέγονεν· ἂν δὲ μηδὲν ὅλως ᾖ, δύο ἀντ' οὐδενός· « Etenim complures audio, qui ridiculis hisce verbis utuntur, Da mihi hodiernum diem, et tu crastinum sume. Nam si talis et in futuro ævo rerum status, qualem dicitis, unum pro uno fuerit; si vero ex iis, quæ de ævo illo commemorantur, nihil omnino est, duo pro nihilo erunt. » Quæ doctissimus Billius, lib. I, cap. 14, *Observationum*, sic exponit: « Sine me præsentis vitæ oblectamentis frui, tu vero futura bona tibi habe. Si enim vera sunt, quæ de justorum præmiis et iniquorum suppliciis commemorantur, æqua conditione erimus. Nos enim præsentia habebimus, vos futura. Sin falsa et commentitia, nos quidem duplici nomine beati erimus, ut qui et in hac vita in omni voluptatum genere versati fuerimus, et in altero ævo nullas pœnas subituri simus; vos contra duplici nomine miseri ut qui et in hac vita magnos labores susceperitis, et in futura nihilo meliore conditione sitis futuri. » Ibidem recte a doctissimo Savilio nuper editum est, ἀλλὰ δόρ ἀντ' οὐδενὸς ἔσται τοῖς δικαίοις, ut conjecerat emendandum idem Billius. Sub finem paginæ pro προσφέρεται ζυμᾶ legitur in Oliv. et Anglic. προφέρεται, « producitur. »

Col. 482 A 14. *Par recipe.* Cornarius, « exspecta æquilibrium. » Montacutius, « exspecta par, » hoc est, ut par pari referatur. Aaulo post, « Terminos esne transgressus, » non satis exprimit Scripturæ sensum, ex qua ista desumpta Proverb. XXII, 28, ubi quamvis apud Vulgatæ auctorem legamus, *Ne transgrediaris terminos antiquos*: tamen apud LXX aliter, Μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια, *Noli transferre terminos æternos*, Basilius dixit, μετέθηκας. Cornarius « terminos patrum transposuisti. » Plus enim est loco movere limites agris positos, litem ut discernant arvis, quam deambulando illos transgredi.

Col. 483 B 8. *Ut debitum illis.* Interpres, « ut debitam illis liturgiam expleverim. » Cornarius, « ut et apud illos ministerium impleverim. » Similis Apostoli locutio II Timoth. IV, 5: Τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον· *Ministerium tuum imple.*

Col. 487 C 12. *Qui in peccato.* Sic restituimus, cum edidisset interpres: « Qui autem usque ad mortem in aliquo peccato constitutus fuerit. » Non enim hic agitur de eo, qui ad extremum usque vitæ spiritum in peccato fuerit constitutus, sed de eo qui peccatum ad mortem admiserit, cujus mentionem facit beatus Joannes Epist. I, cap. V, 16: Ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον· *Est peccatum ad mortem.* Ex qua etiam Epistola est illud quod sequitur, tametsi nonnihil immutatum, Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν· *Qui facit peccatum, ex diabolo est.* Sed in Olivar., γεγέννηται legebatur, non γεγένηται, quemadmodum et apud Apostolum, Ὅτι ἐκ θεοῦ ἐγέννηται, *Quoniam ex Deo natus est.* Cornarius scripserat hoc loco, « Qui in peccato aliquo mortali hæret. »

Col. 489 C 10. Ἔχουσιν ἀναπνοήν. Additam variam lectionem arripuit typographus, sed verior Basiliensis editionis illa, quam et expressit interpres, et Olivarianus codex confirmavit, ἀναστροφήν, hoc est, οὐ δύνανται ἀναστρέφεσθαι. Ex eodem manuscripto restituimus sequentem locum, κατὰ χάριν τοῦ μεγαλοδ., nam ab excusis aberat χάριν.

Col. 493 C 8. Ἀλγήματα. Ms. Olivar. οὐκ ἔνι ἄλγημα· quo pacto scriptum offendisse videtur interpres. In eodem libro legimus ἐμπορία, sed ex Anglicis editum est, ἐμπορεῖαι, quam vocem omiserat Basiliensis editio. Postremo idem codex Oliv. post Ἰησοῦ subjiciebat, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, « Domino nostro. »

IN LIBROS ADVERSUS EUNOMIUM.

Adversus Eunomium hæreticum scripsisse libros aliquos S. Basilium testatur S. Hieronymus in *Catalogo scriptorum ecclesiastic.* his verbis: « Basilius Cæsareæ Cappadociæ episcopus egregios *contra Eunomium* elaboravit libros, et *De spiritu sancto* volumen. » Sophronius vertit, κατὰ Εὐνομίου ἐξαιρέτους συνέταξε λόγους· sed quot numero fuerint, non satis liquido constat. Ex Photii *Bibliotheca*, numero CXXXIX, licet colligere tres primum ab eo fuisse exaratos, quandoquidem totidem libris se adversus illum tueri conatus est Eunomius. Postquam enim S. Basilius in cœlestem commigravit hæreditatem, et ingenti metu liberatus est Eunomius, suum opus evulgavit, in quod incidentes Theodorus Antiochenus, Gregorius Nyssenus, et Sophronius, πολλαῖς αἰκίαις λόγων λωβησάμενοι, οὐδὲν ἧττον τοῦ προτέρου, νεκρὸν καὶ πάσης ἀπόζον ἀκαθαρσίας τῷ γεγεννηκότι ἀπέῤῥιψαν· « Multis verborum plagis, non secus ac priorem illum ejus libellum Basilius, conficientes vulgatum jam et præ impuritate olidum in auctorem suum conjecerunt. » Illustrissimus cardinalis Bellarminus in *Catalogo*

scriptorum ecclesiasticorum ait in secundo Basilii operum tomo poni libros tres *contra Eunomium*, sed in editione Antuerpiensi libros quinque, et quamvis duos ultimos libros Erasmus sustulerit, ut indignos Basilio, alios tamen censere Basilio non indignos. Certe idem in suis *De controversiis* libris, ut lib. II *De Christo*, c. 25, citat ex libro quinto tria loca, quibus Ecclesiæ Latinæ sententiam confirmat de processione Spiritus sancti. Ipsa etiam Græca Ecclesia in concilio Florentino, cum pro ea verba faceret Marcus Ephesius, et cum Latinis disputaret, ex libro quinto testimonium profert sessione 18, p. 436 editionis Romanæ : Ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς πρὸς Εὐνόμιον ἀντιῤῥητικοῖς περὶ τῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς προόδου τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὸν λόγον ποιούμενος τοιάδε φησί· Γεννᾷ ὁ Θεὸς οὐχ ὡς ἄνθρωπος, γεννᾷ δὲ ἀληθῶς· « Basilius Magnus in sermonibus, quibus Eunomium confutavit, loquens de productione Spiritus sancti ex Patre, his utitur verbis : Generat Deus non ut homo, vere tamen generat. » Reperitur locus lib. v. Bessarion quoque Nicænus archiepiscopus in Oratione dogmatica, sive de unione ad Ecclesiam Orientalem, c. 8, pag. 544 Romanæ edit., ex eodem lib. v citat c. 9, pag. 118 : « Magnus itaque Basilius consona prædicto doctori dicens, tum Spiritum homini a principio sufflatum, tum a Salvatore discipulis datum, ipsam hypostasim Spiritus fuisse asserit contra Eunomium in capitulo, cui titulus, Quod Spiritus divina natura est. » Ex quibus constat passim apud Græcorum bibliothecas circumferri solitos, et citari quinque istos *contra Eunomium* libros. Ac, licet in editione Veneta, apud Stephanum Sabium ann. 1535, tres tantum priores excusi fuerint, tamen in Basiliensi posteriore anni 1551 quinque sunt editi, quos etiam Regius codex Henrici II agnoscit, ex quo multa loca emendavimus. Facessat igitur Erasmi censura, et Theodori Bezæ merito castiganda audacia, qui, cum quatuor libros Latinitate donasset, quintum tamen supprimere ausus est, et quartum postrema sui parte truncare, suppressa ejus partis interpretatione, quæ nimirum catholico ac vero de meritis operum dogmati suffragabatur. Janus Cornarius, et ipse de numero Protestantium, quinque integros Latine convertit, cujus interpretationem cum Bezæ editione apud Henricum Stephanum an. 1570 comparabimus, sicubi nobis subsidio erunt ad receptam Trapezuntii versionem recensendam. Si quis autem disparitatem styli, et diversam rationem argumentandi in duobus posterioribus libris animadvertens, causas earum requirat : ex Prologo, qui libro quarto præfixus est ab ipso interprete vel ab alio quopiam viro, docto, eas discere poterit.

Col. 499 B 11. Alterum dicitur etiam, quod numero tantum diversum est, licet alioqui simile sit; at non dixit ἑτερούσιον. Itaque melius Cornarius, « inæqualem esse secundum essentiam. » Optime ad verbum scripseris, « dissimilem secundum substantiam. » Ita paulo post in eodem libro dixit : Ἀνόμοιον κατὰ τὴν οὐσίαν εἶναι τὸν Μονογενῆ τῷ Πατρί, « Essentia dissimilem esse Unigenitum Patri. » Unde Anomœi dicti sectatores Actii. Epiphanius hæresi LXXXVI : Ἀνόμοιοι πάλιν τινές εἰσιν καλούμενοι, οὗτοι δὲ πρόσφατοι. Ἔσχον δὲ ἀρχηγὸν Ἀέτιόν τινα διάκονον προαχθέντα διὰ τὴν αὐτοῦ φλυαρίαν ὑπὸ Γεωργίου τοῦ Ἀλεξανδρέως. « Sunt rursus quidam, qui appellantur Anomœi, hoc est, dissimiles. Hi autem recentes sunt. Habuerunt autem ducem Aetium quemdam diaconum, evectum propter nugas suas a Georgio Alexandrino. » Idem corrigendum est infra, « alterius esse substantiæ. »

Col. 505 B 3. *Cui nulla persona.* Sic ἀπρόσωπον verti placuit, non ut interpres scripserat, « accusatoris persona relicta. » Cornarius vero edidit, « apologiæ actum sine persona subit. » Beza, « cui nulla persona subest, » sive accusatoris sive alterius : at paulo post addidit Basilius vocem κατηγόρων, « accusatorum. » Πρόσωπα κατηγόρων αἰσχύνεται. Trapezuntius, « accusatorum personas in medium adducere dedecus sibi putavit. »

Ibid. D. *Alloquor enim.* Interpres. « Habeatur enim mihi pariter ad universum illum cœlum oratio. » Δημίους quoque « ministros publicos » verterat, sed post judices non servi publici, aut lictores quivis, aut viatores, verum carnifices subjiciendos esse intelligi potuit.

Col. 506 A. *Pulsus Eudoxius.* In codice Regio legebatur, quod in margine Basiliensis editionis ascripseramus, καὶ ὁ Εὐδόξιος μὲν τῶν ἐν Συρίᾳ. Trapezuntius scripserat ex manuscripto (nam ante annum 1530, quo primum Venetiis editi sunt hi libri, e vivis excesserat) : tunc e Syria etiam quidam expulsus, Constantinopolim quasi ad tyrannidem pervenit. » Socrates, lib. II *Historiæ eccles.*, c. 34 : Τότε δὲ ἐκβληθέντος Μακεδονίου, Εὐδόξιος ἐν δευτέρῳ τὸν Ἀντιοχείας θέμενος θρόνον, τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀναδέχεται (sic legi malim, quam ἀναδείκνυται), τῶν περὶ Ἀκάκιον ἐνθρονισάντων αὐτόν· « Id temporis vero exturbato Macedonio, Eudoxius sedem Antiochiæ posteriorem ducens Constantinopoli sede episcopus Constantinopolis per Acacium et ejus familiares renuntiatus est. » Nicephorus quoque libro IX, cap. 36, Eudoxium scribit Antiochia occupata propalam Aetii opinionem propugnasse, atque illum adjuvare conatum esse. Vide etiam Theodoretum, lib. II *Histor. eccles.*, c. 25, et c. 27. Ex eodem codice Regio addidimus excuso, post vocem λογογράφος, quæ sequuntur, διὰ τῆς τούτου προστασίας ἱδρῦσαι τὸ δόγμα ἐπειγομένου. Ibidem pro « Sardiensis Ecclesia devorata est » scripsimus e Græco προεπόθη, « propinata est, » et ita Beza, quem tamen admodum imperitum geographiæ fuisse constat, cum hic scripserit in editione Stephanæa, « Sardicensis Ecclesia propinata est. » Atqui Sardica, cujus civis Sardicensis, urbs est Thraciæ mediterranea; Sardis autem vel Sardes urbs Lydiæ ad latus Tmoli montis sita, cujus civis Sardianus vel Sardiensis dicitur. S. Hierony-

mus, in *Catalogo scriptorum ecclesiast* Sardensem appellat. « Melito Asianus, Sardensis episcopus Marco Antonino Vero imperatore, » ubi Sophronius Μελίτων Ἀσιανὸς Σάρδεων ἐπίσκοπος. Imitatus est ante aliquot annos ἀνιστορησίαν istam Bezæ symmysta ejus Salmuriensis, qui concilium Sardicense Gallico idiomate sic extulit, ut Asianam Lydiæ urbem in locum Thraciæ civitatis substitueret, qua de re a nobis in Elencho ipsius errorum tomo 1 admonitus est.

Col. 508 D 4. Τοῦτο δέ ἐστι τοιοῦτον. In Basiliensi edit. erat. τοῦτο δέ ἐστι τοιοῦτον. Τί δὴ χαλεπαίνετέ μοι : unde Cornarius suam versionem expressit. « Hoc vero tale quid est. Quid succensetis mihi, o viri, ad fastigium virtutis progresso? » Nec aliter Beza : verum in Regio H. legebatur : Τοῦτο δέ ἐστί τι, μὴ χαλεπαίνετέ μοι. Atque hoc pacto scriptum in manuscripto reperisse videtur Trapezuntius, nec in verbis Eunomii vestigium ullum est interrogationis. Paulo post scripsimus, « Cum quo damnatus sit : » Τίνι συγκατακέκριται· non, ut interpres, « ex arrogantia, qua condemnatus est : » onm diabolo nimirum, in cujus judicium et condemnationem incidit. I Tim. III, 6 : Ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρῖμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου. « Ne in superbiam elatus in judicium incidat diaboli. »

Col. 510 C 2. *Quod si deprehenderetur.* Aliud est ὑφορᾶσθαι, aliud φωραθῆναι. Illud se legisse putavit Trapezuntius, cum scripsit, « Quod si suspectus foret, sine ulla culpa esse videatur. »

Col. 511 B 10. Ἀγυμνάστοις ἀκοαῖς verterat, « in liberas aures incidens. » Cornarius aptius, « ne inexercitatis auribus allapsus sibiipsi fidem deroget. » Beza, « inassuetas aures feriens. » In ms. erat τὴν ἀσέβειαν, sed emendandum esset ἑαυτοῦ· « Impietatem suam fide indignam redderet, neque facile audiendam. »

Ibid. C. *Ad institutum.* Ἐφ' ἃ προείρηται, quomodo legitur et in Stephanæa editione, ubi hoc pacto vertit Beza ; sed aptius fortasse legeretur προῄρηται a verbo προαιρεῖσθαι. Cornarius receptam exprimens lectionem, « ad ea quæ prædicta sunt. » At Trapezuntius ediderat, « ad ea, quæ volebat, » προαίρεσιν indicans. Paulo post ex Regio pro ἐπιστάσεως emendandum τὸ ἁπλοῦν τῆς πίστεως, « simplicitatem fidei, » quam lectionem etiam Stephanæa editio agnoscit.

Col. 513 B 6. Γνώμονα τῆς ἀληθείας. Addidimus ex codice H. τοῖς ἐχθροῖς τῆς ἀληθείας, quod etiam in apographo suo legisse Trapezuntius apparet, cum ante primam Venetam editionem hos libros e Græcis manuscriptis Latinitate donaret : quamobrem nec a Beza neque a Cornario prætermitti debuerunt.

Col. 516 A 11. Τὸν Θεὸν ἀγέννητον. Ita scriptum fuit in Regio, et in edit. Stephanæa, quemadmodum et in iis quæ sequuntur periodis προσγεγενῆσθαι et γεγενῆσθαι· quam ob causam vertit Beza, « Deum non esse factitium, et vel a seipso vel ab alio factum esse : » ac re vera ἀγέννητὸς est « non factitius, non creatus, non productus : » sed in Basiliensi posterioro ἀγέννητον excusum fuit, et προσγεγενῆσθαι et γεγενῆσθαι, atque idcirco Trapezuntius interpretatus est, « et communi omnium conceptione Deum natum non esse : » item paulo post, « quod ingenitum est, vel a se vel ab alio factum esse contenderet, » et « qui est ingenitus, neque a se neque ab alio natum : » aptius dixisset, « neque ab alio genitum. » Verumtamen in tanta lectionum varietate animadvertendum est, quod alibi monuimus, vocem ἀγέννητος, cum de Deo Patre agitur, sive cum aliis personis Trinitatis comparatur, nunc significare ingenitum, hoc est, non generatione productum, nunc autem, increatum, non factitium, neque per creationem productum : sæpius tamen ἀγέννητος vocem hac secunda notione usurpari, quæ cum simplici ν, non cum duplici effertur, ut ἀγένητος. Vide quæ superius annotata sunt.

Ibid. C 5. *Quasi solido.* Πυκνὸς καὶ περιττὸς solertem et prudentem et egregia mente præditum sonat, ut cæteri interpretes ediderunt, non ut Trapezuntius, « Si densis atque minutis excogitationibus suis redundaret. »

Col. 517 A 6. Pro συνάγειν scripsimus ex Regio H. συνεισάγειν.

Col. 520 B 9 Ὑφαρπαγήν. Addidimus ex ms. H. quæ deesse in Stephanæa Beza apposito asterisco adverterat, et Trapezuntii versionis insistens vestigiis interpretatus erat, nimirum αὐτῷ ληφθέντος λόγου πρὸς τὴν κατασκευὴν ἐντεῦθεν χωρεῖ τοῦ τὴν ἀγεννησίαν οὐσίαν εἶναι· « Iste tamen quasi viam quamdam ex eo nactus, quod furtim arripuit, eo progreditur, ut dicat ἀγεννησίαν esse illius essentiam, qui est omnium Deus. » Cornarius aptius edidit, « hinc ad confirmationem procedit, quod ingenitum esse essentia sit. » Ἀγεννησίαν Latini Patres « innascibilitatem » vertunt.

Col. 526 B 3. *Et quod ejus propr.* Hoc omissum ab interprete addidimus, qui et scripserat hoc loco, « neque ad irrationalem dimittens infirmitatem subduci, « quod legisset fortasse ὑποφέρεσθαι, ut habuit H. Regius codex pro ἀποφέρεσθαι. Paulo ante ubi de vite fit mentio, prætermisit illud, κατὰ τὴν πίστιν, Beza, quod sane mirum, cum illius symmystæ neglectis operibus, fidei potius curam gerere videantur. Dixit autem ἐῤῥιζωμένους κατὰ πίστιν ut Paulus Coloss. II, 7 : Ἐῤῥιζωμένοι καὶ βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίστει· *Radicati et confirmati in fide.*

Ibid. C 3. *Incorruptibilem.* Tractat hunc locum S. Basilii frater Gregorius Nyssenus lib. ultimo *contra Eunomium*, nuper Latinitate donato a doctissimo viro N Gulonio, p. 396, eumque adversus calumnias Eunomii tuetur. Diversis tamen aliquando dictionibus utitur, ut ὑπερεκπίπτουσαν πάσης περιγραφῆς εὑρίσκοντες, pro πάσης ἀρχῆς, quæ verior lectio, ut animadvertit interpres Nysseni, scribens, « omnem circumscriptionem vel

omne principium superantem. » Item τοῖς αἰῶσι τὸν νοῦν ἐπιβάλλωμεν pro τὸν νοῦν ἐπεκτείνωμεν, et τοῖς ὀνόμασι τούτοις χρώμενοι, pro τούτοις προσαγορεύοντες. Ibidem correximus illud Trapezuntii « tunc infinitam ejus in nullum terminum exeuntem incorruptibilem appellamus. »

Col. 526 C 14. Καὶ ἀσύμβαντα. Rectius in ms. Regio II, ἀσύμβατα· quemadmodum et apud Gazam in *Grammatica Græca* legunt quidam ἀσυμβάντως ἔχειν, lib. IV : sed paulo post non ἀσυμβάντως, sed ἀσυμβάτως scriptum esse observat auctor *Græci Thesauri*, et ex Plutarcho citat de primo frigido : Ἡ μὲν γὰρ κατὰ στέρησιν καὶ ἕξιν ἀντίθεσις πολεμικὴ καὶ ἀσύμβατός ἐστιν, id est, Turnebo interprete, « Privationis enim et habitus repugnantia hostiliter infesta est, et implacabiliter dissentit. »

Col. 527 B. *Non se ex commentatione.* Hæc verba Eunomii sic immutavimus, cum esset antea : « Nolle cogitationem humanam decorare Deum, cun Ingenitum appellat. » Sed ἐπίνοιαν « commentationem » Beza rectius vertit, quam Trapezuntius, « cogitationem, » aut Cornarius, « contemplationem ; » cum ἐπινοεῖν sit excogitare, vel comminisci, vel mente concipere solerter aliquid adinveniendo. Sic apud Nyssenum Gulonius τῇ ἐπινοίᾳ ἡμῶν ἐπιθεωρούντων ταῦτα· « dum hæc per commentationem ita contemplamur. »

Ibid. 12. *Quomodo igitur.* Interpres ediderat, « Quomodo igitur non furere te perspicimus, si propriam cuique nominum potestatem inesse non putes, sed contra veritatem ; » ἀλήθειαν enim legit, non ἐνέργειαν, quod tamen tuetur ms. H. et editio Stephanæa, in qua omisit Beza illud παρὰ τὴν ἐνέργειαν, quod ita expressit Cornarius, « sed præter efficaciam decernere omnia nomina inter se valere ? »

Col. 529 B 9. Καὶ ἐν τούτῳ. H. ms. ~~καὶ ἐν~~ ἐνὶ τούτῳ, quod agnoscit interpretatio ~~Tra~~pezuntii, ut ante dixit ἐν ἑνὶ τούτῳ μόνῳ· verte igitur, « atque in hoc uno confessionem persolvat, quod est id quod est : » et in verbis Eunomii, pagina 219, c. 2, ἐν τῇ τοῦ εἶναι ὃ ἐστιν ὁμολογίᾳ, *confitendo id eum esse quod est.*

Col. 531 A 14. *Categoriæ.* Non ut interpres, *De categoriis*, quemadmodum et S. Augustini quidam citant librum *De decem categoriis*, qui in inscriptione habet, *Categoriæ decem ex Aristotelis libro.* Sane quidam librum illum inscripserunt Πρὸ τῶν τοπικῶν, *Ante topica*, ut ex Simplicio observat amicus noster Robertus Balforæus vir eruditissimus in suis *Commentariis logicis ;* nonnulli *De decem categoriis*, seu, ut vertit Boethius, *prædicamentis :* tamen apud ipsum Aristotelem et apud Ammonium liber inscribitur Κατηγορίαι· de privatione et habitu agit c. 10, de oppositis ; et alibi passim. Ibidem ex Joannis VIII, 44, scripsimus *ex propriis loquitur*, pro « ex seipso, » Ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, non ἀφ' ἑαυτοῦ.

Col. 634 B 13. *Si quidem privationes.* Non ut interpres scripsit, « Privatio enim ejus, quod natura inest, privatio est, posterior habitu. » Aristoteles in *Categoriis* c. 10 : Ἑστερῆσθαι δὲ τότε λέγομεν ἕκαστον τῶν τῆς ἕξεως δεκτικῶν, ὅταν ἐν ᾧ πέφυκεν ὑπάρχειν, ἢ ὅτε πέφυκεν ἔχειν, μηδαμῶς ὑπάρχῃ. « Tum vero dicimus singula, quæ habitum recipere possunt, privata esse, cum in quo natura inesse debet, aut quando natura haberi debet, nullo modo inest. » Exemplum addit de edentulo et cæco : non enim quod dentes non habet, « sed quod non habet, quando habere natura debet, » edentulum dicimus, et cæcum, quod oculos non habet, quando natura habere debet.

Ibid. C 9, Ὡς πρὸς τὸ ὅλον. Obscure expressum erat, « pusillam ad totum congerunt. » Cornarius dixit, « quantum ad totum attinet. »

Col. 536 C 4. *Nullatenus* Emendandus in Veneta et Basiliensi locus σχολὴ γ' ἄν, ex Regio H. et Stephani editione p. 233, σχολῇ γ' ἄν ἄλλο· sed illius interpres minime sequendus, qui a mente auctoris aberravit, licet eum Stephanus tanquam ἀναμαρτητον sæpe in *Thesauro* laudet : « Nam si essentia inter ea ponatur, quæ non sunt, quidquid præterea diximus, unum et inane fuerit. » Rectius multo Cornarius : « Si enim essentia inter ea, quæ non sunt, est, nullatenus sane aliud quid eorum, quæ de Deo dicuntur, aderit. » Paulo post immutavimus illud, quod pro his Græcis substituerat Trapezuntius, καὶ αὐτὴν τὴν οὐσίαν τίθεται τὸ ἀγέννητον, « et in ipsa substantia innascibilitatem imposuit, et orationem tanquam ad caput colligens sic conscribit. » Imo ingenitam esse Dei essentiam dicebat, non in essentia Dei esse, Eunomius, ut ex ipso Basilio constat, et Greg. Nyssen, libro ultimo *contra Eunomium*, p. 204 : Λυτὸ δὲ τὸ διὰ τῆς μὴ γεγεννῆσθαι λέξεως σημαινόμενον οὐσίαν νομίζειν μόνων τῶν ἐκ μανίας παραφερομένων οἰόμεθα· « Ipsum autem quod significatur per verbum *non genitum esse*, existimare essentiam, solorum, qui furore concitantur, esse arbitror. »

Col. 542 A 9. *Invisibilis et orn.* Hoc prætulimus verbis interpretis ex vulgata Latina quæ non e Græcis expressa, sed ex Hebræo, *erat inanis et vacua.* Vaticana editio ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος vertit, *invisibilis et incomposita.* S. Augustinus in lib. *De Genesi ad litt.*, *inordinata* vel *imparata.* Aquila κένωμα καὶ οὐδὲν, *inanitas et nihil.* Symmachus ἀργὸν καὶ ἀδιάκριτον, *iners et indiscretum quiddam :* quare nimirum illud chaos apud Ovidium, I *Metamorph.*, « rudis ingestaque moles. » Paulo post sub finem pag. ἐμβατεύειν οὐσίαν dixerat interp. « ipsum se ingressos substantiam Dei jactant ; » sed Græcum hoc verbum non simpliciter ingredi, sed pedem inferre, et quasi in possessionem ingredi sonat, ut Colass. II, 18 : Ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων· *quæ non vidit ambulans.* Budæus, *in eorum quæ non vidit, possessionem pedem ponens.* Tic in *Thesauro* citatur ex Æcumenio vel potius ex Aretha in *Acta apost.* : Ὁ Κύριος ὁ ταῖς καρδίαις

ἐμβατεύων. Chrysostomus, lib. II. *De sacerdotio* p. 15 : Οὐχ ἵνα αὐτὸς μάθῃ. πῶς γὰρ ὁ τὰς ἁπάντων καρδίας ἐμβατεύων ; « Non quo ipse edoceatur: qui enim edoceri studeat is, cui uni mortalium omnium corda sunt pervia ? » Itaque non absurde hic interpretatus est Cornarius, « Ipsam Dei universorum essentiam pervestigasse sibi arrogant. »

Col. 544 C 10. Ὑλικήν τινα. Basiliensem editionem hic emendavimus,vel potius typographicum σφάλμα sustulimus; recte enim erat in Veneta, unde illa videtur expressa, non ἡλίκην sed ὑλικήν· mirari tamen satis non possum Bezæ stuporem, qui cum in Stephanæa recte excusum cerneret ὑλικήν,tamen ex adverso Græci textus ediderit : « Præterquam enim quod essentiam Dei cogitabit esse quantitatis alicujus : qua in re cum Græcis consentiet, » quasi nimirum ἡλίκην legisset, quod ἡλίκος « quantum » sonet, non ὑλικήν, « materialem sive corpoream substantiam : » vide infra ταῖς ὑλικαῖς φαντασίαις τὰς περὶ Θεοῦ. Plutarchus, lib. I *De placitis philosoph.*, c. 7, tradit Anaximandrum voluisse τοὺς ἀστέρας οὐρανίους θεούς, « cælestes esse deos ; » Democritum docuisse νοῦν τὸν θεὸν ἐμπυροειδῆ τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν, « Deum in ignea specie, mundi animam ; » Stoicos θεὸν ἀποφαίνεσθαι πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον ἐπὶ γένεσιν κόσμου,« Ignem artificiosum via ingredientem ac mundi procreationem ; » Epicurum denique ἀνθρωποειδεῖς πάντας τοὺς θεούς, « omnibus diis humanam formam tribuere, « ut solebant etiam ethnici poetæ.

Ibid. 12. *A lumbis sursum.* Non supra lumbos tantum, ut scriptum erat antea nam et ita Ezechielis VIII, 2. legitur : Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ὁμοίωμα ὡς εἶδος ἀνδρὸς ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καὶ ἕως κάτω πῦρ, καὶ ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ὑπεράνω αὐτοῦ, ὡς εἶδος ἠλέκτρου· *Et vidi, et ecce similitudo viri a lumbo ejus et usque deorsum ignis, et a lumbo ejus, et supra eum, quasi species electri.* Citat eumdem prophetæ locum simili occasione S. Joan.Chrysost.lib. III *De incomprehensibili Dei natura*, p. 361 : Καὶ μετὰ ταῦτα πάντα βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι οὔτε ὁ προφήτης οὔτε αἱ δυνάμεις ἐκεῖναι ἀκράτῳ προσέβαλον αὐτῇ τῇ οὐσίᾳ, φησίν· Αὕτη ἡ ὅρασις ὁμοιότητος δόξης Κυρίου· « Post hæc cum vellet exprimere nec a propheta, nec a virtutibus illis meram ipsam substantiam percipi, illud addidit : Hæc visio similitudinis gloriæ Domini ; » ubi verba prophetæ profert ut Basilius, ἀπὸ ὁράσεως ὀσφύος καὶ ἕως ἐπάνω. In eumdem locum etiam Theodoretus,ὃν ἐπὶ τῶν χερουβὶμ ἐθεάσατο, τοῦτον ὁρᾷ δίχα τῶν χερουβίμ. Ποτὲ μὲν γὰρ αὐτῷ φοβερῶς, ποτὲ δὲ ἡμέρως ἐπιφαίνεται πάντα πρὸς τὴν χρείαν οἰκονομῶν. Αὐτοῦ γὰρ φωνή· Ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην· οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν ὤφθην, διὸ καὶ ὁ προφήτης ὁμοίωμα λέγει ἑωρακέναι· Quem super cherubim contemplatus erat,hunc videt absque cherubim.Interdum enim ipsi formidabilis,interdum mitis apparet, omnia pro utilitate dispensans. Ipsius enim dictum est illud : Ego visiones multiplicavi,et in manibus prophetarum assimilatus sum ; non secundum essentiam visus sum. Quare propheta quoque similitudinem se dicit vidisse. »

Col.546 A 7. *Non enim.*Sententiam nonnihil diversam extulerat interp. *Non enim si inquirimus quid sit, sed si illum esse confitemur, salutem nobis præparat.*

Col. 551 A 3. *Novam blasph.* Ita scripsimus, non ut Trapezuntius,« vanam blasphemiæ consolationem excogitans : » temetsi ei suffragabatur Regius II, κενὴν τῆς βλασφημίας παραμυθίαν suggerens: at Veneta, Basiliens. et Stephanæa καινήν, « novam, » quæ magis quadat verbo ἐπινοεῖν ; ut postea καινήν τινα τὴν ὁδὸν βλασφημίας ἐπινοῶν· sed iu Stephanæa miram inscitiam Beza suam prodit sic intepretans p. 249: « Postea ipse sibi opitulatur novum blasphemiæ remedium comminiscens, quod antecedentia contendat posterioribus occultare. » Ignorasse videtur quid sit ἐπαγωνίζεσθαι, non « opitulari, » sed « certare, » et ἀποκρύπτειν hic idem valere,quod νικᾷν,ut apud eumdem Basilium hom. 9 *in Hexaem.* Αἱ δὲ προγνώσεις τῶν ἀλόγων ζώων τῆς περὶ τὸν ἀέρα μεταβολῆς ποίαν οὐχὶ σύνεσιν λογικὴν ἀποκρύπτουσιν ; « Prænotiones autem brutorum animalium mutationis aeris quam humanam intelligentiam et prudentiam non superant ? » Cæterum Joannis XIV, 9,scriptum est, ἑώρακε τὸν Πατέρα,*vidit Patrem* : at Joan. XII,45 : θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με,*videt eum qui misit me*: quæ duo loca miscuit Basilius.

Col. 552 B 9. Ἐν μέσῳ. Mendosam lectionem secutus Cornarius edidit ; « Sic in medio sigillo ejus, qui signavit, figura conspicitur. » Idem error et Venetæ editi. et Stephanææ,a quo se tamen immunem præstitit Beza,« Sic in ipsa quæ sigilli impressione redditur figura, cernitur character qui in illam impressit. » Græce enim illic est ὁ τυπώσας χαρακτήρ, ut legit etiam Trapezuntius,non ut habent reliquæ editiones, ὁ τοῦ τυπώσαντος. Corrigendum igitur ex Regio ms. Η. οὕτως ἐν μὲν τῷ ἀποσφραγίσματι Paulo post scripsi, « quæ est in utroque identitatem, » non ut Trapezuntius, « in utroque similitudinem,» non enim ὁμοιότητα dixit, sed ταυτότητα· identitatem quoque dixit Cornarius, nec abhorruit ab hac dictione ut Beza. « Nobis videlicet eamdem utrobique formam comparantibus : » neque dubitavit H. Stephanus, in *Thesauro*, ex Aristotele proferens, *Ethicor.* 6, vocem ταυτότης, addere « quasi diceret *identitas.* » Doctissimus Billius apud Isidorum Pelusiotam ita vertit, epist. 142 lib. II, illud : Προσώπων γὰρ ποιότητι καὶ ὑποστάσεων ἰδιότητι διαστέλλοντες, εἰς ἕνα πάλιν συστελοῦμεν Θεὸν διὰ τὸ τῆς οὐσίας ταὐτόν· « Siquidem personarum qualitate atque hypostaseon proprietate distinguentes propter essentiæ identitatem, eam rursum in unum Deum contrahemus.» Hoc si fecisset interpres Justini Langus,non ita obscure extulisset locum illum *Quæstionum ad Græcos*, pag. 137 edit. Commel : Ἀναιρουμένου τοῦ ἄλλου, καὶ ἄλλου, ἀναιρεθήσεται ἐξ ἀνάγκης τὸ ταὐτὸν τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς βουλῆς· « Alio atque alio sublato, tolletur necessario et id

quod idem sit essentiæ Dei et voluntatis. » Clarius dixisset, « tolletur necessario identitas essentiæ et voluntatis Dei. » Sic in *Expositione fidei*, p. 296 : Τὸ ταὐτὸν τῆς οὐσίας ἐπαγγειλάμενοι δείξειν· « Cum nos demonstraturos receperimus unitatem sive identitatem essentiæ Trinitatis. » Reperitur et apud Isidorum, lib. IV, epist. 228, vox ταυτότης. Ἵνα ᾖ παραδείγματα, καὶ μὴ ταυτότης εἴη· « Ut sint exempla, et non rei identitas evadat. » Bessario demum Nicænus apud Aristotelem, lib. IV, c. 9 ***Metaphysicorum*** ab hac voce non abstinuit : Ὥστε φανερὸν, ὅτι ἡ ταυτότης ἑνότης τίς ἐστιν, ἢ πλειόνων τοῦ εἶναι, ἢ ὅταν χρῆται ὡς πλείοσιν· « Quare patet, quod identitas unitas quædam essentiæ est, aut plurium, aut cum ut pluribus utatur. » Plerionius dixit, « ejus quod idem est rationem, identitatem vocant. »

Col. 553 B 12. Ἐκτείνωμεν. H. ms. ἐκβάλλωμεν. Et mox πρῶτος ὁ δὲ ὕστερος, et ita Trapezunt., « priorem et posteriorem. » Et rursus πρῶτος, ὁ δὲ ὕστερος. Item paulo post ἀναγκαῖον ἐντεῦθεν οἴεται, emendavimus, ex eodem Regio ; cum et Veneta et Bas. et Steph. ἀναγκαῖον perperam editum haberent, et interpres nimis concise, « seipsum extrudens, necessariam se putat suorum dogmatum tradidisse doctrinam. » Male etiam Cornarius, quasi legisset διαδοχήν, non παραδοχήν, « Necessarium hinc arbitrantur propriorum dogmatum successionem ostendere. » Sed quod præcessit, καὶ τὰ ἀκόλουθα λαβὼν ταῖς ὑποθέσεσι, recte interpretatus est, » cum ea quæ ad constituta argumenta consequuntur assumpserit. » In H. erat τῶν τοιούτων δογμάτων, pro τῶν ἰδίων δογμ.

Col. 556 C 2. Τοῖς ἐκ χρόνου. Addidimus ex ms. vocem πρεσβείοις, quam et præcedentia repetendam fuisse docent, et interpres se in apographo suo reperisse indicat, cum ait, « et temporis eminentiam. » Idem ms. pro ταχθεῖσα scriptum exhibuit διατεταχθεῖσα, « dispositus. »

Col. 557 C 9. Ὅσοις. Quæ sequuntur verba, ἐν ἄλλοις κατὰ τούτων, ex variis lectionibus Regii H. sine causa sunt textui inserta, nec ab interprete agnoscuntur : sed paulo post aptius legebatur in eodem H. τί οὖν ἐκεῖνο τὸ διάστημα. Ibid. infra, *Sed videtur*. Hæc immutata sunt, illis ejectis, « Verum ut videtur et magna ingenii vi diem ac noctem quasi stellarum motu putat fieri, et has esse partes. »

Col. 559 C 6. *Et scarabei*. Non « papiliones, » ut scripserat Trapez. Nam παρὰ τὸν κάνθωνα deducitur nomen κάνθαρος, quod scarabeus ex asini stercore nascatur, ut κανθαρός, scarabeus qui frumenta erodit. Pont pauca in interpretatione verborum Eunomii hæc sustulimus, « Atqui dicit nec ut qualitas aut moles, aut quantitas in substantia Dei poterit inhærere. Liberum enim ab omni compositione Deum esse necesse est. » Sed in verbis Evangelii legebatur ex ms. H, ὁ πέμψας με Πατὴρ μείζων, non ut in excuso ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας, et ita collocantur hæc verba, cum simul junguntur in Evangelio : nam Joannis quidem XIV, 28, tantum hæc habentur, Ὅτι ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστί, *Quia Pater meus major me est :* illud autem, ὁ πέμψας με Πατήρ, ascitum est ex alio Joannis loco, nimirum vel ex Joan. VIII, 16 : Ὅτι μόνος οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ἐγὼ, καὶ ὁ πέμψας με Πατήρ· *Quia solus non sum, sed ego, et qui misit me Pater ;* vel ex XII, 49 : Ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα, ἀλλ' ὁ πέμψας με Πατήρ. *Ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater.* Cum igitur hæc ita junxerit Basilius, fidelis interpretis fuit hæc, uti erant in Græcis, Latine convertere, non supprimere, ut suppressit The. Beza duobus locis, p. 260 et p. 263, scribens tantum, *Pater major me est*. Eumdem locum adversus Eunomianos et Arianos tractatum offendes lib. IV, et epist. 141 ad Cæsarienses, et apud Athanasium, orat. 2 *adversus Arianos*, p. 181 : Ἀλλὰ μείζων εἶπεν οὐ μεγέθει οὐδὲ χρόνῳ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς γέννησιν· « Major me est non quidem magnitudine aut ætate, sed quia ex illo ortum habet, » et in libro *De humana natura suscepta*, et apud Hilarium lib. IX *De Trinitate*, et in libro *De synodis*, et Greg. Naz. orat. 4 de theologia. Vide etiam Bellarminum card. illustriss., lib. I *De Christo*, cap. 16.

Col. 570 B. *Comparative*. Non, comparationem majoris, ut ediderat interpres, sed, majus, quod ex comparatione dicitur, et solam diversitatem principii vel originis indicat, quod nimirum essentiam a Patre habeat Filius, non Pater essentiam Filii essentia majorem.

Ibid. D. *Tale namque*. Ἀπροσπέλαστον non satis expressum erat hoc modo : « Tale namque incomparabile est, ut ab omnibus pariter distet, et nulli sit accessibile. Quare si æqualitate aliis a Patre Filius deest, æqualis illis est, quibus eum deest. » Ἀπολείπεσθαι hic sonat abesse ab aliquo vel ab illo distare. Ib. pro συγκρίνοιτο mss. H. legebat συγκρίνεται, et μνημονεύσωμεν, pro μνημονεύσομεν. Subinde οὗτος δέ. Recta lectio, et legitima, quam H. Regius codex suppeditat, τῆς ἐκ φύσεως αὐτῷ ὑπαρχούσης, non ut Ven., Basil. et Stephani editiones, τὴν ἐκ φύσεως αὐτῷ ὑπάρχουσαν οἰκειότητα. Solet enim ex regulis grammatices στερέω genitivo rei jungi, qua privatur aliquis, ut στερεῖσθαι κεφαλῆς, στερεῖσθαι τῆς πόλεως, *capite vel urbe privari*. Beza non satis expressit illud, ἐκ φύσεως ὑπαρχούσης· « Privat ea ipsa insita necessitudine, quæ ipsi cum parente intercedit. » Ex eodem Regio codice addendum fuit, quod ab excusis aberat, clausula nimirum illa, quam interpres adjecit Latinitate donatam, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ οὐ γένοιτο λυτρωθῆναι ἡμᾶς χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Tantum illud, ἀνάρχῳ, « principii experte, » vel non legit, vel neglexit interpres.

Col. 573 in titulo : Περὶ Υἱοῦ, *De Filio*. Hic titulus est libri hujus in excusis, at in H. ms. Περὶ Υἱοῦ λόγος δεύτερος, ἀνατροπὴ τοῦ ἀθέου δόγματος τοῦ Εὐνομίου. « Liber II de Filio, refutatio dogmatum impii Eunomii. » Subinde : *In scholis vanit.* Διδασκαλείοις ματαιότητος, sic interpretatus est Cor-

narius, quod magis placet, quam quod Trapez., « In vanis auditoriis ad meditationem ejus, quod in re falsa verisimile est ; » vel quod Beza, paraphastem potius agens, « In ludis, ubi docetur vanitas, adolescentibus proponuntur. » Conservanda fuit locutio Scripturæ similis, Psal. xxv, 4 : Οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος, *Non sedi cum consilio vanitatis*, ubi vox Hebræa est, quam alibi LXX vertunt ἔργα ἀνόμων, Job xi, 11, *opera impiorum*. Hic quoque impiorum vel profanorum gentilium scholas designat, in quibus sophistarum μελέται, declamationes exercebant juvenes studiis eloquentiæ. Ib. γέγονεν. Ms. H. ἐγγέγονεν, et pag. 239, δικαιότερος. H. et Steph. δικαιότερον. Pad. 238. κατηγόρους μὴ ὑφεστῶτας, *accusatores qui non sunt, aut subsistunt*, diximus, non ut interpres, *accusatores non constitutos ad pugnam*.

Col. 576. A. Γέννημα. Non ut in excusis γένημα, quod vulgata lexica non agnoscunt, sed γέννημα, *quod genitum est*, ut habuit ms. H.

Ibid. B 6. Μεταῤῥυθμίζοντα legit idem H. ms.

Col. 579 A. *Jonæ filium*. Trapezuntius, « intelligimus Jonam. » Imo filium Jonæ, unde Matthæi xvi, 17, Μακάριος εἶ, Σίμων Βὰρ-Ἰωνᾶ, *Beatus es, Simon Bar-Jona*, quod est Joannis i, 42, Σὺ εἶ Σίμων ὁ υἱὸς τοῦ Ἰωνᾶ, *Tu es Simon filius Jona*. Itaque hic locus vulgatam lectionem confirmat, non eorum librorum, qui legunt τοῦ Ἰωάννου vel τοῦ Ἰωαννᾶ, ut de quibusdam testatur Hieronymus : confirmat eamdem et Syrus interpres, Matth. xvi. Paulo post « in seipsum recepit » scripsimus, non ut Trapezuntius, « commissam sibi ædificationem suscepit, » ne quis Dominicorum operum præfectum vel architectum esse designatum existimet Petrum, vel cum hoc ædificium faciendum locasse ; verum super ipsum ædificatam fuisse Ecclesiam : Ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, Matth. xvi, 18. Et Basilius ipse in cap. ii Isaiæ, tom. I, pag. 427, Ἐκ τῶν ὀρέων ἦν ὁ Πέτρος, ἐφ' ἧς καὶ πέτρας ἐπηγγείλατο οἰκοδομήσειν αὐτοῦ τὴν Ἐκκλησίαν. Et in proœmio *De judicio Dei* cæteris ait eum apostolis antelatum fuisse, et Homilia *De pœnitentia* petram fuisse ipsum ait, licet inferiorem altera petra Christo.

Col. 586, A 6. *Retinuerunt*. Μετεκόμισαν, « transposuerunt, » vertit Trapezunt., et Cornarius, « transtulerunt ; » ad verbum, « transvexerunt : » sed quia transferri dicitur ex uno idiomate in aliud, quod per interpretationem exprimitur, et hic Basilius vult ea nomina sine interpretatione, prout sonabant Hebraice, Græcis characteribus fuisse expressa, propterea contenti fuimus hoc verbo, « retinuerunt, » et scripsimus, « Eloi, » non « Eloim, » ut erat antea. Licet enim unum ex decem nominibus Dei, quæ profert S. Hieronymus, epist. 136, sit אלהים « Elohim, » tamen I Reg. i, 11, scriptum est Ἀδωναὶ Κύριος Ἐλωὶ Σαβαώθ, non Ἐλωΐμ.

Col. 592 B 14. *Sed ante suam*. Contentus fuerat interpres dicere, « sed antequam ipsa esset : » verum cum in verbis Eunomii, οὐκ οὖσαν πρὸ τῆς ἰδίας συστάσεως, verterit, « cum non esset ante subsistentiam suam, » eadem etiam verba hic fuerunt repetenda. Paulo post immutavimus illud : « melioris ignoratione aut impotentiæ hunc fuisse defectum ratiocinabuntur. » Hic enim λογίζεσθαι non est ratiocinari, sed in ratiocinio vel extra ratiocinium imputare aliquid, sive acceptum ferre, ut Roman. iv, 3 : Ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, *Reputatum est illi ad justitiam*.

Col. 594 B 3. *Adversarios*. Πρὸς τοὺς αἰτίους ad verbum est, « ad suos auctores, » ut vertit Cornarius, vel ut Beza, « in eorum caput vertatur, qui sunt ejus auctores. » Interpretatus est Trapezuntius quasi legisset πρὸς τοὺς ἐναντίους. Tale illud est Psal. vii, 17 : Ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ· *Convertetur dolor ejus in caput ejus*. Hieronymus, *Revertetur dolor suus in caput ejus, et super verticem ejus iniquitas sua descendet*.

Col. 596 B 3. Ἐκ μὴ ὄντων. H. ms. τοὺς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος· sed receptam lectionem Stephanæa tuetur, et concilium Nicænum in Symbolo : Τοὺς δὲ λέγοντας, Πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο· « Eos autem qui dicunt. Antequam nasceretur non erat, et quia ex iis quæ non sunt, factus est. » Hieronymus *adversus Luciferianos*, « Si quis dixerit de nullis exstantibus Filium, et non de Deo Patre, anathema sit. » Cornarius dixit, « ex non existentibus Unigeniti essentiam producunt. » Trapezuntius, « ex non esse dicunt Filium : » at non ait ἐκ τοῦ μὴ εἶναι, sed ἐκ τῶν μὴ ὄντων, quod est, « ex nihilo. »

Col. 598 A 6. *Creaturis ipsum*. Paulo obscurius erat illud interpretis : *in præponendo creaturis gloriam ei attestatur*. In ejus locum substituimus verba Cornarii ; Beza vero scripsit : « Gloriam ipsius in eo demum testatur, quod iis, quæ ab eo condita sunt, ipsum anteponat. » Verum illud « ab eo, » Græca non agnoscunt. Hieronymus loco proxime citato anathematismum in concilio Ariminensi ab Arianis prolatum sic effert : « Si quis dixerit creaturam Filium Dei, ut sunt cæteræ creaturæ, anathema sit. » Filium creaturam non negabant, sed similem cæteris creaturis.

Ibid. B 6. Γεννήσεως scripsi ex Regio H. pro γενέσεως. Trapezuntius, « generatione : » nam et paulo post Basiliensis habuit, ἐξακουόντων τῆς γεννήσεως. Postremo sub finem pag. ὑπομνήσομεν, Regius scribebat ὑπομνήσωμεν, Trapezuntius ita legerat « admoneamus. »

Ibid. C 13. *His duabus*. Totam hanc periodum omiserat interpres Trapezuntius : sed ex aliis eam restituimus, quam et Regius agnoscit, ex quo etiam immutavimus in editione Basiliensi et Stephanæa illud, εἴπερ ἔχοι τι ἑαυτῆς ἐξωτέρω. Ms. ἐξώτερον. Trapezuntius ita legerat : « Si quid ante se haberet superius, » Cornarius : « Si quid ultra se haberet, » Beza ad verbum, sed minus recte : « Si quid extra sese haberet ; » ferri tamen potest ἐξωτέρω : nam et sequitur τὰ ἐξωτέρω ταύτης.

Col. 600 B Τῷ ἀνυπερβάτῳ. In Basiliensi et aliis erat ἀνυπερθέτῳ : sed Regius H. sic habuit, et Trapezuntius, cum insuperabili hoc principio.» Sic paulo ante dixit, μιᾶς ἀνυπερβάτου καὶ ἑτέρας ἀνεκβάτου.

Ibid. B 5. *In regione Ausitide.* Interpres, « In regione Hus,» atque ita quidem Vulgata Latina Job. I, 1: « Vir erat in terra Hus nomine Job ; » sed apud Græcos interpretes legimus, Ἄνθρωπός τις ἦν ἐν τῇ χώρᾳ Αὐσίτιδι, ᾧ ὄνομα Ἰώβ. *Homo erat in regione Ansitide, cui nomen Job.* Chrysostomus, in Catena Nicetæ : Ἄνθρωπον εἶναί φησιν ἐν χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι, καὶ τοῦτο μέγα ἐγκώμιον. Τὸ γὰρ ἐν Ἀραβίᾳ οὕτως εἶναί τινα δόκιμον, ἔνθα πάντες διεφθαρμένοι, ἔνθα οὐδὲν ὑπόδειγμα ἦν εὐνομίας, τοῦτο ἦν θαυμαστόν. « Hominem illum in Ausitide regione fuisse dicit, et hoc ingens præconium. Siquidem in Arabia tam probum aliquem reperiri, ubi omnes corrupti erant, ubi nullum exstabat exemplum æquitatis, est admiratione perquam dignum.» Olympiodorus ibidem ab Aus uno ex filiis Esau dictam illam tradit regionem, quam alii in Idumæa, alii in finibus Arabiæ et Idumææ collocant. S. Hieronymus *apud Jeremiam* etiam cap. XXV, vertit : « Et cunctis regibus terræ Ausitidis ; » et citat ex textu Græco, « Homo quidam erat in regione Ausitidis, quæ Hebraice appellatur Hus ; et tamen sciendum hunc versiculum apud LXX non haberi.» Eodem modo in Vulgata Ramathaim Sophim scriptum est 1 Reg. I, 1, sed Græci efferunt, ἐξ Ἀρμαθαΐμ Σιφά, « ex Armathaim Sipha. » Ibid. ἄχρονον est « temporis expers, temporis nescium, absque tempore,» non ut interpres, « nullo tempore obnoxium. »

Col. 603 A 15. *Nam a veritate.* Et obscure versa et male interpuncta periodus, mentem auctoris occultabat. « Nam casus a veritate mentis, visus privatio et cæcitas est. » Rursus pro τετύφλωται legisse videtur Trapezuntius, ut erat in H., τετύφωται τῷ ὄντι μηδέν, vel πεφύσηται, « et inflatus nihil intelligit, » et paulo post pro « in sensu phrenetico » reposuimus « in mentis per phrenitidem emotione:» ἐν ἐκστάσει φρενιτικῇ, non αἰσθήσει. Alii dicunt « furiosis, cum apud se non sunt. »

Ibid. C 8. *A quæstionibus.* Restitutus est hic locus ex Regio ms. H., cum antea perperam in Veneta et Basiliensi esset ἃ τῶν γραφῶν οὐδέν. Ex quo extulit Cornarius « quæ nihil absunt ab iis scriptis, quæ ad utramque partem scrupulosam opinionem habent.» At in Stephanæa, ἃ τῶν γραπτῶν οὐδέν. Beza vertit, « quæ nihil prorsus ab iis scriptis absunt, quæ in utramvis partem accipere periculosum est.» Trapezuntius scripserat, quæ nil ab insolubilibus desunt, cum ad utramque partem periculum ostendant. » Γρίπος et γρίφος proprie rete vel sagenam sonat, et ad quæstiones conviviales ænigmaticas, atque ad alios sermones ænigmaticos extenditur, atque adeo symbola ipsa Pythagorica Athenæus « griphos » appellat. Pollux lib. VI, c. 19, Τῶν μέντοι συμποτικῶν αἴνιγμα καὶ γρίφος· τὸ μὲν παιδιὰν εἶχεν, ὁ δὲ γρίφος καὶ σπουδήν, καὶ ὁ μὲν λύσας, γέρας εἶχε κρεῶν τινα περιφορὰν, ὁ δὲ ἀδυνατήσας, ἅλμης ποτήριον ἐκπιεῖν· « Compotatorum insuper est ænigma et griphus ; et illud quidem jocum, hic vero et solertiam habet : atque hunc quidem qui solvebat, carnium aliquod ferculum accipiebat in præmium ; qui non poterat, salsuginis poculum ebibebat. » Addit scholiastes exemplum suppeditare Samsonis historiam, qui in nuptiis suis proposuit quæstionem de generatione apum. Athenæus lib. X, pag. 457 : Τῶν γρίφων ἡ ζήτησις οὐκ ἀλλοτρία φιλοσοφίας ἐστὶ, καὶ οἱ παλαιοὶ τὴν τῆς παιδείας ἀπόδειξιν ἐν τούτοις ἐποιοῦντο. « Griphorum perscrutatio aliena non est a philosophia, itaque eruditionis specimen veteres in his statuerunt. » Proferuntur exempla ibidem et pag. 448, ex veterum Comicorum fragmentis. Paulo post immutavimus illud « intellectionis natura motibus mentis sine tempore constituta.»

Col. 606 C. *Respondeamus.* Mendum sustulimus editionis Basiliens., in qua legebatur ἀποκλινόμεθα, in Neneta vero ἀποκρινόμεθα, « respondemus:» idem Stephanæa et Cornarius, sed H. ms. ut edidimus. Trapezuntius videtur expressisse ἀποκρινούμεθα· « Respondebimus ergo, imo quoniam non est, erat, non innascibile habens, quod est : ens vero semper et coexsistens. »

Col. 607 B 4. *Quoque rationem.* Addidimus ex ms. H. et ἔννοιαν, quam Trapezuntius « sententiam » verterat, et Cornarius « notionem, » quod Venetam fortasse nactus esset editionem. Stephanæa item ἔννοιαν vertit « cogitationem.» Ex eodem ms. scripsimus ἐπιζητῶν, pro ὑποζητῶν, et locum ab interprete mutilatum pristinæ integritati restituimus : tantum enim scripserat : « Sed cur amentibus contradicendum est? vel si ad aliquid eorum quæ sunt.» Similis locus præcessit.

Col. 610 C 8. *Unxisti.* Στήλην Latine expresserat interpres « lapidem, » nec aliter Beza, qui vel ex symmysta suo Henr. Stephano discere potuit non quemvis lapidem esse στήλην, sed lapidem titularem, vel signi gratia erectum, vel certe columnam, unde apud historicos Ἡράκλειοι στῆλαι sunt columnæ Herculis, et στήλην ἀναγράφειν Budæo est in cippo proscribere. Vaticana « titulum » vertit : pro cippo enim sumitur, in quo vel sepulcrorum inscriptiones, vel fœderum testimonia et monumenta perscribebantur. Cornarius recte, et ita rescribendum hoc loco, « qui apparui tibi in loco ubi unxisti mihi columnam. » Nec ita multo post τοῖς οὖσι, καὶ πιστοῖς. Admonendus est lector nunc, Ephesior. I, 1, apud Apostolum legi, Τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ, καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ. *Sanctis qui sunt Ephesi et fidelibus in Christo.* Alium fortasse nactus est codicem Basilius, a quo aberant illa ἐν Ἐφέσῳ. quemadmodum et auctor Vulgatæ vertit ibidem « omnibus sanctis,» quod in Græco fortasse legisset πᾶσι τοῖς ἁγίοις· quamobrem miror equidem audaciam, vel potius impudentiam Bezæ, qui meram et inanem argutiam esse dicit, quæ a sanctissimo Patre hoc loco proferuntur. Sed nimirum ita majores

βλασφημίᾳ. « Dominum quoque ad hanc blasphemiam conjunxit. » Verumtamen creaturam Dominum non dixit primus Eunomius, sed ante ipsum Arius ; Spiritum sanctum creaturam primus Eunomius dixit, ut Basilius hic contendit, neque in aliis hæreticorum libris hæc fuerat inventa blasphemia. Male quippe verterat paulo post Trapezunt, ἢ ἐν τοῖς καταληφθεῖσιν, « nisi quod in superstitibus istorum sermonibus hanc appellationem invenimus. » De blasphemia in Spiritum sanctum non remittenda, vide Matth. XII, 32.

Col. 651 A. *Unius Montani.* Trapezuntius ediderat : « Montanus solus tantum in Spiritum insanivit, et nominibus vituperavit humilibus, ac naturam ipsius tantum extenuavit, ut diceret infamiam afferre factori. » Beza etiam pejus hoc ultimum vertit : « Ut etiam infamiam factori suo dicatur affricuisse : » quasi hoc vellet Basilius, Montanum dici infamiam affricuisse creatori. Epiphanius tamen, hæresi 48, Phrygastas sive Montanistas ait, qui se Montanum quemdam prophetam habere jactabant, de Patre et Filio ac Spiritu sancto similiter sensisse velut sancta catholica sentit Ecclesia, περὶ δὲ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ὁμοίως φρονοῦσι τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ. Ex Arianis quidam dixerunt Spiritum sanctum non esse Patri et Filio consubstantialem, imo esse Filio minorem ; sed de Filio potissimum adversus illos actum est, de Spiritu sancto in concilio II œcumenico Constantinopolitano, cujus sectatores Pneumatomachi, sive Spiritus impugnatores, appellati sunt. Philastrius, cap. 21, Eunomianos tradit asseruisse Patrem quidem fecisse Filium, et iterum Filium, qui sit creatura, fecisse Spiritum : quod refutans Basilius hoc loco subjicit, ἐκεῖνο δὲ τίνι τῶν πάντων ἀδηλον ; « Illud vero cui non patet, quod nulla Filii operatio a Patre divisa est? » In quem locum annotarat interpres in margine, hic probari Spiritum sanctum ab utroque procedere. Nam ut ait illustrissimus cardinalis Bellarminus, lib. II, cap. 25, *De Christo*, certe Basilius probans non solum Filium esse causam Spiritus, sed etiam Patrem, quia omnia quæ habet Filius habet Pater, simul docet, imo pro comperto assumit Spiritus causam, ut Græci loquuntur, esse Filium.

Col. 654 B 4. *Conservare doctr.* Emendavimus ex H. φυλάσσειν διδασκαλίαν, et ἀποσιωπᾷ, cum antea legeretur φυλάσσων et σιωπᾷ. Sequitur paulo post locus celeberrimus et in tribus concilii Florentini sessionibus 18, 19 et 20 diligenter excussus, cum inter Latinæ et Græcæ Ecclesiæ legatos de processione Spiritus sancti disputaretur. Ac Regius quidem codex cum eo consentit, quo usus est interpres, et cum editione Basiliensi, legiturque : Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος· at Joannes Latinæ Ecclesiæ nomine protulit ex vetustissimo codice Basilii Constantinopoli a Nicolao Cusano delato, qui ante sexcentos annos videretur exaratus, testimonium istud ex hoc tertio libro *adversus Eunomium* : Ἀξιώματι γὰρ δεύτερος τοῦ Υἱοῦ ἐξ αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ ἐξ αὐτοῦ λαμβάνον καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως τῆς αἰτίας ταύτης ἐξημμένον ὁ τῆς εὐσεβείας παραδίδωσι λόγος· φύσει δὲ χρῆσθαι τρίτῃ, οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων διδασκόμεθα, οὔτε ἐκ τῶν εἰρημένων δυνάμεθα συλλογίσασθαι κατὰ τὴν ἀκολουθίαν· « Dignitate enim secundum esse a Filio, cum ab ipso esse suum habeat, et ab ipso accipiat, et annuntiet nobis, et omnino ab illa causa dependeat, sermo pietatis tradit : natura vero tertia uti, neque a sanctis edocemur, neque ex dictis ut consequens colligere possumus. » In quem autem finem prolatus sit locus, exponit præsertim sessione 19, p. 449 edit. Romanæ, idem Joannes : « Volo necessaria demonstratione probare, cum aliquid ex aliquo dicimus, intelligi ex persona, idque demonstro per dictum Basilii, cum ait Spiritum habere suum esse ex Filio, et ab eo dependere tanquam ex causa. Si igitur accipere est habere esse, Spiritus sanctus habet esse, et accipit ex Filio, et ab eo dependet ut ex causa : ergo sequitur, ut si Spiritus sanctus accipit ex Filio, procedat etiam ex ipso. » Opponebat Marcus Ephesius, qui pro Græcis disputabat, additamentum illud a Latinis insertum videri : sed respondit Joannes tam antiquum illum esse librum, ut nullam corruptelæ suspicionem injiciat, cum multos ante annos, quam schisma hoc oriretur ac dissidium Ecclesiarum, exaratus appareret, nec ulla in eo rasura vel depravatio vel manus adjectio deprehenderetur. Addit illustrissimus cardinalis Bellarminus, lib. II *De Christo*, c. 25, additamentum illud codicis Latinorum esse debere in textu vel certe sensum illorum : « Dicit enim Basilius Spiritum esse secundum a Filio ordine et dignitate, non tamen natura : et probat, quia sicut Filius est secundus a Patre, quia ab illo habet esse, ita quoque Spiritus est secundus a Filio : ubi si non addatur, vel subintelligatur, quod est in nostris codicibus, videlicet Spiritum habere esse a Filio, sicut Filius habet esse a Patre, ratio Basilii nihil concludet, nec ullo modo probari poterit Spiritum sanctum esse secundum a Filio, ut Filius est secundus a Patre. »

Col. 655 A 3. *Sermo fortasse.* Ut interpretatio cum Græco textu conveniret Basiliensis editionis, additum est « fortasse, » et infra : « ut illud concedamus ; » sed lectorem tamen admonemus utrumque abfuisse ab interpretatione Trapez., ac proinde, ut verisimile est, a codice ms: quo ille usus est, cum ante primam Basiliensem editionem hos libros verterit : deinde abfuisse quoque a Regio codice illud, ἴσως, licet non absit alterum illud, ἵνα καὶ ὅλως συγχωρήσωμεν· denique in eo legebatur, non εἰ καὶ ὑποβέβηκε, sed εἰ καὶ ὑποβεβηκός, neque καὶ τὸ ἀκόλουθον ἐκεῖθεν, sed φύσεως ἀκολουθοίη, ἐκεῖθεν δῆλον. Observandum est præterea, in concilio Florentino ex libris Græcorum ita citari hunc locum p. 473, ut non πρόοδος, sed πρόσοδος καὶ προσαγωγὴ legatur, hoc est, « aditus accessus-

que. » Item post συγχωρήσωμεν, non οὐκέτ' ἂν εἰκότως ὡς ἀλλοτρίως ὑπάρχον φύσεως, sed potius οὐχ ὅμως ἕπεται καὶ ἀλλοτρίας εἶναι φύσεως· « non tamen sequitur alienæ esse naturæ. » Qua varietate lectionum animadversa merito contendisse arbitrabimur Joannem Provinclalem in concilio Florentino particulam hanc, ἴσως, « fortasse, » quæ in libris Græcorum additur, itemque illud ἵνα καὶ ὅλως συγχωρήσωμεν, magnam Basilio notam iuurere. Vult enim in hoc capite Basilius consequentiam refellere, qua utebatur Eunomius hoc modo: Etsi tertius est dignitate, non sequi tamen ut natura quoque sit tertius Spiritus sanctus. Si ergo ita diceret, « tradit fortasse pietatis sermo, » mirum videretur, ipsum de eo dubitare, quod asseverare deberet ad confutandum Eunomium : nam per notiora debemus ea quæ minus sunt nota ostendere. Addit etiam eumdem in homilia *De spiritu sancto* asserere : Φανερῶς καὶ ἀποκεκαλυμμένως τὸ Πνεῦμα λαμβάνει παρὰ τοῦ Υἱοῦ χωρίς τινος ἀμφιβολίας· « Manifeste propalamque Spiritum sanctum a Filio accipere citra ullam hæsitationem. » Tum ex aliis auctoris nostri locis ex hoc opere contra Eunomium desumptis hoc fidei dogma probat, quæ subinde cum occurrent indicabimus.

Col. 658 A. *Castrametab.* Trapezuntius scripserat, *Castrametatur*, ut in præsenti extulit Hieronymus ex Hebræo, *Circumdat angelus Domini in gyro timentes eum*, quasi esset Græce παρεμβάλλει· at editio Veneta omnium prima, et Basiliensis posterior Basilii habent, ut LXX, Psal. xxxiii, 8 παρεμβαλεῖ Κύριος, *castrametabitur*, Beza vero perperam, *Castra metatus est.*

Ibid. A 10. *Angelorum.* Apud LXX legimus, κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ, *iuxta numerum angelorum Dei*, et ita Novatianus, lib. *De trinitate*, et Rufinus, libro *De Symbolo*, et Hieronymus, lib. II *in Michæam* ; Origenes quoque, homilia 28 *in Numeros*, « *Filiorum Dei*, vel, ut in aliis exemplaribus legimus, *filiorum Israel* : » quam ob causam suspicantur quidam in quibusdam exemplaribus LXX interpretum ita scriptum fuisse, ut ex Hebræo Vulgata Latina, *filiorum Israel*, nisi forte aliorum exemplarium nomine ea Biblia intellexit Origenes, quæ communem Græcam editionem et mistam continebant ex aliis interpretibus,cum constet Aquilam et Symmachum Græce edidisse ἀριθμὸν ὑμῶν Ἰσραήλ. Beza quoque hic satis attentus non fuit, nec vidit κατὰ ἀριθμόν, scriptum fuisse, non καὶ ἀριθμόν, vertit enim, *et numerum angelorum*. Potuit tamen, si attentior fuisset, illud etiam animadvertere, hic confirmari dogma, quod cogente veritate confessus est scribens in cap. xviii Matth. 10, angelos hominibus peculiariter adhiberi custodes a Deo adversus Satanam et impuros spiritus, ut ex pluribus Veteris præsertim Testamenti testimoniis liquet : tametsi Calvinus hoc ut profanum et falsum commentum irridet, scribens in xv Actorum et in psalmum xc, et in dubium revocat lib. I *Institut.*, c. 14, et in Matth. xviii, 10, in *Harmonia Evangel.* Confirmat hoc ipsum Severus Catena Græca in Cantica Scripturæ : Πᾶσι τοῖς ἔθνεσι διαμερισθεῖσιν ἰσαρίθμους ἀγγέλους ἐπέστησεν, ἑκάστῳ πρὸς φυλακὴν ἀφορίσας ἕνα τινά. Καὶ γὰρ εἶναι αὐτοὺς πνεύματα λειτουργικὰ εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομίαν σωτηρίας, πάλιν παρὰ τῶν θεοπνεύστων Γραμμάτων ἀκούομεν· ἐπεὶ καὶ ἑκάστῳ δεδόσθαι πρὸς φυλακὴν ἄγγελον ἡ τῶν Εὐαγγελίων πιστοῦται φωνή· « Omnibus gentibus divisis angelos secundum eumdem numerum præfecit, attribuens aliquem unicuique ad custodiam. Etenim esse ipsos spiritus ministros in ministerium missos propter eos qui hæreditatem salutis accepturi sunt, a Scripturis divinitus inspiratis audimus :quoniam etiam cuilibet angelum ad custodiam datum fuisse Evangeliorum vox testatur. »

Ibid. 12. *Restitit mihi.* Ad verbum fuisset, *stetit ex adverso mihi*, et paulo post, καὶ αὐτὸν κατέλιπον, *et ipsum reliqui cum principe regis* (vel *regni*, ut in aliis libris legitur, βασιλείας) *Persarum.* Trapezuntius Vulgatæ Latinæ verba usurpavit, quod necesse non fuit, cum prophetarum textus secundum LXX convertendus esset e Græco, seu potius ex S. Hieronymi commentario Italæ versionis textus consulendus, quod fecit Flaminius Nobilius, cum Romanam editionem adornaret. In Regio tamen H. tantum erat μετὰ τοῦ ἄρχοντος Περσῶν, et in Vulgata *juxta regem Persarum.*

Col. 659 B. *Ex attentione.* Immutavimus illa interpretis, « quæ ad obtemperandum, et diligenter, quæ commissa sunt, curandum, sanctificatum sunt. » Προσοχὴ enim aliud sonat, aliud ὑπακοή· Beza vero, qui Trapezuntii versionem emendare inutilis esse laboris dixit, longius a mente auctoris discessit scribens. « Spiritus ex eo quod Deo astant, et ex functionis suæ ratione præditos merito non dixeris natura sanctos esse. » Homines quippe novæ religionis præcones, qui negant incrementum gratiæ et sanctificationem mereri nos posse, sententiam Patrum non capiunt, cum sanctificari creaturas studio et attentione acquisita sanctitate concedunt,cujusmodi est ille nostri hujus auctoris quæst. 53 *Regular. brevior.*: Ἁγιασμὸς δέ ἐστι τὸ ἀνακεῖσθαι τῷ ἁγίῳ Θεῷ ἐξ ὁλοκλήρου καὶ ἀδιαστάτως ἐν παντὶ καιρῷ διὰ φροντίδος καὶ σπουδῆς τῶν αὐτῷ ἀρεσκόντων. Propterea pagina quoque sequenti ἁγιασμὸν, ἄθλον προκοπῆς καὶ εὐαρεστήσεως esse dicit, quod interpres verterat, « ita comparata est, ut virtutis et divinæ dilectionis præmium sanctificatione habeat. »

Ibid. C. *Quibus autem.* Interpretare clarius, « Quibus autem adventitia et aliunde contributa inest bonitas, ea mutabilis sunt naturæ. Neque enim Lucifer cecidisset, qui mane oriebatur, neque in terra, » etc. Isa. xiv, 12.

Ibid. D 5. *Quo pacto tertiæ.* Sic emendatum a nobis est ex Regio H. in Græco textu, cum in Basiliensi legeretur πῶς τρίτον ; et in Stephanæa

quoque, ac Beza pejus interpretatus esset, « quomodo tertium est? » Existimavit corrigendum πῶς τρίτον; quod et Veneta editio præ se fert, sed ita vertendum erat, « quomodo tertius est? » nimirum Spiritus sanctus. Major oscitantia fuit ejus, nec tamen ab Herodoti patrono animadversa, cum sequentem Jeremiæ locum interpretaretur, *Christus Dominus sub cujus umbrarum ala vivimus :* nam et omisit illud οὗ εἴπαμεν, et ordinem invertit verborum, ita dicens pro « sub umbra alarum. » Quidam apud Jeremiam, Thren. IV, 20: Οὗ εἴπαμεν, Ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων αὐτοῦ ζησόμεθα, sic Latine convertunt : *Cui diximus, Sub umbra alarum ejus vivemus.* Sed scribendum potius fuisset ut est in Vulgata, *Cui diximus, In umbra tua vivemus.* In editione Romana rectius, *De quo diximus, In umbra ejus vivemus.* Sed Hebraismus est in verbis LXX, in quo pronomen *ejus* παρέλκει, sicut psalm. CXLIII, 15 : *Beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.* Itaque Latina locutione, amoto Hebraismo, dicendum esset, *Cujus diximus nos sub umbra alarum esse victuros.* Sic Ambrosius, in psalmum CXVIII, *Sub cujus umbra, diximus, vivemus.* Sed vox πτερύγων abest ab Jeremiæ textu, ascita ab auctore, cum ejus fortasse menti observaretur illud psalmi LVI, 2 : Καὶ ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων σου ἐλπιῶ, *Et in umbra alarum tuarum sperabo* ; hoc est, in tegmine, sub protectione, ut in psal. XVI, 8, Ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σκεπάσεις με, *In tegmine alarum tuarum proteges me.* Vulgata, *Sub umbra alarum tuarum.* Et Isaiæ XLIX, 2, *In umbra manus suæ protexit me* : Ὑπὸ τὴν σκέπην τῆς χειρὸς αὐτοῦ. *Sub protectione manus suæ.* Cæterum hunc locum passim de Christo Salvatore intelligunt Patres, ut Irenæus, lib. III *adversus Hæreses*, cap. 11 ; Tertullianus III *in Marcion.*, cap. 6 ; Eusebius Cæsar., *De demonstr Evangel.* IV, cap. 24 ; Gregorius Nyss., *Contra Judæos*, et Ambros., VII *in Lucam*, cap. 16.

Col. 663 B 10. *Hæc dicit Spir.* Annotandus fuit locus Actor. apostol. cap. XXI, 11, ne quis forte, qui in versionem Bezæ inciderit, cæcum ducem secutus erret ; cujus subtilitas hic frustra fuit. Cum enim se legisse non meminisset in Actis Agabum hæc verba protulisse prophetando, *Hæc dicit Spiritus sanctus* : *Virum cujus est zona hæc*, etc., ad quem locum sine dubio spectant hæc verba Basilii, mutilatum esse locum existimans, sic eum restituere conatus est : *Idcirco clamant prophetæ in Vetere Testamento, Hæc dicit Dominus ; in Novo autem apostoli, Hæc dicit Spiritus sanctus.* Cornarius etiam indicarat in margine Actor. XV, citari putans illud apostolorum in concilio Hierosolym., *Visum est Spiritui sancto et nobis* : sed hoc ad probandam Spiritus divinitatem sufficit, quod nimirum prophetiæ donum distribuat, ut indicant prophetæ, cum ex illius persona loquuntur. Vide librum V, λεγόντων τῶν ἀποστόλων.

Ibid. C 2. *Si quid cum Deo.* Κοινωνεῖ τῷ Θεῷ τὸ Πνεῦμα. *Si quid arcani cum Deo commune habet Spiritus, cum neque alienus ab eo sit, neque peregrinus, profunda judiciorum ejus scrutari potest* (*I Cor.* II, 10).

Col. 666 A 14 *Utpote primum.* Interpres ediderat, *ut primus et major omnibus et solus talis unigeniti facturæ* : Cornarius nihilo melius, *et major omnibus et solus talis unigeniti creatura.* Atqui Eunomius nolebat majorem Patre et Filio existimari Spiritum : non igitur majorem omnibus, sed omnium maximum opus, vel omnium maximam creaturam. In verbis Basilii, quæ sequuntur, deerat verbum οἰκεῖν, quod ex codice Regio supplevimus, « nec deitatem in nobis habitare videtur credere : » quam ob causam postea citat ex Apostolo, *Spiritus Dei habitat in vobis* (I Cor. III, 16).

Col. 667 A 13. *Montium et inexpleti.* Atqui hoc epiphetum terræ, non mari tribuit Basilius, quod alioqui poeticum Plutarchus etiam usurpat : sed non semper ἄπλετον sonat ἄπλητον vel ἀχόρτεστον, « inexplebile, » quin potius alii, tanquam a πελάζω deductum, ἀπρόσιτον accipiunt, ut Hesychius, et ἀπροσπέλαστον, « inaccessum ; » sed simplicius est ἄπειρον, « magnitudine immensum : » scribe igitur, « immensæ terræ et infiniti maris. » Cæterum in verbis Eunomii propositis interpres legisse plura videtur, quam sunt in excusis Veneto et Basiliensi libris, nimirum, ἀλλ' οὐκ ἀγέννητός ἐστιν, « sed non est ingenitus, » quod observavit et in margine admonuit doctissimus Montacutius, sed et a Regio queque ms. aberat. Paulo post emendavimus ex H. et Steph. edit. προσπελάζοντος, expuncto in Basiliensi προσπλεονάζοντος, et in Veneta προσπλεονάζοντες· « quo iis, quæ aspici possunt, admoto. »

Ibid. B 10. *Quid igitur.* Post verbum « oportet » interrogationis nota collocanda est, ut in Græcis : apud interpretem item immutavimus illud, « per filium præbitum. » In ms. H. pro ζωοποιοῦν, scriptum erat ζωοποιόν, « vivificum. » Ibid. « credimus spectare » scripsimus, cum legeretur, « credimus fieri, » quod Trapezuntius fortasse calamo exarasset « ferri. » Ita sequenti pag. πρὸς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου φέρουσα. Trapezunt. « humanitatem Domini concernens. » Cornarius dixit « ad incarnationem Domini tendens. » S. Ambrosius, Basilii vestigia relegens, ita locum Amos, IV, 13, exponit lib. II, cap. 7, *De Spiritu sancto* : « Nonne evidenter dictorum testificatur series de istius creatura mundi locutum prophetam ? » Hausit ex Didymo, lib. I *De Spiritu sancto*, quibus adde hæc ex Cyrilli Alexandr. commentario *in Amos* : Πνεῦμά φησιν οὐχὶ τὸ θεῖον καὶ ἅγιον (κἂν εἰ μαίνοιντό τινες τῶν τὰ ὀρθὰ διαστρέφειν μεμελετηκότων), ἀλλὰ τοῦτὶ τὸ ἀέριόν τε καὶ ἐγκόσμιον, « Spiritum nominat non divinum et sanctum (tametsi quidam ita insaniunt, qui recta pervertere conantur), sed hunc aerum et mundanum ; » et Theodoret., in Comment. : Ὃς τὸ μανὸν τοῦ ἀέρος καὶ τὸ χαῦνον εἰς τὸν φρικώδη

τῆς βροντῆς μεταβάλλει κτύπον, διὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένων ἀνέμων τοῦτον ἀνακινῶν καὶ συστρέφων· « Qui aerem rarum ac mollem in sonitum horribilis tonitrui convertit, ac ventis a se creatis hunc commovet atque concitat. » Τοῦτο videtur legisse interpres, non τοῦτον, quod ad aerem relerendum est, non ad tonitru.

Col. 670 C 5. *Contemptum esse.* Ἀθέτησιν aptius expressit Cornarius, « substantiæ reprobationem, » Th. Beza, « aboleri ipsius hypostasim ; » potes etiam vertere, « abrogationem esse subsistentiæ, » hoc est, ideo rejici aut reprobari subsistentiam ejus, quod eum esse creaturam negetur. Postremo illa verba quæ sequuntur ἀξιωθῶμεν, aliquando censuimus interpretem de suo adjecisse, quæ a Veneta et Basiliensibus editionibus aberant, et clausula potius alicujus popularis homiliæ videntur, quam ἀντιῤῥητικοῦ λόγου· sed in Regio H. sunt reperta.

Col. 671 in titulo. Ἀντιῤῥητικά. Hic titulus præfigebatur in Regio H. huic libro quarto, et omissis illis, ἐν ᾧ, sequebatur : Ἀπορίαι καὶ λύσεις · *Refutatio, sive quæstiones et solutiones ex Scripturis divinitus inspiratis, super iis, quæ objiciuntur de Filio in Novo et Veteri Testamento.* Aberat autem a Veneta editione quartus hic et quintus liber ; utrumque Regius manuscriptus agnoscit.

Col. 672 A 4. Λέγεται οὖν. Conjunctio οὖν aberat a ms. qui conspirat cum eo quo videtur usus interpres ; et ex quo illud, ψεῦδος, correximus, ψευδῶς. Atque huic interpunctioni sic adaptari versio poterit : « Si vero Filius natura Deus non est, sicut qui falso dii vocantur, dicitur et non est Deus. »

Ibid. 11. *Quod adoptione.* Hoc ita cum aliis duobus interpretibus efferri maluimus, quam *positione.* Paulus apostolus υἱοθεσίαν appellat, ut Ephesior. I, 3, Προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν · *Qui prædestinavit nos in filiorum adoptionem.*

Col. 674 A. *Vere imposita.* Τὰ ἀληθῶς ὀνόματα. Imo, quæ vere sunt nomina, notæ sunt essentiæ earum rerum, quarum sunt nomina. Beza vocem οὐσίας prætermisit. Apud Cornarium perperam editum est, « quæ vero sunt nomina. »

Ibid. 6. *Sed quia incomparabilis.* Hic quoque lapsus cum Cornario communis est, ni fallor, Trapezuntio, quod τὸ ἀσύγκριτον vertit non « incomparabile, » sed « incomparabilis, » ad Patrem referendo : Bezæ autem proprius est error, quod τὸ μονογενές vertit « unigenitus. » Ut igitur ab utroque lapsu sibi caveat lector, ita scribet : « Si unigenitum esse generationis non est, sed ob id quod sit incomparabile, unigenitus etiam est Pater : est enim incomparabilis. »

Ibid. 9. Εἰ ὁ Υἱός. Correximus vitiosam lectionem Basil. ὁ Υἱὸς οὐχ ἁπλῶς, et illam manuscripti, εἷς Υἱός, secuti edit. Steph. Rursus in eodem articulo, pro ὁ Υἱὸς καὶ μονογενής ἐστι, scripsimus ex ms., καὶ Υἱὸς καὶ μονογενής, ut exigit ipsa interpretatio Trapezunt. et Bezæ.

Ibid. B 2 *Deus enim nec cum ullo.* Immutavimus quod scripserat Trapezunt., « Deus enim ad omnia et per omnia incomparabilis est. »

Ibid. B 14. *Quod in forma Dei.* Dilucidior alia interpretatio ex Steph. : « Illud in forma Dei, est in essentia Dei : neque enim aliud est forma, aliud essentia Dei. » Respicit enim locum Pauli, Philippens. II, 6 : *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam.* Ab eadem mente illud est S. Athanasii hunc Apostoli versiculum exponentis lib. IV *contra Arianos*, p. 255 ; Οὐκ ἐκ μέρους δὲ ἡ τῆς θεότητος μορφὴ, ἀλλὰ τὸ πλήρωμα τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητός ἐστι τὸ εἶναι τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὅλος Θεός ἐστιν ὁ Υἱός· « Non autem ex parte aliqua forma deitatis conficitur, sed ex integra deitate Patris essentia Filii consurgit, et solidus Deus est Filius : » sic illius loci restituenda est versio ; et in Orat. contra Sabellii gregales p. 509 : Ἀλλ' ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ Θεὸς ἴσα ἕξει τῷ γεγεννηκότι κατὰ τὴν φύσιν, ὡς καὶ Παῦλος μαρτυρεῖ, τὰ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐξηγούμενος · *Atqui si Deus ex Deo est, fieri nequit, quin ratione naturæ paria habeat cum genitore suo, ut et Paulus testatur, qui de iis quæ incarnationem præcesserunt, explanationem facit.*

Col. 675 A 7. *Quorum eædem.* Emendandus Græcus textus omnium editionum, ex ms. H., ut conveniat cum Trapezuntii interpretatione, ἐνέργεια δὲ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ μία. Unde et in loco Joannis V, 19, præcedit nomen Patris, et sequitur illud Filii. Beza, licet in textu Græco Steph. non aliter legeretur atque in Basiliensi, scripsit tamen. « Quorum eadem est actio, eadem quoque est essentia. Patris autem et Filii una est actio. » Atqui ἐναργείας dixit, non ἐνέργειαν.

Ibid. C 10. Πρὸς τὸ καὶ ἀδυναμεῖν. Verterat idem, « Cum ad hoc etiam imbecillitas ipsi insit. » Hoc est, Si non potest generare, et deterioris conditionis est quam generans, « et præterea imbecillis. » In membro quod sequitur, pro μή ποτε legitur in ms. H., μή πω ἐγέννησε. Quo pacto et legisse Trapezuntium præ se fert ejus versio, « etsi, nondum genuit ; » Beza, « etsi nunquam genuit : » ex Stephan. et Basil. μή ποτε.

Ibid. C 13. *Et postea sine.* Scripserat Trapezunt., « vel cum semel voluit, invitus in posterum est. » Cornarius, « vel cum semel voluerit, de cætero non vult. » Ἀβούλητος non semper passivam habet significationem, ut Suidas docet : Ἀβούλητον κακὸν, ἀθέλητον, ὃ οὐ θέλει τις, καὶ ἀβούλητος, ὁ μὴ βουλόμενος. « Involuntarium dicitur malum quod quis non vult, et ἀβούλητος, qui non vult : » exemplum ex hoc Basilii loco suppetet.

Col. 678 A 12. *Cum nos asseramus.* Obscurior erat antea sententia auctoris, « Cum nos asseramus Patrem esse semper, necesse est etiam Filium esse semper. Illi dicunt ergo, quoniam. » Sed in locum Græcarum vocum δημιουργός et δημιουρ-

γία, si substituantur ex Cornarii interpretatione duæ istæ, « opifex et opificium, » potius quam « creator et creatura » vel « creatio » cum Beza vel Trapezuntio, dilucidior erit oratio, quod cum exemplis magis conveniant ædificatoris et navicularii : neque enim illi domum aut navim creare dicuntur : at opifex ædificatorque mundi Deus est etiam Ciceroni, I *De natura deorum.*

Col. 678 B. *Omnipotens.* Hoc usitatius, quam « Omnitenens, » Trapezuntii : sic enim effert Græcam vocem παντοκράτωρ auctor Italæ interpretationis, ex qua viri docti nobis restare putant eos sacræ Scripturæ libros, quos ex Hebræo minime vertit S. Hieronymus, ut Sapientiæ VII, 25 : Καὶ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ Παντοκράτορος δόξης· *Et emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei.* Adde quod Septuaginta Græca illa voce usi sunt ad exprimendam Hebræam שדי, Sadai, quæ apud Hebræos unum ex decem Dei nominibus, uberrimum sonat, et eum cujus bonitas per universas creaturas permeat; propterea Job VIII, 3, vertitur Ὁ πάντα ποιήσας· *Qui omnia fecit*; Vulgata, *Omnipotens subvertit.* Idem, cap. XXII, 25 : Ἔσται οὖν σου ὁ Παντοκράτωρ βοηθός· *Erit igitur Omnipotens auxiliator tuus.* צבאות Σαβαώθ autem jungi solet cum dictionibus Κύριος, vel Θεός, ut dicatur Κύριος Σαβαώθ, « Dominus exercituum, » vel *Deus exercituum*, I Reg. I, 3 : Καὶ θύειν τῷ Θεῷ Σαβαώθ· *Et sacrificare Deo exercituum.* Isaiæ I, 9 : Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπε· *Nisi Dominus exercituum reliquisset.*

Ibid. B 11. *Rursus interrogant.* Hic quoque dilucidiorem, opinor, substituimus versionem ejectis illis verbis, « an cum sit natus est Filius, an cum non sit, » et in iis quæ sequuntur alia emendata : sed et majusculis litteris illa efferenda fuerunt, « Aliquando et In tempore, et Cum esset : « hoc est, « Non audent dicere, An aliquando, » vel « In tempore sit natus vel genitus. »

Ibid. C. 12. *Et qui cum.* Distinximus hæc duo loca ante confusa in unum : alter enim est Hebræorum, I, 3, *Qui cum sit splendor* : alter Philippens. II, 6, καὶ ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, quod perperam Beza, *Qui cum sit in forma Dei* : nam et ipse in textu Epistolæ ad Philippenses et in Notis suis reddidit Latine, *Qui cum esset in forma Dei.*

Col. 679 A 3. *Homo enim altero.* Hæc obscure admodum sic ediderat interpres, « homo enim homine magis non dicitur : bonus autem bono, et justus justo. » Hæc nimirum est, quod dicunt philosophi, Substantia non suscipit magis et minus, sed qualitas : unde Aristoteles in *Categ.* : Οὐκ ἂν ἐπιδέχοιτο ἡ οὐσία τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. Postremo c. IX, ex ms. et Stephan. ἀῤῥάμενον scripsimus pro ἀῤῥόμενον, « quod incœpit esse, non cessare. »

Ibid. C 13. *Ipsi.* Truncata erat hæc sententia, cum legeretur antea, « quoniam et ipsi jubetur : coactus et nolens ministrat· » sed et illud εἴγε καὶ ἐπιτάττεται, melius verbis Cornarii exprimetur, « siquidem ipsi jubetur. »

Col. 682 C 4. *Et omnia ex opposito.* Interpres scripserat, « et quandocunque ex opposito inter se dividuntur : etiam innascibilitas nascibilitati contraria est. Quare si modus subsistentiæ innascibilitas non est, sed substantia, Pater Filio secundum substantiam contrarius erit. » Porro ad oram loci illius, *Dominus nomen tibi*, notarat Cornarius, psalm. LXXXII, cujus in versu 19 legimus : Καὶ γνώτωσαν, ὅτι ὄνομά σοι Κύριος· *Et cognoscant, quia nomen tibi Dominus*, ubi Hebraice est τὸ τετραγράμματον. Quod autem hoc capite demonstrat Basilius τὸ ἀγέννητον, ingenitum vel innascibilitatem non significare substantiam vel essentiam, sed modum essentiæ, vel modum exsistendi personæ, admittunt etiam alii Patres, quos profert noster Gabriel Vasques, Disputat. 137 in I partem S. Thomæ, ut Cyrillus, lib. I *Thesauri*, cap. 4, cujus hic titulus est : Ἀπολογία αὐτολεξεὶ, ὅτι μὴ τὸ ἀγέννητον οὐσία, μόνον δὲ τοῦ μὴ γεγονέναι τὸν Θεὸν σημαντικόν, « Quod ingenitum substantia non est, sed solummodo Deum non esse genitum significat; » et cap. 3 ejusdem libri : Οὐκ ἄρα τὸ ἀγέννητον οὐσίας· ἀλλὰ τοῦ μὴ τοιῶσδε εἶναι τὴν οὐσίαν σημαντικόν· « Non esse igitur ingenitum substantiam, sed substantiam non esse tali modo significat; » et Gregorius Nyssenus lib. XII *adversus Eunomium*, p. 304 : Εἰ τὸ ἀγέννητον ὄνομά φασι τὴν οὐσίαν σημαίνειν, καὶ μὴ τὸ ἄνευ αἰτίας τὴν ὑπόστασιν ἔχειν, ποίῳ ὀνόματι τὸ ἄνευ αἰτίας εἶναι τὸν Πατέρα συστήσουσι; « Si nomen hoc *ingenitum* substantiam aiunt significare, et non absque causa Patrem subsistentiam habere, quo nomine Patrem absque causa esse constituent? »

Col. 683 B 5. *Sed ipsum substantia.* Αὐτοουσία scripsit typographus, dubitante fortasse correctore, num Basilius potius edidisset αὐτοουσία, quomodo et in Stephanæa legebatur, et Beza vertebat : « Si ingenitus non est essentiæ nomen, sed ipsamet essentia : » Basiliensis et Regius H., ἀλλ' αὐτὸ οὐσία, « sed ipsum substantia est : » et ita quoque Trapezuntius. Sequebatur apud eumdem interpretem, « cum et Filius substantia sit, et ipse ingenitus substantia est, et omnis substantia ingenita est; » sed cum in Basiliensi, Steph. et ms. H. scriptum sit, ἀγέννητος καὶ ὁ Υἱός, merito immutavimus, « ingenitus etiam erit Filius. »

Col. 687 C 3. *Si quid enim.* In ms. Reg. scriptum offendimus δεκτικὸν καὶ ἄνθρωπος τοῦτο· ἴδιον δὲ ἀνθρώπου, quamobrem addita est particula καί priori loco, cum abesset a Basiliensi : verum ex Stephanæa potius ita restituendus est textus Græcus : Εἴ τι γὰρ ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, ἄνθρωπος τοῦτο, καὶ τοῦτο ἄνθρωπος· « Nam si quod est animal rationis particeps, mortale, intelligentiæ et scientiæ capax, homo illud est, et illud est homo. » Porphyrius cap. 3 τῆς Εἰσαγωγῆς hac definitione hominis

contentus fuit, ζῶον λογικὸν θνητὸν ὁ ἄνθρωπος, « animal rationis particeps mortale, homo. » Rationis particeps cum dicitur, ab animalibus brutis, cum vero mortale, ab angelis eum distingui docet.

Col. 689 A 12. Ἦν ἄρα ταπ. Vitiosam lectionem sic expressit Cornarius, « Erat ergo humilius, quam ut Patri conveniret, creare ea, quæ a Filio facta sunt, » sed emendanda est ex Regio H., οὐκ ἄρα οὖν ταπεινότερον, vel ex Stephan. p. 399, οὐκ ἄρα ταπεινότ., « Non est igitur humilius aliquid, quam ut Patri conveniat, creare quæ fiunt a Filio. » Quod sequitur, οὐ γὰρ ἦν ποτε ἀσοφος, immutavimus ita versum (« non enim erat, quando erat insipiens. »)

Col. 691 A 5. *Quare videtur.* Interpres edidit : « Quare videtur de similitudine ac identitate ipsorum in omnibus similique substantia, non de creatura ea verba dixisse. » Quid sit ἀπαράλλακτος οὐσία, et quomodo Latine a Patribus exprimatur, docet in suis *in Gregorium Nazianzenum* scholiis doctissimus Bilius, qui et apud illum, p. 682, vertit, orat. 42, ἡ ἀπαράλλακτος εἰκών, ὁ τοῦ Πατρὸς ὅρος καὶ λόγος, « illa per omnia similis imago, ille Patris terminus et ratio : » itaque illud Athanasii, disputat. 2 *contra Arianos*, p. 155, καὶ ἀπαράλλακτον ἔσχεν εἰκόνα, sic interpretari potes, « habuitque per omnia similem sui imaginem : » ut in eodem libro dixit p. 151, καὶ ὅμοιός ἐστι κατὰ πάντα τοῦ Πατρός, « similisque per omnia Patri. » Nec satis exprimunt vim dictionis, qui « non dissimilem, » vel « incommutabilem » vertunt; excedunt autem, qui « identitatem » hic addunt.

Ibid. B 7. *Si imago.* Corrigendum in Græco ex ms. H. καθοτιοῦν· sed aliter distinctionem adhibuerat Trapezuntii codex, cum quo etiam Stephani editio consentit, εἰ εἰκὼν πάντως ὁμοία καθοτιοῦν, καὶ ὁ Υἱός ἐστιν εἰκών, « Si omnino imago est in quovis similis, et Filius est imago. » Emendavimus ex eadem et ex ms. κατ' οὐδὲν ὁμοία, et κατὰ πάντα ἀνόμοιος· sed in capitulo sequenti mendose in Stephan. et Basiliensi fuit βλέπων et ἀκούων, pro βλέπον et ἀκοῦον· ut suggerit H. ms. qui rursus perperam habuit βλέπει, pro βλέψει· unde Trapezuntius, « ut corpus cernet, et ut corpus audiet, (ut ἐνεργήσει,) operabitur. »

Col. 694 C 8. *Se diabolum.* Expunximus obscuram versionem, « latent diabolum colentes et non Filium Dei. » Porro hunc locum Jobi XL, 14, de principe dæmonum quosdam intellexisse constat ex Olympiodoro in Catena Nicetæ : Οἱ μέν φασιν, ὅτι πρῶτον τοῦτον ἔκτισεν ὁ Θεός· οἱ δὲ φεύγοντες εἰπεῖν, ὅτι πρῶτον ποίημα τοῦ Θεοῦ τὴν τροπὴν ὑπέμεινε, φασὶν, ὅτι οὐ πρῶτος μὴ γέγονε, τὴν πρώτην δὲ ἀρχὴν παρὰ ἀγγέλοις εἶχεν, εἷς τῶν πρώτων ἀρχόντων τυγχάνων, κατὰ τὸ, Καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε· « Quidam aiunt hunc primum a Deo creatum esse; alii vero, cum dicere reformident primam a Deo conditam creaturam mutationem passam esse, primum illum ortum esse negant : eidem tamen angelorum principatum delatum esse concedunt, qui unus e primis principibus esset, a quo nec illud dissidet : *Et sicut unus de principibus caditis* (Psal. LXXXI). « Idem Hieronymus *adversus Jovinianum* de Lucifero tradit et ejus casu. S. Augustinus lib. III *De Genesi ad litteram*, cap. 10, meminit quorumdam, qui ita sentiebant, nec illos notat aut carpit. Gregorius Magnus, homil. 34 *De centum ovibus*, quem sequitur S. Thomas, I p., quæst. 63, artic. 7, nec tamen alteram opinionem damnari vult, quæ est Damasceni lib. II *De fide orthodoxa*, cap. 4, ex inferioribus nimirum ordinibus fuisse angelos qui lapsi sunt. Sane quidem locum illum Jobi historico sensu malunt alii de animali quodam terrestri, vel de serpente in humentibus locis degente intelligere, nihilque de principe dæmonum qui ceciderunt, ex Scriptura certo colligi posse, ut pluribus probat noster Gabriel Vasques in illam S. Thomæ 63 quæstionem.

Col. 695 C 8. *Cum sperassent.* Aliud est pœnitentiam agere, aliud resipiscere, aut vitam mutare, quamobrem delevimus illud Trapezunt., « cum speramus pœnitentia posse salvari. »

Col. 699 B 8. *Et creatrix.* Ms. H., καὶ ἡ ἄκτιστος θεότης, « et increata divinitas : » at Stephan. et Beza κτίστης, « et creatrix deitas, » tametsi fortasse legit Trapezuntius κτίστις θεότης. Paulo post ex eadem edit. Stephan. correctum est ἐπὶ τὸ πιστεύειν· « quandoquidem credere nos in eum, vel simul cum eo, vel ante ipsum inveniretur. » Beza perperam πρό vertit « post, » et ἡμᾶς omisit.

Col. 702 A 15 *Ipsam petebat.* Truncata hæc fuerant Latine conversa ab interprete, quasi deessent ista, αὐτὴν ἤτει. Οὐ γὰρ ἂν ὃ εἶχε λαβεῖν ἐπεζήτει, quæ omnes editiones et mss. exhibent. Rursus in fine capituli hujus vocem οἰκονομίας omiserat. De Photino Epiphanius, hæresi 71, qui in concilio Sardicensi eum damnatum asserit, hoc est circa annum Christi 347 : Φάσκει ἀπαρχῆς τὸν Χριστὸν μὴ εἶναι, ἀπὸ δὲ Μαρίας, καὶ δεῦρο αὐτὸν ὑπάρχειν, ἐξότε, φησὶ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὴν, καὶ ἐγεννήθη ἐκ Πνεύματος ἁγίου· « Asserit ab initio Christum non esse, verum a Maria, et hucusque ipsum exsistere, ex quo Spiritus sanctus, inquit, supervenit in ipsam, et genitus est ex Spiritu sancto. »

Col. 703 A 13. *Creavi.* Ita Cornarius et Beza, rectius quam Trapezuntius, *Possedi hominem*, ut est in Vulgata ex Hebræo, quasi legisset ἐκτησάμην, prout ediderunt etiam LXX, Genesis XLI. Regin. H. habet ἐκτισάμην, et ita certum est edi voluisse Basilium, quod existimaret ita scriptum a LXX. Nam ἐκτησάμην, a præsenti κτάομαι, *possideo* sonat, non *creo* : neque est in usu apud profanos Græcos auctores κτίζομαι, ut significet *creo*, vel *condo*. Scriptura quoque verbo κτίζειν activo utitur tantum, ut Sap. II, 23 : Θεὸς ἔκτισε τὸν

ac naturalem imaginem Dei et Christi Spiritum, » satis indicat Spiritum habere esse a Patre et Filio : non enim est vera et naturalis imago, quæ non producitur ab exemplari.

Col. 728 A 4. Τῆς ὁμοιότητος τῆς θείας. Has tres lineas, quæ in Basiliensi desiderabantur, ex H. addidimus, quas et interpres agnoscit.

Ibid. B 2. Διαμένουσαν· In Regio erat H., διὰ θεότητος ε'ς αἰῶνα μένουσιν· « per Divinitatem in sæculum permanentem : » et ἐπαναλαβεῖν, pro ἀναλαβεῖν.

Col. 732 A 6. Διὰ τοῦτο καὶ Θεοῦ. Utitur his verbis, et iis quæ in titulo sunt hujus capitis, idem cardinalis Bellarminus loco jam citato, ut procedere a Filio Spiritum probet. Quomodo enim dici potest sic se habere Spiritum ad Filium, sicut se habet Filius ad Patrem, si Filius quidem a Patre procedit, Spiritus autem sanctus a Filio non procedit? aut quomodo Spiritus est verbum Filii, si ab ipso non procedit?

Ibid. B. Διὰ τί μὴ τὸ Πνεῦμα. Eodem modo quintum hunc locum profert in eodem capite lib. II *De Christo*, in quo docet Basilius Spiritum ex Deo esse per Filium, sed non dici Filium Filii, ne suspicemur Trinitatem in infinitum multiplicari. Nam si Spiritus diceretur filius Filii, consequens videretur, ut etiam alium filium haberet ipse, et sic deinceps.

Col. 731 C 13. *Curiose.* Περιεργάζεσθαι vertit Trapezunt. « variis curis versare, » quod proprie sonat, *curiose scrutari*, et θέσει γενέσθαι, « positione factos, » cum postea meminerit τῶν υἱοθετουμένων, « adoptivorum ; » ideoque « adoptione factos » dici maluimus.

Col. 735 A 5. *Tu vero similiter.* In concilio Florentino, sessione 18, p. 440 editionis Romanæ, tom. IV *Concilior.*, profertur et diligenter excutitur hic locus, ab his verbis usque ad illa μόρφωσιν κτίσεως, « formationem creaturæ. » Cum enim Marcus Ephesius pro Græcis disputans dixisset : Ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς πρὸς Εὐνόμιον ἀντιῤῥητικοῖς περὶ τῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς προόδου τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὸν λόγον ποιούμενος τοιάδε φησί· Γεννᾷ ὁ Θεὸς οὐχ ὡς ἄνθρωπος. Εἰ τοίνυν τὸ Πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ ἀκούοντες, νοοῦμεν ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ἤδη καθαρῶς ἀπεφήνατο ἐκ μόνης τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς, καὶ οὐκ ἐξ ἄλλης τινὸς ὑποστάσεως εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· « Basilius Magnus in sermonibus, quibus Eunomium confutavit, loquens de productione sancti Spiritus ex Patre, his utitur verbis : Generat Deus non ut homo, vere tamen generat. Si ergo Spiritum ex ipso audientes, intelligimus ex ejus subsistentia perspicue jam Basilius pronuntiavit ex sola Patris hypostasi, et non ex alia quadam hypostasi esse Spiritum sanctum : » respondit Joannes Provincialis, qui Latinorum partes tuebatur : Ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ ἐπείγεται ὁ μέγας Βασίλειος δεῖξαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ οὐχ ἑτέρωθεν, ἤγουν ἐξ ἑτέρας οὐσίας· ἐπειδήπερ ἐκεῖνοι ἐπῆγον λέγοντες τὸ Πνεῦμα κτίσμα· « In hoc capite Magnus Basilius conatur ostendere Spiritum sanctum ex Patre esse et non aliunde, hoc est ex alia substantia : ideo quod inferebant hæretici Spiritum esse creaturam. » Cum igitur mens Basilii fuerit hæc, ut Spiritus sanctus non sit alienæ naturæ, sed ejus quam habet Pater, et Spiritum sanctum non intelligi a Patre esse nisi a substantia Patris et Filii : ex eo concluditur substantiam esse, quæ producit Spiritum sanctum : ac proinde a Filio quoque procedere, cum Patris et Filii sit una substantia. Plura ad hujus loci illustrationem illinc peti poterunt; nos solas variantes lectiones persequemur. Nam illud, καὶ ὅτι μὴ γέννησις ἡ τοῦ Πνεύματος, sic refertur illic : Ἐπειδὴ ἡ ἐκπόρευσις τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ γέννησις οὐκ ἐκλήθη· et illud, Καὶ περιφρονῶν τῶν ἀνθρωπίνων παραδειγμ., ita scribitur, καὶ παραδείγμασιν ἀνθρωπίνοις ἀφορῶν ἀνατρέπεις τὰ ἐξ αὐτῶν συνιστάμενα θεῖα δόγματα. Unde constat addendum participium συνιστάμενα textui Basilii, quod agnovisse videtur interpres cum ait, « quæ ex ipsis intelliguntur divina dogmata ; « interpres concilii dixit, « quæ per illa cognoscuntur : » et illud, καὶ δέχεσθαι σὺν εὐσεβείᾳ, concilii textus, καὶ πᾶν τὸ λεγόμενον προσδέχεσθαι μετ' εὐσεβείας καὶ οὐκ ἀνοητότατα κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐπιχειρεῖν· et interpres ejus, « et non contra pietatem insulsissimis uti argumentis : » quibus verbis confirmatur lectio Regii codicis H. καὶ μὴ μωρότατα τὰ τῆς εὐσεβείας σοφίζεσθαι. Rursus, καὶ τὸ γέννημα ἐξ αὐτοῦ ἐκφαίνει, concilii textus, καὶ τὸ γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ ἀναγέλλει ῥῆμα ἢ λόγον.

Col. 738 A 4. *Quasi humano.* Hanc periodum in duas diviserat interpres, et sensum auctoris obscurarat : « Quasi enim proferebatur humana locutione ut per figuram humanam exponatur per ipsum factam esse creaturam. » Quæ sequuntur usque ad finem capitis, decurtata erant in editione Basiliensi hoc modo : Ἔστι τὸ Πνεῦμα ἀεὶ καὶ πρὶν γραφῆναι ὑπὸ Μωσέως ἐπιφέρεσθαι αὐτὸ ἐπάνω τοῦ ὕδατος καὶ ἐκφυσηθῆναι αὐτὸ εἰς ζωοποίησιν. Cornarius ad hanc lectionem suam versionem conformarat : « Est et Spiritus semper, etiam antequam scriberetur a Mose terri ipsum super aquas, et exsufflatum ipsum esse ad vivificationem : » sed Regii codicis lectionem antiquior Trapezuntii versio confirmat.

Col. 739 C 2. *Discentibus apostol.* Hæc perperam versa sensum auctoris interverterant : « Apostolis ipsis gloriam tribuentibus, hæc dicit Spiritum sanctus. » Quanquam hæc Agabi prophetæ sunt verba Actorum XXI, 11. Sed hæc confirmant correctionem nostram, qua temerariam interpretationem Bezæ castigavimus supra, libro II. Paulo post, οὐ συντάσσοντες Trapezuntius « non coordinantes » verterat, pro « componentes, comparantes, » ut II Corinth. X, 12 : Οὐ γὰρ τολμῶμεν συγκρῖναι ἑαυτούς τισι· *Non enim audemus comparare nos quibusdam.* Ibidem χειραγωγούμενοι ex mss. correximus, « ducti, »

suggerebat idem mss. H. Reg. ἑτέρῳ ὀρέγειν· Illud autem, ἀπαθανατιζομένων, emendavimus ex eodem. cum antea esset ἀπαθανιζομένων. Quo verbo usus est etiam Herodotus, lib. IV, et quos Getas ille dicit ἀθανατίζοντας Arrianus ἀπαθανατίζοντας vocat, id est, qui immortalitate donant, et in deorum numerum referunt. Usus est et Philo *De vita Mosis*, ἀθανατίζεται παρὰ Θεῷ « immortalitate perfruitur apud Deum. » Idem verbum etiam restituendum censeo S. Gregorio Nysseno, Basilii fratri, in libro Catechetico, cap. 37, pag. 534, et locum ita corrigendum: Καθάπερ γὰρ μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα πρὸς ἑαυτὴν συνεξομοιοῖ, οὕτω τὸ ἀθανατισθὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ σῶμα ἐν τῷ ἡμετέρῳ γενόμενον, ὅλον πρὸς ἑαυτὸ μεταποιεῖ καὶ μετατίθησιν· « Nam quemadmodum parum fermenti sibi totam conspersionem assimilat: ita corpus nostrum a Deo redditum immortale cum fuerit intra nostrum, totum in se transmutat et transfert. » Alioqui non quadraret comparatio, si θανατισθέν, « morte affectum » diceretur illud corpus, quod postea τὸ ἀθάνατον σῶμα immortale corpus » appellatur, ut immortalitatem corpori humano impertiat. Et in fine capitis post illa verba, οὐκ ἄρα κτίσμα τὸ Πνεῦμα, subjiciebat ms. H., καὶ ὅσα μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν δείκνυσι τῆς ἁγίας καὶ μακαρίας Τριάδος, « Et quæcunque unam eamdem esse operationem sanctæ et beatæ Trinitatis ostendunt; » sed hæc meo judicio non sunt hujus loci vel disputationis.

Col. 714 C 10. *Et deficient.* Hoc a nobis adjectum est ex ms. H. καὶ ἐκλείψουσι, et psalm. CIII, 30, et scriptum *Emittes*, non *Emitte*, licet in quibusdam libris Vulgatæ Latinæ ita legeretur olim, sed LXX ἐξαποστελεῖς ediderunt, et S. Hieronymus ex Hebræo *Emittes*.

Col. 716 D 2. Σημείων. Hæc verba σημείων καὶ ἰαμάτων τὸ ἐν τι addita sunt per errorem textui Basiliensis editionis ex variis lectionibus Regii codicis: idcirco delenda: nisi malis retinere τὸ σημείων, ita legendo, χαρισμάτων, τὸ σημείων ἐστὶ καὶ τῶν ἰαμάτων, τὸ ἕν τι, καὶ οὐχὶ τὰ ὅλα. *Sed quia unum quoddam ex divisione donorum est donum miraculorum, et est donum sanationum, unum quoddam, et non universa.*

Col. 722 C 10. *Dicit enim in proprio.* Hæc omissa fuerant ab interprete: tantum enim ediderat: « præbuisse prophetæ, quoniam dicit Isaias de ipsis, *Excæcavit oculos eorum, et induravit cor eorum.* » Atque ita quidem hæc scripta reperiuntur Joannis XII, 40, apud auctorem Vulgatæ Latinæ, cujus amat usurpare verba Trapezuntius, ut præcedenti pag. 299, *quasi nix dealbabuntur et ut lana alba erunt*, ediderat Isaiæ I, 1: sed quoniam ex Hebræo non e Græco vertit auctor Vulgatæ, interpretatio potius LXX exhibenda est vel Græci textus Novi Testamenti, vel etiam textus auctoris, qui Evangelium mutatis verbis citat, ut hoc loco Basilius, ne censores potius et correctores, quam interpretes agere videamur. Ac Joannis quidem XII sic effertur Isaiæ locus: Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, ἵνα μὴ ἴδωσιν· *Excæcavit oculos eorum, et induravit cor eorum, ut non videant;* Matthæi vero XIII, 14, et Actorum XXVIII, 27, eadem citantur, ut apud prophetam Isaiam XI, 9, efferuntur: Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτων ἐκάμμυσαν· *Incrassatum est cor populi hujus, et oculos suos clauserunt*: at Basilius dixit τετύφλωνται οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ πεπώρωται ἡ παρδία et verba, quibus est usus evangelista, passivo genere extulit ut LXX apud prophetam extulerant ἐπαχύνθη: quod sine dubio impune non tulisset, si Notas in eum scripsisset Beza, qui librum hunc quintum interpretatione sua dignatus non est, et immerito tamen vellicat auctorem Vulgatæ Latinæ more suo, quod apud Joannem πεπώρωκε τὴν καρδίαν Latine reddiderit *excæcavit*, πώρωσιν et πήρωσιν suo more confundens, quod plane falsum est; vertit enim, *induravit cor eorum*: neque tamen errasset, si ita vertisset, ut Marci III, 5, ἐπὶ πωρώσει, *super cæcitate*, cum, ut eum docere potuit *Thesauri Græci* auctor; πωρός Suidæ sit τυφλός, cæcus et πωρόω, excæco, πώρωσις, τύφλωσις, excæcatio; quam ob causam Erasmus quoque apud evangelistas et Paulum edidit ἐπώρωσεν *excæcavit*, licet alii *obduravit* malint vertere, quod πῶρος callum et duritiem sonet, unde et πωροῦν indurare: utraque voce animi obstinati pertinacia et hebetis inscitia designatur.

Col. 724 A 8. Εἰκόνα. Emendavimus titulum ex ms. H., cum antea in Basiliens. legeretur τὰ κατ' εἰκόνα, τοῦτο δὲ διὰ τοῦ πνεύματος γινόμενα: et in textu capitis expunximus Παύλου δὲ εἰκών, scripsimusque πάντως δὲ ἡ εἰκών, et apud interpretem, » Omnino autem, » pro « Omnium autem. »

Col. 726 B 3. *Cum inhabitationem.* Interpres novam periodum inchoarat, cum nondum conclusio argumenti esset illata, hoc pacto: « Christus in nobis..... Hæc igitur cum dicat, Spiritus inhabitationem Christi habitationem esse affirmet. » Ac licet in Græco videatur aliquid deesse etiam in ms. H., utpote repetitio vocis ἐνοίκησιν, non dubitavit tamen ita vertere Cornarius: *quibus verbis Spiritus inhabitationem Christi inhabitationem pronuntiat.*

Ibid. B 10. *Sed et imago.* Hujus etiam capitis initium mutilatum expresserat interpres, quod subjiciemus, ne quis in deterius immutatam interpretationem queratur: « Et imago vera non ex imagine vera sicut nos: propterea assimilat ad imaginem, et efficit, non efficitur, et unctio est, et non inungitur. » Rursus emendavimus infra, « per alienum a deitate, » cum esset antea « per alienam deitatem. » Porro citatur hujus capitis titulus ab illustriss. cardinali Bellarmino, lib. II, cap. 25, *De Christo* ut probetur divinitas Spiritus sancti, ejusque a Patre Filioque processio: cum enim dicat hic titulus, ὅτι εἰκὼν ἀληθὴς καὶ φυσικὴ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ τὸ Πνεῦμα: « veram esse

Ibi obviaverunt sibi cervi, et viderunt facies suas : unus ex ipsis non periit. Ἀπώλετο legunt, non ὑπελείφθη. Vulgata vero aliud præ se fert : *Illuc congregati sunt mihi alter ad alterum.* Ille autem alter ex eodem propheta locus est Isa LVII, 16. *Omnem flatum,* non *statum*, scripsi, πνοὴν πᾶσαν. Tertius est Jobi XXXII, 8, ubi legimus πνεῦμά ἐστιν ἐν βροτοῖς, non ἐν βρονταῖς, *in hominibus*, non *in tonitruis*, ut scripserat Trapezuntius, *et flatus autem omnitenentis, qui me docet.* Symmachus etiam vertit ex Hebræo : Ὄντως δὲ πνεῦμα θεοῦ ἐστιν ἐν ἀνθρώποις. *Vere autem spiritus Dei est in hominibus* : nec aliter Vulgata ex Hebræo, in quo vox אנוש accipi non potest pro tonitruo ; est ergo mendum librarii, qui pro βροτοῖς scripsit βρονταῖς.

Col. 766 B 13. *Non quod disceret.* Vitio prælo antea legebatur, « et quid loquar non dices: » cum scripsisset fortassis interpres, « non discens, οὐ μανθάνων· at in Regio H quæ sequuntur ita efferebantur : Τοῦτο γὰρ ἦν ἀμαθοῦς καὶ ἀτελοῦς· « Nam id esset ignari et imperfecti. »

Col. 768 C. Εὐθυμείσθω. Quæ sequuntur ad finem usque libri quinti *Contra Eunomium*, et constituunt caput decimum septimum, in Basiliensi Græca editione posteriori desiderabantur : sed in alium locum translata separatam homiliam efficiebant: Περὶ τοῦ Πνεύματος ἁγίου, « De Spiritu sancto, » et in editione Latina Parisiensi an. 1603, p. 223. « Cogitet omnis anima ; » at in codice Regio ultimum caput libri V, cum hoc titulo, Περὶ Πνεύματος. Trapezuntius quoque subjiciebat istud cæteris, et legebat in apographo suo εὐθυμείσθω, prout erat in H., sed alter interpres legit ἐνθυμείσθω· « Cogitet omnis anima, an tales habeat oculos : » sic nimirum ait postea, σκοπείτω διάνοια, « mens consideret, » καὶ νοείτω τὰ πάντα πληρούμενα, « cogitet omnia spiritu Dei referta esse. »

Ibid. C. 5. *Si quæris.* Locus est Isaiæ XXI, 12 : *Si quæras, quære* : ubi Vulgata Latina, *Si quæritis, quærite : convertimini, venite.* Cæterum in ms. Regio erat, Οἰκεῖς δὲ τότε, ὅτε μετὰ πίστεως ζητεῖς· « Tunc autem habitas, quando cum fide quæris. »

Col. 770 A 12. *Reliquisque.* Hæc inserta sunt verbis Trapezuntii, quæ et Regius codex agnoscit, et alter interpres, « hæresi et reliquis incantantium ac illicientium muliercularum voluptatibus. »

Col. 770 C 8. *Sicut enim.* In ms. Η φωτίσασαι νέφος legebatur, minus recte: sed et interpres paulo obscurius dixerat : « Sicut solis radii nubem illuminantes, et ipsam splendere facientes, auriformem ipsi faciem præbentes. »

Col. 772 B 10. Οὐ χωρίζεται. Emendavimus in Basiliens. οὐχ ὁρίζεται perperam antea scriptum pro οὐ χωρίζεται, « hæc ab illo non separatur, » ut recte Trapezuntius : alter interpres homiliæ separatæ mendosam lectionem secutus « hanc in illo non circumscribit:» at Cornarius mendum animadvertit, et dixit, « non segregatur ab ipso. »

Ibid. C 14. *Nihil in se,* Citatur hic locus a Bessarione Nicæno in oratione dogmatica, edita in concilio Florentino, sessione 20, p. 532, πεφηνέναι ut probetur « manifestari » τὸ εἶναι καὶ τὸ ὑπάρχειν δηκοῦν significare esse et æternam subsistentiam et generationem Filii, quandoquidem de Spiritu et æterna ejus processione dicitur, dicente beato Basilio de Spiritu sancto ἐπὶ τοῦ Πνεύματος καὶ τῆς ὑπαρκτικῆς αὐτοῦ προόδου, quod reperitur in hoc loco, τὸ Πνεῦμα οὐδὲν ἔχον ἐστὶν ἐπίκτητον ἐν ἑαυτῷ ἀλλ' ἀϊδίως πάντα ἔχει· « Nil adventitium in se habet, sed æternaliter omnia habet tanquam Spiritus Dei et ex eo manifestatus. » Hoc melius exprimit τὸ πεφηνός quam Trapezunt., « existens, » vel alter interpres homiliæ, « et ex Deo prodiens : » unde concludit Bessarion, quod dixit Gregorius Nyssenus, ὡς δι' Υἱοῦ πέφηνε τοῖς ἀνθρώποις, « quod Spiritus per Filium sit manifestatus, eum hominibus notificatum esse temporaliter, » τὸ δι' Υἱοῦ ἀνθρώποις γνωσθῆναι ἐν χρόνῳ καὶ δι' Υἱοῦ τὴν ἀΐδιον ὕπαρξιν ἔχειν· « et quod per Filium æternaliter producatur. »

Col. 774 A 10. *Multi sunt.* Restituimus præcedentem locum e Græco ; male enim apud interpretem legebatur, « Ac rursus inquit, Docibiles Dei erunt : » hunc vero ita Græce conceptum videtur reperisse Trapezuntius, ut est in Regio, πολλοὶ ὢν τοῦτο τὸ θεῖον ἐν ψυχῇ· at interpres alter vice versa Basiliensis editionis textum exprimit : « Multum itaque de hoc numine inest animæ rationali, nisi propria ignavia deficere ab illo velit ; » sed διὰ ῥᾳθυμίαν Regius habuit, « propter ignaviam illum (Spiritum sanctum scilicet) discedere a se velit. »

APPENDIX.

(Opp. t. II.)

Col. 73 C 2. Πρὸς Ἀβραάμ. Additum est ex Anglic. ἐν ὁράματι λέγοντος· quamobrem et adjiciendum verbis interpretis, « Domini conscriptum invenimus in visione dicentis. » Gen. XV, 1 : Ἐν ὁράματι νυκτὸς λέγων, *in visione noctis dicens*. Quid habuerit codex Oliv. non exprimimus, quod hæc altera *in psalmum* XXVIII homilia ab illo abesset.

Ibid. 8. *Et ubi voces.* Restitutus est hic locus ex Scripturæ verbis, cum antea mutilatus esset apud interpretem. Sic enim est Exodi XIX, 11 : Καὶ ἡ νεφέλη ἀπέλθῃ ἀπὸ τοῦ ὄρους · *Et quando voces et tubæ et nubes discesserint a monte, illi ascendent.*

Col. 75 A 11. *Vox vero illa.* Legisse videtur interpres, ὄρασις ἦν, dum vertit, « Vox vero illa,quæ ad populum facta est,visio erat,» non ὁρατὴ ἦν,sed perperam. Paulo post etiam immutavimus illud, αὕτη οὖν ἡ φωνή, quod Latine erat, « Ipsa itaque vox Dei erat super aquas : » neque enim scriptum est, αὐτὴ οὖν ἡ. Sic quoque fideliter expressit mentem auctoris vetus interpres Basilii,cujus verbis utitur Romanum Breviarium tertia die infra octavam S.Joannis Baptistæ mense Junio..

Col. 78 C 9.*Quid est autem.* Fortasse legendum, τί οὖν ἐστιν ὁ μόσχος ; τί ὁ Λίβανος ; « Quid ergo est vitulus ? quid Libanus ? » vel certe, τί οὖν ἐστιν ὁ μόσχος τοῦ Λιβάνου ; « Quid ergo est vitulus Libani ? » Quod sequitur, διὰ τοῦ Λιβάνου μορφοῦντες, interpres ediderat, « De Libano dicunt, quod simulacrorum cultores vitulorum imagunculas, quas sibi in Libano fingunt, sicque eas, » etc. Rursus illud , ὁ μόσχος ὁ διὰ τοῦ Λιβάνου, Cornarius vertit, « aut vitulus thuris ab igne liquescens. » Montacutius,« aut vitulus e Libano effectus per ignem liquefactus. » Antea editum erat, « Aut vitulus est, qui in monte Libano per ignem liquefit, secundum quod dictum est : » nimirum psal. LXVII, 3, vox Græca Λίβανος et montem illum Syriæ significat et thus : sed apud Hebræos thus dicitur לבונה Lebonah a candore, mons autem לבנון Lebanon, quod in eo thus crescat ; auctor Pagninus in Lexico Hebraico. Possunt igitur intelligi hæ imagunculæ vitulorum e Libano effictæ, id est de Libani arboribus, vel ex thure, quod in illo monte crescit, et quod igne potest liquefieri. Paulo post initio sequentis paginæ τὸν ἀρχηγὸν τῆς τῶν κέδρων ἐπάρσεως vertimus : *Principem et auctorem elationis cedrorum. Quoniam cedri ipsæ cum altæ sint, ea quod supra montem natæ sunt , accedente montis celsitudine conspicuæ magis fiunt* , ut ait ipse Basilius citatus in Catena Græcorum *in Psalmos.*

Col. 83 C 6. *Cantici ad animæ.* Cornarius aptius vertit, « Utereturque ipso pro incentione ad animæ suæ medelam. » Ἐπῳδή et ἐπαοιδή a Cicerone *cantio*, a Gellio *incentio* vertitur, ab aliis incantatio et incantamentum, hoc est, carmen ad amoliendum aliquid noxium vel certe emolliendum. Plato in *Euthydemo* : Ἡ μὲν γὰρ τῶν ἐπῳδῶν, ἐχεών τε καὶ φαλαγγίων, καὶ σκορπίων, καὶ τῶν ἄλλων θηρίων τε καὶ νόσων κήλησίς ἐστιν· « Nam ars quidem excantatorum, viperas, phalangia, scorpios, et alia pestifera animalia lenit ac permulcet. » Homerus Ὀδυσσ. T. de vulnere Ulyssis,

Δῆσαν ἐπισταμένως, ἐπαριδὴ δ' αἷμα κελαινὸν Ἔσχεθον.

Ligarunt scienter, carmine autem sanguinem nigrum represserunt. dign.

Sophocles in *Ajace*,

οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ
Θροεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.

Non est sapientis medici incantationem recitare in morbo, qui sectione opus habet. Horatius Epist. 1, lib. I.

Sunt verba et voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis et magnam morbi deponere partem.

Col. 103 B 4. *Præduc.* Admonuimus iterandam hic fuisse vocem « fides, » ut in Græcis, in quibus et quæ sequuntur exigunt, ut ita vertatur, « Fides non quæ geometricis nititur probationibus. »

Col. 106 A 15. *Assensum.* Omisit vocem πίστεως Cornarius sic efferens : « Assensum ex fide citra examinationem requirit;» Montacutius « a fide minime probata et explorata rationibus assensum quærit. » Similis illa sententia S. Joannis Chrysostomi lib. *Contra gentiles* p. 735 edit. Parisiens. Οἱ διαπιστοῦσι τοῖς γεγενημένοις , καὶ πολλοὶ οὕτως ἀβασανίστως καὶ ἀνεξετάστως · *Qui nullam fidem habent,atque multi de re tota nihil quidquam investigare, nihil examinare laborant.* Idem in hunc psalmum scribens p. 400 : Ὁρᾷς, ὅσον κακόν ἐστι, λογισμοῖς ἐπιτρέπειν τὰ πράγματα τῆς πίστεως, καὶ μὴ τῇ πίστει ; « Vides quantum sit periculum, res fidei permittere rationibus, et non fidei ? » Locus proxime sequens est Hebræor. XI, 6 : Πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ, ὅτι ἔστι. *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est.* Sub finem paginæ immutavimus illud interpretis « contendo ad perfectionem per martyrium.» Hic enim τελείωσις consummationem sonat, ut Lucæ XIII, 32. Ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι. *Sanitates perficio hodie et cras, et tertia die consummor.* Et Sapient. IV, 13 : Τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ ἐπλήρωσε χρόνους μακροὺς *Consummatus in brevi explevit tempora multa.* Theodoretus itidem hæc verba psalmi exponens, decere ait audacter pro Domino mortem subire, et hanc remunerationem pro variis beneficiis dare : Προσήκει τοίνυν θαῤῥαλέως τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ καταδέξασθαι θάνατον, καὶ ταύτην δοῦναι τῆς παντοδαπῆς εὐεργεσίας ἀντίδοσιν. Sic apud Apostolum, Hebræor. II, 10 : Διὰ παθημάτων τελειῶσαι, *Per passiones consummare* ; et Hebr. XI, 40 : Ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι · *Ut non sine nobis consummarentur.* Ita sæpe dicuntur in Martyrologiis viri sancti martyrium consummare, et martyrio consummari.

Col. 107 B. 4. *In conspectum Achis.* Ita quidem apud auctorem Vulgatæ Latinæ vocatur ille rex, at apud LXX, I Reg. XXI, 14, Ἄγχους Anchus dicitur, cujus hæc verba sunt ad famulos suos, Ἰδοὺ ἴδετε ἄνδρα ἐπίληπτον, *Ecce vidistis virum furiosum* : item, Μὴ ἐλαττοῦμαι ἐπιλήπτων ἐγώ ; *Num indigeo furentibus ego ?* Chrysostomus, lib. III *De Providentia*, pag. 237 : Πρὸς τὸν Ἄγχους ἀπελθών, τοὺς μαινομένους ὑπεκρίνατο. « Ad Anchus profectus, insanum se simulabat. » Atque apud profanos

quidem auctores ἐπίληπτος correptum epilepsia, et comitiali morbo laborantem significat, et ἐπιλῃπτίζειν eo morbo laborare, ut observat Henricus Stephanus in *Thesauro* ; sed fallitur cum ibidem addit ἐπιλῄπτεσθαι, pro eodem afferri XXI lib. I Regum, vel illi certe falluntur, qui hanc notionem illi verbo in eo loco affingunt. Licet enim alibi vox ἐπίληπτος comitiali morbo laborantem significet, atque etiam a dæmone correptum, ut apud Gregorium Nazianzenum, orat. 18, de sancto Cypriano, p. 280 : Ὁ ἄφρων ἐραστὴς, καὶ σώφρων ἐπίληπτος, « Demens amator, et prudens arreptitius : » non tamen existimandum est, ubicunque ab interpretibus Græcis Veteris Testamenti adhibetur, eam posse illa omnia sonare, si voces Hebrææ, quas illic exprimit, id non ferant. Itaque illic dictio Hebraica משגע furiosum, vel insanum significat, ut IV Reg. IX, 11 : Τί ὅτι εἰσῆλθεν ὁ ἐπίληπτος οὗτος· *Quid venit insanus iste ad te ?* et Jerem. XXIX, 36 : Καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ μαινομένῳ, *Et super hominem insanientem* : et ἐπιληπτεύεσθαι furere est et insanire ; sed comitiali morbo laborantem non significat. Quamobrem apud Theod. Balsamonem commentario in epist. Petri Alexandr. perperam vertit interpres. Τὸν ἐπίληπτον ὑπεκρίθη φεύγων τὸν Σαούλ· « Se epilepsia correptum simulavit fugiens Saul. » Hic ergo scribendum, « simulans me insania correptum, aut percitum furore. »

Col. 114 A 13. *Ex exsoluta.* Ἀνθρωπότητα vocat non unam aliquam multitudinem, nec universum genus humanum, sed eos homines, quorum res gestæ ac probi mores id promeruerant, ut ab æternis suppliciis immunes essent : itaque ad verbum Cornarius, recte, « Quandoquidem me a vinculis peccati liberasti, dum descendisti ad infernum, et exsolvisti humanitatem vinctam mortis exsistentem, et in carceribus inferni inevitabilibus detentam. » In Catena Græca *in Psalmos* lego κατελθὼν εἰς ᾅδην, καὶ λύσας τὴν ἀνθρωπότητα. Porro hanc de descensu animæ Christi ad inferos communem sanctorum Patrum doctrinam frustra a novis Ecclesiæ Christi perduellibus oppugnatam tuetur etiam alibi ut hoc loco Basilius, nimirum *in psalmum* XLIV : Ἀλλὰ κατελθεῖν εἰς ᾅδου τῆς περὶ τὴν ἀνάστασιν οἰκονομίας ἕνεκεν· et *in psal.* XLVIII : Σαφῶς προφητεύει τὴν τοῦ Κυρίου κάθοδον εἰς ᾅδου.

Col. 115 B 12. Ἐν αὐλαῖς τοῦ. Hæc ultima psalmi verba ex Oliva, et Anglicis adjecta sunt, cum sua interpretatione quam ea, quæ sequuntur, exponunt.

AD COMMENTARIOS IN ISAIAM.

Col. 131 B. *Videns simul.* Præter eos testes, quos ad vindicandos Basilio commentarios istos *in Isaiam* citat vir doctissimus Godefridus Tilmannus, alios duos laudabo. Tarasius enim Constantinopolitanus patriarcha in epistola ad Adrianum papam, quæ in Jure Græco Romano exstat p. 193, ubi refertur hic locus : Τοῦ Βασιλείου ἐκ τῆς εἰς τὸν Ἡσαΐαν ἑρμηνείας. Νόμον ἔδωκεν εἰς βοήθειαν, ἵνα εἴπωσιν οὐχ ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο. « Legem dedit in auxilium, ut dicant non ut hoc verbum ; » et reperies hæc ipsa verba in caput octavum. Alter est auctor scholiorum Græcorum in Epistolas apostolicas, quæ nomine OEcumenii circumferuntur, apud quem hæc ex Photio proferuntur pag. 399 editionis Veron.: Ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ Ἡσαΐου ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος δεύτερον ἐπιμνησθεὶς τοῦ ῥητοῦ, ἐπὶ καθάρσει αὐτὸ ἐδέξατο· « In interpretatione Isaiæ sanctus Basilius iterum facta hujus verbi mentione, pro purificatione ipsum accepit. » Habes hunc locum in caput quartum. Cæterum ad hujus Commentarii editionem adornandam præter apographum ex Anglia missum variis lectionibus in margine notatis illustratum, ope duorum codicum Regiorum adjuti sumus, quorum alter chartaceus, regis Francisci I, ex quo suam interpretationem effinxit interpres Tilmannus, alter membranaceus, Henrici II insignibus ornatus, tertius etiam ex illustrissimi cardinalis Joeusæi bibliotheca erutus fuit : singulos proprii characteres F. H. I. et A. designabunt. Illud autem prophetæ Amos habes cap. VII, 12 : Ὁ ὁρῶν, βάδιζε· *Tu qui vides, abi.* In quem locum scribens Cyrillus Alexandrinus idem videtur innuere esse nomen τοῦ ὁρῶντος, *videntis et prophetæ.* Ὁρῶντα μὲν γὰρ τὸν προφήτην ἐκάλει, πλὴν οὐκ ἀξιώσας, οὐδὲ τῷ τῆς προφητείας ὀνόματι κατασεμνύνας αὐτόν. « Videntem enim appellat prophetam : sed enim non honoris causa, neque ut eum prophetiæ nomine veneretur. » Theophylactus in cap. I Nahum : Ἀλλὰ καί ὅρασις ὥσπερ κοινόν τι δοκεῖ εἶναι. Ἐπὶ πάντων γὰρ τῶν τρόπων τῆς προφητείας ὁ νοῦς ἦν ἐλλαμπόμενος τῷ φωτὶ τοῦ Πνεύματος· « Insuper et visio velut commune vaticiniis videtur esse. Siquidem in omnibus prophetiæ formis mens Spiritus lumine illustrabatur. » Sed observandum est in libro I Regum cap. IX, 9, ita conceptis verbis hæc efferri a LXX : Ὅτι τὸν προφήτην ἐκάλει ὁ λαὸς ἔμπροσθεν, ὁ βλέπων· « Quoniam prophetam vocabat populus antea, Videns. » Illud igitur, ἔμπροσθεν, non cum participio βλέπων junxerunt alii, sed cum verbo ἐκάλει, quasi dicat, olim vel antea sic vocatum fuisse prophetam, « Videntem, » non autem « Antea videntem, » vel « Prævidentem. » Ita S. Hieronymus sive auctor Vulgatæ Latinæ. « Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns : » idem Pagninus ex Hebræo, et Symmachus : Τὸν γὰρ προφήτην τότε ἐκάλουν κατὰ τὸ ἀρχαῖον τὸν ὁρῶντα.

Nam prophetam tum vocabant more antiquo, Videntem. Vox Hebræa non aliter accipitur Ruth. IV, 7: Τοῦτο τὸ δικαίωμα ἔμπροσθεν ἐν τῷ Ἰσραήλ. *Hic autem erat mos antiquitus in Israel.*

Col. 135 C 2. *In priore enim Paralip.* Ita quoque legimus apud Procopium, qui Basilii Commentarium plurimis in locis secutus est, p. 6: Ἐν μὲν γὰρ τῇ δευτέρᾳ τῶν Παραλειπομένων Ὀζίας εἴρηται· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τῶν Βασιλειῶν Ἀζαρίας· *Nam in altero Paralipomenon Ozias nominatur, et in secundo Regnorum Azarias.* At memoria lapsus videtur Basilius: sic enim scriptum est II Paralipom. cap. XXVI, 1: *Populus Juda filium ejus Oziam constituit regem pro Amasia patre suo;* et alter locus de Azaria non est in II Regnorum, sed in IV, cap. XIV, 21: « Tulit autem universus populus Judæ Azariam annos natum sexdecim, et constituerunt eum regem pro patre ejus Amasia. » Quod autem sequitur, πλὴν καὶ πατρὸς αὐτοῦ καὶ μητρός, aliter versum fuerat ab interprete licet in Francisci I libro, quo usus est, legatur quemadmodum et in Henriciano et in Joeus. καὶ πατρὸς τοῦ αὐτοῦ καὶ μητρός. Interpres ediderat, *patris tamen matrisque nomina comperta sunt.* Mater autem ejus in Franc. quemadmodum et in Anglic. Χαλιά dicitur, in H. et I. mendose sicut et apud Procopium Χαναά et Χανά, *Chana:* sed verius apud LXX, IV Reg. XIV, Ἰεχελία ἐξ Ἰερουσαλήμ, *Hiechelia de Jerusalem.*

Ibid. 6. *Tempus etiam.* Hoc quoque fuerat omissum ab interprete, qui jungebat ita quod sequitur: *Prophetavit vero Isaias anno regni Oziæ quinquagesimo secundo.* Legit nimirum, ut præ se ferunt A F., Πεντηκοστῷ δευτέρῳ ἔτει ἐπὶ Ὀζίου προεφήτευσεν. At in H. et I πεντήκοντα δύο γὰρ ἔτη ἐπὶ Ὀζίου προεφήτευσαν· et hæc lectio sanior nunc videtur, atque ita rescribendum et interpungendum est: Καὶ χρόνος βασιλείας ὁ αὐτός, πεντήκοντα δύο ἔτη. Καὶ Ὀζίου δὲ προεφήτευσαν Ἡσαΐας· *Tempus etiam regni est idem, onni quinquaginta duo. Prophetarunt autem sub Ozia Isaias.* Suffragantur huic emendationi cum ipse Procopii Commentarius ex Basilio excerptus, tum Eusebii *Chronicum* quod initium prophetiæ Isaiæ, Osee, et Amos confert non in annum quinquagesimum secundum Oziæ regis, sed in decimum septimum circa annum ab Abraham MCCX. Hoc igitur vult Basilius ex eo constare eumdem esse Oziam et Azariam, quod Oziæ et Azariæ idem tempus regni tribuatur, nimirum anni quinquaginta duo. Quod vero sequitur, *Sed quia principium* ita clarius vertit doctissimus Procopii interpres Curterius, « An non vero quia, Principium verbi Domini ad Osee, in Osee legimus, primus et ipse vaticinari cœpit? » Illud tamen, πρὸ τῆς ὁράσεως τοῦ Ἡσαΐου, ἐν ᾗ φησιν, non est interpretandum, « ante visionem, qua elevatum superliminare dicit, » sed, « in qua dicit elevatum esse, » non a visione, sed ut suspicatur Basilius a terræ motu, ut inde colligatur Amos, qui prophetavit ante duos annos terræ motus, ante Isaiam prophetasse: verumtamen huic conjecturæ obsistit ipse prophetiæ textus, in quo legimus c. VI, 4: *Elevatum fuisse superliminare a voce Seraphim clamantium Sanctus, sanctus,* quemadmodum et Amos, IX, 1, *ex apparitione Domini propheta percutiente superliminaria commoventur.*

Col. 138 C 13. *Vir astutus.* Apud scholiasten Græcum in natis Flam. Nobilii legimus quidem Proverbior. XII, 23, Ἀνὴρ πανοῦργος, *Vir callidus,* at in ipso textu editionis Vaticanæ et aliarum, Ἀνὴρ συνετός, *Vir intelligens thronus est sensus.* Symmachus vertit, καλύψει γνῶσιν, *celabit scientiam* et ita Latina Vulgata. Sequentem periodum emendavimus, in qua scripserat interpres: « Quemadmodum enim se habet sedes sensus, qui sensatus est, » et illam in fine paginæ: « cum igitur inter utrumque congener quædam. »

Col. 141 A 10. *Eum qui sit.* Latine convertit interpres, quasi legisset in mss. τὸν ἐνεργὸν τὴν ψυχήν· at nos in eo scriptum offendimus, ut in cæteris et apud Procopium, τὸ ἐνεργὸν τῆς ψυχῆς· et ejus interpres edidit, « id est, eam animi partem quæ labore et strenuitate gaudet, cum ea, quæ voluptatibus et affectibus, copulare. Non enim. » Ita paulo post Tilmannus ipse τὸ φιλόπονον τῆς ψυχῆς ἐπεγείρων vertit, « exsuscitat vim animæ generosam, ac laborum patientem; » sed alterum membrum non ita feliciter exprimit, καὶ τὸ φιλήδονον αὐτῆς θεραπεύων· nam hic θεραπεύειν non est « colere, » sed « mederi, sedare » vel « refrenare, » itaque cum Curterio interpretaberis, » et eam cohibet, quæ voluptatibus delectatur.

Col. 142 D 1. *Nunc autem.* Non in prophetæ sermone, sed in populi malitia gradum quemdam et progressum factum esse notat Basilius: idcirco expunximus illa verba interpretis: « Nunc autem exorsus est ab eo, quod gens ipsa peccatrix sit, gravitatem exaggerans ipso progressu sententiæ. Plenus enim peccatis redditur populus. Et quod ab eo profluit semen, filii efficiuntur iniqui. » Idem habes apud Procopium p. 11, ubi sine dubio ex Basilio emendandum, ἐπὶ τὸ γενέσθαι υἱοὶ ἄνομοι, pro καὶ τὸ γενέσθαι.

Col. 143 D 1. *Velut interpret.* Ἑρμηνείαν hoc loco intellige non conversionem ex uno idiomate in aliud, sed « explanationem, » quasi dicat additum esse ab Origene vel a Luciano tanquam expositionem verbi ἐγκαταλιπεῖν, quo usi sunt LXX, nisi forte intelligas Theodotionem Græce sic extulisse verbum Hebræum, quod LXX verterunt ἐγκαταλιπεῖν. Nam alioqui fuerant ab Origene sub asteriscis ex Theodotionis interpretatione addita textui Septuaginta, quæ ab illis ex Hebræo non fuerant expressa, ut scribit Hieronymus epist. 89, et Epiphanius lib. *De ponderibus et mensuris.* Idem porro Hieronymus in commentario *in Isaiam* testatur hoc membrum, *abalienati sunt retrorsum,* LXX interpres non habere. Basilius ex Theodotionis editione additum esse vult, at apud Proco-

pium in margine textus LXX idem Aquilæ tribuitur : quam ob causam Flaminius Nobilius in notationibus *in Isaiam* Procopium dicit hoc Aquilæ tribuere, quamvis revera Procopii commentarius membrum illud non agnoscat : sed animadvertendum est in eo commentario textum ex alio pervetusto codice manuscripto Renati Marchali, qui nunc est illustrissimi cardinalis Rupifucaldii, exscriptum fuisse et Procopii commentario præfixum. Paulo post immutavimus illa interpretis : « Tanta passi estis frustra, bonis op.v. ad. n.r. quod quæ tandem futura erant neglexistis prævidere : » siquidem ἀμέλεια ἐν τοῖς ὕστερον sonat « negligentiam in annis consequentibus exhibitam. »

Col. 146 D 4. *Accipite enim.* Commune hoc omnibus Basilii manuscriptis cum Gallicis tum Anglicis est mendum, Λάβετε γὰρ ἀπαρχήν, quod interpres recte expressit, *Accipite primitias :* apud solum Procopium, p. 13, legitur Λάβετε ἀρχήν, nec fuit causa cur illius interpres adderet textui ἀπό, cum plane absit a Scripturæ textu Numer. I, 2, ubi Vulgata Latina, *Tollite summam universæ congregationis* Sanctus Ambrosius e Græco vertens initio libri *De* XLII *mansionibus* sic interpretatur : *Accipe summam universæ congregationis filiorum Israel per domos familiarum.* Vox Hebræa non initium tantum, ut vertit doctissimus Procopii interpres, sed etiam summam et caput sonat, ut vidit Ambrosius vocem ἀρχήν hic ex Hebraismo significare, oui potius assentiendum, quam Augustino, qui in locutionibus Hebraicis ἀρχήν sonare putat robur ætatis in populo. Sic et Numer. I, 49, vertitur eadem vox ἀριθμός, Καὶ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν οὐ λήψῃ, *Et numerum eorum non sumes :* et Exodi XXX, 12, συλλογισμός · Ἐὰν λάβῃς τὸν συλλογισμὸν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, *Si acceperis computationem filiorum Israel.* Hoc igitur profert Basilius ut probet κατὰ κεφαλήν idem valere quod, ad unum omnes ; delevimus enim in præcedenti periodo, « nomine capitis. Ac si diceret ipsam diutinam immemorationem confirmati doloris. » Putavit se legisse μόνην, ut erat in Anglicis, non, ut duo Regii et Cardinalitius præferebant, περὶ αὐτὴν μόνην, « ipsum solum caput dolorem incumbere. »

Col. 147 C 3. *Corda sunt.* Ediderat interpres, « vibices autem corda sunt, quæ licet obduxerint cicatricem, subter tamen purulentia et sanie redundant. » Non viderat nimirum, etsi ὕπουλα ἕλκη dicantur proprie ulcera, quæ cicatricem obduxerunt, sed purulenta sunt subtus, tamen metaphorice dici quidvis ὕπουλον sub quo vitium aliquod latet, sive subdolum et infidum quidvis, ut apud Plutarchum *De fortuna Alexand.* Φυγῶν ἐνέπλησε καὶ στάσεων ὑπούλων τὴν ἡγεμονίαν· *Exsiliis ac discordiis infidis imperium replevit.* Chrysostomus, lib. I *De compunctione cordis,* p. 117 : Καὶ ὑπούλως διακείμενοι τοῖς θυσιαστηρίοις πρόσιμεν· *et dolos tantum in corde versantes accedimus ad altare.* Vidit hoc interpres commentarii Procopii, p. 13 : Ὁ δὲ μώλωψ ἰχνος ἐστὶ πληγῆς ὤφαιμον, ὃ τὰς ὑπούλους καρδίας δηλοῖ. *Livor autem est plagæ vestigium subcruentum, unde subdola et fallacia corda innuuntur.*

Col. 149 A 14. *Quæcunque enim.* Quæ in hac pagina correcta sunt, ea paucis indicabimus, neque enim omnium rationem reddere necesse est, nisi sicubi sese afferat occasio similes Patrum sententias illustrandi. Poterunt qui editionem istam cum præcedentibus contulerint, singula quæ sunt emendata cognoscere. Hic ergo illud ἁμαρτάνουσιν ad Judæos retulerat interpres, « mala illi populo peccanti intenta sunt, licuerit et in nobis ipsis perspicere. » Rursus infra scripserat « ædificatio nostra si a doctrina pependerit, nobis minus convenienter vitam hanc exigentibus. »

Col. 151 B 1. *Qui in arcano.* Ὑποκλαίειν hoc loco necesse non fuit addito epitheto exprimere, *in arcano secessu deflere* ; sed pro simplici κλαίειν aptius sumas, præsertim cum sequatur αἰσχύνεται γάρ, quod indicat eam potius stationem pœnitentium quæ πρόσκλαυσις, *fletus,* dicebatur, cujus fit mentio in appendice epistolæ canonicæ Gregorii Thaumaturgi. Sequebatur hic, « quare non jam opperior horam communionis ; » atqui σύναξις non ipsam μέθεξιν τῶν ἁγιασμάτων, communionem participationemque sacramentorum significat, sed totum illud, « divinum officium, » quod Latini collectam et missam, Græci etiam ἁγίαν λειτουργίαν appellant, ut adversus Erasmum pluribus ostendimus in nostris notis ad homiliam Chrysostomi 2 *adversus Judæos,* licet illius patrocinium frustra suscipiant viri docti in novis suis exercitationibus. Neque enim nos negavimus σύναξιν eucharistiam significare, vel potius conventum ad eucharistiam celebrandam coactum, sed σύναξιν ad eam partem sumptionis sacramentorum restringi solere ab ecclesiasticis scriptoribus constanter negamus. Illud demum quod sequitur, ὅ τι ἂν τύχῃ πλασάμενος, verterat interpres, « ut ne deprehendatur ejus simulatio. »

Col. 154 C 1. *Et si forte.* Scripserat Tilmannus, *ut hodie ritus quosdam exsequantur olim lege interdictos.* Imo etiam si lege præscriptos ritus quis servet, in perniciem id cedit, unde Apostolus Galat. V, 1 : *Quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* In periodo sequenti ὀπώρα non autumnum sed fructus autumnales, vel poma significat. Denique in extremo paginæ verterat interpres, « complectens studiosam alacriatem perfectorum, » licet in ms. esset τελειῶν, non τελείων.

Col. 156 C 9. *Quemadmodum.* Interpres ediderat : « Quemadmodum enim vitis per fodicationem non exspirans facile evanescit. » At enim διαπνεῖσθαι dicitur non solum quod difflatur et evanescit, sed etiam quod perflatur, aut vento purgatur, ut apud Dioscoridem lib. V, cap. 9, δυσδιάπνευστος dicitur, qui per spiritales meatus ægre transmittitur, ita εὐδιάπνοος, qui perflatus facile capit. Sic Columella, lib. IV, cap. 14, colendas et nudandas

esse vites monet, ut hiberni imbres ad eas transmittantur. Rursus illud, μὴ ἀποσκευασαμένη, verterat, *anima minus recte se componens circa hæc corporalia*. At enim ἀποσκευάζεσθαι non est παρασκευάζειν, præparare, componere, sed exornare, vel evacuare, ut Levitici XIV, 36 : Προστάξει ὁ ἱερεὺς ἀποσκευάσαι τὸν οἶκον · *Præcipiet sacerdos vacuare domum*. Vulgata, *ut efferant universa de domo*. Similis error sublatus est sub finem paginæ, ἐξοιδαλνειν παρασκευάζοντα, « ad hoc componentes animam, ut inani tumore superb. turgescat. » Ibidem corrigendum ex Regiis ut in apographo Anglico fuit ὑπερφυσᾶσθαι, pro ὑπερφύσασθαι.

Col. 158 A 14. *In eremo nutritus*. Vitiosa lectio F. ms. versionem peperit vitiosam ἐτράφη ἐν ἐρήμῳ, quam sequuntur et Anglici mss. Verum in Henriciano et Joeusæo scriptum recte ἐτάφη, « sepultus est. » Itaque restituendus est locus ex Procopio pag. 16 : Ὧν ὁ ἐπιθυμήσας ἐπιθυμητὴς πάλαι λαὸς ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐτάφη· « Quorum desiderio cum teneretur desiderator populus olim in deserto sepultus est. » Sic enim legimus Numer. XI, 34 : Ὅτι ἐκεῖ ἔθαψαν τὸν λαὸν τὸν ἐπιθυμητήν, quod Ambrosius lib. *De* XLII *mansionibus* interpretatur, mansione XII, *quia ibi sepelierunt populum desideratorem*. Interpres quoque Procopii vocem ἐπιθυμητής non expressit.

Col. 163 A 11. *Sicut cæteri*. Hoc quoque miror ab interprete fuisse omissum quod ms. F. ei suggesserat, et ab aliis codicibus agnoscitur, atque ab ipsis excerptis Procopii pag. 20 : Ὡς ἀσυνέτοις τὸ προσέχειν, ἢ τὸ ἐνωτίζεσθαι, ὡς ἐξέδωκαν ἕτεροι· *Populos crassiores et rudiores attendendi, aut, ut alii ediderunt, auribus percipiendi*. Tres nimirum interpretes Græcos intelligit, Aquilam, Symmachum, et Theodotionem, quorum versio in *Tetraplis* cum Septuaginta conjuncta erat. Itaque hoc fragmentum illorum Flaminii Nobilii collectaneis adjungendum est. Paulo post, οὗ φυλακτικός ἐστιν, sic extulerat interpres, « ad cujus custodiam, qui attentus est, celeber evadit. »

Col. 179 A 13. *Sed omnem omnino*. Atqui falsum est omnem omnino diem sic vocatum esse, nempe κλητήν· imo hoc vult Basilius non unum quempiam celeberrimum diem rejici, verum omnes celebres. Neque enim omnes omnino dies κλητοὶ ἡμέραι sunt dictæ, sed celebriores tantum et solemniores. Ita Levitici XXIII, 35 : Καὶ ἡ ἡμέρα ἡ πρώτη κλητὴ ἁγία ἔσται. *Et dies prima vocata sancta erit vobis*· Item 23, Αἱ ἑορταὶ Κυρίου, ἃς καλέσετε αὐτὰς κλητὰς ἁγίας· *Solemnia Domini quæ vocabitis ea vocata sancta*. Eadem vox Hebræa מִקְרָא ἐπίκλητος vertitur a LXX, ut Numer. XXVIII, 18, Ἡμέρα ἡ πρώτη ἡ ἐπίκλητος ἁγία ἔσται, *dies prima sancta erit vobis*. Vulgata Latina sæpe κλητήν celeberrimum diem appellat; Isychius, vocalem diem sanctum. Videtur designari hac voce dies convocationis et festivitatis : nam et ita reddit Hieronymus, *festivitates alias non feram;* quod ad verbum Montanus ex Hebræo : *Vocare convocationem non potero*. Sic ergo scribendum hoc loco : « reddiderunt *vocatam*, Theodotion autem κλητήν *convocatam*, Symmachus vero κλητήν *convocationem non feram :* quare non existimamus, etc., sed omnem diem qui vocatus sive celebris appellatur. » Sic apud Procopium legimus hæc in compendium redacta, Ἀντὶ δὲ τῆς μεγάλης ἡμέρας κλητὴν ἐξέδωκαν οἱ λοιποί, ὡς μὴ μίαν σημαίνεσθαι, πᾶσαν δὲ τὴν ἐν τῷ νόμῳ καλουμένην κλητήν.

Col. 182 D 6. *Animam justam*. Vulgata Latina ex Hebræo : *Non afflliget Dominus fame animam justi* : sed hic ad verbum vertendum erat, *animam justorum*. Quod vero sequitur, ab interprete omissum, nos interpretati sumus, sed una voce mutilum sic sanandum est ex mss. F. H. I : οὕτω δ' ἂν καὶ ἐναντίωμα ἦν πρὸς τὸν τῶν μακαρ. Non deprecatur ergo corporis famem, quam inter afflictiones laudibus prosequendas numerat Paulus.

Col. 194 C 1. *Res est cujus*. Delevimus illa interpretis, « submotio a nobis ipsis requirit accuratam operum exercitationem. » Aberrant enim a sensu auctoris, quem eleganter doctissimus Curterius apud Procopium sic pag. 25 expressit : Ἡ δὲ τῆς τῶν κακῶν ἕξεως ἀπόθεσις, ἔργον ἡμέτερον, βοηθοῦντος κἀνταῦθα Θεοῦ καὶ τοὺς ἐθέλοντας ὁδηγοῦντος πρὸς ἀρετήν· « Sic scelerum pravos habitus nostra opera exuere, si divino auxilio voluntas nobis ad virtutem dirigatur, possumus. » Alium locum emendavimus paulo infra, ἵνα μὴ μόνον ἀπὸ τῶν. Quem ita expresserat Tilmannus, « ut ne illi adimamus solum ab actionibus suam providentiam, sed ne quidem a mutuis confabulationibus. » Vocem αὐτήν retulit ad Dei providentiam, non ad πονηρίαν, et διαλογισμούς, ad colloquia, non ad cogitationes, ad quas pertinet quod sequitur ex Apostolo, ἡ ἀγάπη οὐ λογίζεται τὸ κακόν. Suffragatur huic interpretationi Procopii paraphrasis : Δεῖ οὖν λογισμοὺς καθαίρειν, οὐ μόνον κακίας ἀποκόπτειν ἐνέργειαν· « Decet igitur animi motus internos purgare, non ipsa modo nequitiæ opera. »

Col. 195 D 3. *Omnia enim*. Ita quidem Anglici mss. et Regius F. πάντα ποιεῖ, quamobrem sane mirum, quod interpres scripserat, « innovabit enim omnia, » quasi legisset μεταβαλεῖ γὰρ πάντα· sed inspecto postea Regio altero ms. H. et I. scriptum offendi πάντα ποίει. Rescribendum igitur, *Omnia fac cum consilio*. Jam vero si quæras, ubi hoc Scriptura dixerit, nihil aliud respondere possum, in consilium adhibito Græco indice sive Concordantiis Kircheri, quam alludere Basilium ad illum Ecclesiastici locum XXXII, 20, Ἄνευ βουλῆς μηθὲν ποιήσῃς, ubi Vulgata Latina, *Sine consilio nihil facias*. Est quidem similis alius Prov. XIII, 16, *Astutus omnia agit cum consilio* ; sed hoc a LXX sic effertur, Πᾶς πανοῦργος πράσσει μετὰ γνώσεως, *Omnis astutus agit cum scientia* : et in eodem capite vers. 10 : *Qui autem omnia agunt cum consilio, reguntur sapientia*, Græce est, Οἱ δὲ αὐτῶν ἐπιγνώμονες σοφοί, *Qui autem sui ipsorum cognitores, sapientes*. Theodotio dixit.

Καὶ ἐν συμβουλευομένοις σοφία· *Et in iis qui consilium adhibent, sapientia.* Huc spectabat fortasse doctissimus Curterius, cum in margine Commentarii Procopii notabat Proverb. XIII, p. 26, ubi legitur itidem ut in πάντα ποίει, *Cum consilio omnia facito.* Sequens autem locus est Proverb. II, 5. Paulo ante cap. 2, illud Basilii, ἡ ἔννοια τῶν κεκηρυγμένων, sic extulerat interpres, « cogitatio arcanorum nobisque formidabilium, quæ in tremendo judicio se offerent. » At omnes constanter legunt κεκηρυγμένων, non κεκρυμμένων.

Col. 198 A 4. *Quæ acceptanda.* Scriptum exhibet F. et Anglicus unus τά τε λεκτέα καὶ μὴ, καὶ ταῖς συγκατ. At alius Anglic. τά τε λεκτέα καὶ τὰ πρακτέα, καὶ μὴν καὶ ταῖς συγκ. « Quæ dicenda sunt, quæque agenda. » H. I. τά τε λεκτέα καὶ μή. « Quæ dicenda sint, quæ non dicenda. »

Col. 199 C 1. *Despondenti,* καθαρμοζομένῳ. Verterat interpres, « accommodanti eam sibi ad salutem : » sed cum ad Apostoli locum alludat II Corinth. XI, 2, Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρί, Vulgatæ Latinæ verba substituimus, *Despondi enim vos uni viro.* Nam nec ipse Beza diffitetur ἁρμόττεσθαι apud Herodotum sumi pro μνηστεύεσθαι, et verbum Hebræum יעד, cum de omni commoda applicatione dicatur, de ea proprie dici, quæ ad conjugium spectat. Paulo post non satis expressum fuerat illud, ὁμοτίμως τοῖς ἀνθρώποις· « quasi Deus se demittat ad hominum judicium, imo, quasi pari cum eis jure disceptet. »

Col. 206 A 5. *In cælo carnes.* Annotarat antea interpres vel alius quispiam pro οὐρανῷ forsan legendum ζήλῳ, *zelo :* sed non adverterat verba esse prophetæ Isaiæ XXXIV, 5 : Ἐμεθύσθη ἡ μάχαιρά μου ἐν τῷ οὐρανῷ· *Inebriatus est gladius meus in cælo.* Apud Procopium similis est ex Jeremia sententia, Ἐμεθύσθη ἀπὸ αἵματος τραυματιῶν, *Inebriatus est sanguine vulneratorum* : ubi cap. XXXIV in margine notavit interpres, cum sit Jeremiæ XLVI, 10 : Καὶ καταφάγεται ἡ μάχαιρα τοῦ Κυρίου καὶ ἐμπλησθήσεται, καὶ μεθυσθήσεται ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῶν· *Et devorabit gladius Domini, et saturabitur, et inebriabitur sanguine eorum.*

Col. 207 B 12. *Ad probabilem.* Ut in cote secures et gladii acuuntur, sic illorum sermo mundana sapientia et rhetoricæ præceptis acuitur : at interpres verborum trajectione hunc sensum obscuriorem reddiderat : « Perinde ac gladio sermone quopiam sapientia mundiali exacuentes, quo per probabilem verisimilitudinem exitialia vulnera inferant. » Rectius ergo scribes, « perinde ac gladio quodam sermone, ad orationis probabilitatem, mundana sapientia instructi exitialia. » Procopius dixit : Τῶν ἁπλουστέρων τὴν ζωὴν ἀφαιρούμενοι, καθάπερ ξίφει τῷ λόγῳ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας· « Veluti gladio hujus mundi sapientiæ fuco instructi simplicioribus vitam adimunt. » Sub finem paginæ pauci probi rapezitæ dicuntur juxta Domini verbum, cujus mentio *Constitutionum apostolicarum* lib. II, cap. 36. Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι· *Estote probi trapezitæ.* I Thessal. V, 21 : *Omnia probate, quod bonum est tenete.*

Col. 214 C 7. *Quale enim.* Hæc periodus usque ad sequentis paginæ lineam quintam deciman pendente sententia protensa in tres diversas fuerat divisa periodos ab interprete hoc pacto : « Quale enim spectac. quanam ratione religiosum dici queat et admiratione dignum? Parum abest tale quid ab hominum natura. Æquum fuerat ut vel multis affectus conviciis, » etc. Non igitur ab hominum natura dicit abesse, imo illius captum excedere, quod nimirum ab ea virtute homines Deo similes efficiantur. Unde Cicero *pro Marcello,* « Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, adversarium nobilitate, ingenio, virtute præstantem, non modo extollere jacentem, sed amplificare ejus pristinam dignitatem, hæc qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum Deo judico ; » et Claudianus *De quarto consulatu,*

Sola Deos æquat clementia nobis.

Col. 342. B 9. *Ut graviores.* Antea legebatur minus apte, « quod ab eo videret se tanto gravioribus circumsisti molestiis : » at hic περιίστασθαι non obsideri sonat, sed declinare, aut evitare. Paulo post expunctis Vulgatæ verbis subjecimus interpretationem ad verbum ex Basiliensi editione, Sap. VI, 7.

Col. 219 A 2. *Ob hoc et statuta.* Annotarat interpres in margine, « Attende priscum morem Ecclesiæ : » sed hic mos non satis dilucide erat explicatus ; sic enim erat : « Ob hoc et signa quædam circum ecclesiam statuuntur, quæ deprehensos in interdictis peccatis abarcent ingressu et segregant : » quasi nimirum essent effigies quædam aut μορμολυκεῖα, quæ illos abigerent ; imo ipsas ecclesiasticas indicat sanctiones. Amant enim hac voce uti hac notione Basilius et alii auctores ecclesiastici, ut lib. *De Spiritu sancto* cap. 29 : Καὶ δὴ καὶ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν πρεσβυτέρων τύπον καὶ κανόνα παρειληφότες· « Et nos etiam forma regulaque a senioribus, qui ante nos vixerunt, accepta. » Et in epist. 1 : Ὑποδέξασθαι τῇ καρδίᾳ τὰς ἐκ τῆς θείας διδασκαλίας ἐγγινομένας διατυπώσεις· « Ut aptum sit admittere disciplinam ex divinis monumentis informatam. » Sic accepit hoc loco τύπους interpres Procopii pag. 35 : Διὸ καὶ τῆς Ἐκκλησίας οἱ τύποι τοὺς ἀπηγορευμένα πλημμελοῦντας χωρίζουσιν· « Itaque et illæ, quibus Ecclesia utitur, formulæ eos, qui vetita patrarunt, a reliquis separant. » Sed et constitutionem sonat διατύπωσις, ut τύπος, « statutum. » Concilium Sardicense can. 12 : Ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· Ἀρέσκει καὶ αὕτη ἡ διατύπωσις· « Omnes episcopi dixerunt : Placet hæc quoque constitutio. » Basilius, *Regula* 47 *fusius disput.* Περὶ τῶν μὴ δεχομένων τὰ παρὰ τοῦ προεστῶτος τυπούμενα. Τὸν δὲ μὴ καταδεχόμενον τὰ παρὰ τοῦ προεστῶτος διατεταγμένα· sic enim censeo corrigendum pro διαπεπραγμένα· « De his, qui nolunt admittere, quæ

per antistitem præscripta sunt, Verum is,qui nolit admittere, quæ antistes perficiunda jusserit. » Concil. Ephesinum, can. 1 : Ἐχρῆν μὴ ἀγνοῆσαι τὰ περὶ αὐτῶν τετυπωμένα· « Oportebat non ignorare, quæ de ipsis sunt constituta. » Ita passim in canonibus apostolorum et conciliorum Ancyrani, Laodiceni Gangrensis dicuntur adulteri, sacrilegi, et alii diversis criminibus obnoxii, ἀφορίζεσθαι, κωλύεσθαι, ἀνάθεμα γίνεσθαι, vel ad diversos pœnitentium ordines amandari.

Col. 219 C 10. *Sed unusquisque.* Apud LXX legimus Judicum XVII, 6, et XXI, 24 : Οὐκ ἦν βασιλεὺς ἐν Ἰσραὴλ, ἀνὴρ τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἐποίει· *Non erat rex in Israel : vir rectum in oculis suis faciebat.* Utrobique est in Vulgata, *Sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.* Scripserat Tilman. *quod placebat oculis suis,* quæ locutio familiaris etiam Scripturæ, ut Esther II, 4, *quæ oculis regis placuerit.* Et I Reg. XX, 3, *Inveni gratiam in oculis tuis.* Nam quoniam habitus animi oculis maxime se prodit, idcirco pro affectu, sententia, vel judicio mentis sumitur, ut Deuteron. XV, 9 : *Ne malignetur oculus tuus contra fratrem tuum,* hoc est, ne invidus sis aut immisericors ; II Reg. X, 3 : *Non honorat David patrem tuum in oculis tuis,* hoc est, tua sententia vel opinione ? Ar. Montanus in *Idiotismis.*

Col. 223 B 7. *Qui ne ab initio.* Ἄνομοι appellantur hoc loco illi qui legi subjecti non fuerunt, ut Roman. IX, 2 : Τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ· *Iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem, cum in lege essem Christi* ; sed illud, τὴν ἀρχήν. quod adverbii vicem supplet, non advertit interpres idem valere quod ἀπ' ἀρχῆς, ut Joannis VIII, 25 : Τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν· « Quod ab initio dico vobis. » Scripserat ergo Tilman., « aut certe, qui ne principium quidem aggressi sunt, ut opere expleant. » Rursus infra pro ἐνεργηθήσεται, interpretatus est quasi legisset εὐεργετηθήσεται· « Quasi vero derelinquere Dominum non posthac sit peccatum, ut etiam beneficio afficiatur. » Omnes tamen codices mss. præ se ferunt excusam lectionem, et οὐκ ἐνεργεῖσθαι postea exponit Basilius τοὺς ἐνεργοῦντας κωλύεσθαι. At Chrysostomus, pag. 661, aliter explicat, συντελεσθήσονται. Οἱ δὲ ἀσεβεῖς, φησὶν, ἀπολοῦνται. « Impii vero, inquit, disperibunt. » Sub finem paginæ, εἰ γὰρ ἡ ἄλωσις, emendandum ex H. et I. ἡ ἀνάλωσις, rejecta lectione A. et F., quam secutus Tilmannus scripserat, *Si enim captivitas.*

Col. 227 A 1. *Hanc horti.* Ἐπαμφότερα alicubi reperiri pro ἐπ' ἀμφότερα docet auctor *Græci Thesauri,* cui loco poterit hoc exemplum adjici, suffragantibus F. et A. mss., nisi obstent alii duo H. et I. qui ἐπ' ἀμφότερα scriptum exhibent. Hoc ergo vult Basilius, in bonam nonnunquam partem, nonnunquam in malam accipi in Scriptura vocem גן quam Aquila Ponticus, qui sub Adriano imperatore circa annum Christi 125 post Septuaginta primus A Vetus Testamentum in Græcam linguam ex Hebræo convertit κῆπον Latine reddidit Genesis II, 8, ubi LXX, παράδεισον, *paradisum.* Imo ipsi etiam LXX, Deuteronomii XI, 10, eamdem vocem κῆπον verterunt : Καὶ ποτίζωσι τοῖς ποσὶν ὡσεὶ κῆπον λαχανείας· *Et irrigarint pedibus sicut hortum olerum.* Illic enim dicitur terram promissionis longe uberiorem esse Ægypto, quæ διαβαλλομένη, « dum vituperatur, » dicitur esse quasi hortus olerum, quod pede rigetur, sive labore hominum et fossione, videlicet ex Nilo aquas deducendo per sulcos et fossas : at in terra Chanaan agri sine labore ex cœlo pluvia rigentur, quam non habet Ægyptus. Paulo post ὡς πρὸς τὸ ῥητόν versum fuerat. « Quod attinet ad hanc sententiam, » nos, sensum litteralem, sive historicum indicari censuimus, cui opponitur deinde B νοῦς ἠθικός, sive sensus tropologicus.

Col. 230 C 2. *Scintilla.* Annotarat interpres, pro σπινθὴρ δικαίων, quod scriptum est exhibent F. H. I., legendum σπινθὴρ πυρός, « ignis. » At verior est A. lectio, δικαίως, « merito, » quamobrem expunximus vocem « justorum, » et ἐλέγχους vertimus « accusationes, » potius quam « argumenta. » In duobus mss. H. et I. ἐμπυρσεύεται reperimus, pro ἐμπυρεύεται.

Ibid. D 2. *Una quidem.* Restituimus interpretationem hujus periodi, cum omnes codices in receptam lectionem consentirent, deletis illis, « Quia vis hæc efficax a Deo confertur sanctis. » Confirmat emendationem Procopii interpres, pag. 40 : « Una quidem est Spiritus gratia, virtutem a Deo sanctis viris ad C eorum quæ ignorantur cognitionem quæ revelationem cordisque illustrationem præstans. »

Col. 231 C 2. *Quapropter.* Mutilam exhibet hanc periodum Regius codex F. Propterea interpres, qui eo utebatur, integram illam repræsentare non potuit. Διὰ ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου διαλεγομένοις αὐτοῖς, ὡς δηλοῖ· at Regius alter H. et I. suffragantur Anglicis, in quibus tamen corrigendum illud μέλλειν, et scribendum μέλειν, ut scripsimus alibi : Μὴ μέλειν αὐτῷ τῶν γινομένων. « Aut non eum curare, quæ geruntur : » hic quoque vertendum est : « Nam quoniam Deum non curare arbitrabantur res humanas, eos subsannabant, qui ex persona Dei apud eos concionabantur, sicut Jeremias indicat dicens : *Tota die perseverari subsannatus.* » Vulgata D Latina Jerem. XX, 7 : *Factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me.*

Col. 234 B 10. *Supra fundamentum.* Vitiosa lectio ms. F. imposuit interpreti, quam et operæ typographicæ amplexæ sunt, dum eleganter scriptum codicem Regium quam apographum Anglicum variis lectionibus oneratum sequi malunt : at in eo sicut et in H. I. scriptum offendes ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων, et ἓν τῶν ὁρίων ἦν Πέτρος. Eph. II, 2. Itaque expunximus illam interpretationem Tilmanni, « Est enim ædificata in apostolis et prophetis, qui ejus fundamentum jecerunt quorum unus erat Petrus. » Astipulatur nostræ emendationi Pro-

copii interpres pag. 41 : « Qui superædificatos super fundamentum apostolorum et prophetarum scribit.» Similis sententia lib. II *Adversus Eunomium* : τὸν διὰ πίστεως ὑπεροχὴν ἐφ' ἑαυτὸν οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας δεξάμενον. Sic et Augustinus *in psalmum* LXXXVI, fundamenta ejus in montibus,de apostolis et prophetis exponit.

Col. 237 D 1. Τῆς ἀϊδιότητος. Hæc est Regii cod. F. scriptura, quam secutus Tilmann.ediderat,*sempiternæ Dei naturæ* : at apographum Anglic. in margine habuit τῆς ἁγιότητος τοῦ Θεοῦ, *sanctitatis Dei*, in ipso vero textu τῆς ἰδιότητς, cui suffragantur H. et I. Procopius p. 43 : Εἶτα προκοπτούσῃ τῇ γνώσει τὴν τοῦ Θεοῦ προσθήσομεν ἰδιότητα τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ·« Deinde promovente intelligentia peculiare Dei Jacob adjiciemus discrimen. » Opponit communem notitiam Dei, peculiari et propriæ, qua scilicet Deus Jacob agnoscitur, et ut ait Apostolus Hebr. XI, 16, *non confunditur vocari Deus eorum*, hoc est, vocari Deus Abraham, Isaac et Jacob,tanquam peculiaris eorum Deus, Exodi III, 5. Itaque aptius hic scribetur « peculiaris ejus divinitatis. » In eamdem sententiam dixit lib. I *Adversus Eunomium :* Τοῖς μὲν ἁγίοις αὐτοῦ ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακὼβ, ὧν διὰ τὸ εἰς πᾶσαν ἀρετὴν τέλειον καὶ τὸ Θεὸς ὀνομάζεσθαι· et Chrysostomus *in psalm.* CXXXV, pag. 507 : Ὁ Θεὸς Ἰακώβ, ἵνα τὴν οἰκείωσιν παραστήσῃ καὶ τὴν πολλὴν πρὸς αὐτοὺς ἀγάπην· « Deus Isaac et Deus Jacob,ut ostendat familiaritatem et conjunctionem et magnum suum in eos amorem. » Rursus correximus hoc loco versionem illorum; τοῖς δὲ στοιχειωθεῖσι λοιπὸν καὶ τίνος Θεοῦ, « eis vero, qui deinceps jam sunt eruditi de Deo ; » non enim absolute de Deo,sed cujus Dei peculiariter cognitionem nacti.

Col. 540 D 5. Τοῦ τότε. Sic F. At H. I. et Anglic. τοῦ ποτε δοθέντος, ἢ που γεγραμμένου· « Quæ olim data,aut alicubi scripta,et verbum Domini de Jerusalem, propheticum verbum dicit : Verum ubique in Judæa hæc evenisse, non modo in Hierusalem.» Atque hoc Italico charactere scribendum non fuit, neque enim voces hæ sunt prophetæ, sed Basilii, ut constat ex Procopio pag. 44 : Τίς δὲ καὶ ὁ λόγος ; Εἰ γὰρ ὁ προφητικὸς, πῶς ἐξ Ἱερουσαλήμ ; « Quodnam autem verbum ? Si enim propheticum respondeant, quomodo de Hierusalem prodiisse docebunt ? » Hoc vult propheta, in Judæa legem illos habuisse,et prophetarum verbis instructos fuisse ubique locorum. Præterea immutavimus sequentem periodum : « Etenim sanctis congruit discreta illa dijudicatio, ut quique noverint,quid sint promeriti : judicium autem bis convenit. » Imo judicari debent, non judicare.

Col. 243 B 1. *Ut gladius ille.* junxit vocem φθαρτικήν cum illis duabus ζωοποιῶν σπερμάτων, interpres, cum vertit, « gladius ille internectivus vitalium seminum, » vel,« qui vitalia perdit semina ; » sed aptius cum altero verbali jungentur eædem duæ voces, ut dicatur, μάχαιρα παρασκευαστικὴ σπερμάτων· « Ut gladius ille, qui ad interimendum plurimum valet, ad præparanda vivifica semina usui esset,quæ animabus ratione præditis per sapientiam inseruntur, et convertendus. » Astipulatur huic emendationi Græcus textus et Latinus interpres Procopii, p. 46, « in aratrum jam conversus semina illa vivifica, quæ sapientiæ beneficio rationis participibus animis innascuntur,præpararet.» Quod sequitur, χάριτος φυλακτήριν ποιητικόν lectio est Regii ms. H. et I. Rectius in F. et Anglic. habetur φυλακτηρίων ποιητικόν. Postremo πεπωρωμένα commodius hic legetur ex fide duorum Regiorum et textu Procopii, quam cum Anglic. πεπυρωμένα, Ζιβύνη autem simplicius reddetur « lancea,» quam « jaculum ferro præacuminatum, » ne forte adversetur huic additamento interpretis, quod est apud Hesychium et Suidam, ζιβύνη ὁλοσίδηρον ἀκόντιον ἢ λόγχη, « Jaculum prorsus ferreum vel hasta. » Tertullianus, III *in Marcionem* cap. 21, Græcam dictionem retinuit, *Concident machæras in avatra, et sibynas in falcs.* Hebræam vocem, qua usus est Isaias, חֲנִית, nunc δόρυ, ut Michææ IV, 3, nunc σειρομάστην, ut IV Reg. XI, 10, verterunt LXX : quæ dictio non « pharetram, » ut putavit Kircherus, sed « lanceam » potius significat : verum omisit interpres, καὶ ἀπωθούμενον, « cuspide perfodiens ac propellens. »

Col. 246 B 15. *Falso arbitrata est.* Ὑπολαμβάνειν hoc loco non est « excipere, » ut putavit interpres, sed « arbitrari, existimare, νομίζειν· » quod verbum substituendum est ad lacunam illam explendam apud Procopium, qui in suum Commentarium hæc transtulit p. 47 : Τὸ προφητικὸν ἔχειν ἐνόμιζον, τὸ Κυρίου προσέθηκεν· « Quoniam autem sufficientem sibi lucem habere se arbitrabantur,qui legali et prophetica illustrarentur,Domini lucem adjecit. » Reliquam hujus periodi sententiam ex collatione cum Græco restituimus, deletis illis, « qua item luce prævia ignorantiam eorum corrigeret, qui in tenebris sedent. »

Col. 247 A 13. *Sternutavit.* Interpres ediderat,« Quid hoc innuit sermone ? Non animadverterat inter ineptias ominantium καὶ τῶν κληδονιζομένων, hanc numerari, ut scilicet ex sternutatione captent auguria. Theocritus eidyllio 7 :

Σιμιχίδᾳ μὲν ἔρωτες ἐπέπταρον·
Simichidæ amores sternutaverunt ;

in quem loco Scholiastes annotat sternutamenta quædam utilia esse, quædam noxia,et apud Homerum in bonam partem accipi. Athenæus lib, II : Ὅτι δ' ἱερὸν ἐνόμιζον τὴν κεφαλὴν, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ κατ' αὐτῆς ὀμνύειν, καὶ τοὺς γινομένους ὑπ' αὐτῆς πταρμοὺς προσκυνεῖν ὡς ἱερούς· « Quod autem sacrum olim caput existimaverint, indicio est jurandi per ipsum consuetudo, et sternutamenta, quæ ex ipso prodeunt, adorandi. » Xenophon. lib. III *De expeditione Gyri*, pag. 300 : Τοῦτο δὲ λέγοντος αὐτοῦ, πτάρνυταί τις. Ἀκούσαντες δὲ οἱ στρατιῶται πάντες, μιᾷ ὁρμῇ προσεκύνησαν τὸν θεόν. Καὶ Ξενοφῶν εἶπε.

Δοκεῖ μοι, ὦ ἄνδρες, ἐπεὶ περὶ σωτηρίας ἡμῶν λεγόντων οἰωνὸς τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος ἐφάνη, εὔξασθαι τῷ θεῷ τούτῳ· « Hæc eo loquente quidam sternuit. Id cum audissent universi milites, uno impetu Deum adorant. Et Xenophon ait : Quando, milites, nobis de salute loquentibus servatoris Jovis augurium oblatum est, equidem huic Deo votum nuncupandum arbitror. » Propertius lib. II, epist. 3 :

Aridus argutum sternuit omen amor.

Vide Aristotelem, problem. 20 ; Plinium, lib. XXVIII, cap. 2. Paulo post ἐνεσχέθη legitur in omnibus mss. non ἐνεσχίσθη, ut visus est sibi legisse Tilmannus. « Vestimentum discissum est. » Omiserat etiam illa καὶ τῶν πάνυ γνωρίμων.

Col. 247 D 1. *Vociferantes.* Sequebatur apud interpretem, « de quorum clamore dicitur : Et deerrantes ac mœsti præ inopia venationis intemperie cordis contrahuntur. » F. κόρακες, ἐπὶ δὲ τοῦ κράζειν λέγεται καὶ ἀλύοντες. Ac videtur ille quidem existimasse hæc tanquam Scripturæ verba proferri : necdum tamen in ea nobis occurrere post diligentem investigationem potuerunt, nec uspiam ea vel corvi vel aquilæ gementes ob inopiam prædæ pullos commemorat ; tantum Amos III, 4 legimus : Εἰ ἐρεύξεται λέων ἐκ τοῦ δρυμοῦ αὐτοῦ θήραν οὐκ ἔχων ; *Si rugiet leo de saltu non habens prædam?* In sequenti autem periodo multa immutavimus, quæ ab auctoris mente aberrabant, de apparitione mustelæ vel canis se discerpentis, vel potius caput exserentis, quæ omittam, quod omnia, quæ correcta sunt, necesse non sit indicare. Porro similem in superstitiosos habes orationem et adversus omnia apud Ciceronem, lib. I *De divinatione*, sub finem, et paulo post initium libri II : « Crassum non fuisse perituram, si omini paruisset ; quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, et abruptio corrigiæ, et sternutamenta erunt observanda. » Et quod ait Basilius, ob inopiam sibi plerumque fugere aves, non ut aliquid mali protendant, simile est illi apophthegmati, quod refert idem Cicero, lib. I *De divinatione :* « Cum Flaminius consul contra Annibalem legiones duceret, ex pullario quæsivit, si pulli non pascerentur, quid faciendum censeret ; cum ille quiescendum respondisset, Flaminius, Præclara vero auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geretur. » Vide etiam Plutarchum Περὶ δεισιδαιμονίας.

Col. 250 D 2. *Cum sceleratos.* In margine annotarat Tilmannus se, pro πολιὰ ἔθη, legere πολλὰ ἔθνη, « cum multas gentes, et improbatis moribus assuetas excepissent, elegerunt secundum eas, » etc. At in H. et I. scriptum offendimus, ut habet apographum Anglic. et Procopii textus p. 48, atque ipsius interpres, apud quem aptius fortasse illa sic vertes, καὶ αὐθὺς ἐκ γενέσεως ἀλλότρια γίνεται τοῦ θεοῦ, « statimque ab ipsa nativitate alieni a Deo efficiuntur, et alienigenæ appellantur. » Rursus idem interpres Basilii in margine admonuerat se pro τῆς ψυχῆς conjicere legendum forsan κοιλίας, aut γαστέρος, « ventriculi : » existimans fortasse alludi ad illud psalmi CXXVI, 3 : Ἡ κληρονομία Κυρίου υἱοι, ὁ μισθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρός· *Hæreditas Domini filii, merces fructus ventris.* Sed Regii codicis F. lectionem tuentur H. I. et Anglic., atque ipse Procopius, quanquam sententia nonnihil variante : Ἐπὶ ψυχῆς δὲ τέκνα ἀλλόφυλα οἱ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν τῆς θεοσεβείας λόγων καρποί· « Ad animum autem si referas filios alienigenas, fructus illi fuerint intelligendi, qui de scriptis externis et a pietate alienis colliguntur. »

Col. 251 C 5. *Id fieri.* Rursus conjecturam suam in margine adjunxerat interpres, inserendum videri, « dum dicit lex, Nequando, » etc., et suffragabatur ejus conjecturæ Procopius, apud quem legimus p. 43 ; εἰπόντος τοῦ νόμου, Μὴ πληθυνεῖς σεαυτῷ. Verumtamen cum additamentum illud neque Regii neque ulli alii codices agnoscant, superfluum videtur : tantum apud interpretem hæc sententia his verbis concipienda est : « Nequando multiplicaveris tibi equum : qui tum reprehendebantur, tantam sibi equorum multitudinem comparaverant, ut numerum supergrederetur. » Pendet enim sententia ab initio periodi τοῦ γὰρ θεοῦ βουλομένου, « Nam cum vellet Deus, » etc. Porro Deuteronomii XVII, 16, paulo aliter scriptum est de rege sive principe populi : Οὐ πληθυνεῖ ἑαυτῷ ἵππον. *Non multiplicabit sibi equum*, hoc est equitatum, ut exponit S. Augustinus in *Locutionibus*. Aliter etiam extulit Procopius, μὴ πληθυνεῖς, « non multiplicabis. » Paulo infra ἐπίμικτον, « miscellaneum et promiscui seminis » vertit ; vox Hebræa subtemen et tramam significat, atque etiam vulgus promiscuum, quamobrem et Exodi XII, 38, καὶ ἐπίμικτος πολὺς συνανέβη αὐτοῖς, *et commistus multus ascendit cum eis*, ubi Chaldæus paraphrastes, « extranei multi, qui non erant Israelitici. » Sunt qui intelligant Ægyptios ad fidem conversos unius Dei.

Col. 234 A 8. *Odiosa spectac.* Legebatur antea, « fastidio sunt, ac vitantur, ceu spectaculo indigni, quasi excrementitiæ erupt. » At hic ἐντρέπεσθαι verbum est medium, non passivum. Cæterum quod hic docet auctor, βδέλυγμα solere Scripturam idola vocare, confirmant LXX, cum Hebræam dictionem שִׁקּוּץ qua hic usus est propheta cum dixit, « terram abominationibus refertam, » vertunt Levitic. XX, 4 : εἴδωλα, *idola* : Οὐκ ἐπακολουθήσατε εἰδώλοις. *Non sequemini idola* ; et psalm. XCVI, 7 : Οἱ ἐγκαυχώμενοι τοῖς εἰδώλοις· *Qui gloriantur in simulacris.* Chrysostomus, in II Isa., p. 677 : Βδέλυγμα δὲ εἴωθεν ἡ Γραφὴ καλεῖν τὰ εἴδωλα· ἐντεῦθεν καὶ βδέλυγμα ἐρημώσεως λέγεται ὁ ἀνδριὰς ὁ ἐπὶ τοῦ ναοῦ ἑστώς. Sane Scriptura pro more suo idola vocat abominationem : hinc abominatio desolationis dicitur statua, quæ stat in templo, » Matth. XXIV, 15.

Col. 257 B 3. Καὶ δήξεται. Emendavimus ex textu prophetæ δήξεται, prout erat etiam in H. et

I. Mendose Anglic. δέξεται, « suscipiet, » itemque F. δείξεται, « ostendet. » Item paulo post scripsimus, « hoc est, in solidum firmamentum, » pro illis verbis interpretis, « hoc est, se substernant solido firmamento fidei. » Mutuatus est hoc ab Apostolo Colossens. II, 5 : Καὶ τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὑμῶν· « Et firmamentum ejus, quæ in Christo est, fidei vestræ. »

Ibid. C 3. *Leporibus.* Expunximus vocem « erinaceis » huic præfixam : licet in veteri Psalterio et apud S. Augustinum psalmo CLXII, 18, utrumque habeatur, « petra refugium hericiis et leporibus. » At LXX scaipserunt tantum λαγωοῖς, *leporibus*, non χοιρογρυλλίοις, *erinaceis;* ut testatur Hieronymus in Epistola ad Suniam et Fretel. Certe in omnibus Basilii mss. codicibus λαγωοῖς tantum erat: sed in F. paulo post legebatur, ut excusum est τῷ καθαρῷ πρόσκαιρον, « ei qui purus est opportunum, » sive conveniens, » non « suffugium, » ut addit interpres ; neque enim καταφυγή apte jungi potest cum epitheto πρόσκαιρον, sed ad τὸ μέλι potius referri poterit, vel certe ut scriptum est in Angl., τῷ καθαρῷ πρόσκορον, vel ut in H. et I. τὸ καθαρὸν πρὸς κόρον, « purum ad satietatem, » sic ut insertus videatur locus psalmi CIII, « Petra refugium erinaceis ; » cum ad alium potius Davidis locum hoc spectaret, ubi dicitur puro melle ad satietatem populus pastus esse, psal. LXXX, 17 : Καὶ ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτούς, *Et de petra melle saturavit eos.* Nec fuit causa, cur adderet postea vocem « reges, » cum Moyses dixerit tantum, Deuteron. XXXII, 13 : Ἐθήλασαν μέλι ἐκ πέτρας, καὶ ἔλαιον ἐκ στερεᾶς πέτρας· *Suxerunt mel de petra, et oleum de saxo duro.*

Col. 260 A 7. Ἡ ὁ διὰ μετριοπάθειαν. Hoc membrum aberat a F., quam ob causam ab interprete omissum fuit, sed in Anglican. H. et I. reperitur.

Col. 262 C 1. *Ex his verbis contumeliosis.* Mutila erat hæc periodus in Regio F., quo factum est, ut mancam etiam interpretationem peperierit, quam restituimus, ni fallor, ad mentem auctoris. Tantum enim erat ἀρχὴν πρὸς τὸ ὑπερηφανεύεσθαι τῶν πολλῶν. Sed et in Regio H. pro ὑποφέρεται legebatur ὑπερφέρεται. Interpres inscripserat : « Suum principatum opponit, ut supra cæteros conspiciatur : anxie contendit, ut superemineat multis. » Imo hoc vult Basilius, initium sumere superbiam ab aliorum contemptu : unde Procopius paraphrasim horum compendiosam texens p. 55 : Προηγεῖται δὲ τῆς ὑπερηφανίας ἡ ὕβρις· ὁ γὰρ τοὺς ἄλλους διαπτύων, ἀλαζονείαν προοιμιάζεται· « Viam vero munit ad superbiam contumelia : qui enim alios despicit, instituit exordium arrogantiæ. » Sic vertendum arbitror locum illum Procopi. Paulo infra integras duas periodos restituimus ex Anglic. H. et I., et Latine convertimus. quæ aberant a F., συγγενεῖς γὰρ ἁμαρτίαι, etc. Procopius dixit, τὰ συγγενῆ πλημμελήματα.

Col. 267 A 2. *Et inutilem.* Delevimus, « et imprudentem, » quod fortasse in apographo legisset interpres ἀνοήτῳ, pro ἀνονήτῳ, quod F. H. et alii mss. constanter præferunt : at in versu psalmi CXLIII, 16, ξύλα Κυρίου legit F., quapropter Tilmannus ediderat *ligna Domini*, quo pacto etiam Symmachus, quinta et sexta editio verterunt : quia tamen H. I. et Procopius habent πεδίου, *campi*, cum Vulgata Latina sic immutavimus. Aquila et Theodotio utrumque amplexi sunt, ξύλα τοῦ πεδίου Κυρίου, *ligna campi Domini.*

Col. 267 B 11. *Consuetudo.* Κοινὴ dixit, non καινή, ut interpres, « consuetudinem insuper vivendi novitate excogitatam confert quercui. » Imo ut ait Procopius, σκληρὸν ἦθος δηλοῖ καὶ ἀντίτυπον, τοὺς δὲ τοιούτους καὶ ἡ κοινὴ συνήθεια παρεικάζει δρυΐ. « Ipsam morum duritiem pervicaciamque significat : qua qui præditi sunt communi consuetudine cum quercu comparantur. » Notum est illud Homericum Ὀδυσσ. T,

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι πεπαλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ [πέτρης.

Nam neque faticida quercu satus es, neque saxo.

Ad quod allusit Plato lib. VIII *De republica* : Ἢ οἴει ἐκ δρυός ποθεν, ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίνεσθαι, ἀλλ' οὐχὶ ἐκ τῶν ἠθῶν τῶν ἐν ταῖς πόλεσι ; « An existimas e quercu aliqua respublicas nasci, aut non potius ex moribus eorum, qui in civitatibus versantur ? » Profert Des. Erasmus chiliad. 1, cent. 8, proverb. 87 : « Ex quercubus nati, » et repetit chiliad. 4, cent. 7, proverb. 96 : « Non e quercu et saxo, » idem Erasmus, immemor eorum, quæ scripserat, sive quis alius, cujus ille opera utebatur ad proverbiorum chiliadas colligendas. Quod autem nullo indicato auctore citat, « et duro robore natos, » est ex Virgilio, VIII *Æneid.* 314, 315 :

Gensque virum truncis et duro robore nata,
Queis neque mos neque cultus erat.....

Et ex Juvenali, satyra 6 :

Vivebant homines qui rupto robore nati.

Col. 274 B 13. *Et omnem.* Has quinque voces omiserat interpres, sed recepta lectione, quam tuentur A. H. I., verior videtur illa codicis F. Ὃς ἐστιν ὑπὲρ πάντα νοῦν. Ibid. E 4, ἐπιπεπλεγμένως vertit, quasi esset ἐπιπολαίως, « superficie tenus denuntiat : cum ἐπιπλέκεσθαι sit implicari, permisceri. » Quod ita cepit interpres Procopii pag. 85 : Ἐπιπεπλεγμένως δὲ περὶ τῶν δύο τοῦ Κυρίου παρουσιῶν ἡ Γραφὴ διαλέγεται· « Mistum autem utrumque Christi adventum prophetæ complexa est oratio. »

Col. 278 B 11. *Figurate.* Scripserat interpres, « allegorice dici possunt vespertiliones : » at enim hoc non dicit Basilius, sed ipsos dæmones vespertiliones potius appellari. Neque enim idololatras, sed dæmones dixit nocturnis tenebris delectari. Apud Procopium, p. 58, idem sensus elucet ; verum paulo post « juxta analogiam fidei » scripsi, non ut erat antea, « juxta analogiam singulis quibusque in Christum credentibus sunt condistinctæ, » ut appareret auctorem Apostoli verbis uti Roman. XII, 6 : Εἴ-

τε προφητείαν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως· *Sive prophetiam secundum rationem fidei.* Porro ultimum illud membrum, « Quiescite ab homine, » admonet Basilius in exemplaribus communis editionis non haberi, sed in Hebraico positum a reliquis interpretibus, diversis nimirum a Septuaginta et Theodotione, translatum esse : quam ob causam in margine annotarat quispiam communem editionem esse Græcis, quæ et Septuaginta interpretum : quod tamen verum non est, si S. Hieronymo credimus, qui in epist. 135 : « Ut sciatis aliam esse editionem, quam Origenes, et Cæsariensis Eusebius, omnesque Græciæ tractatores κοινήν, id est, communem appellant, atque vulgatam, et a plerisque nunc Λουκιανός dicitur : aliam Septuaginta interpretum, quæ et in ἑξαπλοῖς codicibus reperitur ; » et in Præfatione in lib. Paralip. : « Origenes in editione Septuaginta Theodotionis editionem miscuit, asteriscis videlicet designans, quæ minus fuerant, et virgulis, quæ ex superfluo videbantur apposita. » Sed idem Hieronymus in epistola citata monet inter κοινήν et editionem LXX hoc esse discrimen, quod communis pro locis et temporibus et pro voluntate scriptorum veterum « corrupta sit editio, ea autem quæ habetur in Ἑξαπλοῖς, incorrupta sit » Septuaginta interpretum editio. Cum igitur ex textu Isaiæ qui est apud Procopium, ex veteri codice Renati Marchali desumpto, qui nunc est illustrissimi cardinalis Rupifucaldii, constet, hoc membrum ex Aquilæ Pontici versione esse decerptum, hinc colligimus nonnunquam vocari communem editionem, quam Origenes ex LXX et Theodotione conflavit, ut hoc loco a Basilio : nonnunquam etiam eam, quæ ex omnium interpretum versionibus diversis mista, ut idem Hieronymus indicavit. Idem etiam in Commentario in hunc Isaiæ locum testatur hoc membrum a LXX prætermissum, in Græcis exemplaribus ab Origene sub asteriscis de editione Aquilæ additum esse. Postremo notandum in duobus Regiis esse ἐν τίνι ἐλογίσθη ; non ἕν τινι, *in quo reputatus est?* cum interrogatione, quod etiam apud Chrysostomum corrigendum in Commentario in Isaiam.

Col. 279 A 14. *Fuisset crucifixus* Hæc immutavimus, ut agnoscantur verba Apostoli, II Corinth. XIII, 4 : « Nam et crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei. » Item illud, ἐναποθανεῖσθαι γάρ, quod verterat Tilman.« Peccatis enim nostris mortuus est, teste Scriptura, » non animadvertens esse verba Christi Joannis XI, 25. Denique tam multa erant emendanda, ut dum currente prælo interpretationem hanc recensemus quamplurima nos effugerint, cujusmodi est illud quod proxime sequitur, διὰ φιλοξενίαν ἀντλοῦσα, pro quo annotarat interpres legendum, ἀνθοῦσα scripseratque, « studio hospitalitatis mire efflоruit. » Atque ἀντλεῖν quidem vulgata Lexica exponunt aliquando « exhaurire laborem, » vel « exantlare ; » sed loco accuratius expenso emendandum censemus, « hospitalitatis studio aquam hauriens : » siquidem ita locus est Rebecca peregrinum Abrahami famulum excipiens, Genes. XXIV, 20 : Καὶ τὰς καμήλους σου ποτιῶ, καὶ ὑδρεύσομαι. Καὶ ἔδραμεν ἔτι ἐπὶ τὸ φρέαρ, ἀντλῆσαι ὕδωρ· *Et camelis tuis potum dabo, et hauriam aquam. Et cucurrit iterum ad puteum, ut aquam hauriret.*

Col. 283 C 6. *Sed et in Ecclesia.* Inciderat in codicem mutilum F. interpres, idcirco et truncatam hanc periodum expressit, « Verum in Ecclesia primatum obtinent apostoli, secundum ordinem prophetæ. » Innuit locum Apostoli, I Corinth. XII, 8. Græce enim erat in ms. F. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας. Ἐὰν οὖν ποτε. Quæ vero addita sunt ex Anglicis, Regius H et I. confirmant.

Col. 289 B 9. *Quinquaginta.* In duobus Regiis et I, tantum erat ἐννακόσια, sed Anglican. addit πέντε, vitiose opinor pro πεντήκοντα· sic enim est Genes. IX, 29 : Καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Νῶε ἐννακόσια πεντήκοντα ἔτη, καὶ ἀπέθανεν· « Et facti sunt omnes dies Noe, nongenti quinquaginta anni, et mortuus est. » Nec refragatur Latina Vulgata ; sed et quod dixit de Mathusala, tribuens illi nongentos septuaginta annos, nonnihil diversum est ab eo quod habent LXX, Genes. v, 27 : Καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Μαθουσάλα, ἃς ἔζησεν, ἐννέα καὶ ἑξήκοντα καὶ ἐννεακόσια ἔτη, καὶ ἀπέθανεν· *Et facti sunt omnes dies Mathusala, quos vixit, nongenti sexaginta novem anni.* Postremo cum ambigua esset manuscripti scriptura, ἐκείνου legit interpres pro ἐκείνων, propterea vertit, « quo uno deinceps nemo senior vixit. »

Col. 290 B 1. *Qui loco.* Eadem legebantur in F. : ediderat tamen interpres, « qui pro eruto oculo consulit, ut alterum offerat » : at hoc nusquam legimus in Evangelio : sed tantum Matth. v, 39, opponit Christus, *Non resistere malo, sed si quis percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi et alteram* : illi legis veteris præcepto Levitici XXIV, 20 : Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος· καθότι ἂν δῷ μῶμον ἀνθρώπῳ, οὕτω δοθήσεται αὐτῷ· *Oculum pro oculo, dentem pro dente ; sicut dederit maculam homini, sic dabitur ei* ; et Deuteronomii XIX, 21. Apud Procopium, p. 64 : « Qui non jam oculum pro oculo effodere, sed unam maxillam ferienti alteram etiam porrigere consulat ? » Paulo post μετεωρίζεσθαι τὴν διάνοιαν dixit, ut auctor libri II Machabæorum v, 17, de Antiocho rege· Καὶ ἐμετεωρίζετο τὴν διάνοιαν ὁ Ἀντίοχος· *Et elevatus est mente Antiochus.*

Ibid. 13. *Verum in animi propos.* Annotarat interpres mulilam esse hanc particulam, quam ita vertebat : « In sumendis eduliis ne sit spurcus, aut fœdus, sed cordi suo, ac mentis destinationi imprimat, quia Dominus, » etc. Imo pollutionem non esse vult in cibis, ut *Constitutionum monasticarum* cap. 6 ait nos a cibis abstinere, non ut Judæorum ritus sequamur, οὐ γὰρ τῶν τοιούτων ἀπεχόμεθα

Ἰουδαΐζοντες, ἀλλὰ τῆς τρυφῆς τὴν πλησμονὴν φεύγοντες, « sed ut deliciarum saturitatem fugiamus; » et Augustinus lib. 30 *Contra Faustum* cap. 5 : « Christiani adornandi corporis causa, propter animam ab irrationalibus motibus humiliandam, non quod illa esse immunda credant, non solum a carnibus, verum a quibusdam etiam terræ fructibus abstinent. » Paulo infra citatur locus Proverbiorum XXV, 12, verbis nonnihil diversis ; ita enim est apud LXX : Εἰς ἐνώτιον χρυσοῦν σάρδιον πολυτελὲς δέδεται· λόγος σοφὸς εἰς εὐήκοον οὖς· *In auream inaurem sardium pretiosum ligatum est : sermo sapiens in aurem obedientem.* Apud Procopium pro « verbum pretiosum, » legimus, « verbum operosum, » vitio fortasse typographi.

Col. 294 B 8. *Vidi enim te.* Emendandum est ex altero Regio H et I. quod perperam ex F. editum est, unde Latine hæc eduxerat Tilmannus, « Videns enim vidi morum gravitatem in arcana canitie, quæ et senili sensu prædita est : » at vera lectio exigit, τῷ γὰρ φρονήματι ἑώρακα πρεσβυτικὸν τυγχάνοντα ὁ βλέπων τὴν σεμνότητα τῆς ἐν τῷ κρυπτῷ πολιᾶς. Procopius dixit p. 66 : Ἐπεὶ καὶ πρὸς Ἱερεμίαν οὕτω διελέγετο, μὴ λέγε, ὅτι νεώτερός εἰμι, δεικνὺς μὴ οὖσαν ἐν αὐτῷ νεότητα διὰ τὴν τῆς διανοίας τελείωσιν. Ita explenda est illic ex Basilio lacuna, ut conjecit doctissimus interpres Curterius : « Siquidem et Dominus ipse, cum Jeremiam conveniret, ne se Juniorem esse diceret, prohibuit, ut juvenem non esse qui mentis esset senili perfectione præditus, ostenderet. » Dixit Basilius, πολιὰν ἐν τῷ κρυπτῷ, ut Apostolus Roman. II, 29 : Ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας · « Sed qui in abscondito Judæus est, et circumcisio cordis ; » et Matthæi VI, 4 : Ὁ Πατήρ σου, ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ· *Pater tuus qui videt in abscondito.* Sub finem paginæ alter locus est a nobis restitutus apud interpretem, expunctis illis. « suamet auctoritate, per quæ singuli sibi possunt asciscere suismet factis, et ab eis arripere potestatem dominandi. » Non enim ait Basilius illusores arrepturos potestatem dominandi, vel eam factis suis sibi ascituros : sed ipsos Judæos potius peccatis suis promerituros, ut jugo barbarorum subjiciantur. Verum ex duobus mss. H, et I, emendandum est in Græco : Ἀλλ' ἀφ' ἑαυτῶν ἔσῃ κυριεύσειν, ἐξ ὧν ἕκαστος ἑαυτῷ διὰ τῶν ἔργων, et apud Procopium p. 66 : Κυριεύσειν φησὶν ἑκάστου τὸ κυριευθῆναι π. α. δ. τ. ἐπισπωμένου· « Qui ab unoquoque ad dominandi licentiam operibus attrahantur.

Col. 298 A 11. *In eorum partes.* Omiserat verbum προσεχώρουν interpres, quod aptum est ad factiones et dissidia seditiosorum, qui tempore Hierosolymitanæ obsidionis omnia turbabant, indicanda : vide Josephum lib. V, VI et VII *De bello Judaico.* Rursus χλανίδα « paludamentum » vertimus, non « torquem, » seu amiculum pertenue ac molliculum, quod ejusmodi ornatus aut vestis principem non designet. Porro apud Procopium lacuna est, quæ ex hoc Basilii Græco textu expleri potest, si ita legamus p. 67 : Γαμικῶν ἐνδυμάτων, καὶ κόσμου τοῦ πρέποντος ἐστερημένον, πτωχεύοντα βρωμάτων πνευματικῶν· « Qui nuptialibus vestibus careat, qui decenti sit cultu destitutus, et spiritualium ciborum penuria laboret, et verum panem, » etc.

Ibid. C 5. Τουτέστι, τὸ σιτομέτριον. Hæc aberant a ms. F. ; non item ab H. et I. Idcirco interpretis verbis adjecimus, « hoc est, tritici mensura. »

Col. 299 B 5. *Non contradicant.* Hæc omissa fuerant ab interprete, quæ tres tamen mss. uno consensu exhibent. Ubi notanda probitas illius sæculi, quo sejungebant se ab omni dignitatum ecclesiasticarum ambitu viri sancti, quod et exemplo suo confirmavit S. Joannes Chrysostomus, cum fuga consulens sibi, occultavit se, ne ad episcopatum promoveretur, et librum defensionis suæ ad Basilium socium et contubernalem suum scripsit, quo inter alia difficultates exponit, quibus episcopi munus obsessum est, libris sex *De sacerdotio*, ut tradit Socrates, lib. VI *Histor.*, cap. 3. Testatur etiam idem illud studium fugiendi episcopatus apud veteres epistola illa concilii Valentini ad Forojuliens., qua declarant quosdam horrore suscipiendi sacerdotii sese aliquod commisisse delictum esse confessos, cujus gratia possent ab illo depelli. Ambrosius etiam ut dignitatem effugeret, credulis voluit et impudicus videri. Vide Paulinum, in ejus *Vita*, et Baronium, an. 374, 6.

Ibid. 13. Τὸ ἄξιος εἶναι. Contrarium eliciebat ex his verbis interpres, « docens indignum se esse, qui præsideret : » atqui hoc ipso se dignum esse ostendebat, quod humilis ac modestus esset.

Ibid. D 5. Μεσταὶ ἀνομίας. Emendandum hic μετὰ ἀνομίας, quæ varia lectio, in margine apographi addita, præferenda fuit alteri ; eamque sequitur interpretatio.

Col. 302 A 8. *Cum eorum lingua.* Conjunxit cum verbo ἀντιλέγειν, non cum μελετᾷ, vocem γλώσσης interpres, nec animadvertit apud Davidem linguam dici μελετᾶν, psal. XXXIV, 28 : Καὶ ἡ γλῶσσά μου μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου· *Et lingua mea meditabitur justitiam tuam ;* et XXXVI, 28 : *Os justi meditabitur sapientiam,* ubi peram in Germanicis Bibliis vertitur, « curabit sapientiam. » non enim est μέλει, sed μελετήσει, in quibus locis verbum Hebræum הגה non solum « meditari » sonat, sed etiam « mussitare : » itaque etiam psalmo CXIII, 15, φωνεῖν vertitur, οὐ φωνήσουσιν ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν, *non clamabunt in gutture suo.* Idcirco hic delevimus illa verba interpretis : « ut meditarentur nocte ac die legem Domini, lingua eorum contradicebat. »

Ibid. C 2. *Quod populus.* Cavendum interpreti, ne similitudo vocum eum fallat, ut hoc loco τὸ ἀνίατον « incurabile malum, » existimavit esse παρὰ τὸ ἀνιᾶν quod est, « molestiam inferre, »

scripsitque, « populi ægre ferentis, quod responderit. » Atqui ἀνίατον est τὸ ἰᾶσθαι μὴ δύνάμενον, « quod sanari non potest. » Sed sequenti pagina recte hoc animadvertit, ἀνίατον νοσοῦσιν, « insanabiliter ægrotant. »

Col. 303 B 13. *Significare Christum.* Restituimus hunc locum ex altero Regio H. et Anglicis, in quorum uno legebatur τὴν περὶ αὐτούς· at Procopius compendiose, ἃ δὴ ποικίλως ἐπινοεῖται Χριστός· « quibus varie significari Christum intelligimus. » In F. calamo exaratum reperit Tilmannua, κατὰ ποικίλην τὴν περὶ ἑαυτοὺς συμβουλίαν καὶ ἐπίνοιαν ὁ Χριστός· « Cuncta faciunt ad multiformem illam contra semet consultationem et molitiones. » Idem paulo post scripserat, « Dimidia enim mali pars se stitit intra peccatum in ipso peracri voluntatis affectu : » sed aborat a Regio F. quod aliud H. suggessit et apographum Anglicum, quod quia minus eleganter scriptum erat, operæ typographicæ Regium codicem sequi maluerunt, ideoque Græce omiserunt illud, quod interpretis verbis addideram: « Est enim perfecta malitia, cum quis, » etc. Τελεία γὰρ κακία τὸ καὶ γνώμῃ καὶ πράξεσιν ἁμαρτάνειν· ἥμισυ δὲ τοῦ. Sic enim erat in H. et Anglic. Hinc corrigendus est Procopii Commentarius p. 68, qui hæc in compendium redegit : τὸ τέλειον εἰπὼν ἐν κακίᾳ, σοὶ τὸ λεῖπον ἐξ ἀναλόγου κατέλιπε. Τὸ γὰρ ἔργον τελειοῖ, ἡ δὲ τῆς διανοίας ὁρμὴ ἀτελής.

Col. 305 C 13 Καὶ ἐν ἐμοί. Hæc aberant ab apographo Anglic. quæ ex regiis mss. F. et H. et I. addidimus. Apud Joannem XIV, 30, tantum habetur: Καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν· *Et in me non habet quidquam.* Testatur tamen Theodorus Beza in duobus exemplaribus Novi testamenti fuisse, ut hic legit Basilius, οὐχ εὑρήσει, « non inveniet. » Ita loquebatur et beatus Martinus morti proximus : « Quid adstas, cruenta bestia? Nihil in me funesti reperies. » Severus in *Vita S. Mart.*

Col. 307 D 1. *Semitam.* Hic repetierat interpres hanc sententiam tanquam textus partem, neque cum præcedenti membro conjunxerat; hoc enim sibi vult auctor, eos, qui præter meritum laudant, semitam pedum conturbare, et ut ait Procopius, Συνέχεον αὐτῶν τὰς ὁδοὺς, ταῖς σκιαῖς ἐναπομεῖναι κελεύοντες. « Vias eorum confundebant, qui umbris acquiescere jubebant; » siquidem τὸ μακαρίζειν, etsi ad verbum nonnunquam sonat beatum reddere vel beatificare, ut ediderat interpres; plerumque tamen beatum judicare vel prædicare apud profanos etiam auctores significat, unde Aristoteli I *Rhetor.* μακαρισμός et εὐδαιμονισμός laudationis præcipuæ species sunt. Sic et Ecclesiastici XI, 30 : Πρὸ τελευτῆς μὴ μακάριζε μηδένα. *Ante mortem quemquam ne laudes hominem.* Vulgata quoque Isaiæ III, 12, *Qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt.* Vox quippe Hebræa אשר non aliud sonat, ut psal. CXLIII, 15 : Ἐμακάρισαν τὸν λαόν, *beatum dixerunt populum :* nonnunquam tamen μακαρίζειν beatum facere interpretatur Itala vetus, ut psal. XL, 2 : Καὶ μακαρίσαι αὐτὸν ἐν τῇ γῇ. *Et beatum facial eum in terra.* Chaldæa versio ibidem, *Et dabit ei beatitudinem in terra.* S. Hieronymus, *et beatus erit in terra.*

Col. 313 A 14. *Non enim est judic.* Lectionem hanc F. ms. exprimebat his verbis Tilmannus, Οὐ γὰρ τοῦ κρίνοντός ἐστι μετὰ τῶν κρινομένων ἔρχεσθαι πρὸς κρίσιν, ἀλλὰ μετὰ τῶν κρινομένων μετ' ἀλλήλων α. π. π. κρ. « Non enim interest judicis, cum jam præjudicatis venire ad judicium, ut inter se obvii sint judici. » Verum aptior est ea, quam ex H. I. et Angl. expressimus. Quin etiam in membro præcedenti præferebat F. οὐκ ἐπὶ τῷ κρῖναι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ διακρῖναι· « sed ut alios secernat; » verum in Anglico est : ἀλλ' ἐπὶ τῷ διακριθῆναι, « sed ut judicio contendat, » vel « ut judicio experiatur. » A Regio H. istud ultimum penitus aberat. Ex eodem et I. F. A. addidimus interpretationi pagina sequenti « et mercede conductis, » etc., quæ fuerant prætermissa.

Col. 317 A 8. Ἐπὶ τῷ κάτω. Rectius in H. et I. ἐπὶ τὸ κάτω, quod adjectum est apographo Anglico hic mutilo ; sed expunximus a versione sine causa repetitum illud, « terram versus. » Paulo post ubi de basilisco agitur, scriptum erat, « cum solo aspectu corrumpere; » at διαφθείρειν hic est « necare. » Non enim solum inficit, sed interficit. Plinius. lib. XXVIII, cap. 4, *Historiæ :* « Basilisci, quam etiam serpentes ipsi fugiunt alios olfactu necantem, qui hominem, vel si aspiciat tantum, dicitur interimere, sanguinem magi miris laudibus celebrant. » Idem, lib. VIII, cap. 21, narrat, et Cyrenaicam provinciam eum generare XII digitorum non amplius magnitudine ; Ælianus etiam lib. II, cap. 5, *De animalib.*, eum esse palmi longitudine scribit, Σπιθαμὴ δὲ τοῦ βασιλίσκου τὸ μῆκός ἐστι, καὶ μέντοι καὶ θεασάμενος ὁ τῶν ὄφεων μήκιστος αὐτὸν ἐκ τῆς τοῦ φυσήματος προσβολῆς οὗτός ἐστι. « Vel serpentum maximus illius aspectu statim exspirationis appulsu torrescit. » Sed lib. I I, cap. 31, basiliscum ait viso gallinaceo tremere, et audito illius cantu, terrore concussum, emori : quam ob causam, illi, qui per Africam iter faciunt, gallum itineris comitem sibi adjungunt.

Col. Ibid. C 4, *Atque utinam.* Εἴθε δὲ μὴ καὶ τῆς Ἐκκλησίας αἱ θυγατέρες τὰ αὐτὰ ἐγκαλοῖντο· sic legendum ex H. I. A., non ut erat in F. εἴτε δὲ μή, et ἐνεκαλοῦντο, unde expressit interpres, « At non filiæ etiam Ecclesiæ ob eadem in jus vocatæ sunt. » Ex iisdem mss. codicibus correximus paulo ante in Anglico apographo mendosum illud, τὰς ἀρχηγοὺς αὐτῶν τὰς θυγατέρας Σιών. Sed quamvis recte scriptum esset, paulo post in F. παιδιαῖς ἀσήμνοις, se legisse putavit interpres, παιδείαις, *se dedunt inhonestis disciplinis.*

Col. 319 B 10. *Est igitur opus.* Sustulimus notam interrogationis, quam Græca non agnoscunt, et emendavimus ex Regiis quod erat in Anglico, καὶ οἵτινες ἡμῶν τῶν τιμωμέν., et immutavimus illud interpretis : « Quod igitur est opus Domini? Revelare habitum ; et itaque inter nos si honore afficiantur

hoc prætextu. » Paulo post annotarat doctissimus Tilmannus pro καλυφθησεται in F. corrigendum ἀνα καλυφθήσεται· sed alter Regius et I. et Angl. exhibuere scriptum οὐκ ἀποκαλυφθήσεται, ut est Matthæi x, 26, et Lucæ xii, 2.

Col. 322 C 1, *Nexus quosdam.* Κοσύμβους exponit auctor, ἀποδέσμους τινὰς τῶν κροσσῶν quos interpres verterat, « quasdam fasciolas fimbriis assutas, id est, vestes fimbriatas cum appendentibus tintinnabulis. » S. Hieronymus, epist. 130, numerat inter vestimenta sacerdotalia superhumerale et tunicas κοσυμβωτάς et cidarim, in quem locum scribens Marianus Victorius, docet fimbriatum vestimentum significari, quod Hesychius κοσυμβωτὸν κροσσωτόν interpretetur, id est, fimbriatum, et Exodi xxviii, ubi Vulgata lineam scriptam transtulit, Græce est κοσυμβωτόν· alii malunt κοσυμβωτόν dici tunicam nodis substrictam, et exponunt Exodi xxviii, κόσυμβοι τῶν χιτώνων ἐκ βύσσου, « nodi tunicarum ex bysso. » Certe Pollux lib. ii, cap. 3, κοσύμβην pro crinium modo accipi admonet, quem κρώβυλον potius Attice vult appellari : Ἔτεφον δέ τινες ἐκ πλαγίου κόμην ἢ κατόπιν ἢ ὑπὲρ τὸ μέτωπον, ποταμοῖς ἢ θεοῖς, καὶ ὠνομάζετο πλοχμὸς ἢ σκόλυς ἢ σειρὰ τριχῶν· κοσύμβη δ' οὐκ Ἀττικὸν, ἀλλὰ κρώβυλος· « Nutriebant vero comam quidam in obliquum vergentem, aut supertergum, aut super frontem, fluminibus aut diis consecratam, quæ πλοχμός aut σκόλυς nominabatur. Non enim κοσύμβη, sed κρώβυλος, Atticorum est. » S. Augustinus in *Quæstionibus in Exodum* lib. ii, quæst. 114 : « Tunicam vero cum cornibus honestius putarunt Latini interpretes dici, quam si dicerent, *cum cirris*, qui bene dispositis ornamento esse vestibus solent. » Cum igitur Exodi xxviii, 35, κόσυμβοι sunt nodi tunicarum ex bysso, videntur appellationem nacti ex similitudine cirorum vel crinium, qui sunt nodi sive nexus capillorum ; propterea nexus fimbriarum hic interpretamur. Paulo post ἐγκομβώματα κροσσῶν vertimus « ornatum fimbriarum, » quod dicat Petrus, Epistola i, 5, ἐγκομβώσασθε τὴν ταπεινοφροσύνην, « humilitatem insinuate, » vel « estote intus humilitate ornati : » quod vetus Lexicum ἐγκόμβωμα exponat δεσμὸν τῶν χειρίδων, « nexum manicarum » sive nodos fimbriarum manicis assutos. Alii malunt ἐγκωμβώματα dici vestimenta quædam, ut Hesychius κόσυμβον esse dicit ἐγκόμβωμα καὶ περίζωμα Αἰγύπτιον, « subligaculum vel amictum Ægyptium. »

Ibid. 13. *Alter quidam.* S. Hieronymus in iii Isaiæ : « Hæc omnia licet LXX interpretes, Aquila, et Symmachus, ac Theodotio diversis modis interpretentur, nos ut potuimus, vel de Hebræo, vel de ipsorum translatione texuimus. » In textu etiam prophetæ, quem vulgavit doctissimus Joan. Curterius ex vetustissimo codice qui nunc est illustrissimi cardinalis Rupifucaldii, annotatur in margine pro μηνίσκους, *lunulas*, Symmachum edidisse μανιάκας, *torques*, et pro τὰ καθέματα, *monilia*, χαλαστά, *catenulas*. Nam et ita legimus apud LXX

A II Paralipom. iii, 5, ἔγλυφεν ἐπ' αὐτοῦ φοίνικας καὶ χαλαστά. Ubi Vulgata Lat. : *Sculpsitque in ea palmas, et quasi catenulas se invicem complectentes :* ad verbum, *laxatiles sunt catenæ.*

Col. 223 A 10. *Supercilia pingit.* Immutavimus illud interpr. : « Similis lunæ in cornua inflexæ supercilia suo ambitu circum oculos amplectitur. » Significat Basilius, delineari circum oculos supercilia, ut velut in arcum lunata illos ambiant. S. Hieronymus ep. 10 : « Non habuit stridentes calceolos, nec orbes stibio fuliginatos. » Epist. 27 : « Turpanda est facies quam cerussa et stibio sæpe depinxi. » S. Joannes Chrysostomus in tractatu a nobis vulgato de S. Josepho : Μέλανι τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφουσα, « oculos stibio pingebat. » Tertullianus, *De cultu feminarum*, cap 5 : « Quæ genas rubore maculant, oculos fuligine circumlinunt. » Pollux lib. v, cap. 16 : Τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφει, τὰς ὀφρῦς μελαίνει, εἰς γραμμὰς ἡμικυκλίων περιάγει γεωμετρεῖ περὶ ἐπισκύνιον· « Oculos subtus inficit, supercilia denigrat, lineas semicirculares circumducit, frontem dimetitur, » vel potius, « geometriam in superciliis exercet. »

Col. 327, A 7. *Quod autem nemine.* Aliam sententiam exhibebat edita versio, « Si quidem nemo videt unum aliquem seorsim et privatam degentem vitam vestes luculentas circumjicere per ædes. Hæc enim declarant excessum omnem, quo istæ abutebantur. » Quod autem attinet ad illa Laconica pellucida, S. Hieronymus ait ita LXX esse interpretatos, volentes tenuissimas significare vestes, *quibus* Lacedæmoniorum, qui fuerunt ad bella promptissimi, et austerioris vitæ, corpora tegebantur ; alii referunt ad purpuras Laconicas nitentes et splendentes, quod Laconicas purpuras esse pretiosissimas scribat Plinius, lib. xxxv *Histor.*, cap. 6. Basilius tamen Lacænarum vestes pellucidas fuisse vult, cujusmodi fuerunt Coæ vestes a poetis Latinis celebratæ. Tibullus, eleg. 3, lib. ii :

Illa gerat vestes tenues, quas femina Coa
Texuit.....

et Horatius, lib. i, satyra 2 :

Altera nil obstat, Cois tibi pene videre est
Ut nudam.....

Propertius, lib. ii, eleg. 1 :

Sive togis illam fulgentem incidere Cois.

Coa enim vestis puellarum fuit fama non nimium bona. Plinius, de bombycibus, lib. xi, c. 22 : « Telas araneorum modo texunt, ad vestem luxumque feminarum. Prima eas redordiri rursusque texere invenit in Ceo vel Co, mulier Pamphyla, ut denudet feminas vestis. » Clemens Alexandrinus hæc de vestitu Lacænarum, lib. ii *Pædagogi*, cap. 10 : Οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ γόνυ καθάπερ τὰς Λακαίνας ἐστολίσθαι καλόν· οὐδὲν γὰρ μέρος ὀτιοῦν ἀπογυμνοῦσθαι γυναικὸς εὐπρεπές. « Neque enim sicut Lacænas virgines supra genu vestiri honestum : nullam enim partem feminæ nudari decorum est. » Lacænas etiam φαινομηρίδας appellavit Ibycus, quod incessu coxas retegerent, et ἀνδρομανεῖς, quasi insano in viros amore

ardentes apud Plutarchum sub finem *Vitæ Numæ*.

Col. 327 B. 10. *Purpura pro.* Hæc ut Græce desiderabantur in Regio F. et ex H. I. et Angl. suppleta sunt, ita eorum interpretatio Latina textui est addita, ut quatuor elementorum figura perfecta in vestitu sacerdotali appareret, quam etiam exponit S. Hieronymus epist. 128 : « Quatuor colores ad quatuor elementa referuntur, ex quibus universa subsistunt. Byssus terræ deputatur; quia ex terra gignitur. Purpura mari, quia ex ejus cochleolis tingitur; hyacinthus aeri, propter coloris similitudinem; coccus igni et ætheri, qui Hebraice שני *sen* appellatur : et justum esse commemorant, ut pontifex Creatoris non solum pro Israel, sed pro universo mundo roget. » Theodoretus, de tegminibus tabernaculi agens, quæst. 60 *in Exodum* : Τὸν δὲ ὄροφον εἶχον ἐξ ὑφασμάτων ποικίλων ἐκ διαφόρων κατεσκευασμένον χρωμάτων, καὶ ταῦτα δὲ τῶν τεσσάρων στοιχείων ἦν τὰ αἰνίγματα. Ὁ μὲν γὰρ ὑάκινθος τῷ ἀέρι προσέοικε· τὸ δὲ ῥοδοειδὲς ἡ κοκκοβαφὲς τῷ πυρί, τὸ δὲ ἁλουργικὸν μηνύει τὴν θάλατταν· ἐκείνη γὰρ τρέφει τὴν κόχλον, ἐξ οὗ τὸ τοιοῦτον γίνεται χρῶμα· ἡ δὲ βύσσος τὴν γῆν· ἐκ ταύτης γὰρ φύεσθαι λέγεται. « Tegebantur variis texturis diversis tinctis coloribus, qui quidem quatuor elementa subindicabant. Nam hyacinthus ad naturam aeris accedit; rosaceus autem color, seu cocco tinctus, ad naturam ignis; purpureus autem mare denotabat, in quo enutritur concha, unde color ejusmodi sumitur; byssus autem terram referebat, unde nasci dicitur. » Josephus demum, lib. III, cap. 8, *Antiquit.* : Τά τε γὰρ φάρση ἐκ τεσσάρων ὑφανθέντα τὴν τῶν στοιχείων φύσιν δηλοῖ. Ἥ τε γὰρ βύσσος τὴν γῆν ἀποσημαίνειν ἔοικε, διὰ τὸ ἐξ αὐτῆς ἀνίεῖσθαι τὸν λίνον· ἥ τε πορφύρα τὴν θάλασσαν, τῷ πεφοινίχθαι τῆς κόχλου τῷ αἵματι· τὸν δὲ ἀέρα βούλεται δηλοῦν ἡ ὑάκινθος, καὶ ὁ φοινιξ δ' ᾧ τεκμήριον τοῦ πυρός. « Vela quoque e quatuor coloribus contexta elementorum naturam designant. Nam byssus terram referre videtur, ex qua lini hoc genus provenit; purpura vero mare, eo quod conchylii cruore sit fucata; aerem vero hyacinthus repræsentare videtur, sicut puniceus color ignem. » Merito igitur ordinem dictionum interturbatum restituimus, cum antea sic expressa essent ista, quasi mulieres essent indutæ vestimentis, quæ suis coloribus elementa repræsentarent, sed et in Græcis adhuc ex Reg. H. corrigendum est et altero Angl. ὁποῖα ἐκεῖνοι σύμβολα, « indutæ, qualia erant ea, quibus sacerdotes induti. »

Ibid. 14. *Accubitoria.* Scripsimus *accubitoria*, et in Græcis κατάκλιτα, quod in eam lectionem consentiant duo Regii F. H. et I. cum Anglicis. Interpres tamen quoniam in Bibliis Plantinianis et Germanicis apud prophetam legitur θέριστρα κατάκλειστα, verterat, « theristra clausa. » Et vero in quibusdam etiam Basilii exemplaribus ita legi admonet vir doctissimus Flaminius Nobilius in editione Romana LXX, quemadmodum et in nonnullis Isaiæ prophetæ libris Græcis : verumtamen sine dubio scripsisse Basilium κατάκλιτα indicat ipsa etymologia, quam affert, quod toralia designentur, sive tapetes, quibus lecti non lecticæ insternebantur, cum discumberetur, ut apud Virgilium, I *Æneid.* :

.....*Stratoque super discumbitur ostro.*

Sic apud Tertullianum, *De pallio*, cap. 3, intelligit Pamelius illud de pavone : « Quanquam et pavo pluma vestis, et quidem de cataclitis, imo omni conchylio depressior, » id est, de accubitis, quibus ad accumbendum utebantur, tametsi Suidas non toralia, sed κλίνας, lectos, esse vult τὰ κατάκλιτα. Sed nec illi assentiendum puto, nec aliis qui παρὰ τὸ κατακλύζειν deducunt illud « cataclitis, » cum scribendum potius fuisset, de cataclystis : verum optime conjecisse doctissimum Theodorum Marcilium hic emendandum, de cataclistis, ex Fortunato, lib. *De vita S. Martini*,

Cycladis aut qualis cataclistis effora vasis,

et libro IV,

Quæ manus artificis cataclistica fila rotavit;

et ex Apuleio, lib. XI, « Eas amœnus lectissimæ juventutis veste nivea et cataclista renitens sequebatur chorus; » non autem ex Tertulliano corrigendum Apuleium, ut volebat Jo. Mercerius J. C., cum illam emendationem confirmet hæc lectio Græci textus LXX, ubi θέριστρα κατάκλειστα dicuntur « palliola clausa, » et alia Senecæ, lib. I *De tranquill.*, et Ammiani Marcellini loca, ex quibus constat commendari potissimum vestes, quæ ex arculis proferuntur pressæ pendentibus ut magis splendeant; neque facile occurrere possit auctor, qui vestes cataclitas dicat, sed cataclita tantum toralia vocantur. In textu etiam Græco a Curterio edito non κατάκλιτα legimus apud LXX, sed κατάκλειστα. Ex Hebræo non potest liquere utra vox sit aptior, quod hoc additum sit Hebræo textui a LXX, ut ex S. Hieronymo constat, qui habet tantum « et theristra : » quam ob causam Basilius ait hic obelo notatam illam dictionem, ab Aquila, Symmacho et reliquis omissam, ut cætera obelo jugulabantur in editione Origenis, quæ Hebræo fuerant addita, sicut antea in illud Geneseos annotavimus, « Et congregata est aqua, » homil. 4 *in Hexaem.*

Col. 330 B 8. *Et incensum.* Scripturæ locum designavimus, in quo fit mentio olei unctionis et thymiamatis compositionis, quod Vulgata « thymiama aromatum » vocat. Porro cum hic aliquid deesse arbitraretur interpres, adjecerat aliquot verba, et unam periodum in duas diviserat : « Fortasse enim postquam in templo esse cœperunt voluptuosæ fragrantiæ odores, tunc unguentum sacræ unctionis et thymiama compositionis esse desierunt. In terram enim disjectum. »

Col. 331 C 3. *Ante virilem.* Interpres ediderat, « præripi morte ante messoriam falcem : » quod ἀκμήν non animadverterit, non solum aciem sive cuspidem sonare, sed etiam τὴν νεότητα, juventutem, et ἐν ἀκμῇ sive τοὺς ἀκμάζοντας, ætate flo-

rentes, τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ καθεστηκυίᾳ, ut infra Basilius dixit, οἱ ἐν ἡλικίᾳ πάντες, « qui consistunt in ætatis vigore. » Sed et illic a mente auctoris discessit, emendato codice destitutus et vertens, « ut nulli usui occupasse videantur suæ robur ætatis, aut certe quia auxilio destituti sint, non admodum difficiles ad toleranda omnia ; » verum ex Regio et I. restituendum est ἢ διὰ τὸ ἀδοήθητος.

Col. 334 C 3. *Et molestiam.* Pro ἀγῶνα αὐτοῦ annotarat Tilman. se legere ἀγωνίαν ἑαυτῶν, scripseratque « proin velle se levare et consolari suam orbitatem dicunt simul plures : » nos contra consensum omnium codicum nihil in Græcis immutavimus, sed in Latinis, ut et paulo post χρῆσον retinuimus, neque cum illo correximus κεκλήσθω ἐφ' ἡμᾶς, « invocetur super nos. » Imo, « commoda nobis nomen, ut dicamur uxores talis viri. »

Col. 335 C 11. *Cum enim propria.* Quæ fuerint a nobis expuncta non exprimemus, sed et hic et in aliis hujus commentarii locis, quæ immutata sint vel emendata, pluribus non exponemus, ne prolixiores sint hæ notæ, tantumque digito velut intento indicabimus eas sententias, quæ cum aliis collatæ editionibus, quid in hac Græco-Latina sit præstitum lectori studioso significabunt. Pagina sequenti scripsimus κρίσεως ἡμέρα pro κτίσεως ex F. H. et paulo post λεῖμμα pro λῆμμα· illud κατ' ἐκλογὴν χάριτος, *secundum electionem gratiæ*, est ad Roman. xi, 5.

Col. 342 A 2. *Quando igitur.* Omiserat hic integram lineam Græci textus interpres, quam et Regius F. exhibet, et novam periodum inchoarat verba illa vertens, καὶ ὁ λόγος αἰνίσσεται, « Quin etiam tacite innuit duas esse species baptismatis, ne quando ad ternionem usque progrediatur baptisma. » Porro illud, πνεῦμα καύσεως, *spiritum ardoris*, de baptismo etiam exponit Cyrillus Alexandrinus in Commentario : Καύσεως δὲ πνεῦμά φαμεν τὴν ἐπὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριν οὐ δίχα πνεύματος ἐν ἡμῖν γινομένην. « Ardoris vero spiritum dicimus gratiam in sacrosancto baptismo, non absque spiritu nobis ingeneratam. »

Col. 346 C 1. *Et male obsequentes.* Non animadvertit Evangelii et apostoli Pauli verbis uti Basilium interpres, « maligne obsequentes attentos reddebat, » et, « lameniatio erat impœnitentem conficiens mœrore ac tristitia ad salutem. » Imo ἀμεταμέλητον σωτηρίαν dicit, non hominem impœnitentem, sed salutem ἀμετακίνητον· vel certe μετάνοιαν ἀμεταμέλητον dixit Apostolus, II Corinth. vii, 10, *pœnitentiam, cujus nos non pœniteat*, ut dona Dei dicuntur ἀμεταμέλητα, Roman. i, 29, atque ita videtur accepisse S. Joannes Chrysost. homil. 15 : Οὐδεὶς ἑαυτοῦ καταγνώσεται, ἐὰν λυπηθῇ ἐφ' ἁμαρτίᾳ, ἐὰν πενθήσῃ, καὶ ἑαυτὸν συντρίψῃ· « Neque enim quisquam unquam sibi eo nomine succensebit, quod ob peccata sese mœrore afflixerit, atque obtriverit. » Infra τὴν γῆν τῆς κατασχέσεως dixit, quod Tilmannus vertit, « promissionis, » quasi κατάσχεσις idem hic valeret, quod ὑπόσχεσις vel ἐπαγγελία· cum proprie sit possessio : Psal. ii, 8 : Δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς· *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ :* et idem verbum Hebræum κληρονομία vertitur II Paralipom. xxxi, 1.

Col. 356 A 8. *Quandoquidem.* Hæc quoque prætermissa fuerant ab antiquario seu librario, qui Regium F. excripsit, restituta ex altero Regio H. et Anglicis, cum versione sua : porro illud ἐν χειρὶ μεσίτου est ex Epist. ad Galat. iii, 19. De angelo custode unicuique attributo dictum est alibi, in psalmum xxxiii, 3 : *Immittet angelus*, vel *castrametabitur*.

Col. 362 B 1. *Non est enim.* Locus est Jeremiæ xiv, 22 : Μὴ ἔστιν ἐν εἰδώλοις ἐθνῶν ὑετίζων ; Καὶ εἰ ὁ οὐρανὸς δώσει πλησμονὴν αὐτοῦ, οὐχὶ σὺ αὐτός ; *Nunquid est in idolis gentium, qui pluat? Quod si cælum dabit satietatem suam, nonne tu es ipse?* Alter autem, *Et pluam super unam*, nihil discrepat a verbis Amos iv, 7. Tertius demum est Ezechielis iv, 6, nonnihil diversus : illic enim est in Bibliis Basiliensibus et apud Polychronium atque in manuscriptis, quorum meminit Flaminius Nobilius : Καὶ ἐγὼ δέδωκά σοι τὰς δύο ἀδικίας αὐτῶν εἰς ἀριθμὸν ἡμερῶν ἐννενήκοντα καὶ τριακοσίας ἡμέρας· « Et ego dedi tibi duas iniquitates ipsorum in numerum dierum nonaginta scilicet et trecentos dies. » S. Hieronymus in eum locum testatur ita LXX edidisse; itemque Aquilam, Symmachum et Theodotionem, licet vulgata exemplaria centum nonaginta annos habeant : at Basilius, pro nonaginta et trecentos, dixit, « nonaginta tres. »

Col. 366 B 7. *Et oculus inexhaust.* Interpres scripserat, « quam si definieris tecum nihil omnino possidere. » At συνορίζεσθαι non est hic « definire apud se, » verum « confinio jungi. » Paulo post in ms. F. perperam scriptum fuit οὐ λήψει, unde Tilmannus verterat, « ipse autem nihil omnino abs te accipiet : » at multo rectius in H. et A. οὐ λείψει, « non deficiet. »

Col. 371 A 10. *Juxta igitur.* Non ut antea erat, « juxta igitur parœmiam, » ne quis profanum esse putet adagium : est enim apud Salomonem, Proverbior. xxiii, 31 : Εἰ γὰρ εἰς τὰς φιάλας καὶ τὰ ποτήρια δῷς τοὺς ὀφθαλμούς σου. *Si enim in phialas et pocula dederis oculos tuos.* Quod vero sequitur τὸν γενεσιουργὸν ἐννοεῖν, est ex Sapientiæ xiii, 5. Ψυκτήρων fit mentio, I Esdr. i, 9.

Col. 371 D 1. *Sæcularium.* Ταῖς ἔξωθεν dixit, ut ab ecclesiasticis sæculares distinguat, non a Christianis gentiles aut paganas, quemadmodum intellexit interpres, « ut præfecturis istis a Christiana frugalitate abhorrentibus nonnihil accrescat honestatis. » Rursus omiserat illud, τὸ ἐπονειδιστον περιστέλλουσα, tantum enim scripserat, « quod plane vituperandum est. »

Col. 379 C 6. *Ad occasum.* Non ut antea erat, « ad retinacula vitæ ; » perperam enim calamo ex-

aratum erat in F. μέχρι τῶν δεσμῶν. At emendatum est ex H. et A. μέχρι τῶν δυσμῶν τῆς ζωῆς. Δυσμή « solis occasum » sonat : transfertur etiam ad vitæ finem. Hesychius et Suidas δυσμαῖς βίου, τῷ τέλει ζωῆς.

Col. 382 B 6. *Qui ex Caini.* Καθήκοντος dixit, quod καθήκειν *devenire* sonet. Procopius dixit καταγομένου, p. 77 : ἃ τοῦ Ἰωβάλ ἐστιν εὑρήματα τοῦ ἐκ τοῦ Κάϊν καταγομένου, « quorum auctorem illum, qui Caini soboles exstitit, accepimus. » Et annotatur Genes. IV, 17. Nam ex Cain ortus est Henoch, ac deinde ex Henoch Irad, ex Irad Maviaeb, ex quo Mathusael, et ex isto Lamech, cujus filii Jabel et Jubal. Male interpres ediderat, « Jubal qui ex genealogia sibi conveniente, nempe ex Cain prognatus scribitur. »

Col. 386 D 4. *Detestandum.* Interqres legit in F. πρὸς τῷ ἐναργεῖ, « quod nulli non colliquescit. » melius in H. τῷ ἐναγεῖ ut edidimus : neque enim ἐναργές, « manifestum » est Davidem omnes peccatores terræ interfecisse.

Col. 406 C 1. *Valere rationes.* Non ut Tilmannus, « qui audent profiteri se esse pares scribendis de unaquaque re libris. » Merito tamen postea in margine addiderat τῆς ἐποχῆς inventorem fuisse Pyrrhonem, qui assensum præberi vetabat. Vide Diogenem Laertium, lib. IX, p. 670 : οὐ γὰρ μᾶλλον τόδε ἢ τόδε εἶναι ἕκαστον, « neque enim esse quidquam istud potius quam illud. » Omiserat paulo post idem interpres illa verba, quæ Græca suggesserat ms. F., « nigrum esse argentum propter rubiginem, quam effundit. » Ibidem οἷς προσομιλήσῃ verterat, « quibuscum ne diutius congrediare familiariter, » licet absit negatio, et ὁμιλεῖν non significet tantum familiariter congredi, sed etiam immorari, versari in re aliqua, ut apud Thucydidem ὡμιληκὼς πολέμῳ, « versatus in bello : » et apud Chrysostomum, homil. 1 *De pœnitentia*, p. 660 : Καὶ πολὺν χρόνον ὁμιλήσαντες τῷ πυρί, « atque in igne multo tempore versati : » et lib. I *De Providentia*, p. 158 : ὡς καὶ ὁμιλῆσαι γάμοις, « ut et uxores ducerent. »

Col. 418 C 11. *Non tamen de eo.* Tilman.: « Ait enim Scriptura nondum immobilem esse circa tales animæ affectus : quin de eo disserit, » etc., quæ plane a mente auctoris aberrant. Sic restituendus est et apud Procopium locus p. 86 : ὅτι μήπω λέγει τὸν ἀπαθῆ. Sequitur locus ex Proverbiis XII, 16, ubi sic habet : Ἄφρων αὐθήμερον ἐξαγγέλλει ὀργὴν αὐτοῦ, κρύπτει δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀτιμίαν ἀνὴρ πανοῦργος· « Fatuus ipso die indicat iram suam : celat autem suam ignominiam vir callidus. » Apud Procopium legimus ἐξαγγελεῖ, *indicabit, prodet*, ut apud Nobilium scholium Græcum δηλώσει θυμὸν αὐτοῦ, « patefaciet furorem suum, » et Theodotio γνωρίσει, « notum faciet. »

Col. 419 B 1. *Flamma accensa.* Φλογὸς ἀνημμένης scriptum exhibent duo Regii codd. F. et H. nec aliter legi apud Cyrillum annotat Nobilius, « a flamma accensa : « quamobrem sane mirum, quod idem contendit apud Basilium legi, quemadmodum apud Procopium et in edit. Romana, ἀνειμένης, « a flamma resoluta : » nisi forte illum in errorem impulit interpres Latinus, qui scripserat, « a flamma effusa, » vel alium codicem scriptum nactus est. Vulgata Latina dixit cap. V, 24, « et calor flammæ exurit. »

Col. 428 B 8. *Isti quasi.* Hæc ad verbum e Græco sunt expressa, et in locum eorum substituta, quæ interpres adjecerat. Reliquum enim textus capitis quinti verterat prophetæ, et Italico charactere expresserat, nec esse Basilii verba animadverterat illud textus reliquum in compendium redigentis.

Col. 427 D 1. *Et ignis versatur.* Ita scripsimus, non cum Tilmanno, « aspectus, qui versatur circa concretionem : « non enim ait aspectum flammæ, dici carbonem. Procopius in Isaiam p. 88: ἄνθραξ δέ ἐστι πῦρ γεῶδες μετὰ τὴν τῆς φλογὸς πάροδον τῇ παχυτέρᾳ ὕλῃ ἐναπομεῖναν· « Est autem carbo ignis ille terrenus, qui exstincta flamma solet in crassiore remanere materia. » Non igitur exponit hic Basilius illa verbis ὑπὸ φλογὸς ἀνημμένης. ut videtur existimasse Flam. Nobilius in Notis suis, sed quid sit ἄνθραξ « carbo, » exponit. Quod si vera esset distinctio Isidori, ἄνθραξ hic « pruna, » potius esset. « Pruna est, inquit, quandiu ardet : cum exstincta fuerit, carbo nominatur. Pruna a perurendo dicta est : carbo vero quod flamma caret. » Sed et apud Plinium, lib. XVIII, dicitur etiam carbo, quando ignitus : « Et cum carbo vehementer collucet ; » et lib. XXXIII, cap. 5 : « Carboni major vis exusto iterumque flagranti. »

Col. 431 A 14. *Etiam is cui.* Annotarat in margine interpres quiddam se desiderare in exemplari: et merito ; deerat enim vox ἀκοήν, quam tamen ita vertendo expresserat, « vocem Domini non quidem, quæ icerit aurem corporis : sed qua Deus tantum menti eorum per notas adumbrationes imprimit consilium. » Similem habes locum infra: οὐ διὰ τῆς σωματικῆς ἀκοῆς, ἀλλ' αὐτοῦ τὸ ἡγεμονικόν· et apud Procopium p. 102 : « Audit autem vocem Domini, qui mente ab ipso informata resonantis in se verbi sonum auscultat. »

Col. 435 D 2. *Ne nos educas.* Existimavit interpres se legisse μὴ ἀναγκάσῃς, vel ἀνάγκῃ, dum vertit, *proficiscaris nobiscum, nihil necesse nos emigrare*, Exodi XXXIII, 15, legimus paulo aliter, εἰ μὴ σὺ αὐτὸς συμπορεύῃ μεθ' ἡμῶν, μή με ἀναγάγῃς ἐντεῦθεν· *Si non tu ipse veneris nobiscum, ne me educas hinc.* Vulgata cum verbis Basilii consentit : *Si non tu ipse præcedas nos, ne educas nos.* Paulo post ἀνθρωπότητα intellexit humanitatem a Christo assumendam interpres, scribens, « et ad assumendam a Deo Verbo humanitatem, oportebat typicis figuris præsignari: » aptius tamen genus humanum intelliges. Sic homil. 31, *De libero arbitrio* : Ὑπὲρ γὰρ ἴσχυεν ἡ τῆς ἀνθρωπότητος φύσις ἐκτὸς τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος πανοπλίας. Interpres Procopii

p. 101 : « Figurisque prius homines assuescere. »

Col. 439 A 1. *Ad illud quidem.* Hic duas omiserat lineas librarius codicem Regium F. exscribens, quas Latine conversas interpretis verbis inseruimus : sed illud ποῦ duabus inclusum virgulis non agnoscit Regius H., neque ipse Procopius p. 101 : καὶ ἐγὼ πορεύσομαι.

Ibid. 443 A 1. *Sed quod toti.* Novam periodum hic inchoarat interpres hoc modo : « Per unum quemque perseverat. Quin et collegio cuique appellatio sua conservetur : » sed emendationem nostram cum manuscripti,tum Græcus Procopii textus confirmat pag. 104 « : Quod et urbibus ipsis accidere videmus. » Idem interpres Procopii ἀλλοιούμενον λόγον vertit *variatum* vel *mutatum.*

Col. 455 C 8. *Laudatio Dei.* Scripsimus ex duobus Regiis μετονομάζεται, pro μετωνόμασται, quod habuit apographum Anglic. Apud Græcos Etymologos sive in Lexicp de nominibus Hebraicis legimus, Ἰουδαία ἐξομολογουμένη. S. Hieronymus in lib. *De nominibus Hebraicis* : Juda *laudatio* sive *confessio* ; et epistola 25 : « Si Juda *confessio* interpretatur, confitens autem omnis anima credentis:» et in caput xxvi Isaiæ : « Canticum istud in terra Juda sive Judæa,quod interpretatur utrumque *confessio.* » יהודה sonat *gratias agere, confiteri, laudare.* Idem Hieronymus in Ezechielis cap. xlvii : « Damascus sanguis sacci, et osculi sive poculi, » et rursus : « inter Damascum, hoc est, sanguinem cilicii, et confinium Hematum. » Idem in cap. xvii Isaiæ : « Damascus interpretatur , *sanguinem bibens* , aut *sanguis cilicii.* » Propterea correximus infra, « Superborum caput est, exsecrabile, ac plenum sanguinis, » non ut scripserat Tilmannus, « caput est quidam sanguinarius : » neque enim homo est, sed civitas Syriæ primaria Damascus, Isaiæ vii, 8, et ita in Vulgata Latina. Rursus emendavimus, « pro pœnitentia, quæ existimatur, » non « pro pœnitentia solemni et in more posita. » Licet enim apud Herodianum ὡς νομίζουσι Ῥωμαῖοι valeat, *ut Romanis mos est,* et τὸ νομιζόμενον sit, « quod in more positum est : » cum tamen sequatur οὐκ οὖσαν δὲ ἀληθινήν, melius accipietur, ut sonet νομίζεσθαι existimari, putari, ut in concilio Gangrensi can. 12 : Εἴ τις ἀνδρῶν διὰ νομιζομένην ἄσκησιν περιβολαίῳ χρῆται· « Si quis vir propter eam, quæ existimatur, exercitationem amiculo utitur. »

Col. 463 A 7. *Quoniam ex semine.* Hæc addita sunt versioni Tilmanni, quoniam et Græca inclusa virgulis aberant a Regio ms. F. et in sequentibus, τὸ διέφερε sic accepit interpres, ut sonaret eminentiam,hoc pacto,« domui David,hoc est,Dominus secundum carnem, quod præeminebat in universa cognatione David,idque faustum felixque nuntium est.»

Col. 466 A 5. *Etiam postquam.* Hæc addita sunt versioni Latinæ ob Græca ex Anglicis codicibus inserta, licet a Regiis duobus abessent : καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι μητέρα ἔτι παρθένος διαμένουσα, quæ receptum de perpetua sanctissimæ Virginis matris virginitate dogma manifeste confirmant. Quod vero de vulturibus feminis subjicit, Ælianus etiam narrat, lib. ii, cap. 46 *De animalibus* :γῦπα δὲ ἄῤῥενα οὔ φασι γενέσθαι ποτὲ ἀλλὰ, θηλείας ἁπάσας : « vulturem non nasci marem aiunt, sed feminas omnes generari : adversæ austro volant ; vel si auster non spirat, ad eurum ventum oris hiatu se pandunt : spiritus venti influens ipsas implet. »

Col. 469 C 6. Ἀπώγωνα. Emendandum ex H. ἃ πώγωνα, « Quæ barbam appellavit, » ut apud Procopium, p. 120 : Καὶ τὸν πώγωνα, τουτέστι τὸν κατὰ φύσιν ἀνθρώποις πρέποντα κόσμον · « Et barbam, hoc est, ornamentum, quod naturaliter homines decet. » Interpres scripserat, « absque barba fore dixit. » Item quæ sequuntur, ἃ ἐπὶ τῆς γενέσεως γίνεται, verterat, « secundum nativitatem nostri Emmanuelis. »

Col. 471 C 9. *Mille vites.* Non, ut Tilmannus ediderat, « mille vites distraherent mille siclis. » Procopius dixit, Πᾶσαν ἄμπελον κἂν σίκλον ἔχῃ τιμήν, « Omnem vitem quantumvis sicli pretio æstimatam desertam et incultam fore : » vitem enim aptius reddi ἄμπελον puto, quam vineam, cum mille vites siclis propheta dixerit æstimatas.

Col. 475 A 8. *Propter eorum.* Legerat in ms. F. interpres δι' ἃ τὸ εὐπειθές, ideoque verterat, « vi intelligentiæ fuisse a nobis deprehensum, per quæ non magno negotio, quæ subjecta sunt, persuadentur, » sed receptam lectionem tuentur H. et Angl. et exemplum Ezechielis, quod subjicitur, « prophetæ vero obedientia a nobis intelligitur. »

Col. 487 A 9. *Ut si pertrahat.* Ἑλκόμενον dixit, non ἕλκοντα, ut exigebat interpretatio Tilmanni, « nec eum pertrahat ad tribunalia judicum, qui se exuerit vel tunica. » Alludit nimirum ad illud Matthæi v, 40 : Καὶ τῷ θέλοντι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον· *Et qui vult tecum in judicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium.* Rursus quod sequitur βλασφημούμενον παρακαλεῖ verterat, « ut blasphemum cohortetur, et pro eo roget : » atqui hæc expressa sunt ex verbis Apostoli I Cor. iv, 13 : βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν, *blasphemamur, et obsecramus.*

Ibid. C 4. *Est vero magnum.* Interpres scripserat : « Timor enim Dei maximum est argumentum his, qui adnituntur ad sectandam perfectionem servato tenore disciplinæ. » Illud vero, πάντα καταπτήσσειν, locutio est usurpata etiam a Septuaginta Proverb. xxviii, 14 : Μακάριος ἀνὴρ, ὃς καταπτήσσει πάντα δι' εὐλάβειαν· *Beatus vir qui timet omnia ob cautionem.*Sequitur ibid. locus Isaiæ citatus non ut expressus est a LXX, Isaiæ xxviii, 16 : Ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβαλῶ εἰς τὰ θεμέλια Σιών, *Ecce ego immittam in fundamenta Sion* : sed ut citatus est ab Apostolo Roman. ix, 33 : Ἰδοὺ ἐγὼ τίθημι ἐν Σιών.

Col. 494 B 6. *Et Galilæi.* Non solum idiotæ, sed et natione Galilæi, non ut interpres dixerat,« idiotæ quippe homines Galilæi. » Sic Matthæi xxvi, 69 :

Et tu cum Jesu Galilæo eras. Nam et loquela tua manifestum te facit. In quem locum Hieronymus : « Quod unaquæque provincia et regio habeat proprietates suas, et vernaculum loquendi modum vitare non possit ; » et Lucæ XXII, 59, *nam et Galilæus est.* Josephus autem, lib. III *De bello*, cap. 2 : Μάχιμοί τε γὰρ ἐκ νηπίων καὶ πολλοὶ πάντοτε Γαλιλαῖοι, καὶ οὔτε δειλία ποτὲ τοὺς ἄνδρας, οὔτε λειπανδρεία τὴν χώραν κατέσχεν· « Pugnaces sunt ab infantia Galilæi, et omni tempore plurimi, neque aut formido unquam viros, aut virorum penuria regiones illas occupavit. »

Col. 499 D 5. *Atque illi quidem.* In Regio F. lacuna erat, quod duas lineas librarius prætermisisset, quas ex H. et Anglic. restituimus et Græco textui, et interpreti, usque ad illa verba, « qui in errorem pelliciuntur. » Cæterum hæc a Tarasio patriarcha citantur in epist. *De ordinationibus*, p. 193 Juris Græco-Romani : τοῦτο γάρ ἐστι τὸ καταγέλαστον. Vide etiam Procopium in hunc locum. Paulo infra *afflixi vos :* hæc alludunt ad illud Deuteronomii VIII, 3 : Καὶ μνησθήσῃ πᾶσαν τὴν ὁδὸν, ἣν ἤγαγέ σε Κύριος ὁ Θεός σου ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐκάκωσέ σε, καὶ ἐλιμαγχόνησέ σε· *Et recordaberis omnis viæ, per quam duxit te Domiuus tuus in deserto, et afflixit te, et affecit te fame.*

Col. 508 B 8. *Accepit signum.* Non, « ex compacto indictum curriculum, » ut antea legebatur : σύνθημα enim hic non sonat, « compactum » aut « compositum, » sed ἀφορμῆς σημεῖον, « signum excursionis inchoandæ, » ut apud Virgilium V *Æneid.*:

. . . . . *signum clamore paratis*
Æpitydes longe dedit, insonuitque flagello,

et apud Herodianum lib. II : Πάντες ἐφ' ἑνὶ συνθήματι συλλαμβάνονται· « Omnes uno dato signo comprehenduntur. » Procopius, p. 145 : Δρομεὺς δὲ ὢν ἀγαθὸς, ἅμα τῷ συνθήματι πρὸς τὸ τέλος ἠπείγετο. « Cum vero cursor bonus esset, ad finem dato signo properabat. »

Col. 511 B 7. *Induit enim.* Corrigendum in Græco textu ex ms. H. F. Ἐνέδυσε γάρ με, « induit enim me. » Nec aliter Vulgata Biblia Isaiæ LXI, 10, sed pro εὐφροσύνης existimavit interpres se legisse δικαιοσύνης, itaque scribendum, « et tunica lætitiæ, » ut apud Procopium p. 148.

Col. 513 B 1. *Dirimeretur.* Συναπαρτίζεσθαι idem valet, quod ἀπαρτίζεσθαι, « absolutum reddi omnibus numeris expleri. » Budæus in *Commentar.* p. 735, « simul finiri, æqua esse magnitudine. » Hic igitur vertere potes, « simul cum ipsa mundi constitutione. » Procopii interpres dixit p. 151 : « Quia si ex mundo esset, ab ipsa origine mundi cœpisse necessum sit. » Quæ vero sequuntur apud eumdem Procopium, ex Basilio sic emendanda sunt, συνέσται τοίνυν αὐτὴ τῷ παρ' αὐτῷ δεξαμένῳ μέχρι παντός· « Erit igitur in perpetuum illa una cum eo, qui ab ipso eam acceperit. » Pacis Salomonis fit mentio III Regum IV, 24 : *Et habebat pacem ex omni parte in circuitu.*

Col. 515 B 13. *Parte enim.* Hoc maluimus ad verbum, quam illud interpretis, « Portiunculam enim tribus Davidicæ nihili ducentes, tanquam quæ nullo negotio aboleri posset, et opprimi ; licet regiam obtineret dignitatem. » Neque enim unam tribum possidebat domus David, sed duas tribus, Juda et Benjamin, post defectionem decem aliarum, quæ dixerant II Paralipom. X, 16 : *Non est nobis pars in David, neque hæreditas in filio Israel.*

Col. 527 B 9. *Appropinquabo.* Hoc sine interpretatione transilierat Tilmannus, quod mendose in utroque Regio cod. legeretur, μᾶλλον ἢ οὐχ ἧττων, pro μᾶλλον ἢ ὁ χιτών. Verumtamen ope *Indicis Græci* Kirchmanni diu quæsitus hic locus per singulas voces, nondum nobis occurrit in Scriptura. Vide proverbium, « Tunica propior. »

Col. 531 B 6. *Et Samariam.* Sequebatur apud interpretem, « Quemadmodum et hos cepi, et hos cæteros omnes principatus capiam : » sed hæc a typographo sunt omissa, cum ea deleta fuisse a nobis putaret, una cum his, quibus interpres sequentem periodum expresserat, in duas perperam a se divisam : « Ex quo igitur sibi cepit, reliquas omnes spe præsumit se posse sub jugum pertrahere. Nec interim iste intellexit id confici. »

Col. 538 B 3. *Et concutiam.* Interpres ediderat, « persuadendo pertraham, » quod in Complutensi editione esset, πείσω, licet in F. legisset σείσω, ut est in reliquis mss. et apud Eusebium lib. IV *De Demonst. evang.* cap. 9 : quæ vera est lectio, cum et ita Vaticana et Marchali codex habeat, et Hieronymus, « et detraxi quasi potens in sublimi residentes. » Male apud Clementem et Eusebium XIII *De præparat.* σώσω, « servabo. »

Col. 540 B 9. *Namque ab anima.* In Regio F. legebatur, ἀρξάμενά μὲν ὑπὸ ψυχῆς, λήγοντα δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ καὶ οὐδὲ μέχρις. Ex quibus Latine expresserat Tilmannus, « ab anima quidem suum ortum ducentia, in ipso autem corde conquiescentia : » sed in altero Regio cod. H. ita erat ut ex Anglicis editum est, nisi quod sublato καί, tantum legebatur, οὐδὲ μέχρις. Apud Procopium, pag. 170, ad hunc locum alluditur, ἀρξάμενον ἀπὸ ψυχῆς τῶν ἐν τῷ νῷ παθημάτων. Paulo post mendose idem F. habuit φθόνον pro φόνον, itaque in locum invidiæ, « cædem » substituimus.

Col. 551 A 15. *Siquidem alii.* Male immutarat hæc interpres, « Siquidem Hebræi videntur propius accedere. » Neque enim Hebræos designat Basilius sed Græcos interpretes Aquilam, Symmachum et Theodotionem, cum ait οἱ ἄλλοι, quemadmodum supra ὅπερ ἕτεροι ἐκδεδώκασιν. Ut in illum locum annotavimus : et infra consentanee respondere Apostolo Symmachum et Theodotionem sub finem capitis istius dixit.

Col. 555 A 5. *Glorifico.* Non, ut antea erat, « glorificabo : » δοξάζω enim dixit : quanquam in ipso

Scripturæ textu editum est, I Reg. II,30 : Ὅτι ἀλλ' ἢ τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω· *Quoniam nonnisi glorificantes me glorificabo.* Quo pacto etiam citatur idem locus infra col. , ὅτι τοὺς δοξάζοντας.

Col. 558 B 12. *Toti mundo.* Ad verbum esset, « cum toto mundo crucifixa sit : » quod obscurum est, et a Procopio peætermissum ; ex quo tamen immutavimus interpretationem eorum, quæ hunc locum sequebantur, « inque medio efficaci ejus virtute ad fines usque quatuor partium mundi se protendente, » et pagina sequenti addidimus interpretationi, « ex Israel, qui dicitur Ephraim, » expunctis illis verbis, « veri Israelitæ. » Decem enim tribus, quæ familia Davidis defecerant, et Samariam urbem regni primariam constituerant, Israel vocabantur et Ephraim, et domus Joseph, ut Zachariæ X, quod nimirum primi decem tribuum reges ex tribu Ephraim orti essent. Cyrillus in I Osee : Ὅταν ἀκούῃς τῶν ἁγίων προφητῶν ὀνομαζόντων τὸν Ἰσραὴλ ἤτοι τὸν Ἐφραΐμ, τότε δή μοι νόει τοὺς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ· « Cum audis sanctos prophetas nominantes Israel sive Ephraim, Samaritanos intellige. »

Col. 559 C 14. *Ammon.* Hic lineam integram librarius Regii codicis F. omiserat, quam H. et A. repræsentat. In codice ms. Regiæ bibliothecæ Lexicum Græcum nominum Hebraicorum sic interpretatur, Ἀμμὼν ἐκ τοῦ γένους μου, Ἀμανῖτις λαὸς ἡμῶν, « Ammon ex genere meo, Amanitis populus noster ; » et Hieronymus in cap. III Nahum, « Moab interpretatur *ex patre*, junior vero Ammon vel *filius generis mei*, vel *populus noster.* »

Col. 562 D 5. *Et post hæc educet.* Annotarat in margine Tilmannus, « pro τέλος lege τὸ φῶς, » et Interpretatus erat, « Faciet judicium meum, et post hoc educet me in lucem : » quasi nimirum substitui vellet ea, quæ apud Michæam prophetam leguntur Mich. VII, 9 : καὶ ποιήσει τὸ κρῖμά μου, καὶ ἐξάξει με εἰς τὸ φῶς. Nos contra codicum Regiorum et Anglic. consensum nihil immutandum censuimus, cum sæpe soleat Basilius vel fallente memoria, vel ex aliis prophetis alia verba inferente, nonnihil immutata unius verba proferre. Nam et apud Job legimus XXIII, 7 : Ἐξάγαγοι δὲ εἰς τέλος μου τὸ κρῖμα· *Educat autem in finem judicium meum,* et Habacuc. I, 4 : Καὶ οὐ διεξάγεται εἰς τέλος κρῖμα· *Nec deducitur in finem judicium.* Citatur deinde locus ex psalmo CII, 9, ubi Vulgata, *neque in æternum comminabitur.*

Col. 564 B 7. *Ad idem enim.* In libro Regio ms. perscriptum fuit δοξάζειν τε ἐπιτετευγμένως, unde interpres extulerat, « Ad cor quidem ipsum spectat, ut glorificet Deum obnoxie, ac servorum ritu in psalmodis concinat. » Ἐπιτεταγμένοι sunt in Vulgatis Lexicis « subditi » vel « ministri, » quamobrem ἐπιτεταγμένως videtur existimasse corrigendum esse Tilmannus, atque ita prorsus exhibet scriptum alter Regius H. Verumtamen series ipsa narrationis A emendandum suadet ἐπιτεταμένως, quod in usu est, non ἐπιτεταγμένως, neque ἐπιτετευγμένως. Procopius dixit compendiose p. 195 : Ἑνὸς γὰρ ἄμφω, αἰνεῖν τε καὶ δοξάζειν καλῶς· « Unius enim utrumque est, gloria et laude recte afficere. »

Col. 565 B 4. *Sublevat.* Aptius interpretabere, *Dominus exaltat justos.* Atqui apud Davidem aliter effertur hic locus, ad quem alludere videtur Basilius, psalmo CXLV, 8 : Κύριος ἀνορθοῖ κατερραγμένους, Κύριος ἀγαπᾷ δικαίους· *Dominus erigit elisos : Dominus diligit justos.* Fortasse observabatur menti auctoris ille alter Proverb. XVIII, 10 : Αὐτῷ δὲ προσδραμόντες δίκαιοι ὑψοῦνται· *Accurrentes autem ipsi justi exaltantur.*

Col. 568 D 1. *Educandum.* Verior hæc lectio F. B et A. ἀνατροφῆς, quam illa H. ἀναστροφῆς, « conversatione. » Paulo post in F. et H. ὀχθῶδες non ὀχρῶδες scriptum fuit, ut in alio apographo. Procopius dixit p. 202 : Μὴ ἀπόκρημνον, et ejus interpres, « non præruptum aut præcipitem ; » sed ὀπτιότητα non satis apte vertit, « humilitatem. » Itaque rescribendum videtur, « sua tamen planitie in eo manentibus securum. » Ibidem pro ἀκροσφαλεῖς existimavit Tilmannus se legisse ἀσφαλεῖς, cum vertit, « reddit tutiores his, qui ascendunt stationes, » plane contrario sensu. Postremo pro νοῆτε et διηγῆσθε, legebatur in H. νοεῖν et διηγῆσθαι.

Col. 574 C 3. *Reges vero.* Interpres scripserat, « reges vero, qui ad pastorale regimen Ecclesiæ eliguntur. » Atqui nihil tale de pastoribus Græca C sonant, nec aliter habet Procopius p. 204 : Ὧν τοὺς ἐκλεκτοὺς βασιλέας καλεῖ· « Quorum de numero, qui delecti sunt, reges eos, tanquam regni filios appellat. » Rursus ibidem immutavimus, quod sequebatur, « quia vox gigantum utique gentium multarum voce æquipollet. »

Col. 575 A 10. *Infidelitatis.* Legebatur in F. πονηροῦ θυρεός ἐστιν ἀπιστία. Tilmannus verterat, « reprobi clypeus infidelitas est : » at in H. erat, ut edidimus : cui suffragatur illud Procopii p. 204 : τοῖς μὲν θυρεός ἐστι πίστεως, τοῖς δὲ ἀπιστίας. Alludit ad illud Ephes. VI, 16 : Ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως· *Assumentes scutum fidei.* Item paulo post in F. erat ἐπαγγελίαν κακῶν, « malorum pollicitationem, » at H. ἀπαγγελίαν, *denuntiationem.* Porro illud, *ut spiritus salvus fiat,* est I Corinth. V, D 5. De Phygello mentio fit II ad Timoth. I, 15. Sed dicuntur traditi Satanæ Hymenæus et Alexander I ad Timoth. I, 20.

Col. 582 A 2. *Salvator.* Non ut antea editum fuit, *Et homo gratia Salvatoris dici possit nobilis.* Nec aliter legitur in H. quam ὁ κατὰ τὸν Σωτῆρα, sed fortasse rectius apud Procopium, p. 208, ascripta est varia lectio καὶ ὁ κατὰ σάρκα ἄνθρωπος, et idcirco interpres Curterius vertit : « Ipse propterea secundum carnem homo relato ad Davidem genere nobilis. » Ita sæpe apud Paulum appellari scimus Christum, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σαρκα, Roman. I, 3 ; et ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα

Χριστόν, I Corinth. v, 16. Paulo post nonnihil sensus immutatus est, ὅταν διὰ τὸ προσεγγίζειν, « quoties nos ipsos ab eo elongaverimus, propinquamus perditioni ; » at in psalmo LXXXVII, 19, « qui elogant se a te, peribunt. »

Col. 586 C 15. *Orionem app.* Alium eliciebat sensum Tilman., « qui vel teste Scriptura Orion nominatus est, quod in unum corpus compactus sit. » Atqui nusquam id testatur Scriptura, tantum Orionis meminit Job XXXVIII, 31 : Καὶ φραγμὸν Ὡρίωνος ἤνοιξας· *Et septum Orionis aperuisti.* Rursus in fine paginæ μεταξὺ τῶν μερῶν, verterat, quasi esset, ἐν μέσῳ τῶν μερῶν, *media in parte Orionis.* Sed Aratus non inter partes Orionis, verum inter partes Arctophylacis seu Bootæ collocat Arcturum.

..... ὑπὸ ζώνῃ δὲ οἱ αὐτὸς
Ἐξ ἄλλων Ἀρκτοῦρος ἑλίσσεται ἀμφαδὸν ἀστήρ·

quod Cicero ita vertit,

Huic autem subter præcordia fixa videtur
Stella micans radiis Arcturus nomine dicta.

Idem Aratus ab Arctophylace, seu Boote, distinguit τὸν μέγαν Ὡρίωνα, « magnum Orionem, » quem eumdem esse cum Boote hic ait Basilius. Noster vero Clavius in commentariis in *Sphæram* Joannis de Sacrobosco Bootæ seu Arctophylaci constellationi quintæ tribuit stellas duas et viginti, tertiæ magnitudinis quatuor, quartæ novem, quintæ item novem, quemadmodum hic Basilius, sed Orioni constellationi tricesimæ quintæ inpertit stellas numero triginta octo, primæ magnitudinis duas, secundæ quatuor, tertiæ octo, quartæ quindecim, sextæ quinque. nebulosam unam.

Col. 587 A 2. *Qui nimirum.* In F. tantum erat, ἔξωθεν δηλονότι, ex quibus Tilmannus expresserat, « assectantur, puta Hebræi, qui isthæc arcana naturæ anxio labore commentantur ; » at in H. ἔξωθεν τῶν παρ' Ἑβραίων δηλονότι πολυπραγμονούντων, et in Anglic. ut edidimus ; itaque repetitio articuli sensum immutat. Porro idem H. pro ὑπόκιρρον scriptum exhibuit ὑπόκειρον, Regius alter F. ὑπόκηρον· sed interpres recte vidit emendandum ὑπόπυρρον, cum « subrufescens » vertit, quod apud Aristotelem reperitur, et interpretatur Plinius « mellei coloris. » Pleiadis meminit Job cap. IX, 9.

Ibid. C 12, *Maledictus.* Etsi Regius F. exhibebat ἐπικατάρατος Χαναάν, tamen errore nescio quo scripserat interpres, « Maledictus Cham. Atqui contristatus erat. » Certe Genesis IX, 25, non aliter legimus, ἐπικατάρατος Χαναὰτ παῖς, *Maledictus Chanaam puer.* Paulo post emendanda est versio « sed germini ejus, et operi ipsius, quod figurate Chanaan nominatur : » non enim Græce est διὰ τὸ ἔργον, sed καὶ τῷ ἔργῳ αὐτοῦ·

Col. 598 A 2. *Cum mensura.* Ἐν μέτρῳ præferebat F. Tilmannus, « ad exigendam de his, qui perperam vixerunt, pœnæ diversionem. » Procopius εἰς τὸ κολάζειν ἐν μέτρῳ τοὺς κακῶς βεβιωκότας, « et ad pœnas digne de sceleratis, et cum mensura exigendas. » At in Regio H. erat ut in A. ἐμμέτρως, « cum mensura, moderate, » vel ut est III Joann. 34. ἐκ μέτρου, *ad mensuram.*

Col. 599 B 3. *Quare absolute.* Omiserat hic tres lineas Regius librarius in F., ideoque Tilmannus ex codice mutilo verterat, « quare ea vastitas, quanto esset tempore duratura, absolute non aperuit. Non enim illo. » Rursus infra pro ἀποτελεῖσθαι, ut scriptum fuit in F., existimavit interpres se legisse ἀπολεῖσθαι, cum vertit, « semel disrupta non sinitur deperire. » Contrario plane sensu : « nam in locis habitatis perire dicitur, ut apud Procopium pag. 218 : Εἴωθε παραθραύεσθαι, « unde illam disrumpi dissiparique contingit. »

Col. 602 A 10. *Obscenum.* Pro κάθυλαν in ms. F., emendatius in aliis κάθυλον legebatur, quod tamen ab ὀλακτεῖν, quod est « latrare, » non deducitur : ne cum Tilmanno hic vertas, « oblatrans, » sed τὸ ἔνυλον, ἢ ὑλικὸν, ἢ ὑλαῖον, « quod materiale est, » ut πρόσυλον « quod materiæ adhæret, quod carnale est, » ab ὕλη quod apud theologos sordes fæcesque mundanas significat. Sic interpres Procopii δηλῶν κάθυλον καὶ ἐσκοτισμένον δαίμονα, « ut obscenum et caliginosum dæmonem indicaret. » Sic apud Hesychium καθυλομανεῖν est ὕλην ἔχειν πολλήν. Quod autem sequitur de onocentauris, hanc esse alteram dæmonum speciem, quam reliqui interpretes nominarunt Hebraica voce Siim, ab Eusebio quoque traditum est citato in editione Vaticana, ἀντὶ τοῦ ἀνοκένταυροι σείειν ἀνέγραψαν, » Et pro onocentauri scripserunt siim » : quod tamen consistere non potest cum eo, quod ibidem ait idem Eusebius, Ἀντὶ τοῦ θηρία σείειν οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ ἐκδεδώκασι, « Pro bestiæ, cæteri interpretes ediderunt siin » : neque adeo cum ipso textu Hebræo, ex quo Pagninus עיים *Isiim* Latine extulit, *bestiæ silvestres*, et pro שעירים *seghirim*, *dæmones*, Arias Montanus cum Aquila, *pilosi* at Septuaginta ὀνοκένταυροι. Postremo illud, μετὰ τὴν ἐρήμωσιν, vertimus, *postquam redacta fuerit in solitudinem*, ut antea erat, *ut locus assimiletur Babyloni in solitudinem redigendæ.*

Col. 607 A 4. *Terra hæc.* Non dixit, οὐκ ἔχει μερίδα, sed οὐκ ἔστι μέρος : ne locus sit versioni vulgatæ antea, « Terra hæc nullam habet partem cum ea, de qua subjecta maledicto dictum est : *In doloribus*, » etc. Rursus verterat interpres, Ἰακὼβ, ὃν γειώραν Γραφή, *Jacob, dicto in Scriptura* γειώρας, quasi Jacob ipse sit dictus γειώρας. Imo per Jacob intelligit populum Israeliticum, cui qui se adjungit, γειώρας et προσήλυτος, « advena, » dicitur ut Exodi XII, 19 : Ἐξολοθρευθήσεται ἔν τε τοῖς γειώραις καὶ αὐτόχθοσι τῆς γῆς· *Peribit inque advenis et indigenis* ; et in eodem capite, vers. 49 : Νόμος εἷς ἔσται τῷ ἐγχωρίῳ καὶ τῷ προσηλύτῳ· *Lex una erit indigenæ et advenæ.* Utrobique est Hebræa vox גר *ger*, quæ et γειώρας et προσήλυτος vertitur. Proprie γειώρας est ὁ γῆν ὠρῶν, *qui terram custodit.* Hesychius, γειώρας, γείτονας ἐξ ἄλλου γένους, καλουμένους, ἢ τοὺς περὶ τὴν γῆν διαπονου-

μένους. « Γεώρας exponit vicinos ex alia gente, vel eos, qui colenda tellure occupantur. »

Col. 644 B 3. *Pro peccatis.* In Regio utroque ταῖς ἁμαρτίαις lego, non τὰς ἁμαρτίας, ut videtur interpres corrigere voluisse, scribens, « propaginem trucident, nempe peccata : » sed hoc ait Basilius, « animæ suæ fetus occidant peccatis,» unde subjicit: « Nisi enim ipsi moriamur peccato : » qua ratione loquitur de Apostolus ad Roman. VI, 2: Οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ· *Qui mortui sumus peccato.* Sic dixit antea Basilius, εἰς σφαγὴν ταῖς ἁμαρτίαις. Paulo post verterat Tilman., « impleat terram bellis, » quasi legisset in F. πολέμων, qui tamen scriptum exhibuit πόλεων, ut cæteri mss. Vulhata Latina dixit, *neque implebunt faciem orbis civitatum.* At in Vaticana edit. πολέμων, *bellis*,et annotatur in quibusdam libris legi πολεμίων, *hostibus*, et Hebraicam vocem significare posse ex sententia Hieronymi *civitates* et *adversarios.*

C 5. τὸν ἐλεύθερον, τὸν ἀγγέλοις σύντροφον, τὸν οἰκεῖον θεῷ. ταῦτα δὲ εἴρηται ἡμῖν οὐκ ἐπειδὴ τὸν ἄνθρωπον ἀποκλείειν θέλομεν τῆς συγκεχωρημένης παρὰ θεοῦ χρήσεως τῶν βρωμάτων.
C 13. ἡμῖν ὕστερον ἡ τῆς ἁμαρτίας.
D 2. τροφᾶς.
D 4. τῷ κάλλει ἐκείνου.
D 9. ὑπὸ χαλεπῆς ἀῤῥωστίας μὴ δυνάμενοι.
D 9. τῆς συνήθους τῶν βρωμάτων ἀπολαύσεως.
Col. 48 A 1. ὀσφραντοῖς καὶ τοιούτοις τισὶ παρὰ τῶν ἰατρῶν δεξιώμασι τὰς παρηγορίας λαμβάνουσιν. ἐπειδὴ γάρ.
3. (εἰς ἀπόλαυσιν deest) ἐκπεπτώκασι.
A 5. τὴν θεραπείαν.
A 6. ἀλλὰ καὶ νῦν οἱ βουλόμενοι κατὰ μίμησιν τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ ζωῆς ἄγειν ἑαυτοὺς, φεύγωμεν ὁλοσχερῶς ταύτην.
A 8. ἐπ' ἐκεῖνον δὲ τὸν πρότερον βίον, καθόσον ἐστὶ δυνατὸν ἀναγώμεθα.
A 11. χρώμενοι πρὸς ἀρκοῦσαν διατροφήν.
B 3. καὶ τὴν τοιαύτην.
B 4. ἀντὶ μεγάλου τινὸς κατορθώματος.
B 6. καὶ πολλά.
B 7. καὶ ὅτι τέλειος.
B 8. καὶ ὅσα ἄλλα περί.
B 12. γεννᾷ ἄλλον ἀφ' ἑαυτοῦ.
C 2. ὅτι καὶ παρ' ἡμῖν ὁ τούτων θησαυρὸς ἐναπόκειται.
C 5. ἐκ τῆς τοῦ κόσμου ταῦτα εἶναι.
C 13. εὐκαταφρόνητα, τοὺς μὲν τοιούτους λόγους σιωπῇ παραδραμώμεν· τοῖς δὲ μετὰ χεῖρα καὶ ὠφελιμωτέροις ἐμφιλοχωρήσωμεν, ἅμα δὲ, καὶ οὐδὲ τῷ κοινῷ καὶ ἰδίῳ λαῷ εὐληπτος ἡ τῶν τεχνικῶν.
D 2. ἐκδεχομένη.
D 8. καὶ ὁ ἐνιαυτὸς δὲ ὁ ἕβδομος παρ' ἐκείνοις.
Col. 49 A 1. ἐργᾶσθαι.
A 5. αἰχμαλωσία, ὡσαύτως ἔστιν ἰδεῖν καὶ τὰ ἡμέτερα ἐπτάκις.
A 8. καὶ ἡμεῖς.
A 8. ἕβδομος ἀπὸ γενέσεως, οὐκ εἶδε θάνατον μυστήριον τοῦτο.
A 9. Ἀδὰμ, Ἐνὼχ deest.
B 5. ἀλλ' εἶπε μὲν ὡς ἤδει ὁ μαθητὴς, ὑπερέβαλε δὲ τῷ πλούτῳ ὁ δεσπότης.
B 8. ὀκτάκις. Εἶτα ἐπήγαγεν ἑως ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, οὐκ εἰς ἄλλον μετέπεσε τῇ αὐξήσει ἀριθμὸν, οὐκ εἶπεν ἑκατοντάκις ἑκατόν.
D 12. ἀρχαῖός ἐστι τὴν ἑβδομάδα.
C 5. παραλύσει.
C 6. ἑπτά. Ὁμοίως οὖν κἀνταῦθα, ἄφεσις παρὰ Πέτρῳ ἑβδόμη, ἀναλογοῦσα τῇ ἐκδικήσει τοῦ Κάϊν, καὶ συγχώρησις παρὰ Κυρίου ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, ὡς ἡ κατάκρισις τοῦ Λάμεχ ὅσον τὸ παράπτωμα.
Col. 52 A 2. ἑπτάκις τιμηθήσεται.
A 4. παραφαίρει τὰ μέλλοντα, τότε δέ.
B 3. τῆς ὀγδόης, τῆς συντελείας.
B 11. πάντες ὁμοίως ἐναγώνιοι.
C 8. τοῦ Κυρίου ἐπιφάνεια.
C 15. οἱ δίκαιοι, ἐπὶ τὰ ἄνω πρὸς οὐρανὸν, ὀχήματα γὰρ αὐτοῖς.
D 1. καὶ προπομπὴ αὐτῶν τὰ νοερὰ πνεύματα.
D 4. πεπεδημένοι καὶ αὐτοκατάκριτοι ὑπὸ τῆς πονηρᾶς συνειδήσεως.
D 7. διασχηματίζει.
D 9. τούτου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὐδὲ τὰ παρακολουθοῦντα.
D 11. νεωτερικαί. Γάμων μεκέται, παιδοποιΐας ἐλπίδες, πραγμάτων ἢ χρημάτων φροντὶς οὐδεμία.
Col. 53 A 4. τοῖς ἐπηρμένοις.
B 2. τὴν συμπλήρωσιν.
B 4. περὶ τούτου αὐτοῦ.
C 14. Θέρισί σε τῷ λόγῳ.
C 15. καὶ ἐτίμησεν, ἐπὶ τὸ εὐφημότερον καὶ ἐντιμότερον, μεταγαγών σου τὴν γένεσιν, ἄνθρωποι γάρ.
Col. 56 A 3. διηνεκὴς σύνεσις καὶ ἐπίγνωσις.
A 15. καὶ τοῦ μηδενὸς ἀξίους.
B 12. τῶν οἰκετῶν deest.
C 4. ἐπιδεικνύμενοι.
C 1. καὶ τοῖς ἀσπασμοῖς.
C 6. ὑψηλῇ τῇ φωνῇ.
D 12. ἀλλ' αὐτά.
Col. 57 A 6· καταλεπτόν,
A 6. ἠκριβωμένως.
A 9. τωόντι.
A 11. ἀποσεμνύνοντες.
A 14. αἱ τεχνολογίαι τῶν ἰατρῶν deest.
A 15. ἡ περὶ τῆς τῶν μελῶν.
B 2. ἡ περὶ πλήθους πολυσαρκίας.
B 3. συνεισέρχονται.
B 5. περιέρχονται.
B 7. ἔπλασε γάρ σε ὁ θεὸς.
C 11. εἰς τὸ παρὰ φύσιν.
C 12. ἀλλὰ τὰ οὐράνια.
C 14. οὕτω σοι καὶ τὸ σῶμα.
D 3. βλέπεις.
D 3. καὶ τὸν ἐν τούτῳ θεόν.
D 4· τὴν κτηνώδη καὶ γηΐνην μεταδιώκῃς.
D 6. ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.
D 12. κατήγαγεν.
D 13. συρομένους.
Col. 60 A 9. ἀπὸ ἑνὸς τούτου προεχόμενον,
B 1. μεταοραχύ.
B 7. ἐξαρχῆς.

Col. 60 B 12. χιτὼν ἔνδοθεν καὶ οὐκ ἀρκεῖ.
C 4. κρυσταλοειδής.
C 5. ἑκατέραν ἔχη.
C 8. ἠδύνατο μὲν γὰρ σκέπειν.
C 8. καὶ ἡ χεὶρ.
C 10. παράκειται ἡ προφυλακή.
D 1. ὑπὸ παραπετάσματος.
Col. 61 A 12. κατευθυνόμενον, καὶ πρὸς τὸ ἔμπροσθεν συνωθούμενον, ἀκριβέστερον σχοίη.
B 3. τὴν τῶν ὀφθαλμῶν περιβολὴν deest.
C 6. καταμέρος.
C 7. βουληθείημεν λεπτολογήσασθαι.
C 10. κατενοήσατε.
C 14. ἀποδώσωμεν monus prima, et corrector ἀποδώσομεν.
D 3. λόγος τρίτος.

AD HOMILIAM DE PARADISO.

Τοῦ αὐτοῦ.

Καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον κατὰ ἀνατολάς.
Col. 61 D 10. ἐν μὲν γὰρ τοῖς κατόπιν.
Col 61 A 1. βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα, ποιοῦν καρπόν.
A 6. τὴν οἰκείαν σύστασιν.
A 13. καὶ ὑπ' αὐτῆς.
B 9. ἀέρι διαυγεστάτῳ περιχεόμενον.
B 10. καὶ τὴν ἐκ τῶν ὡρῶν εὐκρασίαν.
C 4. προστρέχον.
C 5. νῦτε πάλιν ὀρθρινοὶ καὶ μετοπωρινοί.
D 2. ἐκ τῆς ὄψεως.
Col. 65 B 5. (καί deest) ἐνταῦθα.
B 6. ἐπιλείπουσα.
B 8. προσβραχύ.
B 10. καὶ ἀΐδιον. χαρίεσσαν τὴν ὄψιν καὶ ἀθάνατον, ἀσυντέλεστον.
B 12. οὐ νεομηνίαι ἀπομαραίνουσαι.
C 11. ἀμφιθαλῆ ταῖς κόμαις deest.
D 4. συγκρίνῃ (τις deest).
D 6. ἢ τινά σοι ἐνάργειαν ἐκ τῆς εἰκόνος παρίστησιν deest.
D 12. οὐκ ἀνθρωπίνης ἐπιτεχνήσεως.
Col. 68 A 2. λυγῃρῷ.
A 10. φρικτὸς ὁ ὄφις.
B 1. πρῶτον μὲν ἐποίησεν, ἔπειτα δὲ ἔθετο ἐν τῷ στερεώματι
B 3. ἀπὸ τῆς γῆς ἔθετο δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ.
D 1. ἐφύτευσεν ὁ Θεός.
D 2. ἐν Ἐδὲμ deest.
D 8. καὶ τρυφὴν παρέδωκε τὴν ἀπολλυμένην deest.
Col. 69 A 10. ἁρμόζουσα.
A 13. ἐπεὶ οὖν καὶ ἄπειρον.
B 14. κυριότητα ταύτης.
Col. 72 A 14. κατὰ ἀξίαν.
A 15. οὕτως.

INDEX RERUM ET VERBORUM

QUÆ ANTE APPENDICEM INVENIUNTUR

Numeri paginas repræsentant editionis Garnerianæ quas typis grandioribus in textu expressimus.

A

Abimelech quare is in inscriptione psal. XXXIII nominatur, historia vero Anchus Gethæorum regem memorat, 142. Ex traditione tenemus alienigenarum reges commune nomen Abimelech habuisse, quemlibet vero proprium quo appellabatur, 142. Sic in Romano imperio Cæsares et Augusti : nomen Pharao est ejusmodi etiam apud Ægyptios, 143. Abimelech ætate erat Abrahæ, et ætate Isaac : et aliis temporibus Davidis dicitur, 143.

Abrahæ cor examinatum est, an Deum ex tota sua anima diligeret, cum jussus est Isaac pro holocausto offerre, 104. Amicus Dei Abraham propter fidem et obedientiam, 314.

Absalonis correptionem a Deo expostulare David videtur; cum ait psal. VII, 8 : *Exsurge, Domine Deus*, 100. Ipsius malitiam puniri postulat propheta, ut multi castigato uno convertantur, 101.

Abyssus adversariarum potestatum non est multitudo, 16. Terra invisibilis erat quia circumfusam sibi abyssum, id est, copiosam aquam habebat, 15. Cur dicat Scriptura : *Ponens in thesauris abyssos*, non autem *in abyssis thesauros*, 136. Quid sint istæ abyssi, et quando intuebimur eas, 136. Abyssi sunt Dei judicia, 137.

Achitopheles. Ad eum referri possunt verba hæc psal. XXXII, *dissipat consilia gentium*, 138.

Actio quælibet aut nos peccato gravatos ad inferiora deprimit, aut ad superiora evehit, 126.

Adam, ubi es ? quid significet, 202. Qui in paradiso degentes eramus clari ac spectabiles : ob ejectionem inglorii et abjecti evasimus, 202. Adam et Abel eadem erat natura, licet alio modo *esse* habuerint, 282.

Adulatores qui dum sese ad quoslibet modos ususque accommodant, quasi lupi in vestimentis ovium incautos decipiunt, polypo comparantur, 65.

Adversæ res. In his gratias uberiores agere oportet, cum noverimus quod *quem diligit Dominus castigat*, 144. Turpe est benedicere in rebus secundis : silere vero in adversis, 144. Non tam a rebus adversis liberat justos Dominus, quam eos eventorum victores efficit, 155.

Ægyptii reges commune Pharaonis nomen habuerunt. Pharao vocabatur is qui tempore Joseph regnavit : Pharao item qui Moysis ætate Ægypti rex fuit : Pharao quoque, qui Salomonis tempore rerum potiebatur : et qui ætate Jeremiæ vixit Pharao vocatus est. 143.

Æqualem Deo Christum esse colligebant Judæi, eo quod Deum se habere Patrem diceret, 235.

Aer mollis et suapte natura humidus, proprium et perpetuum respirantibus alimentum suppeditat, 33. Talis est ipsius natura, tenuis scilicet et pellucida, ut lux per ipsum transiens, nulla temporis mora indigeat, 19. Quæ aeri accidunt affectiones, cum lunæ mutationibus consentiunt, 61. Aer ille qui nostro capiti imminet firmamentum dicitur : propterea quod æthereo corpori comparatus, quodammodo densioris sit coagmenti, 77.

Ærumnæ probationis causa sanctis inflictæ, invisibilibus inimicis tunc tantum gaudium afferunt, cum afflictati franguntur, 125. Ærumnæ Job lætitia non affecerunt adversarium, 126. Ærumnis Pauli non delectabatur inimicus, imo conterebatur, 126. Vide *Afflictio*.

Æternum et ingenitum confundunt Eunomiani. Utriusque definitio, 253. Æternus Filius, licet non ingenitus, 253. Vide *Filius*. Vide *Eunomius*.

Æthera ignitum esse et ardentem nemo ambigit, 29. Vapores emittuntur a fluviis, etc., ne concrementur universa, 29. Vide *Aer*.

Aetius Syrus primus aperte docuit Filium Patri sub-

stantia dissimilem,208.Quibus artibus sese in Dei Ecclesias intruserit, silet Basilius:ne conviciari videatur,208. Discipulus ejus fuit Eunomius Galata,208. Utrosque inter se impietate conjunctos, exemplo Phinees uno ictu confixurum se sperat, 208. Vide *Eunomius*.

Affectibus imperare oportet et servire Deo.Fieri enim non potest ut anima et a peccato,et a Deo regatur,194. Fieri non potest ut in hominis natura commotio nulla excitetur a tentationibus, 194. Comparatur homo plantæ a leni aura,aut a turbine agitatæ,194.Ab affectibus vacare debet qui Dei cognitionem desiderat,175. Divinæ gratiæ capaces effici non possumus,nisi malitiæ affectjones,quæ animas nostras occupaverant, expulerimus,196.Nosse se medicos testatur Basilius,qui non prius medicamenta tradebant,quam per vomitum materiam morbidam evacuassent; 196.

Afflictiones quasi athletica quædam alimenta atque exercitationes sunt bene præparatis atque instructis,144. Tota justi vita in iis posita est. Paulo nihil defuit bonorum,licet in corporis molestiis semper vixerit, 150. In afflictionibus ad quælibet potius quam ad Deum recurrimus, 171. Afflictio, non debilitatis prætextus, auxilium opemque conciliat, 189.Vide *Adversæ res*.Vide *Psalmus*.

Agricola ne per agricolationis quidem diligentiam tantum fructum assequitur quantum per Deum, segetes augentem, 140. Ipsi astrorum observationes utiles, 53.

Alexander ab Ario decipitur, 212.

Alienigenarum reges, 142.

Allegoriæ. Ad eas non detorquet Basilius communes Scripturæ notiones, 80.Sunt qui tropologiis et commentis suis aliquid Scripturis ascicere auctoritatis conati sunt, 81.

Amabile *quod omnia expetunt*, 199.

Amici Dei pauci appellati sunt ut Moyses et Joannes, 160.Discipulis jam perfectis Dominus ait : *Non amplius vos dico servos, sed amicos*, 160.Verba hæc : *Diliges Dominum ex tota*, etc,, nullam in alia partitionem admittunt, 160.

Amnon vim Thamar inferens dicitur humiliasse illam:quia peccatum omnium maxime humilem reddit,155.

Amos verba hæc IV, 13, *Qui format tonitruum et creat spiritum*, ad aeris flatum pertinent, 277. Fortasse hoc ipsum prophetia est quæ ad Christi incarnationem spectat, 278.

Amphibia. Vide *Aquatilia*.

Amygdalæ amariores et mali punicæ acidæ quomodo curentur, 46.

Anchus Gethæorum regem cur historia memorat, inscriptio vero psal. XXXIII nominat Abimelech, 142.

Angelus cuilibet in Dominum credenti assidet,nisi nos illum operibus pravis abigamus,148.Ut fumus apes fugat, et fetor columbas;sic angelum vitæ nostræ custodem graveolens peccatum abigit, 148. Sicut urbium muri undecunque hostium assultus arcent; ita angelus a fronte et a tergo custodit, 148.Cuilibet contra diabolum pugnant, emittit Deus administratorios spiritus,171.Angeli in lumine erant,17.Angelorum justitia humanam longe superat, et si qua est virtus,angelis superior est:justitiæ præstantiam magnitudini suæ congruentem habent,102.Illorum, totiusque cœlestis exercitus hoc unum officium, referre Creatori gloriam,122. Quod angeli sunt,ab opifice Verbo universorum conditore habent:eis vero sanctitatem Spiritus sanctus impertivit, 136. In prima constitutione, et una cum substantiæ suæ quasi mistura infusam habuere sanctitatem, 136. Ægre ad malitiam convertere se possunt, 136. Exercitui toti angelus unus comparatur, 148. Gloriosæ visionis aspectum cur non apprehendimus:angeli vero jugiter contemplantur,154.Mutationem non admittunt:puer nullus,nullus senex,substantia eorum simplex, 158.Visus est Moysi angelus,idem qui et Deus, qui vocatur magni consilii angelus, 253.Qui visus est Jacob, idem angelus et Deus nominatur,254.Ubicunque idem et angelus et Deus appellatus est, Unigenitus significatur, 254.Qui coram Moyse seipse eum qui est nominavit,non alius est præter Deum Verbum,254. Licet angeli appellationem unam,et eamdem naturam habeant, alii tamen præfecti gentibus,alii unicuique fidelium,272.Est major angeli alicui genti præsidentis dignitas,dignitate alterius, cui viri privati tutela concreditur,272. Tales esse angelos Scriptura testatur,272 et seq.Cuilibet fidelium est angelus adjunctus,186. Fieri potest ut quod principium habuit non desinat, ut angeli et incorporea , 282. Angeli vident Patris qui in cœlis est faciem,et hæc ipsorum magna gloria ac beatitudo est,304.Quæ ab angelis conferuntur nobis beneficia,ea propria ipsorum non sunt, sed Dei operantis in illis, 304. Quapropter neque eos una cum Deo glorificamus, 304. Vide *Justitia* et *Mutatio*.

Anguillæ non ex ovo, sed ex limo generantur, 81.

Anima. Ad ipsam pertinent magis proprie virtutes,quam ad corpus sanitas, 83. Virtus sanitas est animæ, vitium ægritudo,83. Anima quæ in bono deficit te debet dolore afficere,60.Hominis vitæ curis aggravati anima spiniferæ terræ similis est, 122. Condensæ silvæ, sunt animæ silvestres, in quibus peccatorum affectiones,ceu feræ latitant,122.Animæ quædam est abundantia dum omnigenis operibus repleta est. Quam primum quidem multo cum labore excoli oportet,tumque uberi cœtestium aquarum irrigatione saginari,128.Nihil tanti pretii in hoc sæculo quod possit cum anima ad Creatoris imaginem facta commutari,180. Fieri nequit ut anima et a peccato,et a Deo regatur,ideo imperandum affectibus,194.Philosophi quidam suas ipsorum animas,et canum,ejusdem speciei statuunt,cum aliquando et mulieres, et fructices, et pisces æquoreos fuisse doceant, 71. Vide *Baptisma*.

Anima pecorum nec corpore ipsorum vetustior est,nec post ejus dissolutionem permanet,71.Producit terra animam viventem, ut quid inter animam pecudis et hominis intersit discas,71. Anima brutorum terrenum est aliquid, 71.Quæ brutorum anima emersit,ea non erat in terra recondita : sed simul cum præcepto ortum habuit,82.Vide *Creatio*.

Animalium variæ proprietates,82.Quæ facilius capiuntur,sunt fecundiora;quæ ceteras vorant,infecundiora,85. Leæna vix unius leonis mater efficitur,qui lacerato unguium acie utero,prodit ;viperæ quoque eroso utero nascuntur, 85. Carnivoris animalibus acutos aptavit dentes Conditor : quæ vero dimidia ex parte dentibus armata sunt,ea multis et variis alimentorum receptaculis instruxit, 85.Ursæ, leonis, tigridis et breve est collum et humeris insitum : propterea quod illis herba alimentum non est, 85.

Animi commotiones. Vide *Veritatis contemplatio*.

Annus solaris, et lunaris quid, 58. Mense intercalari opus, ad accuratum tempestatum concursum, 58.

Anseres olim hostes Romanam arcem mox occupaturos, prodidere, 77.

Apes aculei ictu intereunt;miro artificio mellis cellulas exstruunt,74.Rex apum a natura in omnes obtinet principatum,aculeo non utitur ad ultionem,74.Apum communis habitatio,communis volatus,eadem omnium actio,74. Apis cui tamen nec manus, nec artes concessit natura, regibus largitur alimenti sui reliquias, 111. Vide *incerta*.

Aquam fluidam manere suspensam,nihil miri,cum terra per se suspensa, et tamen aqua gravior, eumdem aut etiam majorem pariat hæsitandi locum.9.Terræ fulcimentum si aqua statuatur, quæri potest quonam fulco ipsa incumbat?9.Aquam et terram suspensas tenet Conditoris potentia,10.Aqua supernatans causa fuit cur et invisibilis,et incomposita seu sterilis esset terra, 15. Naturalem aquarum ad declivia motum, ad Opificis imperium refert Scriptura, quia vox Dei naturæ est effectrix, 34. Nulla regio peræque plana,ac aquæ superficies,34. Aquis irrigua omnis terra,28.Aquarum copia ob eam quæ a calore efficitur consumptionem necessaria est,29.Quomodo intelligenda,Scripturæ loca in quibus aquæ dicuntur Deum laudare,31.Infinita fuit aquarum effusio, ita ut ipsas inter et cætera elementa, videatur fuisse proportio nulla, 26. Ratio redditur,27. Per aquas quidam dixerunt spiritales potestates bonas et malas significari, 31.Eas qaæ supra cœlos,bonas vocant ;quæ infra, malas:marisque nomine insignitas volunt,31. Aquæ aliæ quidem sua sponte fluunt, cujusmodi sunt fontanæ et fluviales;aliæ vero sunt collectitiæ et stabiles, 34. Aquarum motus dependet ex voce illa, *Congregentur aquæ*, 35. Ab eadem voce maris intra suos terminos circumscriptio dependet, 35. Quomodo jussæ sunt aquæ in unam concurrere collectionem,cum multa conspiciantur maria, 34. Non quaslibet aquarum coacervationes congregationis appellatio indicat,sed præcipuam et maximam, 36. Putei collectiones aquarum sunt manufactæ, 36. Quemadmodum in igne et aere,ita in aqua,licet parvæ sint congregationes, una tamen est congregatio, quæ totum a cæteris segregat elementum, 36. Aqua calidiore qualitate ex metallis in transitu accepta,fervida fit ut plurimum et ardens, 39. Præcepto Domini ne ea quidem aqua quæ in cœnosis locis,permanebat otiosa : nam certe ex ipsis ranæ et culices emergebant, 62. Cur aquæ jussæ sint producere reptilia animarum viventium, terra vero animam viventem, 70. In mundi procreatione agnoscimus aquam super cœlos, aquam rursus abyssi,et congregationes maris,117. Aquas qui continet, Dominus est,117. Verba hæc psal. XXVIII, 3, *Dominus super aquas*, possunt de sanctis accipi, quia aquæ sunt et ipsi sancti, 118. Cur dicat Psalmista, *congregans aquas maris sicut utrem*, non vero, *sicut in utre*, 136.In quibusdam exemplaribus legitur *in utre* : hæc verba referri possunt ad maris Rubri contractionem, 136. Vide *Mare*.

Aquatilia quædam pedes habent, ac gradiuntur, 63. Quod terrestribus aer,id aqua aquatilibus,63.In illis distensio et contractio branchiarum,quæ aquam suscipiunt et emittunt, munus ac vicem explent respirationis, 63. Animalium aquæ amantium latos ac membranaceos pedes effecit Deus, ut facile undis innatent, 78.

Aquila in educanda prole iniquissima est, 76. Vide *Volatile*.

Arborum varia genera, variæque earum proprietates, 46.Quarum prolixi rami, earum profundæ radices instar fundamenti, 46. Stirpium cultores eamdem specie arborem dividunt in marem ac feminam,quarum proprietates narrantur, 47. Idem narrant de ficis; unde alii ficos silvestres juxta hortenses conferunt, 47. Quarum arborum tener est fructus, in iis crassum est folii tegumentum : quarum vero fructus sunt firmiores, leve est foliorum tutamen, 47. Arbores aliæ nudationi obnoxiæ, aliæ semper virentes : quarum aliæ sensim frondes alternant,ut olea et pinus : aliæ semper retinent,ut palma, 49.Arbores et plantæ,etiamsi vivere dicantur,res tamen animatæ non sunt, 63.

Arcus dei qualis, 105.

Aristoteles, 214, 221.

Arius, ut aiunt, fidem ex vagis Patrum vocibus compositam Alexandro obtulerat, 212. Ariani colunt diabolum, non Dei Filium, 288.

Artes aliæ speculatrices, aliæ practicæ, aliæ effectrices;a diverso earum fine sic dictæ,7.Practicæ ab effectricibus differunt, quod practicæ in solo corporis motu consistant, quo cessante nihil subsistit : contra, in effectricibus, cessante etiam operatione opus remanet, 7.

Artificium in gratiam,sermonem decurtat Basilius, 22. Propter ipsam temporis partem Deo fenori datam,Deum artificibus prosperitatem largiturum pollicetur, 22.

Asini in audiendo subtilitas, 71.

Asphaltitis lacus in Judæa stagnum est salsum, 36.

Astronomiæ vanitas,quæ mundo eamdem ac Deo gloriam tribuit,4.Utiles tamen astrorum observationes esse testatur experientia,53. Hoc Christus comprobavit cum ait : *Tempestas erit, triste est enim rubens cœlum*,53.Ratio hujus exponitur,53. Virgæ illæ quæ iridis imitantur colorem, quid indicent,53.Astrorum observationes nautis, viatoribus, agricolis utiles, 53. Signa in sole et luna dissolutionem universi indicant, 54. Simplicem Scripturæ dictionem *sint in signa*, non de aeris affectionibus, sed de vitæ sorte perperam accipiunt Genethliaci. Vide *Genethliaci*.

Atomorum concursus, 3.

Audiendi subtilitatem qua præditus est asinus, nullum animal terrestre habere dicitur, 71.

Auditus divinus voce non indiget ad percipiendum, sed petita in cordis motu cognoscit, 200. Moyses nihil loquens a Domino audiebatur, 200.Novit Dominus sanguinem justi, et opera justorum audire, 200.

Aula Dei. Vide *Ecclesia*.

Aures Domini virtutes sunt spirituales, quæ preces excipiunt,154.Cum ait Psalmista de Deo, *Inclinavit aurem*, non aures tribuit Deo,sed suam ipsius quasi ægroti infirmitatem detegit, 200.

Auxilium ex summa tribulatione largitur Dominus iis qui ipsum inquirunt,192.Cum audieris quempiam magna minitantem, respice ad Dominum consilia gentium dissipantem, 138.

Avarus comparatur pisci qui piscem vorat, et hic fit præda alterius, qui ipse tandem hamo capitur, 65.Avari descriptio, 107. Vide *Fenus*.

Avenæ culmus geniculis non præcingitur, 42.

B

Babylone intercisa est flamma ignis voce Domini,quando in seipsa auram recepit, respirationem jucundissimam, refrigerationemque pueris suppeditans exhibensque, 120.

Balenæ, zygenæ, gladii, serræ, canes, etc., ad terrorem incutiendum creata sunt, 69.

Baptismi gratiam diluvium nominat Psalmista:adeo ut anima peccatis abluta et veteri homine expurgata, fiat deinceps idonea quæ in spiritu habitatio sit Dei, 123. Peccata non appropinquabunt ei,qui per aquam et spiritum baptisma remissionis delictorum receperit,123.Verba hæc Psalmistæ, *Vox Domini super aquas*,ad baptisma Christi, et institutum ab eo baptisma, in sensu mystico referunt, 117 et seq.Baptismus ex Domini traditione, fit in nomen Patris et Filii et Spiritus sancti,omni creatura exclusa, 276, 304. Baptisma sigilium fidei, fides est assensus Deitati : nam credere plus oportet,deinde baptismate obsignari, 276, 304. Spiritus sanctus nos renovat per lavacrum regenerationis, ac rursus imagines efficit Dei,303.Nova fit creatuaa tum cum Spiritus efficitur particeps, quo privata inveteraverat,303.Baptisma vitæ sine Spiritu conferri non potest, 310. Templa Dei et Filii et sancti Spiritus sunt sancti in quibus inhabitat una Deitas per unam baptismatis sanctificationem, 317.

Basilius sermones suos,et philosophorum de cœlo,cum pulchritudine castarum et meretricia comparat, 30. Sermonem interrumpit ut det locum meditationi, coctioni, et digestioni eorum quæ dicta sunt,32.Ut detur otium his qui victu comparando occupantur,et inde ad vespertinas sermonum epulas occurrant,32,matutinis atque vespertinis horis concionatur,22. Permistum sonum virorum, mulierum et infantium.per suas ad Deum precationes emitti testatur,39.Hunc consessum a malignis spiritibus,hæreticis dogmatibus perturbari non potuisse asserit, 39. Auditores suos comparat considentibus in stadio : seque ipsum his qui urbium insuetos,manu apprehensa circumducunt, 49. Tempus advesperascens,et corporis infirmitas ei silentium imponunt, 68. Orationem sistens, diem ad ea quæ desunt absolvenda exspectat, 69.Hortatur ut in mensa loco colloquii sint ea quæ matutina et vespertina oratione explicavit,eaque et per somnum repetant, 69 Silentii sui dum concionaretur rationem reddit, 71. Vespertinis horis de natatilibus disseruit: postera die de terrestribus : de volatilibus dicere oblitum se esse fatetur, 71. Illum jejunii dies impellit,ut auditores diutius matutinis horis detineat,79. Concionem protrahit, ne ad tesseras current auditores, 79. Detinet ut eos diutius a delictis amoveat,79 Finem tamen imponit matutino convivio, ne hebetiores sint ad vespertinas epulas, 79. Orationem suam cum pauperis convivatoris benevolentia comparat,80.Jamdudum sole ad occidentem demisso,concionem solvit, hortans ut dictorum memoria mensæ instruantur,88. Perfectiorem rerum propositarum inquisitionem in consequentibus promittit, 88. Ob vocem deficientem,consuetamque infirmitatem, orationi adhuc in procœmiis versanti finem imponit,97.De perfectione quæ bonis operibus acquiritur dicturum se pollicetur Deo dante, si modo non omnino ad silentium redigatur, 97. Resumit orationem in psal.xiv,quam pridie non potuerat complere, 107 Ægrotans comparat se matri quæ licet siccos lactis fontes habeat,mammam tamen porrigit,188. Concionem incipiens, Dei Ecclesiam salutat, 189. Laudat plebem quod a media nocte ad meridiem,dum adventus suus exspectaretur,Deum martyrum,in martyrum templo hymnos decantans placare perrexerit,199. Alteram Ecclesiam longe dissitam, per istud diei spatium, administrasse se dicit,199.Pauca disserit de psalmo quem ipsos canentes deprehenderat, 199. In numero et proprietatibus,differentiam; in Deitatis ratione unitatem profitetur, 231.Communes Scripturæ notiones suscipit; nec ad allegorias detorquet, 80. Vide *Eunomius*.

Beati quinam prædicandi,196. Quid per *beatum* intelligatur,92.Mulieres a beatitudine non exclusit Propheta. 92.Non dixit *abit*,sed *abiit*,quia is solus tuto beatus,qui vitam certo fine clauserit, 92. Cur Scriptura dicat, *Beati qui ambulant in lege*, non autem *qui ambulaverunt*, 93. Maxima virtutum mansuetudo; quapropter inter beatitudines annumeratur, 145. Vide *Electi*.

Beneficiorum remuneratio cur *antipelargosis* vocatur, 75. Vide *Canis*.

Bonis promissis fidem facit Deus per eas quas largitus est divitias, 50. Si temporaria talia sunt, qualia erunt æterna? si visibilia adeo pulchra, qualia censenda sunt invisibilia?50.Quemdam futuri sensum pecoribus concesit Deus, ut nos præsenti vitæ non simus addicti, sed ad futurum sæculum studium omne conferamus, 83. Homo terrenus bona esse existimat solas vitæ hujus prærogativas, 187.

Bonos aliter, aliter malos aspicit Deus, 139.

Bonum omnino perfectum, Deus ipse est,150.Qui prærogativas corporales in boni ordinem redigit,is reverendum et soli Deo convenieus nomen ad res viles et nullius momenti transfert,150.Beatum vere est quod per se bonum est. Divitiæ, sanitas, vitæ splendor sua ipsorum natura bonum non sunt, 92. Quod vere bonum est, id duntaxat ratione per fidem comprehendi potest,95.Multi bona, quando laboriosa et difficilia sunt, mala existimant; mala vero ob insitam sibi voluptatem, ut bona consectantur,122.Idem est natura et dilectum et bonum. Quapropter recte definierunt quidam bonum esse quod omnia expetunt,160. Verborum istorum Marc. x, 18. *Nemo bonus nisi solus Deus*,quis sensus, 291. Vide *Beati*.

Bos et ovis dimidia parte instruuntur dentibus, 64.

C

Cades, idem quod sanctificatio, 121.

Calamo lingua justi comparatur, 161.

Calceamentum Divinitatis, caro est Dei gestatrix, 192.

Calumniatores cum novimus, eorum linguas petulantes facilius effugimus, 209. Quæ latet improbitas, perniciosior est quam quæ promulgata, 209.

Camelus percussus, ira perdiu recondita, ubi occasionem nactus fuerit malum reddit. Huic similes sunt qui injuriarum memoriam ut virtutem colunt, 71. Longum est cameli collum, ut par sit pedibus, et herbam attingat, 85.

Cancer ut ostreæ carnibus vesci possit, ei apricanti calculum injicit, 65. Ejus industriam in victu comparando ita debemus imitari, ut a proximi noxa nobis temperemus, 65.

Canis sensum rationi haud imparem habere videtur, cum inter tria diverticula feræ indagat vestigium.84.Nihil amplius faciunt philosophi ex tribus propositionibus duas rejicientes, 84. Beneficii memor erga herum suum, ingratis in Deum viris pudorem incutit, 84. Canes dominis in deserto interfectis immortui fuisse, homicidarumque inquisitoribus viæ duces exstitisse narrantur, 84.

Canticum vox est concinna, modulate citra organi sonum emissa, 124. Cur psalmus XLIV, canticum dicatur, 160. Qui se ad anteriora extendens, semper seipso recentior fit, recentius canticum Deo canit, 133. Qui non in vetustate litteræ, sed in novitate spiritus Deum colit,is canticum novum cantat, 133.

Cantus in Ecclesia.Vide *Ecclesia*.Laudat Basilius plebem quod in martyrum templo, hymnos decantans ipsum exspectarit, 199. Cantationes meretriciæ, et tibiarum modulationes obscenitatem suadent, 33.

Carbones desolatorii supplicium sunt paratum iis quos non tangunt spiritales sagittæ, 164. Quicunque Deum deseruere, iis carbonum desolatoriorum apparatus necessarius, 164.

Carnis affectus, inimicitia adversus Deum est,124. In carnis cupiditatibus,ceu in luto peccatoris anima volutatur, 160. Carni tuæ ne obsequare. Quanto pinguius tibi corpus conficis,tanto graviorem carcerem animæ struis. Quid foves quod paulo post interiturum est, 130. Vigente,nimisque exæstuante sanguine,corpulentia occasio fit peccati, 130. Caro maceranda, nec parcendum sanguini qui in carnem coalescere solet, 130. Vide *Homo*.

Casia cortex est tenuissimus,bene olens,liguosum obtendens calamum, 166. Quid significet, 166. Verba hæc psal. XLIV, *Casia a vestimentis*, ad passionem Christi referri possunt, 166.

Caspium mare, 36.

Catulus privatus dentibus, per ossesse tuetur; quod sapientiæ Conditoris tribui debet, 84.

Cedrus a Scriptura modo laudatur,modo vituperatur, 119.Cedri Libani vocantur,qui e rebus terrestribus quasi aliena superbiunt altitudine, 119. Qui se contra Dei cognitionem efferunt, cedri Libani dicuntur, 119. Cedri Dei sunt ii qui antea quidem fuere steriles;sed ubi tegumentum subierunt Christi, illumque velut induerunt, per ipsius gratiam sterilitatem vitæ suæ contegunt, 119.

Cervus ita a natura comparatus est, ut nullam a serpentibus accipiat noxam,121. Viperæ esus vim ejus purgandi habere dicitur,121.Trahit oris sui respiratione venenata animalia latitantia, eaque vi spiritus sui e latibulis educit, 121. Cervo justus comparatur ob eam quam habet adversus prava repugnantiam,121.Cervo præsente, serpentum fugatur malitia omnis. Ad cornuum cervinorum suffitum virulenta animalia secedunt, 122.

Cete maximis montibus magnitudine similia, 66.Occupant id more quod ultra habitabiles plagas situm,insulis caret, estque innavigabile,66. Mare Atlanticum inhabitant, 68.

Chananæa regio, cujus metropolis Tyrus, idololatriam videtur immodicis studiis excoluisse, 168.

Charitas eos quos timor ad pietatem idoneus concinnavit, perficit, 137. Si quando ab uno aliquo divexantium nos opprimamur,a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu non secedamus, 141. Ad charitatis pervenire perfectionem, vereque dilectum cognoscere cujus sit, 160 et seq. Qui timet, adhuc in servi ordine est. Qui vero charitate perfectus est, jam ad filii dignitatem ascendit,148. Non cujusvis est dicere : *Dilexi*, sed ejus qui jam perfectus est, 199.

Chrismate vero caro Domini Spiritus sancti adventu inuncta est. Typicum chrisma typicos pontifices et reges adumbravit, 165.

Christiani si nominemur, satis nobis est ad omnes adversariorum evitandos insultus, 142. Per Christianismi simulationem, negationem deitatis Unigeniti introduxit veritatis inimicus, 207. Christianis solis Deum appellare convenit patrem Christi, 281.

Christus sol justitiæ quali pulchritudine præditus, si solis corruptioni obnoxii instiabilis aspectus, 50. Unicornis appellatus est tanquam qui unum habeat cornu,id est, unam cum Patre communem potentiam. 120.Splendor dicitur,ut conjunctionem ; figura substantiæ,ut consubstantialitatem ejus cum Patre perdiscamus,231.Quemadmodum vita est,et via, et panis, et vitis, et vera lux nominatur, sic et gladius partem animæ affectui inservientem dividens, et motus concupiscentiæ mortificans, 163.Fortitudinem in crucis certamine, contra eum qui imperium mortis habebat, ostendit, 172. Sanguis ejus pretium hominis est, 195. Unctus est præ consortibus suis, 165.Caro ipsius vero chrismate Spiritus sancti adventi inuncta est, 165. Calceamentum Divinitatis est caro Dei gestatrix, 192.

Ad humanitatem Christi recipit Psalmista cum ait psal. XLIV, 3, *Benedixit te Deus*, 162. Item vers. 8, cum ait, *Dilexisti justitiam*, 166. Vers. 9, *Myrrha et gutta*, ad ejus passionem spectat, 166.Ad hanc referri possunt verba hæc psal. XXXII, *Dissipat concilia gentium*, 138.Referri et possunt ad resurrectionem ejus, 138. Item ista psal. XLV, *Adjuvabit eam mane diluculo*, 174. Prout caput Ecclesiæ Christus, psal. XLIV, 13, vultus ejus appellatur, 168. Ipsum dilectum vocat Scriptura, 160. Genealogiam ejus ordine inverso a Joseph ad Adam perduxit Lucas, 227.Mansuetudinem factis ostendit Christus: quippe tacebat conviciis lacessitus ; flagris cæsus perferebat, etc., 164.Invenies ipsum operibus doctrinam prævertisse, si ad beatitudines redieris, 147.Christus dives cum esset, propterea quod omnia bona Patris, ipsius sunt,propter nos pauper factus est,ut nos illius paupertate ditesceremus,147.Christum inquirit,qui quærit pacem: quia ipse est pax nostra, 153.

Si redimere nos non potest homo, qui redemit nos homo nam est, 181. Ne hominem solum existimes Dominum nostrum, divinitatis potentiam ignorans.181.Verba hæc I Cor. XV,28, *Ipse Filium subjicietur*, de humanitate dicta, 288. Loci illius ad Philip. II, 9, *Dedit illi Deus nomen*, etc. quis sensus, 289. Verba hæc Matth. XXVIII, 19, *Data est mihi omnis potestas*, etc., de humanitate dicta, 289. Sicut et ista Joan. VI, 68, *Vivo propter Patrem*, 290. Ubi Christus dicit Joan. XV, 5, *Pater, glorifica Filium*, non accessionem petit gloriæ,sed ut dispensationis fiat manifestatio,292, Verba hæc Act. II, 36, *Eum et Dominum et Christum fecit Deus*, de eo dicta qui ex Maria secundum carnem natus est, 293.

Christus ex inferni carcere eductas animas rectis,id est angelis, pascendas tradidit. 186. Prædicit Propheta Domini ad inferos descensum ubi ait psal. LIX, *Deus redimet animam meam*, etc., 186. Deus caput est Christi, ut Pater.Christus caput est nostrum,ut factor, 291.Quo sensu Christus dicitur primogenitus omnis creaturæ,et mortuorum, 292. De Christi humanitate intelligenda verba ista Prov. VIII, 22, *Dominus creavit me*, etc., 293. Non duos dicimus : Deum seorsum,et hominem seorsum,sed cogitatione naturam cujusque consideramus,293.Cum dicitur Luc. II, *Natus est hodie*,etc., vox *hodie* de eo qui est ante sæcula accipi non potest, 293. Christus est Dei potentia et Dei sapientia,quæ secundum tropologiæ rationem manus creatrix est, 297. Christi corpus ex Spiritu sancto est, 298. Christi verborum Matth. XX, 23, *Non est meum dare*, etc., quis sensus, 295. Vide *Eunomius*, *Filius Dei*, *Generatio divina*, *Ingenitus*, *Imago*, *Incarnatio*, *Nomen et Psalmus*.

Chusi filius Jemeni appellatus, 98. An inscriptio VII psal. quæ appellat Chusi filium Jemini, contraria sit Regnorum historiæ, 97.

Cicadæ in meridie solito magis canoræ sunt,78.Ipsas pluvio tempore ex seipsa profert terra, 81.

Ciconiæ sub uno signo omnes accedunt,vel discedunt. Has stipant cornices nostrates,easque deducunt et nonnihil adversus hostiles aves præstant subsidii, 75. Ciconiæ genitorem præ senio laborantem enutriunt, pennis fovent et sublevant.Hinc beneficiorum remuneratio *antipelargosis* vocatur, 75.

Cicuta vescuntur sturni, nec eis nocet, 43.

Cilices, 210.

Cithara. In illa confiteri est corpore uti ad dissolvenvum peccatum,quod per corpus commissum,est, 132.

Civitas Dei quid,173. Fluvius qui Dei civitatem lætificat,Spiritus sanctus est, 173. Civitatem quidam definiunt stabilem congregationem secundum legem administratam,173.Definitio hæc cœlesti civitati convenit,173.Civitatis cœlestis ordinem perdiscere humanæ naturæ non est, 173.Beatitudinem civitatis illius quam lætificat Dei fluvius, cujus opifex Deus ipse, nullus excogitare potest, 173.Per tabernaculum suum Deus in medio fuit civitatis,

sive quæ sursum est, sive quæ infra. 173. Talem opem civitati Dei a Salvatore dandam, qualem præberet dux civitati obsessæ, ostendit Propheta dum ait psal. XLV, *Conturbatæ sunt gentes*, etc., 174.

Clamor justorum spiritalis est, 154.

Cochlearum purpura pratorum floribus præstantior, 68.

Cœlum alii ab æterno exsistere, alii ipsum esse Deum sine principio, et sine fine affirmarunt, 4. Moyses per cœlum et terram, ea quæ regione media continentur significavit, 8. Cœlum firmavit Deus quasi fumum : id est ex tenui, non crassa natura composuit, 8. Cum cœlestia corpora regionem extremam sursum versum obtineant: terrestria ad mediam, seu infimam detruduntur, 10. Cœlum alii ex quatuor elementis conflatum esse dixerunt : alii hac opinione rejecta, quamdam corporis naturam ad constituendum cœlum temere atque inconsulte introduxerunt, 10. Ex elementis non constat, quia quæ ex diversis constant, motum æquabilem non habent, 11. Cœlum in creatione perfectum licet, incompositum tamen, quia nondum astris decoratum, 12. Non solam formam cœli et terræ condidit Deus, sed ipsam substantiam cum forma conjunctam creavit, 14. An firmamentum sit aliud quid ab eo cœlo quod in principio factum fuerat, 23. Negant philosophi qui opifici ingenitam materiam subministrant, 23. Græcorum sapientes quidam cœlos et mundos aiunt esse infinitos, 24. Cœlum alterum esse ex eo constat, quod Paulus tertii aspectu dignatus sit, et Psalmista cœlos cœlorum nominet, 24. Antiquorum quorumdam opinio de cœli generatione, 24. Suam de cœli generatione sententiam aperit Basilius, 24. Cur Moyses benedicens tribui Joseph, ait : *A fructibus cœli*, etc., 30. Et cur maledicens Israel, ait : *Frit tibi cœlum æneum*, 30. Si quis cœlos contemplativas virtutes dicat, firmamentum vero potestates actuosas : solerter quidem loquitur, sed hunc sermonem verum esse non omnino concedendum est, 31. Cœlum juxta Isaiam in modum fornicis conflatum, 33. Cum dicitur in Genesi *Firmamentum cœli*, cœlum sumitur pro aere· οὐρανός enim dicitur ab ὁράσθαι, 77. Vide *Allegoriæ*. Vide *Elementa*.

Cogitationes. Vide *Cor*.

Cognitio sui. Mens peccata aliena intuens propria vix cognoscit, 87. Beatus qui intestinam suam plagam cognoscit, adeo ut ad medicum queat accedere, 126.

Cognitionem Dei qui desiderat, vacare ab affectibus debet, 175. Sicut intervalla magna obscuram reddunt visionem : ita qui se per opera Deo non conjungit, opera ejus videre nequit, 175. Rationalem creaturam excedit comprehensio Dei : soli Filio et Spiritui sancto notus Pater, 226.

Columbas fetor fugat, 148. Vide *Volatile*.

Columnæ Herculeæ, 28.

Conceptio. Vide *Virgines*.

Concilium Constantinopolitanum anni 360, 210. In hoc concilio, iidem ipsi accusatores, et judices, et carnifices; 210. Bithynos, Paphlagones, Cilices, etc., depasta est circumlata improbitas, 210.

Concilium Seleucienese, 209.

Conciones. Vide *Basilius*. Spiritus doctrina pro futuro sæculo thesaurus est, licet in præsenti secundum spem non succedant nostra studia, 22. Corporis præsentia nihil percipitur emolumenti, si cor in terreno thesauro comparando occupetur, 22. Sermo qui de Servatore habetur dæmonum os non decet, 132. Verbi ministri labia sunt Christi, 163.

Concupiscentiæ motus mortificat Christus, 163. Homo eo quod propriam non percepit dignitatem, sed carnis cupiditatibus succubuit, comparatus est jumentis insipientibus, 188.

Confessio pro gratiarum actione sumitur, cum ait Propheta : *Confitemini memoriæ sanctitatis ejus*. 127. Confiteri in cithara est corpore uti ad dissolvendum peccatum quod per corpus commissum est, 132.

Confusio, in qua æternum vivent peccatores, fortasse horrenda est magis, quam tenebræ et ignis æternus, 147.

Consilia impietatis si receperis in anima, dolo inimici, ne stes in peccato : si steteris, saltem ne permaneas, 96 Tria merito cavenda nobis proposuit Propheta cum ait : *Qui non abiit in consilio*, etc. Primum enim deliberamus, deinde deliberationem firmamus, postremo deliberatis insistimus, 93. Abire in consilio impiorum, est de Deo et ejus providentia dubitare, 94.

Constantinopolim occupat Eudoxius quidam ex Syriæ urbibus pulsus, 210.

Contemplatio. Ad contemplationem intelligibilium ut ascendatur, prius corporis actiones oportet emendari, 133.

Contraria. Ex his quæ sequuntur non semper eamdem inter se pugnam habent, 263.

Contritio cordis quid, 155.

Conversio. Qui de die in diem renovantur, utres novi: qui veterem hominem nondum exuerunt, utres veteres in Evangelio dicuntur, 137.

Cor pro principali animæ parte, multis in locis Scriptura accipit, renes pro concupiscente, 103. Cordis propositum actionum corporearum radix est : ideo mentis munditia primum inter beatitudines locum teneat necesse est, 94. Rectus corde is est, qui neque ad excessum, neque ad defectum vergit, sed ad medium virtutis dirigitur, 104 Cor obliquum lineæ obliquæ comparatur, quæ modo in convexum, modo in concavum diffringitur, 104. Cor Abrahæ examinatum est, cum jussus est Isaac pro holocausto offerre, 104. Non cujusvis donum acceptum est Deo ; sed ejus qui illud puro corde affert, 114. Deus hominum cor simplex finxit : nos multiplex effecimus 140. Quo animo, quo proposito agamus, solus novit, qui nostra omnia opera intelligit, 140.

Corallium in mari herba est, in aerem eductum fit lapis, 68.

Cornix jam volantes pullos comitatur, et enutrit, 76. Vide *Ciconiæ*.

Cornu a Scriptura sæpe pro gloria, sæpe pro virtute usurpatur, 120.

Corpus mathematicum in solis tribus dimensionibus consistit, 25. Firmum corpus illud est, in quo præter dimensiones durities etiam et nexus inest, 25. Corpus nostrum tabernaculum nobis est : exitus autem a tabernaculo discessus ab hac vita est, 114. Anima, corpus e terra formatum inhabitans, orbem inhabitare dicitur. 137. Structura corporis psalterium quidem est per metaphoram : ipsæ vero corporis actiones psalmus sunt, 124. Corporearum virium multitudo saluti spiritus obstat, 141. Corpore qui male utuntur, malam sibi mortem præparant, 158. A corporis affectibus secreta justi anima, vitam habet cum Christo absconditam in Deo, 100. Corporeæ voluptates plus molestiæ quam jucunditatis habent, 150. Paulo nihil defuit bonorum, licet in corporis molestiis semper vixerit, 150. Sæpe Scriptura varias corporis partes de interiore homine intelligit ut cum dicit : *Sapientis oculi in capite ejus*, 156. Ex consuetudine, humana corpora semper tabernacula appellantur, 184. Vide *Elementa*.

Coturnicum alimentum helleborus, 43.

Creatio. Alia ad ministerium hominum, alia ad contemplationem, alia ad terrorem incutiendum creata sunt, 69. Opificis miracula fluctibus crebris navigantes perturbantibus comparat Basilius, 69. Inter ea quæ Deus creavit, nihil est citra necessitatem, nihil deest necessariorum, 78. Creatio sæpe pro quadam in melius transmutatione dicitur, 138. Quo sensu dictum sit psal. 32, *Dixit et facta sunt : mandavit et creata sunt*, 138. Creat Deus vivi Verbi operatione, ac vivifici Spiritus communicatione. 304. Operatur Deus non ex seipso creaturas producens, sed efficaciter eis dans exsistentiam, 307. Apostolus ita Filii personam creatricem prædicat, ut ad Patris personam creationem reducat, 315. In mundi creatione Deum ad Filium et ad Spiritum sanctum locutum fuisse constat, 315.

Creatura. Nova fit creatura cum spiritus efficitur particeps, quo privata inveteraverat, 363. Sermo impius est *ille*, qui inveteratam quidem et corruptam creaturam opus Dei esse affirmat, eam vero quæ non amplius inveteratur, neque corrumpitur, a creatura innovari contendit, 303. Ne glorificetur creatura supra Deum, 303.

Creaturam quisquis colit præterito Creatore, non Deo, sed creaturis affert gloriam, 116. Qui ex creaturarum magnitudine auctorem contemplatur, magnificat Dominum, 145. Non carneis oculis Deum edocti, in ipsum credimus, sed vi mentis per visibilia invisibilem conspicimus, 134. Dei potentiam sapientiamque et artem, non substantiam ipsam indicant creaturæ, 269.

Creatus et genitus si idem sunt juxta Eunomium, cur Filium unicreatum non appellat? 256. Voci *genitus* vocem *creatus* conjunxit Eunomius, ut etiam hinc bullam Filium inter et creaturam diversitatem esse ostendat, 257. Vide *Eunomius*.

Cupiditatum tumultum confusionemque vitare possumus, si pax quæ intellectum omnem superat, custodierit corda nostra, 129. Homo eo quod propriam non percepit dignitatem, carnis cupiditatibus succubuit, 188. Vide *Caro*.

Curiositas circa incomprehensibilia vitanda, 9. Mala ac curiosa de Deo quæstio, incredulis morbus est animæ, 313. Non credis quod proprium habeat Filium Deus, et quæris quomodo genuerit? 313. Credere oportet, non vero incredula curiositate indagare quod est Deus, ne dicam quod non est, 313. Si de Deo interroges, *quomodo*:

ubi quoque et *quando* interrogaveris, 313. Quæris non ut fidem, sed ut infidelitatem invenias, 313. Vide *Fides*

Cygno collum pedibus longius tribuit Deus, ut escam in limo delitescentem extrahat, 78.

Cyzicum retulit Eunomius impietatis præmium, 210.

D

Dæmonis primogenitus partus peccatum, 50. Dæmones non Evangelistarum faciebant opus; clamabant tamen, *Novimus te quis sis*, etc., 69.

Darius Medus, 35.

Davidis charitas, 143.

Delphines et Phocæ catulos suos perterritos, in ventrem denuo admittere narrantur, 64.

Dentibus sola ex volucribus vespertilio utitur, 77.

Dei bonitas non æque sermone, ac ipso gustu exhibetur, 149. Vox hæc: *Venite, filii, audite me.* Item: *Venite, omnes qui laboratis*, paterna vox est expansis ulnis rebelles ad se invitantis, 175. Sua ipsius bonitate omnibus appropinquat Dominus: nos vero removemus nosmetipsos per peccatum, 155.

Dei essentiæ curiosa indagatione relicta, credendum nobis est simplici consilio Apostoli, qui dicit: *Nam primum credere oportet*, 226. Non investigatio qua perscrutamur quid sit Deus, sed confessio qua ipsum esse confitemur, salutem nobis conciliat, 227. Si quis secundum sensum magis obvium litteræ nudæ insistere contendat, ad Judaicas et aniles fabulas devolutus, omnino ejus de Deo notionis, quæ digna sit, inops consenescet, 226, etc. Nihil præcipui relinquunt Eunomiani Unigeniti cognitioni, aut Spiritus sancti, si essentiam Dei comprehendunt, 226. Essentia ipsa soli Unigenito, et Spiritui sancto cognitabilis: nos vero per ea quæ condita sunt conditorem intelligentes, sic bonitatem ac sapientiam ejus percipimus, 226. Abraham, Isaac et Jacob ne suum quidem nomen declaravit Deus, nedum quæ sit sua ipsius essentia revelarit, 225. Vide *Fides.* Vide *Eunomius.*

Dei justitia incomprehensibilis, 103. Dum scrutatur corda et renes Deus, suam ostendit justitiam, 104. Illam Dei miserationibus ubique conjungit Scriptura, 201. Cuilibet Deus ea mensura rependet, qua prior in hac vita actiones suas fuerit dimensus, 105. Reddet Deus unicuique juxta opera, 198. Sententiæ hujus si per omnem tuam vitam memineris, multa poteris vitare peccata, 198. Vide *Dei misericordia.*

Dei misericordia quid, 201. Quorumnam miseramur, 201. Non statim pœnam peccantibus infligit Deus: quia longanimis est, 105. Non statim minatur plagas et mortem: sed armorum vibrationem, ad instar eorum qui parati ad bellum tergunt arma, 105. Unicam salutis spem in Dei misericordia quis reponit, 141. Proprium affectum, mensuram fecit Propheta largitionis miserationum Dei, cum ait: *Fiat, Domine, misericordia*, etc., 142. Scriptura ubique Dei miserationibus justitiam conjungit, 20. Misericordiam ubi Deus ante judicii thronum constituit, tum singulos adducit ad judicium, 134. Neque misericordia sine judicio, neque judicium sine misericordia, 134. Ante judicium diligit misericordiam; post misericordiam venit ad judicium, 134. Misericordia cum judicio conjuncta est; ne aut misericordia sola mollitiem pariat, aut judicium solum afferat desperationem, 134. Diligit misericordiam in pœnitentibus, et in iis qui quæ olim facta sunt, evulgant citra pudorem: diligit judicium in obstinatis, 135. Ut bonus medicus, ferri usum adhibet, 135. In terra misericordia nobis opus est, in cœlis beati prædicamur, non miseri, 135. Si severe nobis pro meritis Deus rependeret, quis ex omnibus salvus fieret? 134.

Dei potentiam per operationes ejus percipimus, 226. Hæc continet terram et aquas suspensas, 10. Dominus constituit reges, ac destituit, 140. Infirmitas et imbecillitas sunt omnia simul mundana, si cum vera potentia comparentur, 140. Non nervus est qui arcum tendat Dei: sed puniendi potentia, modo intensa, modo remissa, 105. Vide *Creatio.*

Dei Sapientiam commendat solis calor neque excedens neque deficiens, 60. Item luna crescens et decrescens, 60. Unica herba in contemplatione industriæ divinæ, totam mentem nostram detinere potest, 42. Hortensia, silvestria, aquatica, terrestria augere debent admirationem, et amorem in Creatorem, 49. Sapientia conditoris cernitur in vitulo et catulo, 84. In minimis elucet Opificis sapientia, 134.

Dei oculum prospicientem habes quidquid egeris, sive in tenebris, sive in die, 140. Ubi nos Dominum respexerimus, fuerintque oculi nostri in ipsum intenti, tunc ad inspiciendos nos ipsius oculum attrahimus, 141. Aliter bonos, aliter malos aspicit, 138. Cum cordium fit opifex; opera nostra hoc est verba, cogitationes, motumque omnem intelligit, 140. Quo animo, quæ proposito agamus solus novit, qui omnia opera nostra intelligit, 140. Peccatores Dei a se oculos velut avertunt ob turpes, Deique oculis indignas actiones, 125. Sunt qui veluti sui ipsorum oblivionem Deo creant, 125. Avertere faciem suam dicitur Deus, tum cum afflictionis tempore tentationibus expositos relinquit, 129. Dormitantibus nobis et segniter agentibus dormire dicitur, indignos nos judicans provida sua in nos vigilantia, 125. Oculi Domini virtutes sunt spirituales, quæ nos inspiciunt, precesque excipiunt, 154.

Deos vocat Scriptura eos qui dii non sunt, 182. Verba psal. XVII, 32, *Quis Deus præter Dominum*, et similia non de Filio, sed de iis qui falso dicuntur dii intelligenda sunt, 295. Id ipsum clarius facit David cum ait: *Quis similis tibi in diis, Domine?* 295. Ubique majus quiddam de Deo intelliges, cave ad humanas delabaris similitudines, 304. Nec filius, nec generatio, nec spiritus appellatio, propria deitatis est: sed quiddam est humanæ similitudine adductum, 306. Si judicia Dei abyssus, quanto magis ipse? 312. Si oculus non vidit ea quæ præparavit Deus diligentibus se, quanto minus naturam Dei ipsius? 313. Credere oportet. Deum esse, non vero incredula curiositate indagare quod est, ne dicam quod non est, 313. Si de Deo interroges, *quomodo: ubi* quoque *et quando* interrogaveris, 313. Uterus, oculi, manus, etc., quomodo in Deo intelligenda, 316. Vide *Fides.*

Deus est perfectum omnino bonum, quo non minuentur quotquot exquirunt ipsum. 150. Quod vere bonum exsistit, et beatum, Deus est, 92. Deus est quod proprie amabile est, 199. Ad Dei notionem per singula minutissima animalia, aut etiam per minutissimas herbas incitamur, 62. Non licet magis ex cœlo et terra, quam ex nostra propria constitutione, Deum cognoscere, 87. Notio communis Deum esse, non quid sit nos admonet, 224. Quo sensu sanctum esse Dei nomen dicatur, 142. Deus non omnium Deus, sed eorum qui ei sunt charitate conjuncti, 126. Deum exaltat qui ad beatitudinem festinat. Qui contrariam viam capit, Deum quantum in se est deprimit, 125. Quæ ex humano affectu dicuntur de Deo, ea homimines faciunt; talem sibi Deum fingentes, qualem se quisque constituit, 125. Deus tibi sit unicum ex malis refugium, 171.

Diabolo per peccatum gloriam qui offerunt, timeant ne una cum ipso ignominiæ æternæ addicantur, 116. Ut Dominus est qui in bonis operibus gloria efficitur, ita in contrariis operibus inimicus, 116. Diabolo dat locum qui peccat, 132. Deceptos induxit ut ad se ceu custodem confugiant: quare duplex eis malum imminet: quippe aut per vim capiuntur, aux ex fraude pereunt, 170. Diaboli crimen arrogantia est, 225.

Diei et noctis definitio post solis generationem. Eorumdem descriptio ante solis generationem, 20. Diei ac noctis communis terminus, vespera dicitur: noctis cum die vicinitas mane vocatur, 20. Solet Scriptura in metiendo tempore non noctes, sed dies numerare, utpote præstantiores, 20. Unius diei spatium est 24 horarum, quibus cœlum ab eodem signo ad idem redit, 21. Cur dictum est: *Factum est mane dies unus*, non autem dictum est dies primus, 20, 21. Dies et nox ex quo creata sunt sibi invicem succedunt, tempusque æqualiter dividunt, 34. Dies hujus sæculi mali, 152. Sunt alii boni quos proponit Propheta, quorum lux sempiterna erit Deus, 152. Quos dies sol sensibilis peragit, ii caduci: nihil autem caducum potest esse conveniens donum corruptionis experti, 152. Vide *Sol.*

Digitus Dei in iis quæ a Mose et Domino facta sunt signis dictus est Spiritus, 298.

Dilectum dicit Scriptura, Patris Unigenitum, 160. Idem est natura dilectum et bonum, 160.

Divitiæ sua ipsorum natura non sunt bonum, 92. Quibusdam ad libidinem inservierunt; paupertas vero plurimos ad vitia propendentes repressit, 171. Qui coactas ex iniquitate divitias sufficiens sibi adjumentum ad robur et potentiam esse judicat, similis est ægroto, qui in morbi gravitate habitudinem bonam constituit, 197. Si undelibet et ex uberibus fontibus tibi affluant divitiæ, ne in earum copia acquiescas. Fluxa est divitiarum natura: torrente citius præterlabitur possessores, 198. Divitiarum instabilitas fluviis comparatur, 198. Ne iis sis animo deditus, sed earum famulatum tanquam instrumentum quoddam admitte, 198. Hodie hujus est ager, domus, aurum: cras alterius: postea alius, 198. Comprehensam manu aquam facilius possis continere, quam divitias tibi constanter servare, 198.

Divitibus hoc uno pauperes nos præstamus, curarum vacuitate, 110. Divites redarguuntur, eisque consilium datur, 112 et seq. Fidejussionem divitis accipit, qui Deum

sponsorem pro pauperibus non admittit, 113. Bene cum divite morienti actum fuerit si indumentum accipiat, si exiguam terram sortiatur, idque ob humanæ naturæ reverentiam, 187. Dives in sola opulentia Deo gratias agit. 187.

Dolores corporis opio consopiunt medici, 43. Dolores mortis proprie usurpantur ad significandos puerperii dolores, 200. Transfert quoque David dolores partus, ad ipsos mortis dolores, 201. Qui lethale peccatum admiserit, dicat : *Circumdederunt me dolores mortis*, 201.

Dolosus vulpi comparatur, ut Herodes : impudens cani, ut Nabal Carmelius, 159.

Dolus occultum est maleficium, in officiorum specie proximo illatum 153.

E

Ecclesia non adoratur, sed caput ejus Christus, 168. Verba hæc : *Astitit Regina*, etc., psal. XLIV, de Ecclesia dicuntur, quæ seipsam spiritualibus, variisque dogmatibus exornat, 167, 168, Per hæc ejusdem psal. *Audi, filia*, etc., hortatur Ecclesiam Propheta, ad audienda servandaque præcepta, illam appellans filiam, quasi eam sibi pro filia per charitatem adoptasset, 167 ; v. 18 *Memor ero nominis tui*, etc., de Ecclesiæ memoria dicitur, quæ est confessio populorum, 169. Aula Dei, cœlestis habitatio, seu Ecclesia Dei viventis potest intelligi, 117. Aula sancta Dei una est. Non igitur extra sanctam hanc aulam adorare oportet, 116. Intersunt multi in habitu quidem precationis, nec sunt tamen in aula Dei, ob mentis evagationem, 117. Qui ventrem, gloriam, argentum, aut quidvis aliud Deo præfert, is neque odorat Deum, neque est in aula sancta ejus, 117.

Echinum marinum parvum prorsus et aspernabile animal sæpenumero tranquillitatis et tempestatis navigatoribus monitor est, 67. Echinum a sua providentia non excludit Deus, 68.

Electrum succum esse probant festucæ, ac bestiolæ in ipso inclusæ, 48.

Electum, non vocatum beatum dicit Propheta ; quia multi vocati, pauci electi, 139. Salvus non fit quivis, sed reliquiæ solum ideo dicit Propheta : *Populus quem elegit*, 139. Non omnes indiscriminatim docturum se promisit Deus timorem Domini, 151. Non omnibus eloquia Dei scripta sunt, sed habentibus aures, secundum interiorem hominem, 159. Vide *Gratia*.

Eleemosynam . beriorem si largiamur, olivæ viriditatem ac fecunditatem æmulabimur, 46. Ubi pauperi Domini gratia dederis, idem et donum est et fenus, 112.

Elementa tria, aqua, aer et ignis in terra reperiuntur, ideo de eorum creatione silet Scriptura, 8. E quatuor elementis cœlum conflatum alii dixerunt, alii hac opinione rejecta, quintam quamdam corporis naturam ad constituendum cœlum temere atque inconsulte introduxerunt, 10. Quintam essentiam volunt esse æthereum corpus, quod neque sit ignis, neque aer, neque terra, neque aqua, nec quidquam ex simplicibus, 10. Elementorum in contraria distractio, ruinæ et dissolutionis causa exsistit, 11. Elementa, ignis, terra, aer, aqua inter se permiscentur, 26. Vicino elemento unumquodque commiscetur per communem qualitatem, et per eam quam cum alieni habet societatem contrario conjungitur, 38. Aquæ propria qualitas est frigiditas ; aeri vero, humiditas : igni autem caliditas, 37. Terra arida est et frigida : aqua vero humida et frigida : rursus aer calidus et humidus : ignis autem calidus et siccus, 38. Vide *Corpus*.

Elephantem trecentis et amplius annis vivere quidam referunt. Elephanti terrorem incutit exiguus mus, 86. Elephantis solers subtilisque descriptio, 85.

Elisæum ut malum convivatorem non aversabantur illi quibuscum vivebat : et tamen silvestribus oleribus excipiebat amicos, 80.

Emmanuel idem quod *Nobiscum Deus*, 174

Ephesiis cum scriberet Paulus, eos per excellentiam nominavit exsistentes, utpote qui ei qui est, vere essent per agnitionem conjuncti, 254.

Equorum cursus. Vide *Spectacula*. Pharaonis equum projecit Deus in mare. Sennacherib equites omnes dormitaverunt, 141. Israel, dum ei res in bellis ex animi sententia succederent, nunquam equestri potentia usus fuisse comperitur. Neque quisquam sanctorum privatim usum equorum velut convenientem admisit, 141. Lata per Moysem de regum officiis lex ita sancit : *Non multiplicabit sibi equitatum*, 141.

Eudoxius ex Syriæ urbibus pulsus, Constantinopolim occupat, 210.

Eunomius Galata, Aetii discipulus, blasphemiam in Unigenitum evulgat, 208. Utroque inter se impietate conjunctos, exemplo Phinees, uno ictu confixurum se sperat Basilius, 208. Rationem reddit cur licet silentii cultor, contra Eunomium scribendi munus in se receperit, 207. Se in hoc scribendi genere inexercitatum fatetur, 207. Confutationem hanc, velut morbi remedium, vel sanis oblaturum tutamen, aut certe seipsum qui cæteris optime consuluerit, mercedem ad plurum sperat, 208. Eunomius mendax, cavillator, blasphemus, 208. In speciem apologiæ ac defensionis doctrinam suam composuit Eunomius ne velut aggressor videretur dogmata impia proponere, sed coactus ad hos sermones devenire, 208 et 209. Varias Eunomii artes, multiplicesque rationes quibus a se novæ doctrinæ invidiam amoliri conabatur, subtiliter detegit acerrimeque diluit Basilius, 209, 210 et 211.

Eunomius fidem proponit ex vagis patrum vocibus compositam, quibus perperam utitur, 211. Fidei professio Eunomii eadem quæ Arii, 212. Cur eamdem proponat, 212. At ubi eam velut traditionem, et amussim proposuit, aliam quasi simpliciorem profert, 212. Patrum fidem quam ceu regulam proposuerat, corrigit, 213. Si doloso velamine suam non obumbrasset opinionem Eunomius, scripsisset : *Credimus ingeneratam esse essentiam Dei*, 212. Opinioni suæ velut hamo simplicitatem fidei ceu escam circumdat, 213. Verba hæc Eunomii, *iis qui videri cupiunt Christiani*, suggillat Basilius, 213. Fatetur Eunominus Deum juxta naturalem notionem neque a seipso, neque ab alio factum, 214. Hinc Basilius vanam viri loquacitatem irridet, quasi ejus qui solem lucidissimum esse stellarum ratione docere vellet, 214. Id quod facit, prius esse eo quod efficitur dixit Eunomius ; ut inde Filium ex non exstantibus esse colligeret, 214. Notat Basilius Eunomium verbis istis : *sequitur illum ingeneratio*, callide et hæretico sensu addidisse, *imo est ipsa substantia ingenita*, et in his secum adhuc pugnare, 215. Addidit hæc Eunomius, ut priore demonstrato, ostenderet Unigenitum secundum substantiam Patri dissimilem, 216. Negat ingenerationem secundum nostrum intelligendi modum in Deo considerari, ratus probaturum se hinc facili conatu, ingenerationem substantiam Dei esse, 216. Intelligentiæ inhæret tanquam nihil omnino significanti, seu in sola profatione existentiam habenti ; atque Deo indignum esse simulat, eum videlicet ideis et perceptionibus ornare ac cohonestare, 216. Negat Eunomius debitum solvi Deo, nisi ingenerationem substantiam esse confiteamur, 219. Ridiculam hanc opinionem, et ad novum dogma confirmandum inutilem esse, copiose demonstrat Basilius, 219 et 220. Eunomium interrogat, cur in sola ingeniti voce ita caute, in cæteris ita incaute se gerat, 220 et 221.

Eunomius aliquid de Deo secundum privationem dici ægre ferens, ingenitum dicit ipsam esse substantiam ingenitam, 223. Substantia Dei est ingenita, non autem *ingenitum* substantia est, 223.

Eunomius qui se Dei substantiam adinvenisse putat, ipsum etiam apostatam angelum fere jactantia superat, 224. Communis notio Deum esse, non quid sit, nos admonet, 224. Nihil præcipui relinquunt Eunomiani Unigeniti aut Spiritus sancti cognitioni, siquidem essentiam Dei comprehendunt, 224. Vide *Deus*.

Eunomius negat generationem admittere unquam posse Deum Patrem, adeo ut suam ipsius naturam cum genito communicet, 228. Quia dissimilem Deo ac Patri unigenitum Filium ac Deum vult ostendere, Patris et Filii nomen silentio præterit, ac simpliciter de ingenito et genito disserit. Veretur Basilius ne, dum Eunomii blasphemias ore repetit, mentem polluat suam, 229.

Eunomius in eodem artificii genere persistit, dum ait non esse comparationem ingeniti cum genito, ut quam his vocibus oppositionibus inesse ostenderit, eam in ipsam Patris et Filii substantiam transferat, 230. Nullam vult esse comparationem geniti cum genitore : et ut imaginis rationem hac unica voce tollit, ita splendorem ac characterem esse substantiæ negat, 230. Negat dicere se posse communem quidem ingenito et genito substantiam esse, ordine vero in tempore illum primum esse, hunc vero secundum, 230. Cum improbum sermonem vult attingere, nonnulla quæ ab omnibus conceduntur præmittit : ut propterea quod de iis recte sentit, in reliquis quoque sibi fidem paret, 233. Sic, ex eo quod Deus compositus non sit, negat filium ei esse consimilem, 234. Christi verbis : *Pater qui me misit major me est*, abutitur Eunonius, 233. Stolidos denique et ad impietatem audaces vocat eos, qui æqualem Patri Filium dicunt, 233 et 234. Iisdem offenditur quibus Judæi exacerbabantur, dicentes tunc : Æqualem seipsum facit Deo, 235 et 295. Patris appellatione operationem, non substantiam significari putat, 235 et 295.

Eunomius secum pugnat, cum Deum et majorem et incomparabilem dicit, 236. Ut Dei substantiam ab Unige-

niti substantia diversam ostenderet,illud *majus*,ceu comparative usurpatum pro substantiæ diversitate accepit; rursus, ut ad creaturæ æqualitatem Unigenitum detrudat, Patrem sancit incomparabilem, 237. Extollere se Deum et Patrem simulat, ut unigeniti Filii et Dei majestatem imminuat, 237.

Eunomius habere se simulat innumeras demonstrationes, quod Filius a sanctis *factura* appellatus sit, 241. Quemadmodum Patris substantiam per ingenerationem significari decernit,ita quoque substantiam Filii per generationem significari dicit,242.De substantia Filii verba facti quasi dicat Filium esse aliud quid præter ipsam, 246. Non aperte dicit genitum ex nihilo Filium,sed ejus substantiam cum non esset, genitam esse, 246. Non dicit eam ante sæcula, vel simpliciter non fuisse ; sed ante suam ipsius constitutionem non fuisse,246.Idem dicere posset de Patris substantia, 246.Filio hoc tribuit magni Eunomius, quod antiquior sit creaturis et ante ea quæ ipse fecit, 248. Impudentem blasphemiam circumvallat implicatione syllogismorum, quos acerrime confutat ac diluit Basilius,248. Eunomiani privationem principii decernunt idem esse atque æternitatem,et quoniam Filius non est ingenitus,ne æternum quidem profitentur, 253. Non existentem Filium genitum esse dicit Eunomius, 253. Qui ex nihilo ad esse creaturas produxit,253. Voci *genitus* vocem *creatus* conjunxit,ut nullam Filium inter et creaturam diversitatem esse ostenderet, 257. Quam reipsa concinnavit blasphemiam, hanc verbo obtegere, sermonisque impudentiam delinire cum vellet,non communem facere se duxit creaturis Unigenitum,261.Negat nominum communitate communem fieri substantiam,qui prius dixit,substantiæ diversitatem, diversitatem nominum sequi, 261. Quo sensu Filium quoque lucem esse confitetur Eunomius, 262. Lege etiam naturæ, substantiam Unigeniti a substantia Patris separatam esse dixit, 267.

Eunomius creaturam esse ait Spiritum sanctum,quam vocem illorum qui veritatem adorti sunt emittere nemo ausus fuerat,270. Quod hanc blasphemiam prius in Dominum evomuerit,non impietatis mitigatio est, sed condemnationis accessio,270.Ingeniti creaturam esse Filium dicit, Unigeniti vero, Paracletum, 270. Dupliciter blasphemat verbo unico,270.Si duo principia inter se adversa inducit, una cum Manichæo et Marcione conferendus, 271. Multorum opinione contempta, quæ Scripturæ sanctum glorificant,simulat tenere se sanctorum doctrinam deinde dicit a sanctis quidem se didicisse tertium esse ordine et dignitate Spiritum ; a seipso vero credere,natura quoque tertium esse,272. Qui vero sint sancti illi, et in quibus scriptis doctrinam hanc ediderint,dicere non potest, 272. Præmium impietatis Cyzicum retulit Eunomius, 210. Quoniam Spiritus, Filius nominatus non est eum creaturam dicit Eunomius,305.Quia Spiritus ex Deo processio non vocata est generatio,idcirco et hanc Spiritus ex Dei ore processionem tollit: et quia Filius non nominatur,ideo nec ipsum spiritum oris Dei esse credit, sed manuum Dei opus,306 Spiritum sanctum etiam una cum igne gehennæ collocat, 308.Cum non potest Spiritum non increatum intelligere, aut dicere,Deum ipsum ait Spiritum vocari, 309. Vide *Basilius*, *Factura*, *Filius*, *Ingenitum*, *Spiritus sanctus*, *Unigenitus*.

In Euxinum Pontum per Propontidem simul influunt pisces ascensus tempore, 66. Cur aqua maris aquilonaris et Ponti sit dulcior, 67.

Evangelii prædicatio in contemptibilibus dictiunculis vim multam habet persuadendi,162.Matthæus ab humana Christi generatione exorsus est ; Marcus, a prædicatione Joannis ; Lucas,a corporalibus initiis ; Joannes,a Verbi generatione, 250 et seq. Vide *Traditio*.

Eventus rerum alii sunt a natura, alii a casu, alii in nostro arbitrio positi sunt, 16.

Exquirere amplius quiddam significat quam quærere quemadmodum etiam perscrutatio plus dicit quam scutatio, 146.

Exsultationis vox Scripturæ familiaris est, per quam hilarem ac lætum animæ statum in iis quæ lætitia digni sunt ostendit, 131.

F

Facere. Vide *Factura*.

Facturam a sanctis Filium appellari simulat Eunomius 241. Locum illum Act. I, 36,*Christum fecit Deus* explicat Basilius,239 et 240,Totum non fuerit,voce *fecit* immutata universorum factorem facturam dicere. In creaturis quidem reperimus a verbo, *fecit*, desumptam fuisse facturæ appellationem ; in Filio autem Dei non item, 239. Variis nominibus, in quibus non multum videtur inesse laudis, iis qui nominum significationem non assequuntur,Dominum gloriæ appellare non erubescit Scriptura ; at *facturam* nusquam omnino nominavit,239.Facturam factorem omnium appellare aggreditur Eunomius,240.Factura et genitura inter se non differunt, 241. Eunomius, eorum qui corpoream generationem intelligunt,suscepta cura, eos quibus facturæ appellatio offensioni est, negligit, 242.Non in opificem credidimus et in facturam,sed in Patrem et Filium per baptismi gratiam obsignati sumus. 258. Quod fit,non ex substantia facientis est ; quod vero generatur, ex ipsa substantia generatis est ; non ergo idem est facere et generare, 280. Creatura aut factura non est Filii substantia, 284 et 286. Filius cum sit sapientia et sanctificatio, factura non est, 294.

Fatum. Vide *Providentia*.

Feni herbam et florem cum conspexeris, Isaiæ memineris, qui dicit : *Omnis caro ut fenum*, etc., 41. Recte humanam gloriam cum debilissimo flore comparat Propheta, 42.

Fenus τόκος dicitur ob ingentem mali fecunditatem, aut forte ob dolores ac molestias quas animis eorum qui fenore acceperunt, solet creare. 111.Ut puerperium parturæ, ita dies indicta debitori instat, 111.Fenus viperis coparatur, quæ ventrem matris corrodunt, 111. Peccatum hoc plurimis Scripturæ locis vituperantur,107.Ezechiel id in maximis malis recenset,si fenus et quidquam ultra sortem recipiatur, 107.Maxima est inhumanitas illum quidem qui necessarium indiget, mutuum ad vitæ subsidium quærere ; hunc vero sorte contentum non esse sed sibi ex pauperis calamitate provintus opesque colligere,107. Avarus spe fenoris implacabilis stat ad preces indigentis, ac per perjurium velut inhumanitatis quæstum acquirit, 107. Utriusque copiosa eleganque descriptio,107.Qui mutuum quærit, cum fenori,cui solvendo non est,obnoxium se præstitit,voluntariam quoad vivet,recepit servitutem, 108. Venit subsidium inventurus, sed hostem reperit; remedium dum requireret, in venenum incidit, 108. Fenerator medico similis est qui cum ægroto sanitatem restituere deberet, e contrario ei, vel exiguas virium reliquas adimeret, 108.Accessionem majorem facit peccatis. quam opibus,108. Indigens dum respicit ad paupertatem,de solutione desperat,dum ad præsentem miseriam,fenore pecuniam sumit, 108. Argento accepto,statim hilaris est ; ast sensim diffluente pecunia, eum vitæ tædet propter fenus,108. Miserrimæ debitorum conditionis παθητικὴ descriptio,108 et 110.Usura mendacii principium est, occasio ingrati animi,perfidiæque et perjurii,109.Rationes quibus ducuntur pauperes ad pecuniam fenore sumendam,expendunturet refelluntur,109.Comparantur piscibus qui una cum esca hamum vorant, 110. Si locuples es, nihil tibi fenore opus est ; si nihil habes, non pendes usuras.110. Paupertas ignominiam nullam affert.Quid nobis opprobria ex ære alieno paramus ? 110. Debitor utique et paper est, et curis multis conficitur, 110. Feneratorum pecuniæ comparantur leporibus,quos aiunt simul et parere et nutrire et superfetare, 110. Eædem et adnascentes pariunt,et veteres renovantur, 111. Omnia tibi tolerabiliora sint quam argentum fenore sumere. Loca operam tuam lucri gratia,ministra, etc., 111. Qui se muliebribus voluptatibus mancipant,ii sunt qui ad fenus confugiunt, 111. Qui fenus fenore commutant, hydropicis et cholera laborantibus comparantur, 112. Si qui fenore facti sunt divites, plures ad laqueos pervenerunt, 112. Basilius vidisse se testatur ingenuos pueros, ob patris debita, in foro vendi,112.Nemini patris paupertas data est crimini; cave ingenuitatem filiis fenore auferas, 112. Si quis pauperi Domini gratia dat, hoc ipsum et donum est et fenus, 112. Argentum si pauper fenore sumit, non ditescit, sed libertate spoliatur, 109. Habes suppellectilem ? Vende : præter libertatem amitti omnia patiare, 109. Si solvendo non es, argentum fenore sumens, malum malo curas, 109. Alia sunt verba argentum fenore sumentis, alia cum fenus ab eo exigitur, 109. Si fenerator sit amicus, ejus amittis amicitiam ; si inimicus, adversario ac malevolo fis subditus, 109. Feneratoris hinc crudelitas, obærati hominis illinc acerba conditio describuntur, 109. Quod datur ad usuram, et danti et accipienti male cedit, 109. Agricola spica accepta semen rursus sub radice non scrutatur ; fenerator vero et fructus habet et sortem non relinquit, 109.

Ficos silvestres alii juxta hortenses censerunt ; alii vero grossos caprifici domesticis ficis alligantes, ipsorum medentur infirmitati,jamque diffluentem ac evanescentem fructum grossis caprifici continent, 47.Vide *Arbor*.

Fidei simplicitas plus habeat roboris,quam quæ ex ratione petuntur demonstrationes, 10. Qui per se debitis est, et tamen in se retinet fidem, per propriam fidem ad salutem præparatur ; qui vero liberandus est, pretium

Col. 12 B 10. διατείναντες.
B 10. ἐκδήσαντες ἀπ' αὐτῶν τῶν ἄκρων μετεώρους.
B 11. ὑπὲρ τοῦ πελάγους.
B 12. τοῖς δελεάσμασι τούτοις καὶ τὰ ἄγκιστρα.
C 3. ἀνωφερὴς οὖσα διὰ τὴν κουφότητα τοῦ ἐνειλημμένου ἔσωθεν πνεύματος, πάλιν ἀνθέλκει.
C 5. μαιμάσσει.
C 5. διερευνᾶται καὶ παρὰ πελάγη πελαγῶν, ἀμείβει καὶ πολὺν πόνον ὑφίσταται ἄπρακτον καὶ τελευταῖον τῷ βραχεῖ τούτῳ ἀγκίστρῳ.
C 9. καὶ τῷ λιμῷ.
C 10. μετὰ τῶν ἀσκῶν φερόμενον καὶ θήραμα καθίσταται τῷ ἁλιευτῇ.
C 10. τῷ μικρῷ τὸ ὑπερμέγεθες.
D 4. ζύγαιναι.
D 5. φῶκαι pro βόες.
D 5. τῶν κητῶν καὶ εἴδη καὶ ὀνόματα.
D 9. ποιεῖ τὴν γῆν οὔ τὴν ὁρμὴν πολλοῦ γε καὶ δέει τις ὑπομεῖναι, οὐδὲν γὰρ, οὐδὲ τῶν ἀλόγων καὶ μεγίστων.
D 12. ὥστε καὶ ἀντιστῆναι.
D 13. ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτον τὸν ἀνύποιστον τὸν φοβερὸν, ἐν μικρῷ ζώγρῳ πολλάκις κατακεκλεισμένον ὁρᾶς, τίς οὖν ὁ καθείρξας.
Col. 24 A 2. τῷ μεγάλῳ θηρίῳ.
A 2. ἐπινοήσας, καὶ τῇ ἀραιότητι.
A 4. θηρίω deest.
A 5. ἄσθματι, καὶ διὰ τῆς ἐλευθερίου ἀναπνοῆς, τὴν ἀσφάλειαν αὐτοῦ προδιοικησάμενος, οὐχὶ ἄνθρωπος, οὐχὶ ὁ αὐτὸς καταπαίζει καὶ τῆς παρδάλεως, ὅταν ὑπερτείνῃ.
A 11. κατεγέλασεν, οὐχὶ καὶ τῶν λοιπῶν θηρίων τὰ ἀγριώτατα καὶ δυσκαταγωνιστότερα, παίγνια ταῖς οἰκείαις ἐπινοίαις ποιεῖ; οὐ περιουσίᾳ διανοίας πάντων κρατεῖ, συμπερίπτηται δὲ ὅμως τοῖς πετεινοῖς, τῷ λογισμῷ χρώμενος, ὅσα καὶ πτεροῖς· οὐδὲν γὰρ κατέχει τὴν τοῦ ἀνθρώπου διάνοιαν.
B 2. ὑπὲρ γῆν.
B 6 ὄρνεον καὶ καταγελῶν.
B 11. καὶ τῶν φύλλων, ἀποκρύψαντα τοῦ ἰξοῦ.
B 12. καὶ ἀποπλανήσαντα τὸ ὅμμα τοῦ ὀρνέου, καὶ οὕτω τῇ μικρᾷ προσψαύσει καὶ κατασχέσει, κρατήσαντα τὸ ἀεροπολοῦν, καὶ τὸ δι' αἰθέρος πρώην φερόμενον πτηνὸν δέσμιον ἰξῷ ἀποκομίζοντα.
C. 13. ἤγαγε τοῦ ἀνθρώπου θεὸς, καὶ τήν κτίσιν ἐπλήρωσε.
C 15. τῆς τούτων δεσποτείας.
D 8. τί οὖν ἐστιν ἄνθρωπος ὁρισώμεθα καὶ ἡμεῖς ἐξ ὧν ἀνέγνωμεν.
Col 25 A 1. λόγῳ τούτῳ, πρὸς τέλειον ὅρον τοῦ ὑποκειμένου. οἱ πολλὰ προσταλαιπωρήσαντες τῇ ἀναλήψει.
A 2. ἐπισκεψάσθωσαν.
A 13. αὐξάνῃ γὰρ καὶ συ ὡς καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα καὶ ἀπὸ μικροῦ.
B 13. ἐκβολὴν, οἱ μὲν γὰρ ἀπεφύησαν, οἱ δὲ ὑπεφύησαν.
C 3. τεσσαρεσκαιδεκαετοῦς, καὶ ἐξῆς ἀνὴρ, ἐνταῦθα οἱ ὅροι τῆς αὐξήσεως.
C 4. αὐξάνεσθε οὖν, οὐκ εἰσάπαν· οὐ γὰρ ἐὰν γένῃ.
C 6. ἀλλὰ τοῦτο τὸ αὐξάνεσθε, μέχρι τινός· οὐ γὰρ ἄμετρα τὰ τῆς αὐξήσεως· αὐξάνεσθε, ἓν ῥῆμα σοφῶς λεχθὲν, προνοητικῶς οἰκονομεῖται, κατὰ γὰρ τὴν πρώτην σύστασιν.
C 10. ἀλλ' οὐ τὸ μετὰ ταῦτα ὡς νεώτερον.
D 2. δὶς τοσοῦτος.
Col 28. A 11. ἐγένετο δὲ ἐξ ἀρχῆς, τοῦτο αὐτῇ ἐνδόσιμον, ἀπὸ ῥήματος καὶ προστάγματος δεσποτικοῦ, καὶ τὸ τότε ἅπαξ ῥηθὲν, διὰ πάσης ἀεὶ τῆς κτίσεως καὶ μέχρι τέλους χωρεῖ.
B 10. ἀλλὰ κυρίως τὸ χρήσιμον αὐτῆς ἐκλεξάμενοι, τὸ ὅσον ἄχρηστον καὶ ἀσυντελὲς εἰς δίαιταν ἀποπεμψώμεθα.
C 6. τὸν σῖτον ὠνησάμενος.
C 8. ἀπορρίπτεις ἀναλεγόμενος ἐκεῖθεν καὶ εἶτι ἄλλο ἐπιμέμικται τῷ σίτῳ ἀνεπιτήδειον πρὸς τροφήν.
A D 2. καὶ τετραπόδων ἀνειμένη νομήν.
Col. 29 A 7. μὴ ἄλλως ἡ βουλὴ καὶ ἄλλως τὸ ποίημα μὴ μεταμέλεια.
B 5. ἰδιοσήμαντα.
B 9. ἠτόνησε τυχὸν ὁ ποιῶν·
Col. 32 A 4. μηδὲν προλαβών.
A 14. εὐθὺς εἴχομεν.
B 10. καὶ μηδὲν οἴκοθεν πρὸς τὸ κάλλος.
B 14. αὐτὰ δὲ δι' ἑαυτὰ τὰ χρώματα.
C 13. παρ' ὅλην ζωήν.
Col. 33 A 5. τοιοῦτος καὶ σὺ γένῃ.
B 1. ἐχέτω μὲν, φησὶν, ἐν αὐτῇ.
B 4. εἰ ἐποίησε καὶ καθ' ὁμοίωσιν.
B 8. ἵνα σὺ σεαυτόν.
B 10. γενώμεθα.
C 2. οἰκειώσεως. In margine, γρ. ὁμοιώσεως.
C 4. ἐπὶ τὸ καλούμενον.
D 5. ἐνέφηνεν. ἵνα οὖν μὴ ἀμαθῶς.
D 6. ἀμαθῶς τις ἢ καὶ κακούργως τῇ τοῦ ἀνθρώ-
B που προσηγορίᾳ τὸν ἄνδρα μόνον ὑπολάβῃ δηλοῦσθαι, προσέθηκε παρευθὺς, ἄρσεν καὶ θῆλυ.
D 9. τότε κατ' εἰκόνα θεοῦ γεγενῆσθαι καὶ τὸ καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ γενήσεσθαι, ὥσπερ καὶ ὁ ἀνήρ.
D 10. ἐπλάσθησαν, καὶ ὁμότιμοι καὶ ἴσαι.
Col. 36 A 4. εὔτονον ἐν καρτερίαις.
A 12. καὶ σωτήριον.
B 8. ὡς πρὸς ἕνα, τοὺς ἀμφοτέρους ποιούμεθα τὴν διάλεξιν, καὶ εἰς τὸ καθ' ὁμοίωσιν, ὅλῃ σπουδῇ προτρεπόμεθα, τοῦτο δὲ περιέσται σοι.
B 13. ἐπακολουθεῖ.
C 11. δυσημερώτερον.
C 12. χαλεπώτερος; ὁ δὲ πλεονέκτης καὶ ἅρπαξ, οὐ λύκος αὐτόχρημα; ποῖον θηρῶν οὐκ ἔνδον.
D 5. διὰ τοῦ πάθους.
Col. 37 A 8. ἀλλὰ σύ μοι φύλαττε.
A 9. ἄρχε παθῶν.
B 7. οὕτως ἡ διὰ τῶν ζώων.
B 10. εἶσω τῆς οἰκείας, δημοσίᾳ.
C 12. διανοίας, ἱκανοὺς ὑμῖδ θησαυρούς.
C D 5. Ἀμήν. Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς ὁ θεὸς καὶ εἶπεν, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. Ὁ μὲν σοφὸς Σολομών.
D 8. ἐν πειθοῖ.
D 9. ἀνθρωπίνοις λόγοις.
D 12. Ἐγὼ δὲ ματαίως ἄρα κατ' ἐμαυτὸν ἐσκόπουν, ἅ τε εἶχον ἐν τῇ ἐμαυτοῦ διανοίᾳ, καὶ ἃ παρὰ τῆς Γραφῆς δεδιδαγμένος ἤμην περὶ τοῦ ἀνθρώπου. ἐλογιζόμην γὰρ ὅτι πῶς μέγας ὁ ἄνθρωπος, τὸ ἐπίκηρον ζῶον.
Col. 39 A 6. περὶ οὗ καὶ τῇ Γραφῇ λέλεκται, Κύριε, τί ἐστιν;
A 8. καταφρονεῖ τούτου ὡς ἐτελοῦς ζώου, ἢ ὡς παροιμία.
A 12. ὅτι ὁ θεός.
A 15. εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὴν φύσιν μόνον ἀποβλέψεις, ἐξ ἧς γεγένηται, τὸ μηδὲν σοὶ φανεῖται καὶ τοῦ μηδενὸς ἄξιος. εἰ δὲ πρὸς τὴν τιμήν.
D B 7. ὑπερτέτατται λόγῳ μόνῳ παραχθείς, ἀστέρες καὶ ἥλιος.
B 8. καὶ πάντα ὅσα ὀφθαλμῷ τε θεωροῦμεν, καὶ νῷ καταλαμβάνομεν.
C 1. ὡς γενηθήτω στερέωμα deest.
C 2. ἀλλὰ πλεῖόν τι ἐν τούτῳ καθορᾶται ὑπὲρ φῶς.
C 6. ἰδίᾳ χειρὶ καταξιοῖ διαπλάσαι.
C 7. οὐχ ἡ γῆ ἡμᾶς αὐτομάτως ὥσπερ τοὺς τέττιγας, οὐ λειτουργοῖς τισι καὶ διακονηταῖς ἐχρήσατο πρὸς τὸ ποίημα, ἀλλ' ἰδίᾳ χειρί.
C 11. ὅταν μὲν οὖν πρὸς τὸ ληφθέν.
D 5. καὶ ἔλαβεν ὁ θεός. ἀλλὰ πῶς; ἐκεῖ μὲν ἐν τοῖς κατόπιν.
D 8. ὡς μήπω μηδὲν περὶ ἀνθρώπου τάχα δεδιδαγμένων ἡμῶν, λέγει γάρ.
D 11. τὸν ἄνθρωπον, ἤδη τινὲς ἔφασαν.
Col. 14 A 3. ὅπου μὲν γὰρ ἡ τοῦ τελείου ἀνφρώπου ποίησις εἴρηται, καὶ ὅτι κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, τὸ ἐποίησε γέγραπται, ὅπου δὲ λοιπὸν περὶ τῆς σωματικῆς.

Col. 41 A 4. ἔπλασεν. In margine: διαφορὰ ποιήσεως πλάσεως, καὶ ἡ χρῆσις ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ. A

A 13. πρῶτον τοίνυν εἰπὼν περὶ ψυχῆς ὑποστάσεως.

B 2. παραδίδοται.

B 3. (καὶ deest) ἐποίησεν.

B 4. τῆς ποιήσεως. Ἐλογίζετο ἂν ὡς τὰ κτήνη ὡς τὰ θηρία.

B 7. ὡς χόρτος.

B 7. ἵνα οὖν φύγῃς τὴν πρὸς τὰ ἀλογώτερα.

B 10. ἔλαβεν οὖν ὁ θεὸς.

B 14. ἡ κατασκευάστρά σε.

B 15. τὸ οὖν παρὰ θεοῦ πλασθὲν μὴ μιανθήτω ὑπὸ πονηρίας μὴ ἀλλοιωθήτω διὰ κακίας· μὴ ἐκπέσῃς βίᾳ.

D 7. τελείωσιν καὶ τὸν ἀπαρτισμόν.

D 8. ἡμῖν δὲ τοῖς λογικοῖς.

Col. 44 A 2. καὶ τὰ προγενόμενα μὲν κατόπιν ἀφιέναι, τὰ λείποντα δὲ τῆς εὐσεβείας ταῦτα ὅση δύναμις ἐπικητεῖν.

A 4. ὁ Ἰσαάκ.

B 4. ἡμῖν εἰς ὑπηρεσίαν.

B 5. χειρ... ἔργων deest.

B 7. ἐσ' ἃ προσήκει, πάλιν ἡ τῶν μελῶν ἡμῶν.

B 10. πληρώσατε τὴν γῆν. In margine: θαυμάσιον εἰς τὸ πληρώσατε τὴν γῆν· γῆν γὰρ τὴν σάρκα φησὶν, ἐπεὶ καὶ ἀπὸ τῆς γῆς· ἤκουσε γὰρ ὅτι γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν πορεύσῃ.

B 10. κοιναὶ μὲν γὰρ τυχὸν καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις αἱ τοιαῦται φωναὶ, ἰδιάζουσαι.

B 13. ἐκεῖνα μὲν γὰρ σωματικῶς αὔξει.

C 7. τὰ ἑρπετὰ deest.

C 8. τούτου ἕνεκεν.

C 9. φησὶν deest.

D 8. Καὶ μὴν εἴποι τις· ὁρῶμεν ἀρτίως τὰ πλείονα.

D 9. τρέφεσθαι.

Col. 45 A 4. τοὺς δεδομένους αὐτῷ.

A 10. αἱμοβόρος ὁ λέων.

A 13. παρὰ θεοῦ.

A 15. διεχείριζεν· ἀκμαία γάρ.

B 1. οὔπω γὰρ ἐπιτήδευσις ἀνθρώπων, οὔτε θηρία διέσπα.

B 2. οὔπω γὰρ ἦν αἱμοβόρα.

B 4. ἀλλὰ πάντες τὰ κύκλῳ διῃτῶντο.

B 7. ἄγρωστιν ἐσθίοντας.

B 11. (καὶ deest) χόρτον.

B 12. ἐπιβουλεύοντα. Ὁποῖα γὰρ μέλλει. Εἶναι ἀποκατάστασις, τοιαύτη πάντως ἦν καὶ ἡ πρώτη.

B 14. ἐπὶ τὴν παλαιὰν αὐτοῦ καὶ πρώτην κατάστασιν.

C 4. ἐπιστρέφει.

C 5. τὸν ἐλεύθερον, τὸν ἀγγέλοις σύντροφον, τὸν οἰκεῖον θεῷ. ταῦτα δὲ εἴρηται ἡμῖν οὐκ ἐπειδὴ τὸν ἄνθρωπον ἀποκλείειν θέλομεν τῆς συγκεχωρημένης παρὰ θεοῦ χρήσεως τῶν βρωμάτων.

C 13. ἡμῖν ὕστερον ἡ τῆς ἁμαρτίας.

D 2. τροφᾶς.

D 4. τῷ κάλλει ἐκείνου.

D 9. ὑπὸ χαλεπῆς ἀῤῥωστίας μὴ δυνάμενοι. D

D 9. τῆς συνήθους τῶν βρωμάτων ἀπολαύσεως.

Col. 48 A 1. ὀσφραντοῖς καὶ τοιούτοις τισὶ παρὰ τῶν ἰατρῶν δεξιώμασι τὰς παρηγορίας λαμβάνουσιν. ἐπειδὴ γάρ.

3. (εἰς ἀπόλαυσιν deest) ἐκπεπτώκασι.

A 5. τὴν θεραπείαν.

A 6. ἀλλὰ καὶ νῦν οἱ βουλόμενοι κατὰ μίμησιν τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ ζωῆς ἄγειν ἑαυτοὺς, φεύγωμεν ὁλοσχερῶς ταύτην.

A 8. ἐπ' ἐκεῖνον δὲ τὸν πρότερον βίον, καθόσον ἐστὶ δυνατὸν ἀναγώμεθα.

A 11. χρώμενοι πρὸς ἀρκοῦσαν διατροφήν.

B 3. καὶ τὴν τοιαύτην.

B 4. ἀντὶ μεγάλου τινὸς κατορθώματος.

B 6. καὶ πολλά.

B 7. καὶ ὅτι τέλειος.

B 8. καὶ ὅσα ἄλλα περί.

B 12. γεννᾷ ἄλλον ἀφ' ἑαυτοῦ.

C 2. ὅτι καὶ παρ' ἡμῖν ὁ τούτων θησαυρὸς ἐναπόκειται.

C 5. ἐκ τῆς τοῦ κόσμου ταῦτα εἶναι.

C 13. εὐκαταφρόνητα, τοὺς μὲν τοιούτους λόγους σιωπῇ παραδραμωμεν· τοῖς δὲ μετὰ χεῖρα καὶ ὠφελιμωτέροις ἐμφιλοχωρήσωμεν, ἅμα δὲ, καὶ οὐδὲ τῷ κοινῷ καὶ ἰδίῳ λαῷ εὐλῆπτος ἡ τῶν τεχνικῶν.

D 2. ἐκδεχομένη.

D 8. καὶ ὁ ἐνιαυτὸς δὲ ὁ ἕβδομος παρ' ἐκείνοις.

Col. 49 A 1. ἐργᾶσθαι.

A 5. αἰχμαλωσία, ὡσαύτως ἔστιν ἰδεῖν καὶ τὰ ἡμέτερα ἑπτάκις.

A 8. καὶ ἡμεῖς.

A 8. ἕβδομος ἀπὸ γενέσεως, οὐκ εἶδε θάνατον μυστήριον τοῦτο.

A 9. Ἀδὰμ, Ἐνὼχ deest.

B 5. ἀλλ' εἶπε μὲν ὡς ἤδει ὁ μαθητὴς, ὑπερέβαλε δὲ τῷ πλούτῳ ὁ δεσπότης.

B 8. ὀκτάκις. Εἶτα ἐπήγαγεν ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, οὐκ εἰς ἄλλον μετέπεσε τῇ αὐξήσει ἀριθμὸν, οὐκ εἶπεν ἑκατοντάκις ἑκατὸν. B

D 12. ἀρχαῖός ἐστι τὴν ἑβδομάδα.

C 5. παραλύσει.

C 6. ἑπτά. Ὁμοίως οὖν κἀνταῦθα, ἄφεσις παρὰ Πέτρῳ ἑβδόμῃ, ἀναλογοῦσα τῇ ἐκδικήσει τοῦ Κάϊν, καὶ συγχώρησις παρὰ Κυρίου ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, ὡς ἡ κατάκρισις τοῦ Λάμεχ ὅσον τὸ παράπτωμα.

Col. 52 A 2. ἑπτάκις τιμηθήσεται.

A 4. παραφαίεει τὰ μέλλοντα, τότε δέ.

B 3. τῆς ὀγδόης, τῆς συντελείας.

B 11. πάντες ὁμοίως ἐναγώνιοι.

C 8. τοῦ Κυρίου ἐπιφάνεια.

C 15. οἱ δίκαιοι, ἐπὶ τὰ ἄνω πρὸς οὐρανὸν, ὀχήματα γὰρ αὐτοῖς.

D 1. καὶ προπομπὴ αὐτῶν τὰ νοερὰ πνεύματα.

D 4. πεπεδημένοι καὶ αὐτοκατάκριτοι ὑπὸ τῆς πονηρᾶς συνειδήσεως.

D 7. διασχηματίζει.

D 9. τούτου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὐδὰ τὰ παρακολουθοῦντα. C

D 11. νεωτερικαί. Γάμων μεκέται, παιδοποιΐας ἐλπίδες, πραγμάτων ἢ χρημάτων φροντὶς οὐδεμία.

Col. 53 A 4. τοῖς ἐπηρμένοις.

B 2. τὴν συμπλήρωσιν.

B 4. περὶ τούτου αὐτοῦ.

C 14. διέρισί σε τῷ λόγῳ.

C 15. καὶ ἐτίμησεν, ἐπὶ τὸ εὐφημότερον καὶ ἐντιμότεροτ, μεταγαγών σου τὴν γένεσιν, ἄνθρωποι γάρ.

Col. 56 A 3. διηνεκὴς σύνεσις καὶ ἐπίγνωσις.

A 15. καὶ τοῦ μηδενὸς ἀξίους.

B 12. τῶν οἰκετῶν deest.

C 4. ἐπιδεικνύμενοι.

C 1. καὶ τοῖς ἀσπασμοῖς.

C 6. ὑψηλῇ τῇ φωνῇ.

D 12. ἀλλ' αὐτά.

Col. 57 A 6· καταλεπτόν,

A 6. ἠκριβωμένως.

A 9. τωόντι.

A 11. ἀποσεμνύνοντες. D

A 14. αἱ τεχνολογίαι τῶν ἰατρῶν deest.

A 15. ἡ περὶ τῆς τῶν μελῶν.

B 2. ἡ περὶ πλήθους πολυσαρκίας.

B 3. συνεισέρχονται.

B 5. περιέρχονται.

B 7. ἔπλασε γάρ σε ὁ θεὸς.

C 11. εἰς τὸ παρὰ φύσιν.

C 12. ἀλλὰ τὰ οὐράνια.

C 14. οὕτω σοι καὶ τὸ σῶμα.

D 3. βλέπεις.

D 3. καὶ τὸν ἐν τούτῳ θεόν.

D 4· τὴν κτηνώδη καὶ γηΐνην μεταδιώκῃς.

D 6. ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.

D 12. κατήγαγεν.

D 13. συρομένους.

Col. 60 A 9. ἀπὸ ἑνὸς τούτου προεχόμενον,

B 1. μεταοραχύ.

B 7. ἐξαρχῆς.

184. Mala ac curiosa de Deo quæstio morbus est animæ et maxime, si id fiat animo incredulo, 313. Ex quibus utilitatem capiunt qui fide sani sunt, ea iis nocent qui circa quæstiones inutilesque disputationum pugnas infirmantur, 313. Dum Scripturas quæ variis modis exponuntur, unico sensu accipiunt hæretici, labuntur quod duci se recte non sinant, 313.

Halcyon avis marina est. Hæc depositis in ipsa arena ovis, secundum ipsa littora fetificare solet, 75. Qui dies, halcyonei a nautis vocantur, 76.

Helleborus coturnicum alimentum, inveteratas ægritudines exstirpat, 43.

Herinaceus spiramina gemina lustro suo struit, quibus se a ventis tueatur, 82.

Herodes, 159.

Hirundinibus quæ nec ambulare, nec venari possunt, volatus terræ vicinus, pedum explet officium, 72. Earum industria in construendo nido, pullorumque oculos expunctos sanando, 75.

Hominum animas ubique vitibus comparat Dominus, 45. In quo sita sit ista similitudo, 45. Quæ plantis accidunt, ea comperias modo haud dispari juventuti hominum, ac senectuti accidere, 46. Hominis ambiguos mores myricæ comparat Jeremias, 49. Pecorum caput in terram pronum est ac respicit ad ventrem; ad cœlum erectum est tuum ; oculi tui superna intuentur, 81. Si ventri et iis quæ sub ventre servieris, comparatus es jumentis insipientibus, 81. Ut conformatus es, ita dispone vitam tuam ; conversatio tua sit in cœlis, 81.

Hominum vita in virtutem, et in vitium divisa est, 95. Infirmitas sunt omnia simul mundana, si cum vera potentia comparentur, 140. Auxilio multo opus est homini omni, ob insitam ei natura infirmitatem, 170. Verba hæc Job, XXXIII, 6, *e luto formatus es*, etc., eamdem esse omnium essentiam significant, 241. Homo paulo inferior angelis dignitate est, ob suam cum terrestri corpori conjunctionem, 184. Magna res homo; solus ad imaginem conditoris factus, cui principatus et potestas in omnia animalia concessa est, 184. Magis cœlo, magis sole, magis stellis honoratus, ex eo quod ad Conditoris imaginem conditus sit, 185. Quod Conditori similis fieri neglexit, cupiditatem carnis servus effectus, jumentis similis factus est, 185. Dementiæ planæ belluinæ cumulus est, hominem nec dignitatem suam, nec dispensata pro se mysteria intelligere, 185. Comparatur homo equo, lupo, vulpi, 185. Primæ tuæ originis si memor non es, ex persoluto pro te pretio dignitatem tuam agnosce, 185. Homo eo quod propriam non percepit dignitatem, carnis cupiditatibus succubuit, 188. Vide *Caro*, *Cupiditas*.

Hospites duros cornicum in ciconias officium redarguit, 75. Ossifragam aiunt, pullum æquilæ e nido expulsum suscipere, unaque cum suis educere, 76.

Humilitatis utilitas. 193. Sinceræ humilitatis proprii characteres, 193. Qui secundum spiritum humiles sunt, sese omnium faciunt postremas, ut primi in regno cœlorum fiant, 155. Est quidem humilis is qui in peccato ambulat, at laudabilis non est illius humilitas, 155. Peccatum omnium maxime humilem reddit. Sic Amnon vim Thamar inferens, dicitur humiliasse illam, 155. Vide *Superbia*.

Hyrcanum mare, 36.

I

Idithum erat sacrorum psalmorum cantor, 193.

Ignis qui omnia consumit, in lapidibus unde exsilit, et in ferro citra detrimentum delitescit, 8. Omnium opportunissimum elementum est, 27. Ejusdem utilitas, 27. In judicio ignis natura dividetur; et justis quidem in fruitionem ; adustionis vero acerbitas puniendis destinabitur, 52 et 121. Intercisa est ignis flamma Babylone voce Domini, quando in seipsa auram recepit, refrigerationem pueris suppeditans exhibensque, 120. Multo admirabilius est ignis naturam intercidi, quam mare Rubrum in partes dividi, 120.

Ignorantiam nemo prætexat ; insita est nobis naturalis ratio quæ bona nobis vindicanda esse, noxia vero fugienda submonet, 67. Innumera, non solum ex iis quæ nobis in futuro sæculo recondentur latent nos; sed neque ea quæ in nostro corpore insunt, clare ac evidenter comprehendimus, 277. Ipsos mentis motus creare an generare soleat anima, quis certo dicat? 277. In nocte sumus nos per hoc ignorantiæ tempus, 174.

Imago Dei invisibilis quid, 251. Per imaginem exemplar cognoscitur, 229. Filius imago est Dei invisibilis : imago non inanimata, neque manu elaborata ; sed imago viva, imo ipsa per se vita, 230. Qua ratione sit imago, splendor, sapientia, potentia ei justitia Dei, 252. Imago *Dei est Christus*, imago vero Filii, Spiritus; et qui hujus *sunt participes, Filii conformes* efficiuntur, 302. Vide *Christus, Eunomius et non Filius*.

Impietas proprie dicitur admissum in Deum peccatum, 94. Impii nomen non scribitur in libro viventium, sed in terra permanet, 184.

Impudens cani comparatur, 159.

Incantationibus lunam propria sede emoveri, et ad terram accedere quidam fabulantur, 61.

Incarnationis Domini gratiam prævidens Propheta dicit, psal. LXI. *Ab ipso salutare meum*, 194. Verba Amos IV, 13, *Qui formal tonitruum, et creat spiritum*, fortasse sunt prophetia quæ ad Domini incarnationem spectat, 278 ; psal. XXXIII, 19, *Prope est Dominus*, etc. Domini in carne adventum prænuntiat, appropinquantem jam, et non procul distantem, 153. Cœli ac terræ conformatio, et si quid supra mundum, non tam Dei Verbi commendat potentiam, quam incarnationis dispensatio, 163. Matutinam lucem inducit Deus per proprium exortum et adventum, 174. Non sine Verbo Spiritum ad formandum infantem Jesum accessisse suspicamur, 311.

Indignatio et ira in quo differant, 127.

Indivisibile et simplex quæ eadem sunt inter se significatione, quasi diversa sint subjecto, separat Eunomius, 223.

Indus fluvius omnium maximus, 27.

Infantes prorsus et parvuli a Domino custodiuntur, 202.

Infectorum nullus hactenus est imitatus auream lanam quam pinnæ nutriunt, 68.

Inferni descriptio, 151. Supplicium omnium gravissimum, probrum et dedecus sempiternum, 151. Timeamus ne gloriam et exsultationem diabolo per peccatum afferentes, una cum ipso ignominiæ æternæ abdicamur, 116.

Ingeneratio si substantia esset, Christus non dixisset *Pater*, sed *ingenitus major me est*, 235. Dicitur Deus lucem habitare, ac lucem indui : verum nusquam dicit Scriptura ipsum in sua ingeneratione inhabitare, 265. Vide *Eunomius*.

Ingeniti vox, primum impietatis hæreticorum elementum, non invenitur in Scriptura, 215. Vox *Patris*, et notionem Filii præfert, et idem valet quod vox *Ingeniti*, 215. Non magis Ingenitus, quam Pater appellandus : cum Salvator non dixerit : *Baptizate in nomine* Ingeniti, sed, *in nomine* Patris, 215. Ingeniti nobis notio accedit non in scrutatione quid sit Deus, sed quomodo sit, 227, 228. In iis quæ de Deo habentur sermonibus vox *ingenitus* non quid sit, sed eum ab alio non esse significat, 227, 228. Sicut in hominibus origo ex aliquo, non est eorum essentia : ita nec in Deo ingenitum, quod idem est atque ex nullo esse, ejus essentiam dicere possumus, 227, 228. Vocis ingeniti notio est, non habere aliunde exsistendi principium, 227, 228. Ingenitus neque definitio, neque proprium Dei est. Ingenitum si quis concederet dici de solo Deo, non continuo, si quid etiam Deus est, hoc ipsum est ingenitum, 286. Deus nusquam in Scripturis *ingenitus* appellatur, 281. Vox *ingenitus* exsistendi est modus, non substantiæ nomen, 283. Nomen ingeniti nec Deus sibi ascripsit, nec ullus sanctorum dixit, 284. Ingenitum si dicunt Deum, eo quod genitus non est, non quid sit substantia ejus dicunt, sed quid non sit, 284. Ingenitum et genitum substantia divisa non sunt : sed totum genitum ex toto ingenito perfecte duo, non duæ partes ex adquo uno, 285. Ingenitus et genitus non sunt substantiæ, sed nomina, 285. Substantia et ingenitus idem non sunt, 285. Deus non quod ingenitus sit, sed quod causa sit omnium, omnibus major est, 285. Qui dicit ingenitum Deum, non protinus quid Dei substantia sit ostendit, 312. Variæ vocis ingeniti acceptiones, 312, Vide *Eunomius, Filius, et Pater*.

Injuriarum memores, similes camelo percusso, qui ira recondita, occasionem nactus, malum reddit, 71.

Insecta, ut apes et vespæ, pulmone carent, sed tota omnino aere nutriuntur, 78. Oleo madefacta pereunt : aceto perfusa reviviscunt, 78. Insecta sic appellarunt, quod quasdam undique incisuras præ se ferant, 78.

Insipientem a stulto cogitatione licet distinguere, 182. Insipiens dici potest is qui more vivit gentium : stultus vero is qui more Judaico vitam degit, 183. Quosnam insipientes vocet consuetudo, 182. Horum domus sepulcra sunt in æternum, 183. Stultus dum loquitur, non os aperit verbo Dei, sed sepulcrum habet apertum, suum scilicet guttur, 184.

Invisibiles res ante visibiles exsistere cœperunt, 6. Invisibile dicitur vel quod oculis carnis conspici nequit, vel quod corporis interjectu occultatur, 13.

Ira et indignatio in quo differat. Hæc judicio medici comparatur, qui incisionem necessariam judicat : illa, ipsæmet incisioni, 127.

Israeli maledicens Moyses. ait : *Erit tibi cœlum æneum*, 30.

Ister per Europam fluens, in Pontum effunditur, 28.

J

Jacob, 191. Scalæ quam vidit comparari potest pietatis exercitatio, 93. Fraterna ejus charitas examinata est, cum fratris insidiis peteretur, 104. Qui visus est ei idem angelus, et Deus nominatur, 254.

Jacobus apostolus, 164.

Jejunio corporali ad exhilarandas animas utendum est, 79. Quid prodest corpore jejunare, animam vero malis refertam esse, 79.

Jemeni, si interpreteris, *filium dexteræ* significat, 98.

Jerusalem cœlestis spolium non est pugnantium : sed mansuetorum hæreditas proponitur, 145.

Job c. XXXIII, 6, *E luto formatus es*, etc. eamdem esse omnium essentiam significant, 241. Ista v 4. *Spiritus Domini qui fecit me*, non de creatione, sed de humanæ virtutis perfectione dicta, 275. Ærumnæ Job lætitia non affecerunt adversarium, 126. Ipsum omnibus privavit Deus,ut in omnibus gratus ejus in Deum animus innotesceret, 187.

Josephi renes expensi fuerunt, cum voluptati turpissimæ honestatem pudicitiæ prætulit,104. Cur Moyses benedicens tribui Joseph ait : *A fructibus cœli*, etc.,30,191.

Judæi qui repellunt nos velut a scriptis alienos, per eadem scripta pudore afficiuntur, 191. Cum dixit Deus: *Faciamus hominem*, angelis loqui Deum commenti sunt 87.Ne unum suscipiant, innumeros inducunt ; et Filium reprobantes famulis attribuunt dignitatem consilii, et conservos nostros efficiunt creationis nostræ dominos, 88.Cum dixit Deus : *Faciamus hominem*,erudit Judæum. Cum subdit, *et fecit*, errorem gentilium excludit,88. Judæi Deum ad seipsum loqui inepte affirmant,cum dicit: *Fiat lux*, 87.Judæi eo quod Christus se Deum habere Patrem diceret, eum Deo æqualem esse colligebant, 235. A Judæis et gentilibus absque fide in Christum,per quem a cognitionem accessus fiat, Deum magnificari dixerit nemo, 237. Aliter Judæum,aliter Scytham judicabit Dominus, 102. Vide *Fides* et *Gentiles*.

Judas qua de re filius perditionis appellatus, 98.

Judicare aliquando pro probare a Scriptura accipitur, aliquando vero pro *condemnare*, 101.

Judicia Dei abyssi sunt,137.Apud justum judicem vel ob id solum quod quis officium suum sibi faciendum proposuerit, constituta merces est, 13. Satis fuerit homini si audeat dicere, venit princeps mundi hujus, et in me habebit pauca, et parva, 99. Multis Scripturæ locis, de judicio impersus est sermo, utpote necessarius iis qui per Christum in Deum credunt. 101. Quo sensu intelligenda sint illa : Dominum cum omni carne judicium subiturum, 101. Exponitur locus Matth. XII, 42,*Regina austri surget in judicio*, 101. Quotquot terrestre hoc corpus recepere,pari modo a justo judice judicandi non sunt,quod quæ forinsecus unicuique nostrum accidunt,utpote longe diversa, uniuscujusque judicium varium efficiunt, 102. Subjiciuntur varia ad rem illustrandam exempla, 102. Aliter Judæum, aliter Scytham judicabit Dominus, 102. In judicis examine omnis erroris experti, tam actiones quam cogitationes nostræ expenduntur, 104. Qui hic gloriam et honorem Domino per bona opera affert, is sibi gloriam et honorem ex justa judicis remuneratione congerit, 114. Beatis qui in die justi judicii Dei ausus fuerit illam examinis lucem subire, ac reversus fuerit non pudibundus, 147.Paucorum est accedere ad veram lucem, et post occulterum revelationem, facie non confusa abire, 147. Ad peccatum impelli te cum videris, Christi tribunal cogita,151. Ejusdem et inferni descriptio 151. Apertus Domini ad judicium adventus, vultus ejus dicitur, 154. Dei strenui athletæ prope finem vitæ constituti a sæculi principe examinantur, ut si reperiantur aut vulnera ex certaminibus, aut aliquas maculas, aut peccati vestigia retinuisse, detineantur : sin autem inveniantur invulnerati,a Christo in requiem transferantur, 99. Diem judicii diem malam vocat Propheta psal. XLVIII, 6, 179. Nullus tunc alius accusator tui sistetur, quam ipsa facta cum sua quæque forma adstantia, 179. Quo sensu dicatur Matth. XXIV, 36 : *Diem illam nemo novit*, 289. Tempus obticuit judicii Christus, propterea quod non expediret hominibus audire, 290.

Justi anima ab affectibus corporis secreta,vitam habet cum Christo absconditam in Deo, 100. Sanctorum gloria in cœlo est, terrenorum vero et secundum carnem viventium gloria, in pulvere demorari dicitur, 100. Justus assimilatur cervo, ad cujus vel cornuum suffitum,virulenta animelia secedunt,122. Gloria justi, spiritus qui in ipso est,131. Si quando tuo cordi lux quædam quasi illapsa, repentinam Dei cognitionem indiderit, atque animam tuam illustraverit, adeo ut Deum diligas, mundum vero contemnas, ex obscura illa et brevi similitudine omnem justorum statum intellige, 131. Velut locus justorum est Dominus capax,in quo qui est,eum exsultare necesse est. Fit etiam justus locus Domino, cum illum in se recipit, 132. Tota justi vita in afflictionibus posita est, 146. Justorum clamor est spiritalis, 154. Si videris justos in morbis, plagis,inopia,memor fueris quod multæ sint tribulationes justorum, 156.Qui dicit justo non convenire tribulationes, nihil aliud dicit nisi athletæ non congruere adversarium, 156. Qui in delictis vivunt,odio habent justum. 157. Justi lingua calamo comparatur,161. Scriba est Spiritus sanctus qui tabulis cordis cogitationes inscribit, 161. Est justo verum auxilium Deus, 171. Gloriandi occasionem ex tribulationibus desumit, 172.

Justitiæ perfectæ fines captu difficiles Justitia angelorum humanam longe superat, et si qua est virtus angelis superior, est et justitia, 102. Justitia Dei incomprehensibilis, 103. Justitiam facienti robur confert Deus, corroborato pacem tribuit, quæ est mentis firmitas, et benedictionum perfectissima, 123. Nobis, si volumus, difficile non est amorem justitiæ, et iniquitatis odium suscipere, 166.

L

Labor. Quod labore partum est,cum gaudio suscipitur ad conservatur : contra, quæ facie comparantur, ea cum contemptu possidentur, 23. Apis cui nec est ars, nec manus, regibus largitur alimenti sui reliquias, 111. Qui in hoc sæculo laboravit, vivet in finem ; qui non laboravit nec vivet in futuro, 181. Eos qui laborant Dominus oneratos dicit,quia portant manipulos fructibus plenos, 182.

Lacus in malam partem,putens in bonam solet accipi in Scriptura, 106. Sæpe lacus in Scriptura dicuntur subterraneæ fossæ, ad vinctorum custodiam 126.

Lætitia quæ in Deo est, nobis sufficere debet, 131.

Laudatio Dei distortis cordibus non convenit; nec sermo qui de Servatore habetur, dæmonum os decet, 132. Pythonem increpat Paulus, ut ne ab impuro sanctus commendetur, 132. Regula distorto ligno non convenit neque recta Dei laudatio, cordi non recto, 132. Quomodo semper laus Dei (ut ait Propheta) in ore hominum esse possit ? 144. Dei cogitatio semel impressa, laus Dei appellari potest, 144. Potest vir probus omnia agere ad Dei gloriam, ita ut omnis actio vim laudis obtineat, 144. Si nemo dicere valet Dominum Jesum nisi in Spiritu sancto quis proferet laudem absque spiritu recto ? 132.

Laudem vere non merentur mediæ artes, 144. Si quis ob corporis elegantiam,aut parentum claritudinem laudatur non in Domino laudatur anima ipsius, 144 et 145.

Leæna vix unius leonis mater efficitur, qui lacerato unguium acie utero prodit, 85.

Lebes spei Moab, hoc est, lavacri, vel securitatis,192.

Lepus marinus celerem interitum offert, 69. Leporibus quos aiunt simul et parere, et nutrire, et superfetare, feneratorum pecuniæ comparantur. 110.

Lex naturæ docet quid faciendum,aut non faciendum proximo : quippe nosti quod tibi vis, aut non vis fieri, 83. Sicut natura novimus morbum odisse : ita et anima a malo declinat non edocta, 83. Naturaliter unumquodque animal salutis comparandæ rationem cognovit, 83. Nihil novi monet Paulus : sed naturæ vincula constringit 84. Despectio legum contumelia est legislatori, 116. Depascebat mors ab Adam ad Moysen donec venit verus pastor, 186. Israel ut servus præceptis spiritus dicitur: Christianorum Ecclesia per charitatem sanctificata adoptatur, 309.

Libanus idololatriæ locus , ideo qui se contra Dei cognitionem efferunt, cedri Libani dicuntur, 119.

Liber. In libro viventium impii nomen non scribitur sed in terra permanet, 184.

Libertate captivi indigent : debiles salute : hac re differunt qui liberantur ab iis qui salvantur, 99. Qui liberandus est, pretium redemptionis aliud exspectat, 99.

Liberum arbitrium quo quæ in vita seligenda scernimus, stateram nominavit Psalmista, 197. Ipso ceu charactere insignitur virtus omnis, paupertas maxime,147. Nihil coactum laudabile, 201. Nobis si volumus, difficile non est amorem justitiæ et iniquitatis odium suscipere 166. Anima per peccatum ea quam a Creatore acceperat libertate est privata, 180.

Lingua armorum loco inservit iniquitati,153. Vita nostra referta est linguæ delictis,153.Primum præceptum, prohibere linguam a malo, 152.Peccatum quod per linguam admittitur,omnium familiarissimum, multiplicemque formam habet, 152. Ut os loquatur sapientiam,cor prius prudentiam meditetur necesse est, 178.

Locustæ castrametanti, terramque depascenti remedium est, avis insaturabilis Seleucis, 78.

Lolium et quæ zizania vocat Scriptura, non ex frumenti commutatione proveniunt, 44.

Lucas genealogiam Christi ordine inverso a Joseph ad Adam perduxit, 227.

Salutare quid sit, 194. Scripturæ mos est, ut Christum Dei salutare appellet, 194.

Sancti. De sanctis accipi possunt verba hæc psal. XXVIII, 3, *Dominus super aquas ;* quia aquæ sunt ipsi sancti, 118. Sancti comparantur cervo, ob eam quam habet adversus prava repugnantiam, 121. Sancti in cœlesti lumine requiem possident, 17. Quæ a sanctis conferuntur beneficia, Dei sunt operantis in illis, 304. Propterea neque eos una cum Deo glorificamus, 304. Templa Dei et Filii et sancti Spiritus sunt sancti, in quibus inhabitat una deitas per unam baptismatis sanctificationem, 317.

Sanitatem corporis quidam definiunt, actionum naturalium bonam habitudinem. Idem die de animæ sanitate, 83. Sanitas sua ipsius natura non est bonum, 92. Sanitas nocua, cum sit peccati occasio : morbus utilis, cum peccatum refrenat, 171.

Sapientes. Quinam sapientes de quibus psal. XLVIII, 11, dicitur, *cum viderit sapientes morientes*, 182.

Sapientiæ libri sensus non parum reconditur, 256. Quod in eo ex persona sapientiæ dictum est, *Dominus creavit me*, Dominum creaturam dixerunt Eunomiani, 256. Hæc vox *creavit*, hoc modo semel in tota Scriptura usurpata est, 256. Hunc Scripturæ locum examinaturum se alias pollicetur Basilius, 256. Interpretes pro *creavit*, convenientius edidisse, *possedit*, testatur idem Basilius, 256.

Sardiensis Ecclesia propinata Theosebio est post maximarum blasphemiarum redargutionem, 210.

Scarabei. Vide *Volatile*.

Scarus solus ex piscibus ruminare dicitur, 64.

Scorpii aculeum Creator velut tibiam cavavit, ut per illus immittatur, hominisque peccatum puniatur, 86.

Scriptura sacra ideo a Spiritu sancto conscripta, ut sit velut animarum curandarum officina, 90. In verbis divinitus inspiratis, ne ulla quidem syllaba otiosa, 61. Ubique historiæ sacræ inspersum est mystico modo theologiæ dogma, 51. Scriptura nos edocet, ut mens nostra nihil præter concessa comminiscatur, 26. Libri Geneseos lectorem a carnis affectionibus purum esse convenit, 2. In eo Scriptura silet de creatione aquæ, aeris, et ignis, quia tria hæc elementa in terra reperiuntur, 8. Quæ silentio sunt præterita per ea quæ indicata sunt, intellige, 8. Id non intellexere, qui tropologiis et commentis suis, Scripturis aliquid asciscere auctoritatis. neque Spiritus sancti oraculis sapientiores constituere conati sunt, 81. Scripturæ notiones communes non ad allegorias detorquet Basilius, 80. Primi Hebraicæ linguæ interpretes plura nomina interpretari ausi non sunt, nedum nomina aliqua confingere, 243. Periculosum est subtrahere, aut addere iis quæ a Spiritu tradita sunt, 243. Id audere quod nec communis consuetudo, nec Scripturarum usus admisit, summæ dementiæ est, 243. Piæ mentis est quæ a Scriptura reticentur, ea vereri dicere, 287. Scripturæ mos est pejores filios potius a peccato, quam a patribus nominare : meliores, ab aliqua virtute, 98. Cor divina oracula suscepturum, purum a contrariis sagitationibus reddi oportet, 139. Non omnibus eloquia Dei scripta sunt, sed habentibus aures secundum interiorem hominem, 159. Sicut sæpe in Scriptura oculi, aures, os, dentes, venter, pes, de interiori homine dicta sunt : ita ossa eodem modo accipiuntur, 156. Alieni a verbo veritatis qui sunt, sim-

plicitate dictionis Scripturarum contempta, Evangelii prædicationem stultitiam nominant, 162. Evangelii prædicatio in contemptibilibus dictiunculis vim multam habet persuadendi, 162. Scriptura solet ea quæ optantur, imperativo modo figurare; ut *Fiat voluntas tua*, etc., 164. Oracula divina in singulis conventibus leguntur velut alimentum animarum, 190. Quæ dicta sunt secundum dispensationem, quasi simpliciter dicta non sunt accipienda, 290. Divina verba cum timore audienda, et cum pietate recipienda, 306. Dum Scripturas quæ variis modis exponuntur, unico sensu accipiunt hæretici, labuntur, 313. Ex quibus utilitatem capiunt qui fide sani sunt, ea aliis nocent, 313. Refelluntur qui dicunt Scripturam de Filio et Patre sæpe, de Spiritu vero in baptismate duntaxat loqui, 317.

Scrutatio est inquisitio tormentis omnibus adjuncta, ut verum detegatur, 103.

Seleuciensis. In Seleuciensi concilio damnati ob silentium ii qui ad objecta crimina repellenda invitati, non occurrerunt, 209.

Seleucis avis insaturabilis, remedium est locustæ castrametanti, terramque depascenti, 78.

Semen in terram incidens tot culmos emittit, quot radices agit, 42. Licet plura plantarum genera semen producere non videantur : in singulis tamen stirpibus, aut semen est, aut virtus seminalis, 41 et 45. Quo pacto quodlibet fruticis genus nascens ad propriam perveniat mensuram, 42. Granum folio subjectum quod *Mirchon* vocant, vim seminis obtinet, 42. Surculi ex radicibus pullulantes forsan et seminis rationem habent, 42.

Sennacherib equites omnes dormitaverunt, 141.

Sensus. Per sensus introducendæ non sunt in animum alienæ cogitationes, 146.

Sepulcrum non domum habitat peccator, 183. Qui in Christum credens, actiones edit fidei non consentaneas, in petra sibi ipse sepulcrum incidit, 184. V. *Peccator*.

Serbonitis lacus in Arabia, stagnum est salsum. 36.

Sermo. Ad sermonem Dei vivum tropice referuntur verba hæc psal. XLIV, ℣ 4, *Accingere gladio*, etc. 163. Ut medici ciborum appetentiam excitant per apparatum, ita in verbo veritatis experientia appetitum provocat, 149.

Serpens feniculo pastus, oculos sanat, 82. Serpentes quod sibi parent latibula, plagasque capitis evitent, prudentes dicuntur, 183.

Sesostris Ægyptius, 35.

Sicima peculiare prædium Josepho et Jacobo datum, figura est testamenti, 191.

Silentium. Vide *Veritatis contemplatio*.

Simplex et indivisibile quæ eadem sunt inter se, quasi diversa separat Eunomius, 323. Nihil quod subjaceat sensibus, simplex est, 38.

Solem suapte natura calidum et ignitum esse quidam negant : cujus rei hanc esse causam dicunt, quod colore albus est, non autem subruber, 29. Ejus calorem ex veloci circumactu oriri volunt, 29. Calor ejus aquas in vapores solvit, hinc necessaria aquarum copia, 29. Illum Deus aliunde alio transmigrare jussit, ne in iisdem locis commorans, calor ejus cuncta devastet, 29. Vocavit Deus terram aridam, et ut ejus proprietatem designaret, et ut ejus causam calori solis non tribueremus 37. Cum telluris ornatus sole sit antiquior, sol velut ejus causa non debet adorari, 40. Sol quarto tantum die conditus est, ne lucis auctor et rerum e terra nascentium opifex putaretur, 51 Si lucis generatio præcessit, quomodo sol dicitur ad illuminationem editus? 51. Illuminatio pro splendore dicta est, 51. Solare corpus vehiculum primogenitæ luci. 51. Comparatur lucernæ quæ lumen defert, 51. Sicut in luna, ita et in sole, alius est corpus ejus, alius vis illuminans, 51. Circuli circa solem soli, adversi, quid indicent, 53. Signa in sole, etc., dissolutionem universi indicant, 54. Sol diei potestatem obtinet, quia lucem circumferens diem affert, 58. Psalmista dicens psal. CXXXV : *Posuit solem in potestatem diei : lunam*, etc., declarat diem et noctem luminarium ortum antecessisse, 58. Dies definiri potest *aer a sole illuminatus*, vel *temporis mensura quo sol est in nostro hemisphærio*, 58. Non ideo sol et luna magna sunt, quia majora sunt minoribus stellis, sed quia aeri illustrando sufficiunt, 58. Sol et eriens et occidens, et in meridie constitutus, æqualis videtur. Indi et Britanni ipsum æqualem contuentur : hinc magnitudo ejus immensa esse colligitur, 59. Innumera stellarum multitudo nocti illuminandæ non sufficit, cum solus sufficiat sol, 60. Quomodo sol venti matutini et roris sit causa, 60. Solis calor neque excedens, neque deficiens, Opificis sapientiam commendat, 60. Solem et lunam geminis oculis comparat Basilius, 62. Vide *Lux*.

Somnum inducunt medici per mandragoram, 43. Visæ in somnis species sunt non raro diurnarum cogitationum imagines, 144.

Species a pulchritudine differt, 163.

Spectaculis impuris abundans orchestra, publica est lascivæ officina, 33. Multi falso beatas prædicant civitates quasdam, quæ præstigiatorum spectaculis a mane ad vesperam pascunt oculos, et in otio vivunt, 33.

Specularis lapidis descriptio, 26.

Spes ideo bona est, ut ne desperemus in peccatum lapsi : timor bonus, ut ne quid admittamus iniqui, 189. Ut non oportet quidquam præter Deum colere, ita nec in ullo alio spes reponi debet, 98. Qui in homine sperat, vel ob divitias et alia id genus effertur, non potest dicere: *Deus meus, in te speravi*, 98. Ex tribulatione præsidium accepit, qui opem humanam ut vanam aspernatur, ac spe, quæ in Deum est, nititur, 193. Pauci sunt qui humana non mirentur ac in Deo spem habeant, 171. Proprium cujusque affectum mensuram fecit Propheta largitionis miserationum Dei, cum ait psal. XXXII : *Fiat Domine, misericordia*, etc., 142. Ob hæc verba Moysis : *Numquid ex petra*, etc., quæ dubitationem præ se ferunt, dixit Deus Num XX, 12 : *Quia non credidistis*, etc., 180.

Spiritum sanctum a potentia creatrice, Patrisque ac Filii conjunctione qui dirimunt, audiant Psalmistam dicentem : *Verbo Domini*, etc., 135. Quid per Verbum Domini et Spiritum oris ejus intelligendum, 135. Invenimus scriptum : *Spiritus oris ejus, et verbum oris ejus*, ut intelligatur Salvator ipse, et sanctus ejus Spiritus ex Patre, 136. Ne Spiritum externam rem, aut creaturam judices, sed velut hypostasim ex Deo habentem glorifices, 135. Nihil sanctitatem adipiscitur, nisi per Spiritus sancti præsentiam, 136. Servator et Spiritus sanctus uterque in cœlis, et eorum virtutibus creandis pariter operam impendit. 135. Quod angeli sunt, ab opifice Verbo universorum conditore habent : eis vero sanctitatem Spiritus sanctus impertivit, 136. Spiritus sanctus scriba est qui tabulis cordis cogitationes inscribit, 161. Oleum lætitiæ nominantur, quia unus ex fructibus ejus gaudium est, 163. Fluvius est qui Dei civitatem lætificat, 173. Spiritum a Deo dirimere aperte periculosum, cum Paulus modo Christi, modo Dei, modo veritatis Spiritum dicat, 271, 272. Ut Filius ordine ac dignitate a Patre secundus, ita forsan secundus a Filio Spiritus, 171, 172. Sicut in angelis glorificatis et stellis diversitas est, licet natura una, ita in Spiritu sancto qui tertius numeratur, 273. Duæ res Deitas, et creatura, potentia sanctificans, et quæ sanctificatur : at Spiritus sanctus ipsa est sanctificatio, 273. Alii sunt spiritus ministratorii, 273.

Spiritum sanctum fas non est conservum, aut creaturam dicere, 273. Sanctæ sunt potestates ex participatione, Spiritus ex natura, et ideo sanctus dicitur, 274. Creatura pro mercede sanctificationem accipit : Spiritus sanctus est fons sanctificationis, 274. Ut sanctitatem, ita bonitatem et alia quæ majestatem indicant, natura sibi innata habet Spiritus sanctus, 274. Conjunctio ejus cum Patre et Filio per nominum communicationem commonstratur, 274. Cum Christus ait. *Alium Paracletum*, etc., ipse Paracletus esse ostenditur, 275. Et per hoc Spiritus quoque majestas demonstratur, 275. Ut Verbum creator est cœlorum, ita Spiritus sanctus virtutem potestatibus cœlorum impertit, 275. Sicut Christus magister dicitur, ita de Spiritu sancto dictum est, quod docebit omnia. 275. Sicut Pater operationes, et Filius administrationes, ita Spiritus sanctus dona dividit, sicut vult, 279. Unde scrutatio profunditatum Dei adest Spiritui, 276. Vivificat Deus, vitam etiam largitur Christus, vivificamur item per Spiritum, 276. Impietas est dicere deitatis exsortem Spiritum per quem Deus in nobis habitat, 276. Si virtute perfecti dii nominantur, is qui eos perficit, num destitutus deitate erit? 276. De Spiritu sancto ignorantiam confiteri oportet, et tamen ei glorificationem persolvere debemus, 276. Spiritum sanctum creatum non ostendunt verba Joan. I. 3 : *Omnia per ipsum facta sunt*, cum sit singularis naturæ, 278. Piæ mentis est quæ a Scriptura reticentur, ea vereri de Spiritu sancto dicere. 278. An per Spiritum Dei, Gen. I, 2, diffusio aeris intelligatur, an Spiritus sanctus qui divinam Trinitatem complet, 18. Posterior sententia verior, utilior, majoribusque nostris comprobata, 18. Illud, *ferebatur super aquas*, Syrus quidam aiebat ab interpretibus sumi pro verbo *confovebat*, 18. Syrorum lingua significantior ob suam cum Hebraica lingua cognationem, 18. Liquet ab actu creandi Spiritum sanctum non abfuisse, 18. Spiritus sanctus concionator, et qui omnes cogit Paracletus est, ille Spiritus veritatis, per prophetas et apostolos eos congregans qui salutem consecuturi erant, 177. Quæ propria sunt sancti Spiritus, nihil commune habent cum creaturis : et quæ communia creaturis, nihil commune habent cum Spiritu, 296. Christus Dei potentia et

sapientia, manu est creatrix : Spiritus renovator opificii ad incorruptionem, 297. Spiritus a Filio non emittitur nec spiritus humanus, aut spiritus venti, 302.

Spiritus inhabitatio Christi est inhabitatio, 302. Spiritus Domini Dominus est, non possessio aut creatura Domini, sed imago, 302. Imago est vera, non ex imagine sicut nos, 302. Imaginem exprimit, sed ab imagine non exprimitur, 302. Quoniam unguentum est, idcirco non ungitur, 302. Sanctitatis Dei est character et fons sanctificationis, 302. Nos renovat per lavacrum regenerationis, ac rursus imagines Dei efficit, 303. Quæ a Deo facta sunt perficit, et in nova et in veteri creatura, 303. Dei verbum Filius, Filii verbum Spiritus, ac proinde verbum est Dei, vivens et operans, 304. Spiritus sanctus Filii Filius non dicitur, ne Trinitas deitatis in multitudinis suspicionem adducatur, 305. Apostolus Spiritum sanctum ut Filii, ita Dei Spiritum nominavit, 305. Cur hunc Filium Filii appellare cavit, 306. Spiritus appellatione usa est Scriptura, ut Spiritum aliter ex Deo esse ostenderet, quam Filius, 306. Edit Deus Verbum vere ex seipso, et Spiritum per os emittit, non humano modo, 306. Nec de Filio quæras cur vocatus non sit Spiritus; nec de Spiritu, cur non Filius, 307. Quod ex Deo procedit, non in tempore procedit, licet in tempore creaturas producat, 307. Qui Filium tollit, principium creationis tollit; qui Spiritum aufert, eorum quæ fiunt resecuit perfectionem, 307. Si Spiritum non credis ex Dei ore processisse, neque Verbum credes, 307. Si non credis in Spiritum, neque in Filium credis, 307. Loci illius Act. xv. 28 : *Visum est Spiritui sancto et nobis*, quis sensus, 308. Verba Jerem. XXIII, 24 : *Cœlum et terram adimpleo*, de Spiritu sancto dicta, 309. Zacharias Domini Spiritum septem oculos dixit : sicut Isaias septem operationes, 309. Deum pro Dei Spiritu non posse accipi, patet ex verbis Apostoli I Cor. II, 10 : *Nobis enim revelavit*. etc., 310. Spiritum unctionis Spiritum Domini vocat Isaias, XLI, 1, cum ait : *Unxit me*, 310. Verba quoque Isaiæ LIX, 21 : *Spiritus meus qui est super te*, non Deum, sed Spiritum qui est a Deo, significant, 310. Joannes IV, 24. Patrem, quod incorporeus sit nomine spiritus significavit, 310. Qui ex æquivoco spiritus nomine identitatem induci putat, quid faciet cum multa dicantur entia, solus tamen Deus sit qui vere sit? 312. Dei Spiritum Dominum vocare nolunt hæretici. Spiritus sancti nomina, operationes et virtutes quænam, 314. Refelluntur qui dicunt Scripturam de Filio et Patre sæpe, de Spiritu vero in baptismate duntaxat loqui, 317. Varia Scripturæ loca de Spiritu sancto, 317. Omnia Filii et Spiritus verba Dei sunt oracula, 319.

Spiritus sancti divinitas. Quæ Patri et Filio adsunt ut Deo, ea Spiritui soli adsunt. Trinitas proinde consubstantialis est, 296. Quæ communia sunt Patri et Filio, sunt et Spiritui sancto : ejusdem igitur est Deitatis, 296. Quidquid factum est mutari potest. Spiritus non potest mutari : non ergo creatura est, 996. Ex iis quæ facta sunt, alia quidem in substantia, alia vero in mente suscipiunt mutationem ; Spiritus sanctus nullam mutationem admittit : non igitur creatura est Spiritus, 296. Spiritus sanctus non sanctificatur, sed sanctificat, 296. Nihil creatum secundum essentiam sanctum : Spiritus essentia sanctus est, 296.

Spiritus Dei habitat in nobis, 297. Spiritus libertatem impertit et adoptionem, 297. Virtus ac vitium in creaturam rationalem possunt cadere, nihil autem horum potest in Spiritum cadere, 297. Diversæ substantiæ diversas habent operationes, juxta Eunomium. Si ergo juxta Apostolum I Cor. XII, 11, omnia efficit Deus sicut vult, hæc autem omnia efficit unus ille Spiritus ; quomodo diversæ essent substantiæ ? 299. Cum Dei solius sit remittere peccata, remittit autem Spiritus sanctus per apostolos : Deus ergo est, 299. Si Spiritus sanctus in apostolis eadem operatus est, quæ Patris ac Filii nomen in iis qui ex gentibus crediderant, quomodo diversæ esset substantiæ ? 299. Spiritus sanctus in apostolis et prophetis loquitur. Spiritus reddit testimonium quod filii Dei sumus, 302 Ab uno sancto qui dicit : *Sanctifico me ipsum*, sanctificantur omnia, 302. Spiritus viventi Verbo ad creandum conjunctus est, viva potentia et divina natura, 303. Si in Spiritu facta sunt omnia, et rursus renovantur in Spiritu ; una operatio Dei per Filium in Spiritu apparet, 304.

Spiritus sanctus cum Deo et Filio afficitur gloria, quippe quia et divina operatio per ipsum completur, 304. Si per Spiritum Dei et filii Dei efficimur, quomodo Spiritus a Deitate et filiatione alienus ? 305. Sufficit ad Spiritus exsistentiam quæ ex Deo est declarandam, quod Spiritus oris illius dicatur, 306. Apostoli dicunt : *Hæc dicit Spiritus*, sicut aiebant prophetæ : *Hæc dicit Dominus*, 308. Spiritus Deus est juxta illud I Cor. III, 16 : *Templum Dei estis*, etc.. 810. Verba hæc Joan. XVII, 3 : *Hæc est vita æterna*, etc., Spiritum sanctum non excludunt, 310. Baptisma vitæ sine Spiritu conferri non potest, 319. His verbis Act. XVII, 28 : *In Deo vivimus*, etc., Spiritus proprietas in Deo indicatur, 311. In Spiritum impietas recidit in Deum, cum Spiritus gloria gloria sit Dei, 312. Cum audis Marc. I, 10 : Spiritum super Jesum mansisse, naturæ ejus libertatem intelligas, 313. Spiritus sanctus ipse est qui sui ipsius impertit cognitionem, 320. Ipse est, testante Scriptura, qui sanctos effecit, 320. Vitæ æternæ fons est, 320. In cor hominis adveniens comparatur radiis solis quibus nubes illustratur, 321. Per Spiritum sanctum quilibet sanctorum Deus est, 321. Spiritum sanctum Deus copiose per Jesum Christum in nos effudit, 322. Vide *Eunomius, Ingenitum et Pater*.

Stadium — In stadio qui sunt, nudo capite sedere jubentur, ceu contentionis participes, 49.

Stateram nominavit Psalmista liberum arbitrium, quo quæ in vita seligenda sunt secernimus. 197. Mendaces filii hominum in stateris, quia sibi male consulunt et aliis sunt exemplo malo, 197. Vani filii hominum, quia mendaces in stateris, quas in unoquoque conditor noster construxit, 196. Hæc statera ponderatur an mala bonis, vana veris, temporalia æternis anteponenda, 197.

Stellæ sunt aliæ septentrionales, nobis semper affulgentes ; aliæ meridionales, nobis semper ignotæ, 4. Qui siderum errantium cursum cognovere, Deum universi opificem non agnoverunt, 5. Stellas septem, septem circulis ferri omnes uno fere consensu confitentur, 24. Hosce circulos contrario suo motu, concinnum sonum reddere quidam opinantur, 24. Stellæ quid, 185. Tempus motum esse solis et stellarum asserit Eunomius, 232. Idem ille docet diem ac noctem fieri stellarum motione, 233. Vult stellas temporis esse opifices, 233. Vide *Genethliaci*.

Stultus quid, 183. Vide *Insipiens*.

Sturni cicuta vescuntur, nec eis nocet, 43. Vide *Volatile*.

Substantia magis quam substantia non dicitur, sed de qualitate dicitur plus et minus, 282. Patres filiis nec majores, nec ab eis differunt substantia, 282. Si diversum exsistendi ordinem habentium diversa esset substantia. Adam, Eva, Abel, etc., consubstantiales non essent, 283.

Succum esse electrum probant festucæ, ac bestiolæ in ipso inclusæ, 48. Una aqua per radicem attracta, radicem, corticem, lignum, medullam, folium, fructus nutrit, 47. Eadem varios succos in variis plantis producit, 48.

Superbia omnium humanorum vitiorum gravissimum, diaboli crimen, 225. Cedri Libani vocantur, qui e rebus terrestribus ad fastum et superbiam extolluntur, 119.

Synagoga Judæorum prius aula erat ; post peccatum facta est habitatio deserta, 116.

Syrorum lingua significantior, ob suam cum Hebraica lingua cognationem, 18. Verba hæc psal. XXXII, 10 : *Dissipat consilia gentium*, referri possunt ad regem Syriæ filium Ader, cum obsedit Samariam, 138.

T

Tabernaculum nobis est corpus nostrum, 114. Quid per tabernaculum intelligat Propheta, cum ait psal. XLV, 5 : *Sanctificavit tabernaculum suum*, 173. Per tabernaculum suum Deus in medio fuit civitatis, sive ejus quæ sursum est, sive ejus quæ infra, 173. Per convallem tabernaculorum psal. LIX, 8, intelligit Propheta totum orbem, quod habitaculis dividitur, 191. Ex consuetudine humana corpora tabernacula appellantur, 184. Vide *Corpus*.

Tanais diffissus in Mæotidem paludem dilabitur, 27.

Tartessus a Pyrenæo monte, in mare extra Columnas exoneratur, 28.

Templum.—In templo Dei astant angeli, qui verba nostra describant ; adest Dominus qui animum ingredientium intuetur, 122. Qui in templo Dei est, non convicia, non res vanas, sed ejus dicit gloriam, 122. Miserabiles homines precationis domum in locum immodicæ loquacitatie vertunt, aliisque sunt impedimento, 123. Cave ne abeas condemnatus, cum debuisses mercedem pro rerum divinarum celebratione recipere, 123. Qui loquendi finem in Dei templo non faciunt, non inutiliter solum, sed cum detrimento ingrediuntur 123.

Temporalia omnia, omnia fallacia, 171. Pauci sunt qui humana non mirentur, ac in Deo spem habeant, 171.

Temporis principium non est tempus, nec pars ipsius minima, 7. Mundo visibili affinis facta est temporis successio, cujus pars præterita evanuit, futura nondum adest, præsens fugit, 5. In tempore metiendo solet Scriptura non noctes, sed dies, numerare, utpote præstantiores, 20. Temporis definitio juxta Eunomium. 233. Hanc suggillat Basilius, 232, 233. Horæ, dies, menses, anni, non partes sunt temporis. sed mensuræ, 232, 233. Temporis definitio juxta Basilium, 232, 233. Quod in sensibilibus est tempus,

hoc in rebus mundo superioribus est sæculum, 248.
Tenebræ quid, 17. Per tenebras vulgo intelligitur aer lucis expers, aut locus obumbratus, vel lumine privatus, 15. Nugatores quidam, eo quod Deus dicatur lux, tenebras dicunt ipsum esse malum, quod a seipso originem trahit, 15. Ex his verbis : *Tenebræ super abyssum*, tenebras subsistere, nec tamen a Deo prodiisse volunt, 15. Ex hoc principio initium sumpsit hæresis Marcionis, Valentini et Manichæorum, 15. Quid sint abyssus et tenebræ apud quosdam male sentientes, 16. Tenebrarum notio juxta sensum Scripturæ simpliciter, non tropice, neque allegorice accipienda, 17. An tenebræ antiquiores sint luce, 17. Tria ad umbram concurrunt : lux, corpus, obscurus locus, 17. Cœlum Dei jussu factum, terram obnubilavit, interciso externo splendore, 17. Ante lucis generationem non erat nox, sed tenebræ, 20. Quod in die umbra, id noctu tenebræ, 52.
Tentationes. Vide *Peccatum*.
Terram immobilem quidam dixerunt, eo quod mediam orbis regionem seu infimam ex natura sua occupet, 10. Elementa tria, aqua, aer et ignis in terra reperiuntur, 8. Aquæ naturam terræ insitam esse probant puteorum fossores, 8. Aeris naturam terræ inesse probant exhalationes, 8. Ignis qui omnia consumit, in lapidibus unde exsilit, et in ferro citra detrimentum delitescit, 8. Terræ densitas et qualitates ipsius complent essentiam : quibus sublatis, nullum supererit subjectum, 9. Ejus fulcimentum an aer sit, an aqua frustra inquiritur, 9. Rationes dubitandi, 9. Terræ fulcimentum si aqua statuatur : hæc quonam fulcro incumbit? 9. Si corpus terra solidius statuatur, istius erit fulcrum inquirendum, et erit processus in infinitum, 9. Terræ columnæ pro vi confirmante dictæ sunt, 9. Terram super maria fundatam dictum est, quod aquæ natura ipsi sit circumfusa, 9. Aquam fluidam manere suspensam nihil miri, cum terra per se suspensa, et tamen aqua gravior, eumdem aut etiam adhuc majorem pariat hæsitandi locum, 9. Terram et aquas suspensas continet Conditoris potentia, 10. Terræ fines in manu Dei esse, quo sensu dictum, 10. Cum cœlestia corpora regionem extremam sursum versum obtineant, terrestria ad mediam ceu infimam detruduntur, 10. Terra in creatione invisibilis, quia necdum creatus homo, nec lux, et ipsa erat aquis submersa, 12. Terra in creatione imperfecta et incomposita, quia nondum fertilis, 12. Eo quod dicatur invisibilis, tecum reputa eam fuisse opertam, non igne, qui affert lucem, non aere, qui est pellucidus, sed aqua, 15. Terra, quæ magnitudine et gravitate infinita est, seipsa innititur, 33. Terram non respectu naturæ, sed respectu nostri, invisibilem fuisse declarat Scriptura, cum ait : *Congregentur aquæ*, etc., 134. Vocavit Deus terram aridam, et ut ejus proprietatem designaret, et ut ejus causam calori solis non tribueremus, 37. Vocavit Deus aridam terram, non autem terram vocavit aridam, quia ariditas est de ejus essentia, 38. Cum telluris ornatus sole sit antiquior, sol velut ejus causa non debet adorari, 40, 44. Hoc præceptum, *Germinet terra*, etiam nunc quotannis urget terram, ut facultatem suam exerat, 49. Qui ultra terram odoriferam habitant, ii soli in utramque partem alternant umbras, 58. Manichæi pessime terræ indunt animam, eo quod Deus dixerit : *Producat terra animam*, 70. Si terra animam produxit, se ipsam anima destitutam dereliquit, 70. Cum dixit Deus : *Germinet terra*, ea non quod habuit edidit, sed quod non habebat acquisivit, 70. Cur terra jussa sit animam viventem producere, aquæ vero jussæ sint reptilia animarum viventium, 70. Multa de terra disseruerunt philosophi, an sphæra sit, an cylindrus, an disco similis, an vanno, an in medio concava : item disputaverunt de circuitu et umbra ejus, 80. Mures et ranas ex se ipsa profert, et pluvio tempore edit cicadas et volatilia, 81. Qui se jactant substantiam Dei cognoscere, nec substantiam terræ quam habitant comprehendunt, 224. Hanc nullo ex sensibus assequuntur, 225. Neque sermone substantiam terræ norunt, cum de ea neque Scriptura, neque sanctus quispiam disseruerit, 225. Moysi satis fuit eam inviseibilem et inornatam dicere, 225. Quod in ea sensibile est, non est ejus substantia, 225.
Terrestria licet rationis expertia sint, unumquodque tamen, per naturæ vocem animæ affectiones indicat, 70.
Terrigenæ juxta Psalmistam sunt qui confidunt in virtute sua, 179.
Tesseris qui non ludit, alias vana loquitur, absurda auscultat, otium agit, quod est magister pravitatis, 79. Auditores detinet Basilius, ne ad tesseras currant, ubi juramenta, contentiones et avaritiæ stimuli, 79. Ibi astat dæmon per ossa compuncta furorem accendens, pecuniasque ad utramque partem transferens, 79.
Testamenta duo duobus populis electis tradita fuisse indicant hæc verba psal. xxxii, 11 ; *In generationem et generationem*, 139. *Sicima* peculiare prædium Josepho a Jacobo datum, figura est Testamenti, 191.
Testudo viperæ carnibus exsatiata, veneni noxam origano evitat, 82.
Thamar. Vide *Amnon*.
Thebæ. Circa Thebas Ægyptias, ubi in æstibus large pluit, campestribus muribus regio repletur, 81.
Theosebio post blasphemiarum redargutionem, Sardicensis Ecclesia propinata est, 210.
Tibia instrumentum est, quod flatus ope melodiæ inservit, 130. Sanctus quilibet propheta, tibia per translationem nominatur, 130. Tibiarum modulationes et meretriciæ cantationes obscenitatem suadent, 33.
Timore divino correpti, iis qui clavis affixi sunt comparantur, 149. Charitas eos quos timor ad pietatem introduxit, perficit, 137. Neque oculus, neque manus, neque cor ab alio moveantur, nisi a timore Dei, 137. Qui timet, adhuc in servi ordine est ; qui vero charitate perfectus est, jam ad filii dignitatem ascendit, 148. Non quivis timor bonus est et salutaris, 151. Inimicus timor est qui nobis parit mortis metum, suadetque ut personarum dignitates formidemus, 151. Qui a dæmonibus perterretur, timorem habet ex incredulitate prognatum, 151. Timor salutaris quis, 151. Non omnes indiscriminatim docturum se promisit Deus timorem Domini, 151. Bonus est timor, ut ne quid admittamus iniqui, 198.
Tonitru quomodo fiat, 118. Unde fulgur, 118. Spiritus in nubium sinibus inclusus ob violentam eruptionem, fragorem tonitruum edit. 25. Traditio quæ per Evangelii vocem fit, vox tonitrui potest appellari : hinc discipuli filii tonitrui dicti sunt, 118. Hæc verba psal. lxxvi, 19 : *Vox tonitrui tui in rota*, quid mystice significent, 118.
Traditio quæ per Evangelii vocem fit, vox tonitrui potest appellari : inde discipuli filii tonitrui dicti sunt, 118.
Transfiguratio. Petrus et filii tonitrui gloriosi Christi adventus exordia in monte viderunt, 164.
Tribulationem qui detrectat, probatione seipse privat, 146. Nemo coronatur sine adversario : nec probatur, nisi per tribulationes, 146. Quo sensu ait Propheta : *Ex tribulationibus eripuit me*, 146. Qui dicit justo non convenire tribulationem, dicit athletæ non congruere adversarium. 156. Quater in psal. xxxiii dicitur, qua ratione liberet Dominus quos vult liberare, 156. Si videris justos in morbis, plagis, inopia, memor fueris quod multæ sunt tribulationes justorum, 136. Qui ambulat rectam viam, a tribulationibus invenitur, 171. Gloriandi occasionem ex tribulationibus desumit justus, 172. Auxilium a Deo solo quærendum, quid illud in summa tribulatione largitur inquirentibus, 192. Cum audieris quempiam magna minitantem, respice ad Dominum gentium consilia dissipantem, 138. E tribulatione præsidium accipit, qui opem humanam ut vanam aspernatur, ac spe in Deum nititur, 193. Si ab aliquo divexantium nos opprimamur, a charitate Dei non secedamus, 141. Ægrotas? gaude. Pauper es? lætare. Ignominia afficeris propter Christum? Beatus es, 192. Vide *Afflictio*.
Trinitas. In Trinitate conservabitur unitatis ratio ; si unum Patrem, unum Filium, unum Spiritum sanctum confiteamur. 277. Cum dicit Scriptura : *Dixit Deus*, et : *Fecit Deus*, nonne in his duplicem personam percipis? 51. Rectus Pater, rectus Filius, rectus Spiritus sanctus, 134. Qui Spiritum a potentia creatrice, Patrisque ac Filii conjunctione dirimunt, audiant Psalmistam dicentem : *Verbo Domini*, etc., 135. Deitas communis est, paternitas et filiatio proprietates sunt : ex communis et proprii complexu fit comprehensio veritatis, 265. Apud Isaiam Seraphim ter *sanctus* exclamant. ob tres hypostases, 274. Baptismus ex Domini traditione fit in nomen Patris et Filii et Spiritus sancti, omni creatura exclusa, 276, 304. Quæ Patri et Filio adsunt ut Deo, ea Spiritui soli adsunt. Trinitas proinde consubstantialis est, 296. Si Pater præparavit Saulum, Filius vocavit, Spiritus segregavit, quomodo diversitas est substantiæ in Trinitate, ubi operationis identitas? 300. Quem Isaias inducit tanquam si esset Pater qui loqueretur, eum Joannes vocat Filium, Paulus vero Spiritum, et tamen unum Dominum Sabaoth nominant, 300. Creat Deus vivi Verbi operatione, ac vivifici Spiritus communicatione 304. Quod in divinis operibus Trinitas glorificatur, Deitatis unius testimonium est. Nam neque sine Filio Pater agit, neque Filius sine Spiritu, 304. Non Deos tres, aut Dominos tres, aut Spiritus tres oportet facere : sed Trinitatis conjunctionem in nominum communicatione agnoscere, 310. Verba hæc Act. xxi, 11 : *Hæc dicit Spiritus*, Patrem et Filium non excludunt, 311. Illud Rom. i, 36 : *Ex ipso et per ipsum*, etc., in unum nomen, et Patris et Filii et Spiritus sancti

proprietatem colligit,311.Spiritus in Verbo est, et Verbum in Spiritu ; cum unio secundum Divinitatem non dividatur, 311. Bona fides sananque confessio hæc est. Deus, Verbum, Spiritus : Pater, Filius et Spiritus, 314. Non defuit unquam Filius Patri, nec Filio Spiritus,314. Aliquando Pater Filium, aliquando Filius Patrem, aliquando Spiritus Patrem et Filium revelat, 314. Paulus et prophetæ non dualitatem, aut Trinitatem tollunt, cum unitatem prædicant,315.In mundi creatione Deum ad Filium et Spiritum locutum fuisse constat, 315. Fieri non potest ut in Deo una persona intelligatur ubi dicitur, Gen. XI, 7 : *Descendentes confundamus* 315. Item Gen. XIX, 13 : *Pluit Dominus sulphur et ignem a Domino*.Item Amos IV, 11 : *Everti eos sicut Deus evertit Sodomam*.Item Osee I, 7 : *Salvabo eos in Domino Deo suo*, 315. Dei Verbum adorabant Patres, et cum Verbo Spiritum,317.Spira est sancta Trinitas, et nexus qui non rumpitur, 317. Cum fiant omnia a Deo per Jesum Christum in Spiritu,inseparabilis est eorum operatio, 317. Templa Dei et sancti Spiritus sunt sancti, in quibus inhabitat una Deitas per unam baptismatis sanctificationem, 317.Quæcunque Pater loquitur, per Filium in Spiritu loquitur, 319. Vide *Eunomius, Filius Dei, Pater et Verbum*.

Turturem aiunt a conjuge separatam viduam permanere, 76.

Tyrannus comparatur pisci, qui piscem vorat : et hic fit præda alterius, qui ipse tandem hamo capitur, 65.

Tyrus metropolis regionis Chananeæ, 168.

U

Ulmi semen ferunt, vel vim seminalem habent, 45.

Umbra. Ad umbram tria concurrunt: lux, corpus,obscurus locus,17. Quod in die umbra, id noctu tenebræ, 52. Sicut umbra in partem luci adversam vergit : ita nox quoque, cum sit umbra terræ, 17. Maximi dies sunt ii,in quibus umbræ brevissimæ. et contra, 57. Qui sint heteroscii, ascii, amphiscii, 57.Qui ultra terram odoriferam habitant, ii soli in utramque partem alternant umbras, 58.

Unicornis juxta Scripturam libertatis amans,insuperabili virtute præditus,hominibus haud subjectus,120.Modo vituperatur ob ulciscendi studium : modo laudatur ob cornu altitudinem et libertatem, 120. Unicornium Filius Christus appellatur, 120. Unicornis appellatur Christus Dei virtus, tanquam unam cum Patre communem habens potentiam, 120.

Unigenitus appellatur non qui a solo factus, sed qui solus genitus, 256. Scriptura per hæc verba, *Fiat lux*, Deum colloquentem inducit, ut nos ad Unigeniti.et personæ ad quam sermo dirigitur, notitiam perducat, 23. Illud, *Fiat firmamentum*,est primariæ causæ, illud vero *fecit Deus firmamentum*, testimonium ast effectricis potentiæ atque creatricis, simulque his Scripturæ verbis manifestatur Unigenitus,26.Cum ait Psalmista psal.XLIV, *Sedes tua Deus*, etc. Unigenito propriam reddit appellationem, ipsum clare appellans Deum, 165. Si unigenitus, quod a solo genitus est,juxta Eunomium, nemo homo unigenitus, 256. Si Filius solum minister est et instrumentum, juxta Eunomium, culex,etc.,quod a solo creata sint,unigenita dicentur, 257. Si sit minister, qua in re a ministratoriis spiritibus differet ? 257. Unigenitus secundum Eunomium, nec vita est, nec potentia,contra ipsius Christi, Paulique testimonia, 264. Dæmones non evangelistarum faciebant opus : clamabant tamen *Novimus te quis sis*, etc.,269.Si unigenitum est quod incomparabile, Unigenitus est Pater, 279. Creatura alteri haud similis, erit unigenita, 279, Si Filius Unigenitus est quod solus a solo : unicreatus proprie dicetur, 287. Vide *Eunomius Filius* et *Imago*.

Unum in incorporeis dicitur vel operatione, vel voluntate, vel substantia, 282. Secundum Eunomianos Christus et Pater unum sunt non operatione aut voluntate : igitur substantia, 282.

Ursa herbasco naturam siccam habente, sua ipsius vulnera sanat, 82.

Utres novi in Evangelio dicuntur quid de die in diem renovantur, veteres, qui veterem hominem nondum exuerunt, 137.

V

Valentinus, 15, 184.

Vapores emittuntur e fluviis, etc., ne æther concremet universa, 28. In vapores aquas solvit solis calor, hinc aquarum copia necessaria, 29.

Vasa. Per vasa mortis eas virtutes Propheta designat quæ inimicos Dei exterminant, 105.

Vectigalia.Centesimatorum et decimatorum nomina vel auditu horrenda, 113, Menstrui repetitores dæmonibus qui comitialis morbi auctores sunt comparantur, 113. Venena ipsa aut alicui brutorum subministrant alimentum, aut arti medicæ inserviunt, 43. Non ideo quia taurinus sanguis toxicum est,animal illud produci non oportuit, 43. Cur cum edulibus prolata sunt nociva, 43.Cicuta vescuntur sturni, nec eis nocet. 43. Helleborus coturnicum alimentum inveteratas ægritudines exstirpat, 43. Per mandragoram somnum inducunt medici : opio corporis dolores censopiunt, 43.

Ventus matutini rorisque, quomodo sol sit causa, 6.

Verborum usus ibi non est, ubi non est aer, nec lingua nec auris, nec meatus intortus, 23. Sermo subtegmini vestis comparatur, opus staminis, 168.

Verbum Domini rectum est,quod in principio erat apud Deum, 134. Rectus itaque Pater, rectus Filius, rectus Spiritus sanctus, 134. Quid per Verbum Domini et Spiritum oris ejus intelligendum, 135. Illud, *Verbum oris ipsius*, ideo dicitur, ut intelligatur Salvator ipse,et sanctus ejus Spiritus ex Patre, 136. Quod angeli sunt, ab opifice Verbo universorum conditore habent, 136. Servator, et Spiritus sanctus uterque in cœlis, eorumque virtutibus creandis pariter operam contulit, 136. Quidam existimavere verba hæc psal. XLIV,2, *Eructavit cor meum* etc., ex persona Patris de Verbo dici, 160. Verbi pulchritudo ineffabilis:huic alligati per dilectionem,omnium obliviscuntur,164.Cogitare quod non erat Verbum quod juxta Joannem erat in principio, est dictionem *erat* destruere, 249. Licet omnia per Verbum facta sint,universorum Deum, omnium causam esse non negamus, 271. Verbum prolatitium in Deo non est, sed vivens et subsistens, 297. Verba multa dicuntur : at unum est Dei Verbum æternum, 313.

Veritas quam omnis terra invocat, est Dei verbum,316. Vide *Eunomius, Filius Dei, Ingenitum*, Ut Veritatis contemplationi animum adjiciamus,ab externis tumultibus omnino vacandum,146.Non ira solum, sed concupiscentia,timiditas,invidia,et commotiones omnes,aciem animi perturbant, 146. Ut accurate oculo turbato visibilia deprehendi nequeunt : sic nec veritas turbato corde, 146. Alienæ cogitationes per sensus introducendæ non sunt in animum, 146.Mittuntur in tenebras exteriores juste,qui in hac vita inter mala patranda oderunt lumen, 188.

Vermis Indicus. Vide *Resurrectio*,

Vespæ. Vide *Volatile*.

Vespera est diei ac noctis communis terminus. Mane est noctis cum die vicinitas, 20. Verborum istorum psal. XXIX, 6, *Ad vesperam demorabitur fletus*, etc.,quis sensus, 128. Vespera sæculum hoc dicitur ; matutinum, futurum, 128.

Vespertilio quadrupes est et volatile, parit catulos ut quadrupedia. Sola ex volucribus dentibus utitur,77.Vespertiliones mutuum amorem natura insitum habent,adeo ut sibi invicem in modum catenæ adhærescant, 77.

Viæ duæ sunt, una lata, cujus dux dæmon : altera angusta, cujus dux bonus angelus, 95.

Vinum novum Matth. IX, 19, quid significet, 137. Vinum compunctionis psal. LIX, 5, appellat Psalmista sermonem quo obduratum cor ad sensum reducitur, 191.

Vipera murænam marinam ad nuptias ubi sibilo invitavit, virus evomit, 68. Viperæ carnibus exsatiata testudo, veneni noxam origano evitat, 82. Vipera eroso utero paodit, 85. Huic fenus comparatus, 111. Viperæ esus dicitur vim habere cervi purgandi, 121. Fidei argumentum sunt bestiæ, ut vipera respectu Pauli quæ ei non nocuit, 86.

Virga alia consolationis, alia contritionis, 165.

Virgines non omnes, sed quæ non coactæ,aut ex tristitia,aut necessitate virginitatem coluerunt,adducentur in templum regis, 119. Vasa sacra quæ non inquinavit humanum usus,in sancta sanctorum introducentur,169. Si natura vulturi concessit ut sine coitu pareret : a natura alienum non est, ut B. Virgo virginitate illibata permanente pepererit, 76.

Virginitas præcipue in anima posita est, 618. Virginitas corporis ancilla virginitatis animæ, 168.Virgini propositum est animam a corporis affectionibus abducere, 620. Voluptati cuilibet debet resistere,621.Omnibus sensibus debet invigilare, tactui et gustui præsertim, 622, 623. Alii etiam sensus custodiendi, 629. Corpus nimis debilitare non debet, 624, 626. Ciborum qualitates debet considerare, 625. Sales vitandi, 625. Virgo etiam cum uterinis fratribus caste se gerere debet, 657. Cautionis necessitatem exempla demonstrant, 658.Virgini ornatus fugiendus, 633.Pulchritudinem naturalem data opera debet obumbrare, 634. Quomodo et quando in publicum prodire conveniat, 635. Pudica et virgo esse debet virginis lingua, 636. Nuptiarum pronuba esse non debet, 637. Verecundiam iis qui eam vident inspirare debet, 638.

Virginitatis commoda præ nuptiarum incommodis,639, 640. Superflua a Sponso poscere non debet, sed potius pro eo omnia perferre, 642. Omnia contemnere debere ut Sponso perfruatur, 643. Virgo vituperanda quæ hominum magis quam Sponsi oculos reveretur,645.Etiamsi sola sit, debet revereri et semetipsam et angelum,et maxime Sponsum, 645. Judicii indesinenter meminisse debet, 646.

Virtutes cardinales temperantiam, justitiam,fortitudinem, prudentiam,anima appetit,tanquam quæ sint sibi magis propriæ, quam sanitas corpori, 83. Pietatis exercitatio scalæ quam vidit Jacob potest comparari,93.Sicut in scala primus gradus recessus ab humo est : ita profectus spiritualis initium,discessus a malo,93.Sapienter Propheta vitiorum fugam, bonorum initium fecit cum dixit, *Declina a malo et fac bonum*, 93. Vir perfectæ ætatis,videre sibi videtur vitam in virtutem et vitium divisam. Unum vitæ genus cruciatus et labores,alterum voluptates et delicias proponit. Si quis æterna secum revolvit, virtutem et laboriosa eligit : si præsentia,voluptatem præfert, 95. Cum otiari facilius sit quam operari, illius mirare sapientiam, qui per otium ad perfectionem nos deducit, 95.Virtutes aliæ, v. g. cardinales ex contemplationibus constant, aliæ non constant v.g. pulchritudo,et robur, 128. Virtus omnis, paupertas maxime libero arbitrio, ceu charactere insignitur, 147. Qui vitium virtutis adjacentis specioso nomine appellant, ore benedicunt, corde maledicunt, 195.

Visio quomodo fiat ignoramus : an imagines suscipiamus, an a nobis quidpiam emittamus, nobis prorsus ignotum est, 277.Montes abrupti, rotundi : turres quadratæ, teretes : magna denique parva apparent, ob visus imbecillitatem, 59.

Visionis gloriosæ aspectum cur non apprehendamus, angeli vero jugiter contemplentur, 154.

Vita dicitur via, quod quilibet in vitam ingressus, ad finem properat,ad instar eorum qui in navigiis dormiunt 94.Vita viatoribus comparari potest,qui post tergum omnia relinquunt 94. Ut primus viator pedem movit, huic proximus infert gradum, post hunc alter sequitur, 94. Vita nostra via est,in qua sibi invicem succedunt omnes. Quæ nunc aguntur, viaticum ad futuram vitam sunt,114. Qui bonam vitam agere cupit,comparantur ei qui sanitatem recuperare cupit, aut ei qui vult calefieri, 153. Vere vita Christus est ; et nostra in ipso conversatio,vita vera est, 152. Rerum præsentium comparatione futuram describit requiem David, cum ait psal. CXIV,*Circumdederunt me*, etc., 202, Differentia vitæ hujus et futuræ, 202. Vita futura regio vivorum,mundus hic locus morientium,203. Ubi non est commutatio neque corporis, neque animæ ibi est vere viventium regio, 203. Regionis hujus descriptio, 204. Vitam cuique Deus propria voluntate tribuit : iram sibi quisque congerit in die iræ, 127.

Vita arborum, Vide *Arbores*.

Vitiorum fugam sapienter Propheta bonorum initium fecit, cum dixit : *Declina a malo*,etc., 93. Profectus spiritualis initium, discessus a malo,93.Ut plantarum qualitates agricultura, ita infirmitates animi curantur diligentia,46.Nihil deformius dedita affectibus anima : vide iratum, tristem, libidini aut gulæ inservientem, 129.Qui vitium specioso nomine virtutis adjacentis appellant, ore benedicunt, corde maledicunt, 195.

Vitis folium diffusum, ut uva aeris injuriis resistat,et radium solis ubertim suscipiat, 47.Vitibus ubique comparat Dominus animas hominum, 45.In quo sita sit ista similitudo, 45. Cum se vitem, nos palmites vocat Christus, non Deitatis, sed carnis palmites vocat, 291.

Vivipara animalia. Vide *Pisces*.

Vocatio mixta est quæ per fidem in Christum efficit multos unum, 171. Cum ait Psalmista, *Beata gens*, etc., non vocatum,sed electum populum dicit : quia multi vocati, pauci electi, 139. Maximum adjutorium ejus qui gentes omnes convocat, dum ait per Psalmistas: *Audite hæc, omnes gentes*, 177.Vocatorum genera tria,177. Ratio vocandi, 178.

Vociferatio vox quædam est confusa et consona præliantium, 133.

Volatile nullum pedibus caret, quod victum omnibus suppeditat terra, 72. Ut pisces pinnis et cauda aquam secant, ita volatilia aerem ; et ob hanc affinitatem,hæc ex aquis sunt orta, 72. Unum volucrum nomen,at in his infinita varietas quoad figuram, vitam actiones, mores, 72. Aves aliæ,sed paucæ,malos habent pedes,ut hirundines, et drepanes, quibus alimonia ex iis quæ feruntur in aere provisa est, 72. Aves aliæ schizopteræ sunt ut aquilæ, dermopteræ ut vespertiliones, ptilotæ ut vespæ, coleopteræ ut scarabei, 72. Aves carnivoræ ungulum acie-m, rostrum incurvum, et pennam velocem habent, 73.Aves aliæ collectivam amplectuntur vitam, ut columbæ, grues sturni, graculi : aliæ duci subduntur, ut grues,73. Aves aliæ hieme appropinquante recedunt,aliæ humana consuetudine gaudent, aliæ garruiæ, aliæ canoræ, 73. Superbus gallus,ornatus amator pavo,libidinosæ columba ac gallina, dolosa et zelotypa perdix, 73.Volatilia innumera in aere vagantia, ex se ipsa profert terra, 81.

Voluptates corporeæ plus molestiæ, quam jucunditatis habent, 150. Cum æterna secum quis revolvit, virtutem et laboriosa eligit : cum præsentia, voluptatem præfert 95. Beatus qui voluptati quæ per omnes sensus fluit, non servit : sectatur autem verum bonum, quod sola ratione comprehenditur, 95.

Vox vel est aer percussus, vel species in aere impressa, quam qui pronuntiat, exprimere vult 117. Ubi non est aer, nec lingua, nec auris, nec meatus intortus, ibi nec verborum usus,23. Deus non per rerum species impressas, nec vocalium organorum ministerio loquitur : sed voluntas divina, verbum est Dei, 23.

Vox Dei, naturæ est effectrix, 34. Hæx vox, *Fiat lux*, opus ipsum erat, cum in Deo vox, non sonus sit, sed voluntatis nutus, 19. Vox Dei in creatione emissa, lex quædam naturæ evasit, 40. Vox Domini quid sit, 117. Hæc cum phantasia quæ in somnis fit cognationem habet,117. Ejusmodi vocem in prophetis a Deo productam credere par est, 117. Verba hæc psal. XXVIII, 3, *Vox Domini super aquas*, in sensu mystico ad baptisma Christi, et ad institutum ab eo baptisma referuntur, 117.Vox Domini fit in anima quæ viriliter bonum perficit, 118. Vox Domini fit quoque in anima a carnis affectibus libera,118. Vox Domini concutit desertum, cum id quod desertum erat, aquis Spiritus confertum, fit in stagna aquarum, 121. Vide *Aqua*, *Mare* et *Terra*.

Vulpes sibi ipsi pini lacrymis medetur, 82. Vulpi comparatur dolosus, ut Herodes, 159.

Vulturum greges qui exercitus sequuntur, hominum mortem conjectant, 78. Aiunt sine coitu ut plurimum parere vultures, quibus vita ad centum annos protenditur, 76.

Vultus Domini dicitur ejus ad judicium adventus apertus, 154. Cave cogites Dei vultum corporali facie conformatum, 154.

Z

Zizaniis hæretici comparantur, 44. Quæ zizania vocat Scriptura, non ex frumenti commutatione proveniunt, 44.

Zodiaco in XII partes diviso, singulas has partes in LX, sexagesimasque in LX dividunt Genethliaci,54. Vide *Genethliaci*.

INDEX RERUM ET VERBORUM

QUÆ IN APPENDICE INVENIUNTUR.

—

Abimelech recepit futurorum prædictionem, 528.

Abraham incola fuit ; sepulcrum argento mercatus est 352. Dedit decimam Melchisedech, 428. Cum Deum vidit se profitebatur terram esse, 439. Senior fuit, quod virtus

animum canitie ornaverat, 451.
Absalom. Vide *David*.
Abstinentiam quæ ad carnis petulantiam servituti addicendam adhibetur, hanc diligit Deus, 404. Eam quæ fit ad ostentationem, Domini anima odio prosequitur, 404. Ventris et rerum venerearum appetentiam refrenat ciborum abstinentia, 405. Earum rerum abstinentia haud satis est acquirendæ perfectioni; nisi anima ab his quæ malitiam nutriunt abstineat, 405. Non per se satis est ad commendandum jejunium : conjungenda reliqua vitæ ratio, 404.
Achaz idem ac *retentio*, 522, 597. Cur sermones de Emmanuelis adventu regi Achaz facti sint, 527. Recepit futurorum prædictionem non propter vitæ meritum, sed quod ejus dignitas eum fide dignum redderet, 528. Recusat quærere signum, vel quod id superaret naturam humanam, vel quod nollet tentare Dominum, 527. Non religione ulla inductus refugiebat a petendo signo, 528. Aurum et argentum e thesauris domus Domini misit ad Assyriorum regem, 597. Verba hæc Isaiæ XIV, 29, *Ex semine serpentum*, etc., Achazi posteritatem significant, 597. Achaz quod rectum esset in oculis Domini, id nequaquam peregit, 596.
Achitophel militare consilium dissipavit David, Chusi usus consiliario, 422. Achitophel et Judas sibi mortem suspendio non conscivisseut, si supplicia futura præsentibus formidabiliora judicassent, 502.
Actio. Vide *Opus*.
Adam primus, ex terra conformatus : secundus formatum in utero virginali corpus assumpsit, 529. Vide *Adama*. Status in quo positus fuit, Adamus ante peccatum, 530.
Adama et Seboim, Oseæ XI, 8, utraque ad Sodomiticam Pentapolim pertinet, 396. Adama de quo Isaiæ XV, 9, significat virginalem terram ex qua formatum Adami corpus, 606.
